Et ſecundum hoc Auerrois exponit terminos queſtionis dicens. ꝙ per principia intelliguntur ea que ſunt cauſa cognitionis ſed non ingrediuntur demonſtrationeʒ ſicut dignitates prime. Sed per cauſas intelliguntur illa que demonſtrationem ingrediuntur ſed ſunt inadequata ipſi rei concluſe. ſed per elementa intelliguntur principia demonſtrationē ingredientia propria ⁊ adequata rei concluſe. Prior tñ expoſitio eſt magis conformis rationi. qꝛ phiſicus conſiderat principia cauſas ⁊ elementa vt ſunt eſſendi ⁊ fiendi principia. et non ſolum vt principia cognoſcēdi. Sit igitur.

## Concluſio Reſponſiua.

Ad queſituʒ. Scilicet ꝙ in ſciētia ī qua ſūt principia cauſe ⁊ elementa contingit intelligere ⁊ ſcire ex eorum cognitione principiata cauſata ⁊ elementata. In ſcientia autem in qua eſt alteruʒ tantuʒ. contingit ſcire alterum tantū ex eius cognitione. Probatur ꝯcluſio ratione philoſophi ſumpta ex ꝯmuni opinione hominuʒ. Nam vt dicebatur primo poſterioꝝ. ꝙ omnes arbitrantur ſe ſcire aliquid cum principia ⁊ cauſas primas cognoſcunt vſqʒ ad elementa incluſiue. gº concluſio vera. Ex hac propoſitione infert phūs concluſionem principaliter intentam Uolentem determinare de natura neceſſe eſt predeterminare de cauſis ⁊ ꝓncipiis eius. Hec prima concluſio huius prohemii probatur per illaʒ primam propoſitionem que etiā fuit ꝓbata ex cōmuni opinione hominum.

## Ad Ratioēs ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur. ꝙ ex cognitione effectuuʒ ſenſibilium venimus in cognitionem cauſarū a poſteriori. Hic vero eſt ſermo de cognitione a priori. Secunda ſoluta eſt ex dictis. Ad hoc autē de dyalectica rethorica poetria. R̃. ſi capiantur vt vtentes tunc nō generant ſcientiam. ſʒ dyaletica opinionē. rethorica preſumptionē. poetria delectationem vel errorem. Uerumtamen ſi capiātur vt ſunt docentes ſunt vere ſciētie habentes principia ⁊ cauſas. Ad tertiam dictum eſt quomodo diuerſimode contigit intelligere principiata cauſata ⁊ elementata. igitur ⁊ cetera. Sequitur textus.

Innata autem eſt nobis via ⁊c.

## Queritur quinto. Utrum



Utrū Uniuerſalia ſunt nobis notiora ſingularibus. Arguitur ꝙ non. qꝛ dicit phūs primo poſterioꝝ ꝙ ſingularia ſunt magis nota quo ad nos. vniuerſalia ſimpliciter. ergo ⁊c. 2º arguitur. dicitur .2º methaphiſice vniuerſalia ſunt difficilima ad cognoſcendum ⁊ a ſenſu remotiſſima. ergo ⁊c. 3º arguitur. diffinitum eſt notius partibus diffinientibus. ſʒ ille ſunt magis vniuerſales. gº ⁊c. 4º ſic quia vt habetur in textu confuſa ſunt nobis magis nota. ſʒ ſingularia ſunt magis confuſa vniuerſalibꝰ qꝛ ſunt magis compoſita. gº ⁊c. 5º arguitur cauſa ſufficiens poſita eo modo quo ſufficit producit effectuʒ perfectiorem quē pōt producere. ſʒ intellectꝰ noſter cū ſuo obiecto ē cauſa ſufficiens diſtincte cognitionis. ergo producit cognitioneʒ diſtinctiſſimam que eſt ſpeciei ſpecialiſſime cognitio. ⁊ per conſequens ſpecies ſpecialiſſima eſt nobis notior genere generaliſſimo aut ſubalterno

Ultimo arguitur. Illud eſt magis notuʒ nobis cuius ſingulare pocius ⁊ perfectius mouet ſenſum. ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſſime pociꝰ ⁊ perfectius mouet ſenſum ꝙ ſingulare. ergo vniuerſale non eſt magis notum nobis minus vniuerſali. gº ⁊c. Ad oppoꝰ eſt phūs in textu dicens. Sūt autem nobis manifeſta ⁊ certa priꝰ confuſa magis. poſterius ex his autē fiunt nota elementa ⁊ principia diuidentibus hec. Unde ex vniuerſalibus in ſingularia oportet procedere. ⁊ hoc dicit phūs denotando ꝙ vniuerſalia ſunt notiora ſingularibus. Pro reſponſione ad queſtioneʒ.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phus oſtendit in prima concluſione huius libri determinātem de natura oporteret incipere a cognitione principioꝝ cauſaruʒ ⁊ elementoꝝ Conſequēter oſtendit ꝙ oportet prius magis determinare de magis vniuerſalibus inter hmōi principia. ⁊ hº facit phūs in hº libro phiſicoꝝ in quo detiat decorpe ſeu ente mobili ſʒꝰ ſe ī aliis libris determinat de partibus entibus ſeu corporibus mobilibus ad determinationem motus. Ideo ratione huius docet in preſenti prohemio a quibus incipiendum eſt .ſ. a notioribus nobis. ⁊ deinde que ſūt illa que nobis ſūt notiora

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

In cognitione noſtra intellectiua duo ſunt attendenda. Primuʒ eſt ꝙ cognitio noſtra ortum habet a ſenſu. propter quod primo cognoſcit intellectus noſter materialia ⁊ ſenſibilia ꝙ immaterialia. ⁊ ex cognitione materialium ⁊ ſenſibilium venit tandem intellectus noſter in aliquā cognitionem immaterialiuʒ que tñ ſunt magis nota materialibus. Secunduʒ attēdenduʒ in cognitione noſtra eſt ꝙ intellectus noſter in cognitione noſtra procedit de pura potētia in puruʒ actum per actus medios imperfectos. ⁊ ratio huius eſt qꝛ intellectus noſter in principio ſue creationis eſt tanꝙ tabula denudata ab omni pictura in qua nichil eſt depictum. vt habetur .3º de aīa. in potentia tñ vltima ad omne intelligibile ⁊ qꝛ inter puram potentiaʒ ⁊ actum perfectum ⁊ determinatuʒ mediant actus imperfecti potentie permixti qui .ſ. ſunt actus reſpectu potētie precedentis. ⁊ ſūt potentia reſpectu actus ſequentis Ideo vniuerſalia que ſunt magis confuſa in potentia et indiſtincte continentia minus vniuerſalia prius cognoſcuntur ab intellectu noſtro confuſe et indiſtincte ꝙ minus vniuerſalia. et iſte eſt naturalis modus intelligendi noſtri intellectus. Quare ſit.

## Concluſio Reſponſiua.

Uniuerſalia ſunt nobis notiora ſingularibꝰ ⁊ minus vniuerſalibus. Probatur concluſio ratione textus. qꝛ non ſunt eadeʒ nota nobis et nature ſiue ſimpliciter. ſed vniuerſalia ſunt minꝰ nota nature ⁊ ſecundum ſe minus vniuerſalibꝰ ergo vniuerſalia ſunt notiora nobis minus vniuerſalibus. Minor patet. qꝛ vniuerſalia ſunt magis confuſa minus vniuerſalibus eo ꝙ ſub ſe comprehendūt confuſe ⁊ indiſtincte minꝰ vniuerſalia ipſis actualiora. Unde intentio nature ꝑ prius terminatur ad ſpecieʒ ⁊ per ſe ꝙ ad quodcūqʒ aliud. licet producēdo prius attingātur alii gradus generis. tamē ipſi nō ſunt principaliter a natura intenti. Unde iuxta hoc aduertendum eſt ꝙ eadem dicit phūs eſſe eadeʒ numero nature. ⁊ ſimpliciter ſeu ſecunduʒ ſe. qꝛ quanto aliquid magis eſt in actu determinato tanto magis habet vnde poſſit cognoſci eo ꝙ vnūquodqʒ ſecundum ꝙ eſt in actu formali ſue eſſentie. Sed minus vniuerſalia ſunt magis in actu determinato ipſis vniuerſalibus ⁊ immaterialia materialibus. ideo minus vniuerſalia et immaterialia ſunt ſimpliciter naṫe notiora materialibus ⁊ vniuerſalioribus. Nō tamē intelligendum ꝙ natura cognoſcat. ſed qꝛ ſecundū hº magis habent vnde poſſint ꝯgnoſci. Uerumtñ Albertus in hoc paſſu diſtinguit de duplici natura. qꝛ natura vnomodo dicitur rei quiditas que eſt principium cognitionis ipſius rei. ⁊ hoc modo ſubſtantie ſeparate ⁊ ſpecies ſpecialiſſime que habent quiditates magis completas ⁊ formales ſūt cōpletioꝛ nature materialibus ⁊ vniuerſalibus. Aliº dicitur natura cauſa efficiens que producit res effectiue. ⁊ iſta natura ſʒꝰ ipſum dicitur natura naturans ſeu operans. et hec eſt duplex. nam quedaʒ eſt vniuerſalis cuiuſmōi eſt celum cū ſuis motoribus influentiis et cōſtellationibus. ⁊ hec per ſe intendit eſſe ſpecificuʒ ⁊ per accidēs indiuiduuʒ. Alia eſt natura

particularis que dicitur forma alicuius partic
laris agentis.ſ.forma huius aſini que per ſe in
tendit indiuiduum hoc eſt intendit formam in-
determinata materia. et hoc modo accipien
do naturam ſingularia ſunt magis nota. non
ꝙ cognoſcat ea.ſed ſi cognoſceret prius ea cog-
noſceretur.quia prius cognoſcuntur fines his que
ſūt ad finē.modo natura primo ⁊ per ſe intēdit ſingu
lare ⁊ ex cōſequenti vniuerſale. Verumtamen ſi
capiatur natura ſcilicet celum cum ſua anima meta
phorice poſſumus dicere ꝙ etiā cognoſcit primo ⁊
per ſe ſpeciem quā primo et per ſe etiā intendit.
Deinde probat phūs concluſionem tribus ſignis
quorum primum ſumitur a toto integrali ſenſibi
li.⁊ cū tale totum integrale ſenſibile cognitione
confuſa eſt nobis notius ꝙ ſue partes.vt prius
apprehendimus domum ꝙ determinate ſuas
partes cognoſcamus.ergo totum integrale prius
eſt notum nobis ſuis patibus.⁊ per conſequens
confuſa ſunt nobis notiora.Nec valet ſi dicatur
ꝙ totum accipitur equiuoce ⁊ ſimiliter cognitio.
quia totum integrale ⁊ ſimiliter totum intelligibi-
le conueniūt in hoc ꝙ comprehendunt omnes par-
tes ſuas indiſtincte ⁊ īdeterminate. mō i vtroq;
cognitio confuſa precedit cognitionem determi
natam ſingularum partium. Secundum ſig
num eſt a toto integrali intelligibili quod dicitur
diffinitum.diffinitum enim prius eſt notum cog-
nitione confuſa partibus diffinientibus.vt ali-
quis prius cognoſcit circulum ꝙ partes ipſius dif
finientes.ergo totum intelligibile vniuerſale eſt
prius notum nobis confuſe ſuis partibus. Nec
valet ꝙ partes diffinientes ſunt vniuerſaliores
diffinito.quia ſi conſiderentur partes diffinientes
ſecundum ꝙ diffinientes ſunt tunc habent modum di
ſtinguentis ⁊ determinantis.ideo dicitur in tex
tu ꝙ diffinitio reſoluit in ſingula.ſi tamen con-
ſiderantur ille partes inter ſe ſunt vniuerſalio-
res ⁊ prius cognoſcuntur cognitione confuſa ſu
is diffinitis.Et per hoc ſoluitur tertia ratio ante
oppoſitum. Tertium ſignum eſt a toto vniuerſa-
li ſenſibili.quia quanto aliquid eſt magis vniuer
ſale inter ſenſibilia tanto eſt prius notum a ſen-
ſu ⁊ ſecundum tempus ⁊ ſecundum locum.Secū
dum tempus patet per declarationem philoſo-
phi.quia pueri primo vocant omnes homines
patres ⁊ omnes feminas matres vocant. ⁊ poſt
ea adueniente vſu rationis determinant vnum
virum eſſe patrem.⁊ vnam feminam eſſe matrem
Secundum locum etiam patet quia quando ali
quid videmus a remotis partibus iudicamus
prius cū videmus ꝙ ē aliquod corpus ꝙ ꝙ ſit vi
uum.⁊ prius ꝙ ſit viuum ꝙ ꝙ ſit aſinus.⁊ prius
ꝙ ſit aſinus ꝙ determinatus.ergo ad ſenſum ſin
gulare confuſum eſt prius notum ſingulari deter-
minato.ergo ſignum eſt ꝙ ita ſit in intellectu.
Tunc ſit.

## Concluſio principalis prohe

mii.ꝙ ex vniuerſalibus nobis notis oportet pro-
cedere ad ſingularia.probatur.Nam oportet nos
procedere in cognoſcendo a nobis notioribus in
minus notiora ad magis notiora tamē nature
Sed vniuerſalia ſunt magis nobis nota ſuis ſin
gularibus.ergo ex cognitione vniuerſalium opor-
tebit nos procedere in cognitionem ſingulari-
um.hoc eſt minus vniuerſalium. Et per hoc pa
tet reſponſio ad queſitum.

## Ad Ratioēs ante oppoſitum

Ad primam dicitur ꝙ aliter capitur hic ſingula
re.⁊ in libro poſteriorum.nam hic capitur pro mi-
nus vniuerſali ⁊ non pro ſingulari ſimpliciter ſi-
cut in primo poſteriorum accipitur pro indiuiduo
rei materialis. Ad ſecundam dicitur ꝙ vni
uerſalia in cauſando de quibus videtur loqui
phūs ibidem ſunt difficilime cognitionis ſimi
liter vniuerſalia in predicando diſtincta per dif
ferentias ipſas diſtinctas ſunt difficilima. ſed nō
cognitione confuſa. Tertia ſoluitur in ſe-
cundo ſigno. Ad quartam dicitur. ꝙ non ē
idem eſſe confuſum ⁊ eſſe compoſitum.nam con
fuſio attenditur ex parte partium ſubiectiuarum
compoſitio autē integralium. Dicitur etiam ad
rationem ꝙ prius eſt diffinitum cognoſcere con
fuſe ꝙ ipſum explicare per ſua diffinientia.vt pa
tuit in tertio ſigno.licet ſua diffinientia ſecun
dum ſe conſiderata prius poſſint cognoſci. Ad
quintam dicitur.ꝙ cauſa ſufficiens poſita eo mo
do quo ſufficit producit perfectiorem effectum
ꝙ producere poteſt.ſed producit determīato mo
do.ſed obiectum intellectus noſtri naturaliter
prius repreſētat rē ↄfuſe quā diſtīcte.ideo oportet de neceſ
ſitate ꝙ itellectus noſter procedat de cognitiōe ↄfu
ſa i diſtīctā.Ad vltimam dicitur ꝙ indiuiduum ſpe
ciei forcius ⁊ perfectius mouet ſenſum indiui-
duis genericis puta. hoc album hoc colora-
tum.non tamen mouet per prius.⁊ ſimiliter de
ſpecie ⁊ genere diceretur. nam ſpecies perfecti
us ⁊ fortius apprehenditur ab intellectu.ſed nō
per prius.igitur ⁊c. Sequitur in textu.
Neceſſe eſt igitur aut vnum ⁊c.

## Queritur ſexto. Vtrum

Philoſophus naturalis habeat diſputare con-
tra negantes ſua principia. Arguitur ꝙ ſic.
Habet arguere contra negantes ſuas cōcluſio-
nes:ergo ⁊ contra negantes ſua principia. ↄña
tenet.quia principia ſunt euidentiora ſuis con-
cluſionibus.ergo magis habet defendere ſua pri
cipia ꝙ concluſiones. Secundo ſic quia natura
lis phūs habet ſuſtinere ſua principia.ſed hoc fa-
cere non poteſt niſi probentur et ſoluantur ratio
nes que in contrarium adducuntur.ergo phūs



naturalis habet diſputare contra negantes ſua
principia.aliās de ipſis videretur dubitare. Ad
oppoſitū eſt phūs in primo. Pro reſponſiōe.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs oſtendit in prohemio ꝙ determinantē
de natura oportet procedere ab vniuerſalibus ad
ſingularia:hic ↄñter incipit proſequi ea que per
tinent ad phiam naturalem formando de ipſis
principiis quinq; queſtiones .quarum Prima
eſt.vtrum tantū ſit vnum principiū rerum natu
ralium aut plura .et vtraq; pars habet plures
opinantes.quidā enim eorū ponunt vnū princi
pium . quidam vero multa. Secūda queſtio
eſt ſi tātum eſt vnum principium vtrum ipſum
ſit immobile vt ait Permenides et Meliſſus
de quorū opinionibus infra patebit.vel mobile
vt quidam naturales antiqui dixerunt quorū
quidā ponunt aerē eſſe principiū omnium rerū
naturalium vt Diogenes. quidam aquam vt
Tales.quidā ignem vt Eraclitus .alii aliquod
mediū inter aerē et aquā vt vaporem .Nullus
vero eorū dixit terrā eſſe principium propter eius
groſſiciem.Dicebant.n .antiqui hmōi principia
mobilia.quia per rarefactionē et condenſatio
nem alicuius eorum dicebant alia fieri ex illis.
Si ſint plura tunc inſurgit alia queſtio.vtrum
ſcilicet ſint numero finita.aut numero infinita.et
vtraq; pars habet opinantes .et ſi ſint finita
tunc inſurgit quarta queſtio. Utrū ſint duo
aut tria.aut ſecundū quēdam alium numerum fini
tum.Duo vt poſuit permenides ignem et terrā
vt dicetur.Tria vt illi qui poſuerunt ignem et a
quam et aerē.terrā autē eſtimauerunt eſſe cō-
poſitam propter eius groſſiciem et denſitatē.alii
vero poſuerunt quatuor elementa cum duobus
aliis ſcilicet cauſalitate et amicicia. Si principia
vero ſint infinita inſurgit quinta queſtio.vtrum
ſcilicet iſta principia infinita ſint omnia vnius
generis ſecundū naturā differentia tm̄ figura et
poſitione et ordine . vt poſuit Democritus di
cens infinita corpora athomalia eſſe principia
et omnia eſſe eiuſdem generis. Differentia ſolū
figura et poſitione et ordine .propter quā diuerſi
tatem ex ipſis dicebat res diuerſas cauſari . aut
ſint illa pricipia diuerſorum generum vt poſuit ana
xagoras.qui poſuit principia nature eſſe infini-
tas partes minimas.vt minimas partes carnis
eſſe pricipia carnis.et minimas patres oſſis eſſe
principium oſſis.et de hoc poſtea videbitur.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Apud ponentes plura principia non eſt querē-
dum vtrum ſint mobilia aut immobilia. quia
nullus ponens plura principia potuit ea pone-
re immobilia.cum enim oēs ponerent cotrarieta
tem in principiis.contraria principia autē ſunt
que nata ſunt alterari. ideo in pluralitate princi
piorum nō potuit ſeruari immobilitas.ymo poſi
ta pluralitate de neceſſitate ſequitur mobilitas.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ Vt

dicit phūs eadem diuerſitas opinionum eſt cir
ca entia. ſimiliter phi inquirentes de his que
ſunt ſcilicet de entibus querunt quot ſunt . vtrum
ſcilicet ſint vnum aut plura .et ſi multa vtrū finita
vel infinita.Et ratio huius eſt.nam antiqui phi
non cognouerunt niſi cauſam materialē et parum
aut nihil cognouerunt de aliis cauſis.ponebāt
aūt formas naturales eſſe accidentia ſicut arti
ficiales.ſicut igitur tota ſubſtantia artificialiū eſt
eorum materia.ita ſequebatur ſecundū eos ꝙ to
ta ſubſtantia naturaliū eſſet eorum materia. ideo
illi qui ponebant tātum vnum principiū puta
aerem putabant ꝙ omnia entia ſecundū ſuam
ſubſtantiā erant aer. et ſimiliter in aliis opinio
nibus.et hoc ꝙ dicit phūs cum dicit ꝙ perquirit
ex quibus ſunt que ſunt hoc.hoc eſt inquirere
primo de principiis in cōmuni rei naturalis ex
quibus entia eſſe dicuntur. Ex quo patet ꝙ qui
querunt de entibus vtrum ſint vnū aut plura:
eorum inquiſitio eſt a principiis naturalibus.que
elementa dicuntur.

## Sciendum eſt quarto . ꝙ

In naturali phia ſupponendum eſt pro princi-
pio per ſe noto omnia aut quedam moueri.vt
patet ad ſenſum.et dicit phūs in iſta ſuppoſitio
ne aut quedā propter motores orbium.qui pñt
dici naturales eo ꝙ cauſant motū naturalem
et tamen motores tales ſunt immobiles.Omia
enim que ſunt intra concauum orbis lune ſunt
mobilia et motu ad vbi et motu ad formam .
licet enim partes terre circa centrum non mo
ueantur localiter.ſunt tamen mobiles ſi ponan
tur extra locum.et quia ſunt mobiles extra lo-
cum:ideo poſſunt etiam alterari circa centrum.
Quibus notatis ſit.

## Concluſio reſponſiua ad.q.

ꝙ phūs naturalis ex proprio habitu non habet
diſputare contra negantem ſua principia. Pro
batur primo . Nam geometra non habet diſ
putare ↄtra negātes ſua principia.cū hoc eſt al
terius ſcīe particularis. cū geometria ſit alicui
ſciētie particulari ſubalternata ſicut muſica ſub
alternatur ariſmetice.ideo ad Ariſmetricā pertinet
diſputare contra negantem principia muſice .
vel ergo pertinet ad ſcientiā comunē ſcilicet ad logi
cam cōmunem quātum ad vſum. quia logica
probabile pluribus reprobabiles habet viam
ad omnium methadorū principia .vel hoc per
tinet ad metaphiſicā racōe formalitatis ſui ſub
iecti ſic ꝙ per pricipia ētis inquantum ens per ptes

et proprietates eius habet ſtabilire principia oi um ſcientiarum particulariũ. cum ergo phiſicus ſimiliter ſe habeat ad ſua principia ſicut geo metra. ſequitur ꝙ non habet diſputare contra negantes ſua principia. Secunda ratio eſt quia phiſicus non habet diſputare cõtra quãlʒ poſitionem extraneã et impbabilem. vt contra rationem Eraditi dicentis nihil poſſe ſciri eo ꝙ omnia dicit eſſe in motu continuo vel contra ta lia dicentẽ. Nam quolʒ proferẽte contraria opi nionibus ſolicitum eſſe ſtultum. vt habetur p° thopicorũ. et hoc eſt ꝙ dicit phũs ꝙ intendit ꝑ quirendum Utrum ens ſit vnum immobile. ſimile eſt ac ſi diſputaretur contra quamlibet aliam poſitionẽ impbabilem. ergo phũs ex pro prio habitu non habet diſputare contra perme nidem et melliſſum. quia poſuerunt tantũ vnũ principium immobile. et q: negabant motum negabant principium phiſicũ. Sit.

## Concluſio ſecunda. ꝙ phiſi

cus naturalis non habet ſoluere quãlibet rõeʒ ſophiſticam. ſed ſolum illam que de principiis naturalibus aliquid mentitur. Probatur cõclu ſio duabus rationibus phi. Prima eſt phiſi cus inq̄tum phiſicus non habet cognoſcere de principiis aliarũ ſcientiarum. alias aſſimulare͛ ceco nato volenti de coloribus iudicare. ergo phiſicus non habet ſoluere rationem ſophiſticã aſſumentẽ alia principia a principiis naturalis philoſophie. aut negantem principia naturalis philoſophie. ergo non habet ſoluere oẽm rõneʒ ſophiſticã. ſed ſolum illã que ex principiis natu ralis phĩe mentitur. Secunda ratio ẽ in ſciã naturali ſupponitur ꝙ encia naturalia mouẽ tur. vel omnia. vel quedã. neceſſarium autẽ eſt motum ſupponi in ſcientia naturali ſicut ſuppo nitur naturã eſſe intellectus in cuius diffinitiõe ponitur motus. vt infra dicetur. Ponit ergo talem rationem per ſimilitudinem vt in geome tria. nam geometra non habet ſoluere rationẽ anthiſontis volentis quadratum equare circu lo per diuiſionem circuli. negantis tamẽ in ſua ratione lineam circulareʒ eſſe diuiſibilẽ in ſemꝑ diuiſibilia. ſed habet ſoluere rationem Briſonis volentis quadratum equale eſſe circulo tamen ad hoc aſſumentis principiuʒ giometricum. ſcʒ ꝙ linee ducte ab eodẽ puncto in idẽ ſunt equa les. ergo ſimiliter phiſicus habet diſputare ꝯtra ſumentes principia phiſica. Non habet autem ſoluere negantes principia vel aſſumentes alia principia. Et pro declaratione huius rõnis.

## Sciẽduʒ eſt quinto. ꝙ briſo

ſubtilis ingenii ad oſtendendũ quadratuʒ eſſe equale circulo infra circulum conſtituebat qua dratum. cuius latera tangebant lineam circuli in quatuor puncta. ſcilicet. a. b. c. d. et totũ qua dratum diuidebat circulum in quatuor partes et tunc faciebat talem rõem. linee ducte ab eo dem puncto in idem punctũ ſunt equales. ergo latera quadrati infra circulũ deſcripti ſunt equa lia circulo. et per ꝯñs quadratũ. Uñ illud prin cipiuʒ habet veritatem in lineis eiuſdem rõis. cuiuſmodi non ſunt portiones circuli et latera quadrati. oſtendere autem quomodo ex arcu fieret corda vel ex circumferentia fit diame ter circuli eſt opus maioris inquiſitionis per tinens ad geometriaʒ. Sed anthiphon rudis negando principia geometrie conſtituebat. vt prius dictũ eſt quadratũ infra circulum. et tunc ſupra quodlʒ latus quadrati faciebat triangu lum ſecantem circulum ſecundum aliquã eius portionẽ. et tunc reſultabat figura octo lateruʒ. ⁊ octo ãguloꝝ. Et iteꝝ ſupra quodlʒ latus cuiꝰ libet trianguli conſtituebat alium triangulum ſecantem aliam portionem circuli et fiebat fi gura ſedecim laterũ et totidem angulorum. et ſic faciebat donec habebat portiones omẽs cir culi diuiſos. et figuram tot laterum et anguloꝝ ꝙ equarentur circulo. Et tunc arguebat ſic. que cumqʒ vni et eideʒ ſunt equalia illa inter ſe ſũt equalia. ſed quadratum circuli et circulus ſunt equales illi figure multilaterum ſupra quadra tum et infra circulum conſtitute. ergo quadra tum eſt equale circulo. Iſtaʒ rationẽ non habet ſoluere geometra. q: lineam negat eſſe diuiſi bilẽ in ſemper diuiſibilia quod eſt principium in geometria. et ſic patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam negetur ꝯñtia. et ad probationẽ dicitur ꝙ principia ſunt ita manifeſta ꝙ eorum oppoſita non ſunt probabilia. ideo nullã habʒ viam phiſicus ad ſua principia. Similiter dicit͛ ad ſecundã ꝙ phiſicus non habet defẽdere ſua principia. ſed debet ea ſupponere. ſʒ inq̄tũ logi cus vel methaphiſicus poteſt ea defendere prop ter bonitatem doctrine ſicut facit phũs. ¶ Se quit͛ textꝰ. Sed conueniẽs eſt de natura etc.

## Queritur ſeptimo. Utrum

Sit vnum ens et immobile. Arguitur ꝙ ſic rationibus Permenidis et Melliſſi. Primo ſic quod factũ eſt hʒ pricipiũ. g° quod nõ eſt factũ non habet principium. ſed ens non eſt factum. ergo non habet principium. et per conſequens neqʒ finem. erit ergo infinitum. quod aũt eſt in finitum eſt imobile non eniʒ habet extra a quo moueatur. Iteʒ quod eſt infinitũ eſt vnum q: ſi eſſent multa opporteret aliquid extra illud eſſe infinitũ. infinitũ aũt eſt ens vnum infinitũ et immobile. ꝛ° arguitur ratione Permenidis poſita quinto methaphiſice quicquid eſt preter ens eſt non ens. ſed quod eſt non ens eſt nihil ergo quicquid eſt preter ens eſt nihil. ſed ens eſt vnum. ergo quicquid eſt preter vnum eſt nihil. ergo eſt tãtum vnum ens. et ex hoc cõcludebat Permenides ꝙ eſſet immobile cum non habe ret a quo moueretur nec extra ſe a quo mouere tur. igitur. In oppoſitum eſt phũs in textu re probans hmõi opiniones et ſoluẽs hmõi rões

Pro reſponſione ad queſtionem

## Sciẽduʒ eſt primo. ꝙ poſt

q̄ phũs poſuit opiniões phõrum de principiis rerum. hic conſequenter diſputat contra opi niones falſas. et primo cõtra eos qui non na turaliter loquuti ſunt. ꝛ° diſputabit cõtra na turaliter loquentes. et licet ex proprio habitu non teneatur diſputare nec poſſit ſoluere rõnes nõ naturaliter loquẽtiũ vt dicit. vtile tñ eſt ad propoſitum diſputare de hmõi oppinionibus et ſi ñ eſt ſciẽtie naturalis diſputare de his oppi nionibꝰ. pertinet tamen ad phĩam primã. ideo inq̄tum methaphiſicus propter bonitatem rei diſputabit ꝯtra hmõi opiniones.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Ad diſputandum contra hmõi opiniones Per menidis et Melliſſi accipiẽdũ eſt vt dicitur in textu ꝙ illud quod eſt. ſcilicet ens dicitur multi pliciter. vt patet in. 5° methaphiſice. Eſt g°

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Non tantum eſt vnum ens infinitum et immo bile. Probatur. quia ſi ſit tãtum vnum ens vel illud eſt ſubſtantia q̄titas vel qualitas. vel aliquod aliorum generum. ſi ſit ſubſtantia cum ſubſtantia diuidatur in vniuerſalem et particu larem. in primã et ſecundã. et iterum ſubſtantia diuidatur in multas ſpecies Querendũ eſt ergo vtrum dicant omnia eſſe ens vnum. vt hominẽ vnum. aut equuʒ vnũ. aut animã vnam. et ſic de aliis ſubſtantiis. aut qualitatẽ vnam. vt cali dum. aut vt album. aut vt aliquod hmõi. nl̄lũ enim differt quodcũqʒ iſtoruʒ dicatur. oportet ergo ꝙ ſi ens ſit vnum oportet ꝙ ſit ſubſtantia et accidens ſimul aut ſubſtantia tãtum vl̄ acci dens tantum. ſi ſubſtantia et accidens ſimul nõ erit vnum tantũ ſed duo. nec differt etiam vtrũ ſubſtantia et accidens ſint ſimul in vno vel ſint ſicut diuerſa quia nunq̄ ſubſtantia et accidens ſunt vnum. Si vero dicatur ꝙ illud ens ſit tãtũ accidens et non ſubſtantia hoc eſt omnino im poſſibile. nam accidens ſine ſubſtantia eſſe nõ poteſt. omnia enim accidentia dicuntur de ſub ſtantia ſicut de ſubiecto. Et in hoc dicit ſanctus Thomas conſiſtit ratio eorum. Si vero dicat͛ ꝙ ſit tantuʒ ſubſtãtia ſine accidente ſequitur ꝙ non ſit q̄titas vel qualitas. nam q̄titas eſt acci dens. et hoc eſt contra poſitionem Melliſſi po nentis ipm ens eſſe infinitum. q: conſiderauit ipm ens ex parte materie. quia cõſiderabat ens ſecundum ꝙ eſt factum vel nõ factum. ideo po nebat vnum ens eſſe infinitum. ſic ergo ſequit͛ ꝙ non ſit q̄tum. ſequitur ꝙ non eſt infinitum. quia finitum proprie loquendo eſt in q̄titate. ſubſtantia enim et qualitas. ⁊c. hmõi nõ dicũ tur finita vel infinita niſi per accidens. cũ ergo Melliſſus ponat ens vnum infinitum non põt ponere ſubſtantiã ſine quãtitate. ſed ſi ſubſtan tia et q̄titas ſint ſimul ſequitur ꝙ non eſt tãtuʒ vnum ens nullo modo. ergo non poteſt eſſe ve rum ꝙ Melliſſus dicit ꝙ ens eſt tantum vnum et infinitũ. ⁊ iſta eſt prima ꝓbatio quã ſumit ex diuiſione entis in predicamẽta. Secundã ra tionem proponit ex parte vnius. quia ſi omnia ſint vnũ. vel ſunt vnũ continuitate vt linea vel corpus. vel vnũ indiuiſibilitate vt punctus. vel dicuntur vnum ſicut illa quoꝝ vna ratio diffi nitiua eſt ſicut vaſa et vinũ dicitur vnum. quia illis tribus modis dicitur vnũ. Sed nl̄lm iſtoꝝ poteſt dici. primo enim non poteſt dici ꝙ omnia ſint vnum cõtinuitate. quia continuũ quodam mõ eſt multa. omne enim continuum eſt diuiſi bile in infinitum. et ſic continet in ſe diuerſas partes. ideo qui ponit ens continuum quodaʒ multa ponit nl̄ta nedũ ꝓpter multitudinẽ ꝑtiũ ſed etiam propter diuerſitateʒ totius a parte et econtra. Secundo omnia non poſſunt dici vnũ indiuiſibile. quia quod eſt indiuiſibile non eſt quantum cum omnis q̄titas ſit diuiſibilis. et ſi non ſit q̄tuʒ nõ erit quale fundatuʒ in q̄tita te. ſi ergo non eſt q̄tum non poteſt eſſe finitum. ſicut dicit Melliſſus. quia terminus indiuiſibi lis vt punctus non eſt finitus nec infinitus. iõ habet textus ꝙ finitum et infinitum q̄titati cõ ueniũt. Nec poteſt dici tertium. ſcʒ ꝙ ſint vnũ ſe cundũ rationem diffinitiuã. q: ſi hoc eſſet verũ ſequerentur tria maxia inconuenientia. Primũ eſt ꝙ contraria eſſent vnum ſecundũ rationem et ſic eadem eſſet ratio boni et mali. ſicut poſuit Eraclitus eãdem rõem eſſe contrariorum. vt habetur. 4° methaphiſice. ꝛꝰ incõueniens eſt ꝙ ſequeretur ꝙ eſſʒ eadẽ ratõ boni et non boni et quia ad malum ſequitur non bonum. et ſic ſequeret͛ ꝙ rõ entis et nõ entis eſſet. ⁊ ſic ſeq̄re tur ꝙ non omnia entia eſſent vnum ens vt ipi poſuerunt. ſed etian eſſent nõ ens ſiue nihil. nã quecunqʒ ſunt vnum ſecundum rationem diffi nitiuam ita ſe habent ꝙ de quocunqʒ predicat͛ vnum et predicatur aliud. et iõ ſi ens et nihil ſunt vnuʒ ſecundũ rõneʒ ſequitur ꝙ ſi omnia ſint vꝰ ens ꝙ oĩa ſunt nihil quod eſt abſurdũ.

3ꝰ inconueniens eſt ꝙ ſi diuerſa genera vt qualitates et quantitates ſint eadem ſecundũ

rationem. et hoc eſt inconueniēs quod ponit. p. vt dicit ſanctus Thomas cum dicit in fine capituli tali ⁊ tanto. Et pro declaratione harum duarum rationū aduertendū ꝙ vt habet phūs 4° metha. contra negātes principia nō poſſumus adducere demonſtrationem ſimpliciter. qꝛ ipſa ſunt indemōſtrabilia. ſed poſſumꝰ adducere argumentationē ad cōtradicendum que procedit ex hiis que ſupponuntur ab aduerſariis q̄ interdum minus nota ſunt. ⁊ ſic philoſophus in hac diſputatione vtitur pluribus que ſunt minus nota ꝙ hoc quod eſt entia eſſe multa. et non vnum tantum.

## Dubitatur primo.

De motiuo aliquorum phorum poſteriorū. qui cōturbati fuerunt propter huiuſmodi rationes proprias. Ad quod dubiū dicitur cū textu ꝙ aliqui fuerūt poſteriores phī neſcientes diſtinguere vnū qui pro inconueniēti maximo reputabant ꝙ aliquod idē ſit vnuʒ et multa. ſʒ ipſi cōuicti rōnibus illud tamen confiteri cogebantur. ideo dicit textus ꝙ poſteriores turbati ſunt et in turbationē inciderūt quemadmodū Permenides et Melliſſus. ideo ne forte contingeret hoc dicere ꝙ idem ſit vnum et multa quod et inconueniens videbatur vtriſqʒ. ideo ponentes oīa eſſe vnum totaliter auferebant multitudinem. poſteriores vero multitudinem conabantur remouere ab omni illo quod poſuerāt eſſe vnū. idō Licofron auferebat hoc verbum eſt et dicebat ꝙ non erat dicendum homo ē albus ſed homo albus. conſiderabat enim ꝙ homo et albū eſſēt quodāmodo vnum alioquin albū de homie non predicaretur. ideo videbatꝰ ei et ſuis ꝙ hec dictio eſt copula verbalis copularet duo. ideo ab eo ꝙ eſt vnum totaliter volēs remouere mltitudinem dicebat ꝙ eſt non erat apponendum. Sed ab aliis videbatur īperfecta orō idō illud volentes corrigere mutabant modum loquēdi non dicendo homo ē albus ne denotaretur aliqua multitudo. ſed dicebant homo albatur. qꝛ per hoc nō denotabatur aliqua res vt eis videbatur. ⁊ nō dicebāt homo eſt ambulās. ſed hō ambulat. et illud putabāt. neſciebant enī diſcernere vtrum vnum et ens dicerentur ſimpliciter vel mltipliciter. quod manifeſtū eſt quoniā illud quod eſt vnum vno modo ipſum etiam poteſt eſſe multa alio modo. ſicut vnū ſubiecto poteſt eſſe multa ratione. puta album et muſicū ideo bene poteſt concludi ꝙ vnum vno modo ſit multa alio modo. Contingit etiā ꝙ vnū in toto et actu multa ſit ſecundum partium diuiſionem. vnde totū vnum in ſua totalitate habʒ tantum partiū multitudinem in potentia. Quis ergo illi antiqui ad id quod eſt vnum ſubiecto et multa ratione aliquod medium adinuenirent auferentes hoc verbū eſt vel cū copulam tamen omnino deficiebant in toto neſcientes reſpondere. ꝯfitentes tamē inconueniens vnū eſſe multa. Sʒ qꝛ non eſt inconueniēs vnū eſſe multa quando vnum et multa non accipiunꝰ vt oppoſita. vnum enim actu et multa in actu opponuntur. ſed vnum in actu et multa in potentia non. ergo ⁊cet.

## Dubitatur ſecundo:

Circa ſecundā rationem. ſcilicet vtrum totum et pars ſint vnum actu vel plura. Et videtur ꝙ ſint plura. quia multa predicantur de toto que nō predicantur de partibus et econtra. ergo plura. Oppoſitū tamen videtur. quia totū nihil aliud eſt ꝙ̄ ſue partes ſimul ſumpte. Dicitur ad dubium ꝙ vt habet Albertus ꝙ totum et pars ſic ſe habent ꝙ totum in forma totius vnit partes ſiue illa forma ſit forma continuitas ſiue alia ſicut corporis compoſiti ex partibus diuiſibilibus non continuis. ideo partes relate ad vnā formā vnienteʒ eas ſunt vnum in illa ſiue ſint continue ſiue cōtigue aut non. Si aūt ptes accipiantur ſecundū ſe diuerſe per ſitū tantum. vel per ſitū et formam partis in eo ꝙ pars non eſt continua per ſitum ſed ſolum cōtinuatꝰ ſicut pars cōtinuatur que non eſt eundē ſitum habet cum alia parte per ſitum autem et formam ſicut partes non continue vt caro ⁊ os. ⁊ hoc reſpectu ſi conſideretꝰ totum et partes ſimul ſumpte n̄ ſūt idem realiter. et etiā Auerrois loquendo de toto per compoſitionem facto ſic intelligit. Poſſet tamen dici ꝙ eſt verum de omni toto ꝙ partes ſimlꝰ ſumpte ſunt ideʒ cū toto. differunt tamen ratione. ideo aliqua verificantur de toto et nō de partibꝰ ſimul ſumptis propter diuerſitatem partiuʒ inter ſe. ſi vero conſiderantur partes ſʒꝰ ſe differunt inter ſe et a toto loquendo de toto reali. et ſic patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā ſcilʒ Melliſſi de qua dicit textus ꝙ̄ eſt magis oneroſa Melliſſi ratio et non habens defectum non et inducens dubitationem aſſumit enim ꝙ contrariatur naturalibus principiis. eſt etiam manifeſte falſa. ideo hanc rōeʒ phūs improbat ꝙ̄tum ad quatuor. Primo qꝛ in prima ꝯñtia committitur fallatia ꝯñtis a deſtructione añtis ad deſtructionem ꝯñtis dicendo quod ē factū habʒ principium. ergo ꝙ non eſt factū non hʒ prīcipiū. Secundū incōueniēs eſt ꝙ̄tum ad illationem. non habet principiuʒ. ergo eſt infinitum. quia principiū dicitur dupliciter. Uno mō de principio tēporis et gñacōis et ſic accipitur cū dicitꝰ quod eſt factū habʒ principium. Alio modo vt eſt principium magnitudis. et ſic ſequitꝰ ꝙ non habet principium eſt infinitum. 3° improbatur quātum ad illationem qua infertur eſt infinitum ergo inmobile. ⁊ oſtendit. hoc non ſequi duplr̄ primo qꝛ aliqua particularis aqua poteſt moueri in ſe ipſa ita ꝙ moueatur ad locum. Improbatur etiam quatum ad motum alterationis quia nichil refert infinitum alterari quo ad totum vel parteʒ. Improbat etiam quartam illationem quia ſi ens eſt infinitum ꝙ ſit vnum. non enim ſequitur ꝙ ſit vnuʒ ſecundum ſpeciem licet bene ſecūdum materiam. Ad ſecūdam rationem permenidis poſitam quinto methaphiſice dicitur ꝙ idem eſt modus ſoluendi. nam ſicut ratio melliſſi aſſumebat falſas propoſitiones et male concludebat ſic et ratio permenidis. oſtendit enim in ſimili ꝙ ratio permenidis nō cōcludebat nā forma argumēti nō eſt efficax in omni materia ſi enīʒ accipiamus album loco entis ⁊ ponamꝰ ꝙ album ſignificat tantum vnuʒ ⁊ nō equiuoce dicatur demōſtramus ſic. quicquid eſt preter album eſt non album. ⁊ quicquid eſt non album eſt nichil. ſed non ſequitur ꝙ albū ſit vnū. Primo quia non omnia alba ſunt vnum continuū. ⁊ poſito ꝙ eſſent adhuc eſſent quodam modo multa. ⁊ faciliter iſtud poteſt adaptari ad rationem permenidis.

## Queritur octauo.

Utrum Sola ſubſtancia exiſtēte ipſa ſit per ſe diuiſibilis. Arguitꝰ ꝙ ſic naʒ qdꝰ per ſe habet partes per ſe eſt diuiſibile ſed compoſita ſubſtancia ex materia ⁊ forma habet per ſe partes. ergo per ſe eſt diuiſibilis. 2° ſic arguitur quicquid eſt cauſa cauſe eſt cauſa cauſati ſed ſubſtancia corporea eſt cauſa quantitatis. que per ſe eſt diuiſibilis ſʒ quicquid conuenit cauſe ⁊ cauſato per priꝰ cōuenit cauſe quam cauſato ergo diuiſibilitas primo conuenit ſubſtancie cauſe quam quantitati cauſate. 3° ſic arguitur notum eſt ꝙ materia non eſt tota in vna ſubſtancia compoſita ſed eſt partita in multis ergo habet partes ſecunduʒ ſe ſed quod habet partem ⁊ partem eſt diuiſibile ergo ſubſtancia materie diuiſibilis ē. 4° arguitur ſic ſubiectum nichil habet de ſubſtancialibus ab accidente. ſed eſſentiale eſt materie ſecundum diuerſas partes eius perfici pluribus formis. ergo non habet illas partes a quantitate ⁊ per conſequens nec diuiſibilitatem.

5° arguitur ſic generationes et corruptiones ſunt infinite ſed hoc non videtur eſſe verum niſi materia prima ſit diuiſibilis in infinitum. g° ſequitur ꝙ ſola exiſtente ſubſtancia ſiue materia ſit per ſe diuiſibilis. In oppoſitum eſt philoſophus in rationibus quas adducit contra Permenidem ⁊ Melliſum vbi dicit ꝙ ſi ſola ſubſtancia eſſet ipſa non eſſet finita nec infinita cum non eſſet quanta ergo nec etiam diuiſibilis. Pro reſponſione ad queſtionem.

## Sciendu ʒ eſt primo.

ꝙ Ut habet Albertus quidaʒ theologi hoc concedūt ⁊ dicunt Ariſtotelem locutum fuiſſe ſecundum ſenſum cum, tn̄ ſecundum rationem aliter ſit. qꝛ diuiſio ſecundum rationem vt dicunt prius eſt in ſubſtancia. Sed hoc dictum friuolum eſt quia tunc philoſophus falſum diceret ⁊ ſuuʒ dictum eſſet deceptoriuʒ ⁊ non phiſicum. Illi autē ſui dicti aſſignant rationem aut credunt. qꝛ dicunt homines fuiſſe multiplicatos ex vno materiali pricipio qdꝰ fuit in primo homie quod lʒ ſit paruum nunquam tamen deficiet generacio quia diuiſibile eſt in īfinitum. nec eſt diuiſibile vt dicunt ſicut quantum. quia quantum habʒ partem extra partem diſtinctam per ſitum. ſed ſubſtancia materie non habet partem diſtinctā per ſitum ſed habet partem in parte ⁊ non extra partem ⁊ illa pars que eſt in parte producitur in generatione ſine diminutione partis ex qua educitꝰ p mltiplicationē materie ⁊ partiū euidē ⁊ ſic dicunt genus humanum fuiſſe multiplicatum ex hoc ex generatione. Sed hoc cum videatur diſſonum veritati. Idō aduertendum eſt ꝙ vt ſufficit ad propoſitum duplex reperitur diuiſio realis. vna eſt in partes eiuſdem rationis vt eſt diuiſio continui cuius quelibet pars eſt quanta et eiuſdem ſpeciei cum alia puta quelibet pars linee eſt linea et de huiuſmodi diuiſione n̄ eſt ad propoſituʒ. Alia eſt diuiſio in partes diuerſarum rationum vt diuiſio compoſiti in materiam et formam. quia materia eſt pura potencia forma vero eſt actus. ideo habent diuerſas rationes ſpeciales. ergo diuiſio ſubſtancie in tales partes vocatur reſolucio. et de iſta eſt ratio hic ad propoſitum.

## Sciendum eſt vltimo.

ꝙ In titulo queſtionis per ſolam ſubſtanciam poſſumus intelligere. Primo materiam acceptam per intellectū ſine quacūqʒ forma eſſenciali vlꝰ accidentali et iſto modo magis proprie in titulo queſtionis capitur. Poſſumus etiam alio modo intelligere ipſum compoſitum de genere ſubſtancie comprehendens materiam ⁊ formam preſcindendo quantitatem. et iſto modo in tali compoſito non inuenitur diſtinctio parcium actualis ſecundum ſitum et figuram in actu quo notato ſit.

## Concluſio reſponſiua ad.q.

Sola exiſtente ſubſtantia hoc eſt materia per intellectum accepta ſine qua cunqʒ forma ipſa non eſt per ſe diuiſibilis. Hec cõcluſio probatur nam materia ſic accepta ſine quacunqʒ forma eſſentiali vel accidentali eſt omnino ſimplex. ſʒ omne ſimplex eſt indiuiſibile per omnem modũ igitur.&c. 2° probatur. quia in omni illo quod habet partes in quas diuiditur neceſſe eſt ꝙ partes inter ſe differant. quia alias vna eſſet alia. ſed partes materie ſecundum ſe conſiderate ſecluſa omni forma non habent vnde poſſint differre inter ſe. quia non differunt in formis cum non habeant formas. nec in materia. quia conueniunt in materia. ergo ſequitur ꝙ impoſſibile eſt materiã ſecluſa omni forma habere partes. Unde materia ſi extẽderetur ñ partiretur per formas ſubſtantiales. ſed partiretur in diuerſa ſupposita et in numerum ſinitatum per quantitatem. 3° probatur quia propria paſſio nunquam ſeparatur a proprio ſubiecto. ſʒ diuiſibilitas eſt propria paſſio quantitatis. quia non conuenit materie ſecluſa quantitate. ergo ſequitur ꝙ ſola exiſtente ſubſtantia ipſa non eſt diuiſibilis. Sed forte diceret quis contra hanc concluſionem ꝙ materia intelligitur diuiſibilis ſicut intelligitur ſeparabilis a forma. Non enim intelligitur ſeparabilis a forma ſic ꝙ aliquo mõ ſepareтur ab omni forma. ſed quia ſucceſſiue ſeparatur ab hac et ab illa. ideo dicitur diuiſibilis non ꝙ diuidatur quando nuda ponitur quia hoc eſt abſurdum. quia cum materia non ſit ſeparata ab omnibus formis hoc eſt propter ſui imperfectionem que nõ ſufficit habere eſſe ſine forma. ſed diuiſio nõ accidit materie propter imperfectionem nec accidit ei ex aliquo alio quam ex quantitate. Si autem quis velit dicere etiam ꝙ materia partiatur per formas ſubſtantiales abſqʒ quantitate ſicut quidã dixerunt in ſubſtantiis ſeparatis et animabus. Dicitur ꝙ preſuppoſitum eſt difficilius ſalʒ intelligentias et animas habere materiam quam id quod probare intendimus. Et adhuc ſi concedatur intelligentias habere materiã abſurdũ erit ponere partes materie in intelligentiis ex vna materia eſſe. ſed potius vnaqueqʒ intelligentia erit ex ſua tota materia conſtituta. et non reducuntur ille particulares materie in vnam materiam eis communem ſicut in totum integrale. ideo non eſt ſimile hoc poſito quod eſt difficile ſicut de materiis horum inferiorum.

## Dubitatur primo. Utrum

Quantitas diſtinguatur realiter a re quanta. arguitur aliqui ꝙ non. quia quecunqʒ ſunt realiter diſtincta prima cauſa poteſt ea ſeparare et ſeparata conſeruare. vt habet articulus pariſienſis ergo ſi quãtitas eſſet realiter diſtincta a re quãta prima cauſa poſſet ſeparare quantitatem ſortis a ſorte, ſorte remanente in eſſe et in ſorte remanente diſtinctione partium ſecundum ſitum et figuram. Oppoſitum videtur veritas communis eſſe. quia ſi quantitas ſepararetur a ſorte impoſſibile eſſet ſaluare ſitum ordinem et figuram in ſuis partibus. dicitur etiam in textu ſi ſubſtantia et quantum ſunt iam ſunt duo que ſunt. Ad dubium reſpondetur ꝙ ſubſtantia corporea eſſentialiter differt a quantitate ſua. Patet quia ſubſtantia corporea et quantitas ponũtur in diuerſis predicamẽtis. ſed eſſentie predicamentorum ſunt impermixte. igitur.

Ad rationem dubii dicitur ꝙ philoſophus naturalis non habet inquirere quid prima cauſa de ſua potentia poſſit facere quam tamẽ cognoſcit eſſe infinitam. ſed dumtaxat habʒ inquirere quid fieri poſſit ſecundum ordinem rerum quo ordine ſeruato quantitas non habet ſeparari a ſubſtantia materiali. tamen prima cauſa poteſt abſolute quicquid non implicat contradictionem quia ſua potentia eſt infinita. ideo in infinitum excedit potentiam naturalem. Dicitur tamen ꝙ ſi quantitas ſortis per potentiam abſolutam ſepararetur a ſorte manente ſorte non maneret in eo diſtinctio partium ſitualis. quia illa diſtinctio manet in quantitate. Etiam poſſumus dicere ꝙ licet ille articulus intelligatur de abſoluta et ñ ordinata potẽtia intelligit etiã in illis que neceſſariam connexionem non habent ad inuicem cuiuſmodi non ſunt ſubſtantia et quãtitas.

## Ad rationes ante oppoſitũ

Ad primam dicitur ꝙ quicquid conuenit cauſe et cauſato formaliter prius conuenit cauſe quam cauſato. mõ non ſic eſt de diuiſibilitate que cõuenit formaliter quantitati et cauſaliter et extrinſece ipſi ſubſtantie. Ad ſecundã dicitur ꝙ materia intelligitur partiri dupliciter. Uno modo per formam ſubſtantialem et iſto modo partitur in partes diuerſarum ſpecierum. Alio mõ per quantitatem. et ſic partitur materialiter. et ſic materia ſortis partitur contra materiam a ſint. Ad tertiã dicitur ꝙ materia nata eſt perfici per formam ſubſtantialem ſecundum eius eſſentiã. et eſt nata etiam per ipſam partiri eſſentialiter. nata eſt etiam ſuſcipere quantitatem ad quam de neceſſitate ſequitur diuiſio materialis et illud non eſt eſſentiale materie. ſed accidẽtale



Ad quintã dicitur ꝙ generatiões non ſunt infinite ita ꝙ materia partiatur de ſe. ſed vt habetur 2° de generatione generationes ſunt infinite quia generatio vnius eſt corruptio alterius et econtra. et iſta eſt cauſa perpetuitatis ex parte materie. Sequitur textus.

## Queritur nono. Utrum

Quodlibet ſit in quolibet. Et arguitur primo ꝙ ſic rationibus Anaxagore. quarum prima ſumitur ex communi opinione omnium philoſophorum ſcilicʒ ꝙ ex nihilo nihil fit. in hoc enim conueniunt omnes primi philoſophãtes. ergo omne quod fit fit ex aliquo ſcʒ aliquo in quo preexiſtit in potentia. ſed quodlibet fit ex quolʒ ergo quodlibet preexiſtit in quolibʒ. Secũda ratio que videtur eſſe probatio antecedentis prime conſequentie. contraria fiunt ex alterutris. ſicut ex calido fit frigidum. ergo a fortiori quodlibet aliud fit ex quolibet alio. et cum omne quod fit preexiſtat in illo ex quo fit ſequitur ꝙ quodlibet ſit in quolibet per locum a minori ad maius. quia ſi contraria fiant ex alterutris a fortiori et alia que non ſunt contraria. nec poteſt dici vt dicit idẽ Anaxagoras ꝙ illud quod fit fiat ex nõ ente In oppoſitũ eſt philoſophus in hoc impugnans Anaxagoram. Pro reſpõſiõe.

## Sciendũ eſt primo. ꝙ poſt

quam philoſophus improbauit opiniones illorum de principiis rerum naturaliũ qui de natura ñ naturaliter loquti ſunt quia negauerunt motum. proſequitur opiniones eorum qui de natura naturaliter loquti ſũt cõcedentes motum qui eſt principiũ omnium rerum naturalium. ideo ipſos vocat philoſophus phiſicos et naturales. Pro quo.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Iſti naturaliter loquentes diuiſi ſunt in duas ſectas. quia quidam poſuerunt tantum vnum principium materiale. ſiue hoc eſſet vnũ de quatuor elementis. puta ignem vel aerem vel aquã quia terrã nullus poſuit ſolam propter eius groſſiciem. ſiue illud principium eſſet medium inter ipſa. aere denſius et igne ſubtilius. et a tali principio dicebant multa generari ſecundum raritatem et denſitatem. vt qui ponebant aerem principium ex rarefactione generabatur ignis. et ex ipſo condenſato generabatur aqua rarum enim et denſum ſunt contraria et reducuntur ad excellẽtiam et defectum ſicut ad quedam vniuerſaliora. nã denſum eſt quod habet multũ a materia ſub parua quantitate. rarum autẽ econtra quod habet parum de materia ſub magna quãtitate ideo iſti concordant cum Platone qui ponebat magnum et paruũ eſſe principia que etiam pertinent ad excellentiam et defectum. ſed iſti differunt a Platone. quia Plato poſuit magnum et paruum ex parte materie eo ꝙ ponebat vnum principium formale ſcilicet ydeam. iſti vero antiqui naturales ponebant contrarietatẽ ex parte forme. quia ponebant primo principium vnã materiam ex qua multa conſtituũtur. Alii vero philoſophi poſuerunt plura principia materialia. et non tantum vnum inter quos Anaximander poſuit omẽs res preſuiſſe in quodã chaos ex quo res abſtracte ſunt et ſegregate. et conformiter poſuerunt Anaxagoras et Empedocles. ſed differebant in duobus. Primo quia empedocles ponebat circulationẽ quãdam cõmixtiones et ſegregationes. ponebat enim mundum multotiẽs eſſe factum et etiã totiens eſſe corruptum. ita ꝙ mundus corrumpebatur amicicia omia in vnũ confundente. et generabatur lite diſtinguente illa ſimul congregata. et ſic confuſioni ſuccedit diſtinctio et ſeparatio. Sʒ Anaxagoras dixit ſemel mundum eſſe factum tantũ. ita ꝙ in principio omnia erant commixta in vnum. Sed intellectus qui incipit extrahere et ſegregare nunquam ceſſabit hoc facere. ita ꝙ nunquam erunt omnia cõfuſa in vnum. Differunt ſecundo in hoc. quia Anaxagoras poſuit principia eſſe partes ſimiles et contrarias ſicut poſuit infinitas partes carnis et infinitas partes oſſis et infinitas partes aliorum ſimiles quorum tñ ẽ cõtrarietas inter ſe. ſicut partes oſſium contrariantur ad partes ſanguinis ſecundũ humidũ et ſiccũ. Empedocles poſuit iſta que communiter dicuntur elementa.

## Sciendum eſt tertio ꝙ. Anagoras

poſuit principia vniuſcuiuſqʒ rei eſſe infinita. Poſuit ſecundo quanlibet rem eſſe in qualibet. et in quãlibet ſegregabilẽ. Et cum ab eo querebatur quare vna res nominatur vno nomine magis quam alio. Reſpondebat ꝙ in vnaquaqʒ re eſt aliquid ſuperhabundans a quo res debet denominari. quia illud videbatur eſſe materia totius rei. Poſuit etiam ꝙ quodlʒ fiebat ex quolibet per ſegregationem. ita quod ſimpliciter nihil aliud ponebat quam ſegregari. Et quarto ponebat ꝙlibet ſit ex ſimilibus ſecũdum ſpeciẽ. et iuxta hoc ponuntur quatuor cõcluſiones que in textu ſunt vna principalis.

**Concluſio pꝛima.** Impoſſibile ẽ pꝛincipia rei naturalis eſſe infinita. Patʒ concluſio duabus rationibus textus. Quia cognoſcere arbitramur vnqnodqʒ cum cognoſcimus ex qualibus ſit et quantis. ſed ſi pꝛincipia alicuius compoſiti ſint infinita impoſſibile eſt cognoſcere illud cõpoſitum. Minoꝛ patet qꝛ infinitum inꝙtum huiuſmodi eſt intellectui ignotum. Secundo pꝛobatur cõcluſio. ſi partes alicuius totius non habeant determinatã ꝙtitatem neqʒ totum. quia quãtitas totius eſt ꝙtitas partium. ergo a deſtructione conſequentis ſi totum habeat diſtinctam ꝙtitatem et quelibet eius pars. ſed quodlibet totum naturale vt animal ⁊ planta habʒ determinatam magnitudineʒ et paruitatẽ extra quã non reperit̄ alia ergo quodlibʒ iſtoꝝ vt os et caro que ſunt partes animalis ſunt determinate ꝙtitatis. Ex quo ſequitur ꝙ dabilis eſt minima caro. nec poteſt eſſe aliqua pars carnis inſenſibilis pꝛopter paruitatem vt dicebat Anaxagoꝛas. et hoc cõſiderando carnem ſecundum eſſe phiſicum. qꝛ ſi diuideret̄ caro ſecundum eſſe mathematicũ et hoc ſecundũ ꝙ quantũ poſſet diuidi in infinitum. ſed phũs conſiderat foꝛmam naturalem requirentẽ determinatam materiã. vt dictum eſt.

**Concluſio ſecunda que po**nitur in textu vt tertia ratio. Nõ quodlʒ eſt in quolibet. Pꝛobatur tribus rationibus. Prima detur aqua finita ſicut pꝛius dicebatur in pꝛecedenti. ergo ſi ab ea ſegregatur caro. ergo generatione facta per ſegregationẽ ſtabit ſegregatio vel non. ſi ſtabit ergo in reſiduo aque non eſt caro. ⁊ ſic habetur intentum. et cum aqua ſit finita vt patebit et quodlibet finitum per ablationem finiti multotiens factam tandem conſumitur finaliter. ergo ſtabit ſegregatio. et ſic haberi videtur intentum. Uerumtamen aduertendo ꝙ finitum non conſumitur niſi per ablationem partium equalium. vt habetur in textu non enim inconueniens eſt ꝙ in aliquo finito ſint infinita inequalia ſi attendatur ratio quãtitatis. ideo ſi diuidatur continuum in partes eiuſdem pꝛopoꝛtionis et non quantitatis eiuſdem proceſſus ibit in infinitum. Secunda ratio. dabilis eſt minima caro. ergo ab ea aliquid eſt ſegregabile vel nihil. ſi nihil habetur intentum. ſi aliquid cum omnis pars ſit minoꝛ toto erit dandum minus minimo. ergo ex quolibet non poteſt fieri quodlibet: Tertia ratõ ſi ſic ſequeret̄ ꝙ ĩ aliquo coꝛpoꝛe finito eſſent infinita coꝛpoꝛa vt ſanguis et caro et os et in qualibet illarum partium etiam et ſic eſſent infinities infinita et quod infinita eſſent equalia vni finito.

**Concluſio tercia.** ꝙ Quodlʒ non eſt ſegregabile a quolibet. Patet nam nulluʒ accidens ſegregabile eſt a ſubiecto. ergo ſequitur ꝙ cum accidens aliquo modo dicatur ſed non id quod ſegregat̄. et ſi intellectus hoc intelligat talis intellectꝰ eſt intendens impoſſibilia.

**Concluſio Quarta.**

Oꝛ non quodlibʒ fit ex ſibi ſimilibus. Pꝛobat̄ quia lʒ Empedocle videbat̄ ꝙ ex multis guttis fiebat toꝛrẽs et ex multis aquis fiebat aqua. et ita credidit eſſe in omnibus. tñ in hoc nõ recte ſentiit. qꝛ quedã lʒ ex ſimili generãtur et in ipſa reſoluuntur vt lutum in luta. tñ non eſt ſic in omnibus. nam quedam generantur per alterationem ex diſſimilibus ſicut later ex luto quedã generantur ex vnione non ſibi ſimilium. vt domus non ex domibus. ſed ex lignis et lapidibꝰ Et ſic patet reſponſio ad queſitum.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**

Ad pꝛimam dicitur ꝙ licet ſint ex ente in potentia et non in actu: non tamen quodlibet fit ex quolibet immediate ſicut ex grano frumenti non generatur oliua immediate. ſed quodlibʒ fit ex eo ꝙ eſt in potentia quale eſt efficiens in actu. Ad ſecundam dicitur ꝙ contraria nõ ſunt foꝛmaliter ex alterutris ſed materialiter tãtum. quia eoꝛum eſt eadeʒ materia. Licet enim aliqui phĩ poſuerunt immediate foꝛmas oium creatas non tñ quodlibet ex quolibet fieri ſcʒ immediate. ſed quodlibet ex determinata materia. ideo Albertus poſuit foꝛmas inchoari in materia que per virtutem agentis poterant in materia deduci. Sequitur textus. Omñes igitur pꝛincipia contraria faciunt.

**Queritur Decimo. Utrum** Pꝛincipia rerum naturalium ſint contraria.

Et arguitur ꝙ non. nam ſunt pꝛiuatiue oppoſita. ergo non ſunt contraria. antecedens patet nam vnum vocatur pꝛiuatio et aliud foꝛma.

2º arguitur pꝛincipia rerum naturalium ſũt ſubſtantie. ergo non ſunt contraria. cõſequentia tenet. quia ſubſtantia ſubſtantie non eſt contraria nec cõtrariatur. quia contraria ſunt accidentia actiua et paſſiua ad inuicem. cum ergo ſubſtantia non ſit actiua nec paſſiua ſequitur ꝙ pꝛincipia non ſunt contraria. 3º arguitur. cõtraria ſub eodem genere ſunt poſita. ſed genus eſt pꝛincipium eoꝛum que ſub ipſo ponuntur. ergo ſi pꝛincipia rerum naturalium ſint contraria ſequit̄ ꝙ erunt pꝛincipiata ꝙ eſt ↄtra naturã

4º ſic. coꝛpoꝛa celeſtia ſunt res naturales: Sʒ tamen eoꝛum pꝛincipia non ſunt contraria vt habetur. 2º de celo et mundo. ergo nõ oium rerum pꝛincipia ſunt contraria. In oppoſitum eſt phũs in pꝛimo capitlo huius libri dicẽs Omnes igitur pꝛincipia contraria faciunt.

Pꝛo reſponſione ad queſitum.

**Sciẽduʒ eſt pꝛimo.** ꝙ poſt ꝙ phũs poſuit opiniones phõꝝ de pꝛincipiis nature et impꝛobauit opiniones Permenidis et Melliſſi ſoluendo eoꝛum rationes. impꝛobauit etiam opinionem Anaxagoꝛe naturaliter loquẽtis. Incipit hic inquirere veritatem circa pꝛincipia naturalia per modum diſputationis ex pꝛobabilibus pꝛocedendo. et poſtremo demõſtrat veritatem demõſtratiue. Pꝛimo inquirit de contarietate pꝛincipioꝛum et 2º de numero eoꝛum

**Sciendum eſt Secundo.** ꝙ Omnes phĩ poſuerunt contrarietatem pꝛincipioꝛum et hoc manifeſtat phũs per tres opiniones antiquoꝛum. quidam enim dixerunt non naturaliter loquentes ꝙ totum vniuerſum eſt vnũ ens immobile ſicut Permenides dicit ꝙ omnia ſunt vnum ſecundum rationem. ſed ſunt plura ſecundum ſenſum. et inꝙtum ſunt plura ponebat eſſe contraria pꝛincipia. ſcilicet calidum et frigidum. et calidum attribuebat igni frigidum terre. Secunda opinio fuit alioꝛum philoſophoꝛum naturalium qui poſuerunt vnum pꝛincipium naturale mobile et dicebant ꝙ ex eo fiebant alia ſecundum denſitatem et raritatem et ſic ponebant rarum et denſum eſſe pꝛincipia.

Tertia fuit opinio eoꝝ qui poſuerunt plura pꝛincipia inter quos Democritꝰ poſuit fieri res ex indiuiſibilibus coꝛpoꝛibus ꝗ quidem coꝛpoꝛa adinuicem coniuncta in ipſoꝛum contactu inter ſe quaſdam vacuitates relinquebant. et huiuſmodi vacuitates vocabant poꝛos. vt habetur pꝛimo de generatione. ſic omnia coꝛpoꝛa ponebant compoſita ex firmo et inani. ſcʒ ex pleno et vacuo. ⁊ attribuebãt plenum enti. et vacuum non enti. Licet etiam coꝛpoꝛa indiuiſibilia omnia eſſent vnius nature tamen ex eis dicebat diuerſa conſtitui ſecundum diuerſitateʒ figure poſitionis et oꝛdinis. ideo ponebat pꝛincipia contraria que ſunt in genere figure. ſcilicet rectum et angulare et circulare. Poſuit etiam contraria que ſunt in genere oꝛdinis. ſcilʒ pꝛius et poſterius de quibus tamen non eſt mentio in littera. Ex quibus patet ꝙ omnes phĩ poſuerunt pꝛincipia contraria. De opinione autem Anaxagoꝛe et Empedoclis phũs non fecit mẽtionem in iſto paſſu. quia ſuperius eas poſuerat ſufficienter et eas declarauit. Ipſi poſuerunt tamen contrarietatem in pꝛincipiis dicẽtes ſegregationẽ et congregationẽ que conueniunt genere cum raro et denſo. Sit igitur.

**Concluſio reſponſiua ad.q:**

Oꝛ pꝛincipia rerum naturalium ſunt contraria Et concluſio patet auctoꝛitate omnium phõꝝ iam declarata. et hoc tam phõꝝ naturaliter loquẽtiuʒ quã non. Pʒ etiã ratione pꝛobabili phĩ. quia tria videntur eſſe de ratione pꝛincipioꝛum

Pꝛimum ꝙ non ſint ex aliis. Secunduʒ ꝙ nõ ſint ex alterutris. Tertium ꝙ omnia alia ſint ex ipſis. Sʒ hec tria conueniunt pꝛimis contrariis ergo pꝛima contraria ſunt contraria pꝛincipia. Et ad intelligẽdũ quid phũs vocet pꝛima cõtraria notat btũs Thomas ꝙ ſũt quedã cõtraria que cauſantur ex aliis contrariis ſicut dulce et amarum ex humido et ſicco calido et frigido. et cum non ſit pꝛocedere in infinitum opoꝛtet tãdẽ deuenire ad aliqua contraria que non cauſent̄ ex aliis contrariis. et hec vocat phũs pꝛima cõtraria. Duis igitur contrariis conueniunt tres pꝛedicte conditiones. ex eo enim ꝙ pꝛima ſunt manifeſtum eſt ꝙ non ſunt ex aliis. ex eo ꝙ contraria ſunt manifeſtum eſt ꝙ non ſunt ex alterutris. licet enim calidum fit poſtea frigidum ipſa tamen frigiditas nunꝙ fit ex caliditate. vt poſtea declarabit̄. Qualiter enʒ oĩa fiãt ex cõtrariis opoꝛtet vt dicit Thomas diligentiſſime inueſtigare. et ad hoc oſtendendum pꝛemittit phũs ꝙ nõ quodlibet natũ eſt agere in quodlʒ neqʒ pati a quolibet. neqʒ etiam quodlibet natum eſt fieri ex quolibet. et hoc pꝛimo manifeſtat in ſimplicibus. albũ. n. non fit ex muſico niſi ſecundum accidens inꝙtum muſico accidit eſſe non album. ſed album fit per ſe ex non albo ſed non ex quocumqʒ non albo. ſed ex nõ albo quod ẽ nigrũ vel medio coloꝛe coloꝛatum. ſimiliter muſicum fit ex non muſico. ſed non ex quocunqʒ non muſico. ſed ex oppoſito quod dicitur immuſicum quod eſt natum habere muſicam et non habet. Eadem ratione non coꝛrumpitur aliquid pꝛimo et per ſe in quodcunqʒ aliud ſicut album nõ coꝛrumpitur pꝛimo in muſicum niſi per accidens. ſed coꝛrumpitur in non album quod eſt nigrum. et idem dicit phũs de coꝛruptione muſici ⁊ alioꝛum ſimilium. Et huiꝰ ratio eſt. quia quod fit aut coꝛrumpitur non eſt antequam fiat neque eſt poſtꝙ coꝛrumpitur. idõ opoꝛtet ꝙ illud per quod per ſe aliquid fit et pꝛimo in quod per ſe aliquid coꝛrumpitur ſit tale ꝙ in ſua ratione includat non eſſe eius quod fit vel coꝛrumpitur. et illud conuenit omĩ contrario reſpectu ſui contrarii. Et ſi quis ꝗrat cuiꝰ generis ſunt iſta pꝛĩcipia. Dicit̄ ꝙ ſũt de gñe ſubẽ. ſcʒ foꝛma et pꝛiuatio ſibi oppoſita

que precedunt omnem contrarietatem acciden
tium et in oppoſitione earundem .ſcilicꝫ forme
ſubſtantialis et priuationis eiuſdem fundatur
omnis oppoſitio contraria et priuatiua aliorꝫ
generꝫ queadmodū ſubſtā ē fūdamētū oiuꝫ acci
dētiū. Deinde phūs hoc idē manifeſtat in com
poſitis duplicibus quod ſimiliter ſe habet in cō
poſitis ſicut in ſimplicibus. ſed magis latet in
compoſitis. quia oppoſita compoſitorum non
ſunt nominata ſicut oppoſita ſimpliciū. oppoſi
tum enim vnius non eſt nominatum. quodlibꝫ
tamen compoſitum conſiſtit in quadā conſo
nantia et ordine partiū cū ꝯſonans fit ex incō
ſonante et econtra. et ſimiliter conſonans corrū
pitur in inconſonans. non in quodcūqꝫ. ſed in
ſibi oppoſitum ſiue iſta conſonantia ſit ſecundū
ordinem ſiue ſecundꝫ compoſitionem. ſecūdū
ordinem vt conſonantia exercitus. ſecundum
compoſitionē vt conſonantia domus. Omnia
ergo compoſita fiunt ex incompoſitis. et figura
ta ex infiguratis Sic igitur per inductionē patꝫ
ꝙ omnia que fiunt et omnia que corrūpuntur
fiunt ex contrariis ⁊ corrumpuntur in contraria

Ubi aduertendum eſt ꝙ vt habet textus ꝙ
multi et omnes phi ſequti ſunt veritatem vſqꝫ
ad hoc ꝙ poſuerunt principia contraria: et licet
hoc vere dicerent non tamen habebant ad hoc
rationem. ſed dumtaxat erant ab ipā veritate
coacti ſic dicere. quia verum eſt bonum intel
lectus ad quod naturaliter inclinatur. Unū
ſicut res cognitione carentes mouentur ad ſuos
fines abſqꝫ ratione. ita interdū intellectus ho
minis quadam naturali inclinatione tendit in
verum licet rationem veri non percipiat. Ex
quo patet ꝙ phi etiam ponentes principia eſſe
contraria dupliciter differunt. Primo quia qui
dam eorū rationabiliter ponentes accipiebant
pro principiis contraria priora. alii vero minus
prouide capiebant poſteriora. et eorꝫ qui acci
piebant contraria priora quidam accipiebant
notiora ſecundum rationem. et quidam ſecūdū
ſenſum. dictum eſt enīꝫ ꝙ oportet principia eſſe
prima. Illi vero qui iudicabant prius ſꝫꝰ illud
quod notius ſecundum rationem ponebant
principia priora ſimpliciter. et illi qui ponebant
priora ſecundum ſenſum ponebant poſteriora
ſimpliciter ſicut illi qui ponebant calidum. frigi
dum humidum et ſiccum ponebant notiora
ſecundum ſenſum. illi vero qui poſuerunt parē
et imparem eſſe principia ſicut Pictagorici exiſti
mantes ſubſtantiam omnium eſſe numeros po
ſuerunt priora ſimpliciter. Ex quo patet vl
terius quomodo etiam eſt quedam conueniē
tia inter predictos phōs. et licet diuerſi diuerſa
ponerent contraria eſſe principia poſuerunt tū
quādā proportionē. et hoc tripliciter. Primo qꝛ
quecumqꝫ principia accipiantur ſe habent vt
contraria. et iſte eſt vnus modus in quo omēs
conueniunt. Secundo in ordine contrariorum
quia quecumqꝫ principia accipiantur ab eis
ſemper vnūꝫ ſe habet vt melius aliud vt petus
vt plenum et vacuum. calidum et frigidum. et
huius ratio eſt. nam ſemper vnum contrariorū
habet priuationem admixtam. et radix huius
opinionis eſt oppoſitio priuationis et habitus
vt ptꝫ 4ꝰ methaphiſice. Conueniunt tertio in
hoc ꝙ alii ſecundū ſenſum. et cum ratio cogno
ſcat vniuerſalia contraria. vniuerſalia ſunt no
tiora ſecundum rationem. et particularia ſecū
dum ſenſum. Et ſic patet reſponſio ad queſitum

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ forma et priuatio cō
ſiderātur vno modo ſecūdum proprias ratōes
et ſic priuatiue opponuntur. Alio modo ꝙtum
ad eſſe in ſubiecto. et iſto modo priuatio eſt in
ſubiecto ſub eſſe forme contrarie. et ſic poſſunt
dici contraria. et quia phiſicus conſiderat ea q̄
conſiderat ſecundꝫ eſſe. ideo dicit pricipia rerꝫ
naturalium eſſe contraria. et iſta eſt opinio Al
berti. Reſpōdet tū ſctūs Thom. et Auicēna
ꝙ cum dicitur principia eſſe contraria accipitur
contrarietas communiter prout ſe extendit ad
priuatiuam oppoſitionem. quia vnum contra
riorum nō fit ex altero niſi ratione aptitudinis
que eſt de ratione priuationis. Ad ſecundā
dicitur ꝙ in ſubſtantia completa non eſt contra
rietas proprie dicta. ſed inter principia realia
ſubſtantie eſt cōtrarietas que dicitur priuatiua
oppoſitio ſcilicꝫ forme ad priuationem eius et
econtra. Dicitur etiam ꝙ principia ſubſtantiarꝫ
ſunt ſubſtantie. et principia aliorum motuum
ſunt de aliis generibus. Ad tertiam dicitꝰ ꝙ
contraria conueniunt in genere tam logico ꝙ
phiſico. Et concedatur vltra ꝙ ſunt in genere
phiſico ſcilꝫ materia et ꝙ etiaꝫ principiantur a
genere logico ſecundum rationem et non ſecun
dum rem. Ad quartā dicitur ꝙ celum ſecū
dum ꝙ mobile eſt dicitur naturale. et quia nō
eſt mobile ad formā. idō in ſuis principiis ſubſtā
tialibus non habet contrarietatem. nec etiam
ꝙtum ad eius qualitates. Sequitꝰ in textu
Conueniens autem eſt.

## Queritur vndecimo. vtrum

Principia cuiuſlibet rei naturalis ſint infinita.

Arguitur ꝙ ſic. nam materia eſt principium
rei naturalis. ſꝫ materia de ſe eſt infinita. gꝰ ad
minus vnū principiū rei naturalis eſt infinitꝫ
qꝛ materia de ſe indifferens eſt ad oēm formā
et ſic caret omni ſpecie diſtincta. ergo ē infinita.

2ꝰ arguitur res naturales ſunt infinite. ergo
principia ſunt infinita. ꝯñtia tenet. qꝛ principia
nō ſunt pauciora rebꝰ principatis. igitꝰ ſequitꝰ
ꝙ pricipia ſunt ifinita queadmodū et pricipata

Ad oppoſitum eſt phūs in textu ponens
principia eſſe finita de ſe. Pro reſponſione

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs iquiſiuit de contrarietate principiorꝫ
et probabiliter oſtendit ꝙ principia rei debent
eſſe contraria: ꝯñter diſputatiue inquirit de nu
mero eorum. Utrum ſcꝫ ſint infinita aut finita
et ſi ſint finita. vtrum ſint duo aut tria. aut ſꝫꝰ
aliquem aliū numerꝫ. et in hoc terminat phūs
queſtiones prius factas in principio huius de
principiis rerū. Quo notato ſit.

## Concluſio prima. ꝙ Non ē

tātum vnū principium rei naturalis. Pꝫ nam
principia rei naturalis debēt eſſe contraria. ſed
nihil eſt ſibiipi contrarium. ergo rerū naturaliū
non poteſt tātum eſſe vnum principium. Poitꝰ.

## Concluſio Secunda. ꝙ Im

poſſibile eſt principia rei naturalis eſſe infinita.
Probatur hec concluſio in textu quatuor ratio
nibus. Prima. ſi principia eſſent infinita eſſent
ab intellectu noſtro incognoſcibilia. et cum cog
nitū non cognoſcatꝰ niſi cognoſcātur ea ex qui
bus et ꝙtis cōponitur. ſequitꝰ ꝙ ipoſſibile eſt ali
quid a nobis cognoſci. hoc aūt incōueniēs eſt.
ergo illud ex quo ſequitur. ſcꝫ principia rerum
naturaliū eſſe infinita. Secūda rō eſt. prima
cōtraria oꝫ eſſe prima principia. vt oſtenſum eſt
ſed prima cōtraria ſunt primi gñis quod ē ſub
ſtantia. vt oſtēſum eſt. et cum ſubſtātia ſit vnūꝫ
genus eius erit tātūꝫ vna prima ꝯtrarietas. gꝰ
oportet prima cōtraria eſſe finita. et per ꝯñs pri
ma principia. Tertia rō eſt illud ꝙ poteſt fieri
per finita magis ponendū eſt fieri per finita ꝙ
per infinita ſed rō eorum q̄ fiunt per naturam
melius aſſignatur per finita ꝙ infinita. propter
quod dicitꝰ Empedocles melius in oībus loquē
do ponens principia finita ꝙ Anaxagoras qui
poſuit principia infinita. ergo principia rerum
naturalium non ſunt infinita. Quarta ratio
cōtraria prima ſunt prima pricipia. ergo ſi prin
cipia ſint infinita oportet omnia contraria eſſe
prima. ſed hoc eſt falſum. quia nō omnia con
traria ſunt prima. modo ſola prima ꝯtraria ſunt
principia que contraria. ſunt pricipia etiaꝫ non
debeant fieri ex alterutris. ſed quedā cōtraria vt
dulce et amarum fiūt ex alterutris et etiam ex
aliis. non ergo principia ſunt infinita. Ex quo
cōcludit phūs vltimo ꝙ principia nō ſunt vnū
tātum nec infinita. Et aduertēdū iuxta hoc
vt dicit ſcūs Tho. ꝙ phūs hic diſputatiue pro
cedit ex probabilibus aſſumēdo ea que pluribꝰ
videntꝰ que non poſſunt eſſe falſa ſecundum to
tum. ſed ſecundum partem ſunt vera. verum eſt
ergo ꝙ ꝯtraria quodāmodo fiunt ex ſeinuicē vt
ſupra oſtenſum eſt ſi ſumatur ſubiectū cum con
trariis. quia id quod eſt albū poſtea fit nigrū.
tamen ipā albedo nūꝙ conuertitꝰ in nigredinēꝫ
ſed quidā antiquorū ponebāt ꝙ nec etiam co
aſſumendo ſubiectū prima ꝯtraria fiunt ex ſe in
uicem. Unde Empedocles negabat elementa
fieri ex ſe inuicem. ideo hic phūs ſignanter non
dicit calidū fieri ex frigido. ſed dulce ex amaro:
et album ex nigro. Ponitur.

## Concluſio tertia. ꝙ princi

pia cuiuſlibet rei naturalis ſunt plura duobus.
Probatur duabus rationibus textus. Prima
contraria non ſunt nata agere aut pati ad inui
cem niſi ſit aliquid deferens actiones et paſſio
nes eorū. vt raritas non facit denſitatem nec cō
cordia facit diſcordiaꝫ nec patitur ab ea niſi ſit
aliquid deferens tranſmutationem talium con
trariorū. ergo preter duo contraria neceſſe eſt po
nere tertium materiale ſuſtinens actiones et paſ
ſiones contrariorum. vt caliditas non cōuertit
frigiditatē in ſe ipām. ſed bene tranſmutat ſub
iectum frigiditatis in calorem. Secunda rō.
Primum principium non poteſt eſſe accidēs de
ſubiecto dictum. cum ſubiectum ſit principium
accidentis quod de eo predicatur. nam tale eſt
prius eo. ergo ſi primum principium ſimpliciter
diceretur de ſubiecto vt accidēs tūc primi prin
cipii eſſet principium. ſed ſi ponantur ſola con
traria eſſe principia erunt contraria dicta de ſub
iecto. et per conſequens ſequitur ꝙ principii
erit principium quod eſt inconueniens. oportet
ergo ꝙ preter duo principia que ſunt duo con
traria ponendum ſit alterum quod ſit eorū ſub
iectum. Poteſt poni tertia ratio que talis eſt.
Omne quod non eſt principium oportet eſſe ex
principiis. ſi ergo ſola contraria ſint principia
ſequitur cum ſubſtantia non ſit contraria ſub
ſtantie ꝙ ſubſtantia ſit ex non ſubſtantiis. et
ſic quod non eſt ſubſtantia eſt prius quā ſub
ſtācia. quia quod eſt ex aliquibus eſt poſterius
eis. hoc autem eſt impoſſibile. nam primum ge
nus entis eſt ſubſtantia que eſt ens per ſe. non
ergo poteſt eſſe ꝙ ſola contraria ſint principia.
ſed oportet ponere aliquod tercium. Hanc etiā
concluſionem probat phūs teſtimonio omnium
phōrum antiquorum ponentium vnum mate
riale principiū aut plura quod vel q̄ ponebant
eſſe ſubiectū vel ſubiecta aliquibus contrariis.

et ſic ponebat ad minus tria. ſed differebāt vt predictū eſt. nam conſiderantes materiaʒ diuerſificari ſʒ diuerſas formas poſuerūt duo principia. vnū ex parte forme quod eſt principium agendi. et vnum ex parte materie que eſt principium paciendi. Alii autem non conſiderātes multa eſſe indiuidua in vna ſpecie ſecundum diuiſionem materie poſuerunt vnum principiū formale et actiuū et duo materialia eſſe paſſiua.

## Concluſio quarta. Scilicet

ꝙ principia naturalia non ſunt plura tribus. probatur tribus rationib9. Quarū prima ē. quod poteſt fieri per pauciora ſuperfluum eſt fieri per plura. ſed tota rerū naturalium generatio pōt compleri per vnum tātum principiū materiale et duo formalia ponendo ꝙ ad paciendū ſufficit vnum materiale principium et ad agendum ſufficiunt duo contraria. Minor pʒ. nam ſi eſſēt quatuor prima contraria et due contrarietates oporteret vnam contrarietatem habere vnū ſubiectum et aliam aliud ſubiectum. ſed poſitis duobus contrariis in vno ſubiecto res poteſt fieri permutationem illoꝝ in vno ſubiecto: g° alia cōtrarietas ſuperfluit. Secūda ſi plura ſint principia ꝙ̄ tria oportet eſſe plures primas contrarietates quod eſt īpoſſibile. quia cōtrarietas prima eſt primi generis ſalʒ ſubſtantie. modo omnia contraria que ſunt in genere ſubſtantie non differunt genere ſed ſe habent ſicut prius ⁊ poſterius. quia in vno genere eſt tantum vna prima contrarietas ad quam videntur reduci omēs alie. illa aūt prima ꝯtrarietas dicitur oppoſitio differentiarum primaruʒ diuidentium primū genus. Et iuxta hoc aduertendū ꝙ illud probabilr̄ dictū eſt. ſcʒ ꝙ in ſubſtantia non ſit contrarietas. et ꝙ in ſubſtantiis ſit vna prima contrarietas. quia ſi accipiatur illud quod eſt ſubſtantia nihil eſt ei contrariū. ſi aūt accipiant̄ differentie formales eius ibi inuenitur contrarietas communiter dicta ꝙ̄tum ad communē radicē cōtrarietatis que ē excellentia et defect9. nam vna differentiarū ſe habet vt defectus et alia vt excellens. Si etiam extendatur ſubſtantia ad principia eius realia inter ipa principia reperitur contrarietas. Ex omnibus iſtis rationibus et concluſionibus probabiliter poteſt concludi ꝙ tria ſunt principia rerum naturalium. quod poſtea demonſtratiue terminabitur.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ infinitum dupliciter dicitur. Uno modo vt eſt paſſio determinati generis puta ꝙ̄titatis. et hoc modo dicit̄ infinitū ſecundū magnitudinem multitudinē vel durationem. et hoc modo capiēdo infinitū materia eſt infinita. Alio mō capitur vt eſt paſſio entis non determinati. et hec duplex eſt. quia quedā eſt infinitas conſequens formaʒ que eſt ſic perfecta ꝙ omnem perfectionem in ſe continet. et hoc mō ſola prima cauſa dicitur infinita. Alia eſt infinitas ſubiectiā. et ſic ſubſtātie ſeparate eſſ dicerentur infinite ſuo modo. quia non determinantur ad cōdiciones materiales. ideo dicit̄ in de cauſis ꝙ intelligentie finite ſunt ſuperius. quia habent cauſaʒ ſui eſſe diſtinctā ab eſſentia in qua recipiunt̄. ſed ſunt infinite inferius. quia nō ſuſcipiuntur in materia. et tale infinitū ꝯñs formam arguit perfectioneʒ in rebus et maxime in prima cauſa. Alio modo dicitur infinitum materialiter quod ſalicʒ dicit materiam non determinatā ad aliquā formā finientem ipam ad certam ſpēʒ. et ſic materia dicitur infinita ꝙ̄tum ad ſpecieʒ. quia non habet vnde poſſit reduci ad ſpecieʒ. De hac tamē infinitate tranſcendēti inſequenti materiam vel formā non eſt ad propoſitum. ſed de infinitate ſecundū qualitatem.

Ad ſecundā dicitur ꝙ rerum naturalium in numero cōſideratarum ſunt infinita pricipia et numero diſtincta. ſed in vniuerſali conſideratione ſunt tria principia naturaliter conſiderata. ⁊c.

## Queritur duodecio Utrum

Cuiuſlibet rei naturalis ſint tria principia. ſalʒ materia et forma ⁊ priuatio. Arguitur ꝙ nō qr quod non eſt nullius eſt principium. ſed priuatio eſt per ſe non ens. ergo non eſt principiuʒ rei naturalis. 2° arguitur ens per accidens in nulla ſcientia debet tractari. ſed priuatio eſt ens per accidens. ergo de priuatione nulla debʒ fieri mentio. 3° arguit̄ materia et priuatio ſunt vnum numero. ergo priuatio non debet numerari diſtinctum prinpcipium contra materiam.

4° arguitur quatuor ſunt cauſe per ſe cuiuſlʒ rei naturalis. ergo ſunt quatuor principia per ſe vel plura. tenet ꝯñtia. quia omnis cauſa eſt principium licet non econtra. In oppoſitum eſt phūs. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs proceſſit diſputatiue ſiue dyaletice ad inueſtigandum naturaʒ principiorū et numerꝝ eorundeʒ in hac parte procedit oſtenſiue determinando numerum principiorū oſtendendo de neceſſitate tria principia omnium rerum.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

phūs ad hoc inueſtigandum ponit vnam diffinitionē. quia fieri dupliciter dicitur. Uno mō quia aliquando dicimus fieri aliquid ex alio. et hoc eſt fieri ſecundum eſſe ſubſtantiale et ſimpliciter. Aliquādo dicimus alterꝝ fieri ex altero ⁊ hoc eſt fieri accidētale. propter hoc dicit phūs





ꝙ mutatio habet duos terminos. ſed illud conuenit differenter eo ꝙ terminus alicuius mutationis vel factionis poteſt accipi vt ſimplex vel vt compoſitum. aliquādo enim dicimus homo fit muſicus. et tunc duo termini factionis ſunt ſimplices. et ſimiliter dicimus non muſicus fit muſicus. et ſimiliter non muſicus homo fit muſicus homo. et vterqʒ terminus illoꝝ eſt cōpoſitus. Aliquādo ſtatꝙ alter eſt cōpoſitus et alter ſimplex. et dicitur terminus ſimplex quando importat ſimpliceʒ formā vel ſimplicem priuationem ſiue materia. ſed dicitur cōpoſitus terminus quando cum forma vel priuatione importat materiam.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ In ex

plicando mutationes reruʒ vtimur duplici mō loquendi. quia vt dicit phūs quādoqʒ dicim9 hoc fieri hoc. et qnādoqʒ ex hoc fieri hoc. et cā huius diuerſitatis eſt. nam hec prepoſitio ex importat originē motus. in quo quidem origine ſemper aliquid abicitur ꝙ eſt priuatio forme ad quam eſt motus et ſemper aliquid manet ſcilʒ ſubiectū ſiue materia. ideo quando ex parte termini a quo in ſignādo aliquā mutationē accipimus aliquā priuationeʒ tātum tunc vtimur illa ꝑpoſitione ex. vt dicendo. ex non muſico fit muſicum. Sed qñ ex parte termini a quo exprimimus ſubiectū ſine priuatione dicim9 hoc fieri vt cum dicimus homo fit muſicus. Et ſi aliqñ vtamur illa ꝑpoſitione ex cum exprimimus ſubiectum hoc cōtingit. quia cū ſubiecto intelligitur priuatio. vt ſi dicimus ex ere fit ſtatua nos intelligimus in ere priuationem infigurationis ſtatue. et ſimiliter quando dicimus ſiue accipimus priuationem ſine ſubiecto et vtimur recta locutione homini pro ꝙ̄to in priuatione ſubiectum intelligitur. vt in muſico intelligit̄ homo. dicendo ꝙ immuſicum fit muſicum. Quando vero pro termino a quo accipimus ſubiectum cum priuatione contrario vtimur vtroqʒ mō loquēdi. nam rōe priuationis que abicitur vtimur hac ꝑpoſitione ex. et ratiōe ſubiecti ꝙ ſemꝑ manet vtimur recta locutione. ſicut aliquando dicimus ex homine immuſico fit homo muſicus Aliquando dicimus ꝙ homo immuſicus fit muſicus. Ex hoc infert phūs contra Platonem ꝙ licet ſubiectum ſiue materia et priuatio ſint vnum numero. differunt tamen ratione. quod ꝓbat duplici ratione. Prima eſt illa que ſic ſe habent ꝙ in termino mutationis vnum abicitur. et reliquū permanet diſtinguūtur ad minus ſʒ rationem. ſed ſic eſt in materia et priuatione. vt cum homo immuſicus fit muſicus abicio immuſicū quod eſt priuatio et manet hō. g° ad min9 materia et priua° diſtinguunt̄ ratione. Secūda ratio eſt. illa que ſic ſe habēt ꝙ diuerſis mōis loquendi vtimur eis ad minus ratione diſtinguūtur. ſed materia et priuatione vtimur diuerſimode ſiue medio in mutationibus. quia ratione materie permanentis vtimur recto. ſed ratione priuationis abiecte vtimur obliquo. vt dicēdo ex hoc fit hoc. ergo materia et priuatio ad min9 ratione diſtinguntur. Quare ſit.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Quod cuiuſlibet rei naturalis ſunt tria principia. Probatur concluſio. Illa ſunt principia rei naturalis que neceſſario concurrunt ad eſſe et fieri eius. ſed ad fieri et eſſe cuiuſlibet rei naturalis neceſſario cōcurrunt illa tria. ergo ꝯcluſio vera. minor pʒ. quia in vnum fieri neceſſario cōcurrit id qđ determinat ipm fieri. ⁊ h° eſt forma et id cui attribuit̄ fieri quod eſt ſubiectum ꝙ licʒ ſit vnum ſubiecto eſt tamen duo ſecundū rōem vt iam probatum eſt. ergo in omni eſſe et fieri rei naturalis concurrunt ſubiectum forma et priuatio ſiue contrariū forme. et quia in contraria oppoſitione ſaluabat̄ priuatiua poſſumus dicere ꝙ in omni fieri tā accidentali ꝙ̄ eſſenciali omne quod fit fit ex priuatione. et ſic priuatio ē principiū rei naturalis. nam fieri ſubſtantiale proprie non eſt inter contraria eo ꝙ in ſubſtantia non eſt perfecta contrarietas. ſed tale fieri ē inter formam et priuationem. et hoc eſt ꝙ dicit phūs ꝙ non eſt neceſſe in omni fieri eſſe duo cōtraria. ſed alterꝝ contrariorū ſufficit facere mutationem ſua abſentia et preſentia. Qꝫ autem in omni fieri ſit ſubiectū. probat̄ per rationē pertinentem ad medicū. et etiam ꝓbatur. 7° methaphiſice. ſed hoc phūs ꝓbat in textu per inductionem. nam dictū eſt ꝙ eſt duplex fieri. ſcilicet ſubſtantiale et accidentale. accidens autē ſine ſubiecto eſſe non poteſt. iō oportet ꝙ in omni fieri accidentali requirit̄ ſubiectū. ſimiliter in omni fieri ſubſtantiali requirit̄ ſubm. quia quod fit homo non ſolum prius non fuit homo ſed ſimpliciter eſt verum dicere ipm non fuiſſe. in hiis ergo que fiunt ſubſtantialiter manifeſtum eſt ꝙ fiunt ex ſubiecto preſuppoſito. quod declaratur exemplo. Uidemus enīʒ ꝙ plante fiunt ex ſēie. et ſimiliter aīalia tanꝙ̄ ex materia. Hoc etiam oſtendit phūs per modos fieri. nam eorum que fiunt. quedam fiunt tranſfiguratione. vt ſtatua ex ere. quedā ex appoſitōe vt fluuius ex riuulis et quedam abſtractione vt ymago mercurii fit ex lapidū diuiſione. et quedā compoſitione vt domus. et quedā alteratione. vt cum materia alteratur ſiue per naturam ſiue per artem. vt cum ex luto fiunt lateres. et ex aqua fit aer. ſed in omnib9 hiis modis fieri requiritur ſubiectū. ergo in omni fieri requiritur ſubiectum.

## Concluſio ſecunda: ꝙ materia et forma ſunt principia per ſe eſſendi et fiēdi cuiuſlibet rei naturalis.

Probatur quia ex materia et forma per ſe et primo ſumpte ſunt et fiūt omēs res naturales eo ꝙ res naturales prio et ꝑ ſe reſoluuntur in materiam et formam. modo vnumquodqȝ fit ex his in que reſoluitur. ergo materia et forma ſunt per ſe pricipia eſſe et fieri rerum naturalium.

## Concluſio tercia. ꝙ priuatio eſt principium per accidens eſſe et fieri cuiuſlȝ rei naturalis.

Qz ſit principium patet. quia priuatione non poſita non fieret res naturalis. qz ſi nō ſit carētia forme in ſubiecto nō tranſmutaẗ ſubiectum ad formam eo ꝙ nihil mutatur ad illud quod habet eo modo quo habet. Sed ꝙ non ſit principium per ſe probatur. nam priuatio non influit per ſe in eſſe et fieri rerum naturalium. ſed eſt principium per accidēns eo modo quo cauſa ſine qua dicitur per accidens. Itē materia et priuatio ſunt vnum numero. ergo cum materia ſit principium per ſe eſſe et fieri rei naturalis priuatio erit ſolum per accidens. Et ſi arguatur ꝙ priuatio non poteſt eſſe principium eſſendi. eo ꝙ quando res eſt materia eſt ſub forma. ⁊ forma non poteſt eſſe ſimul cum priuatione. Diciẗ breuiter ꝙ licȝ priuatio determinata non poſſit eſſe ſimul cum forma cui opponitur poteſt tamen eſſe cum forma cui non opponiẗ. et ideo illa priuatio que eſt principium eſſendi non eſt principium fiendi. quia priuatio que eſt principium fiendi opponitur forme acquirende que forma eſt principium rei non permittens ſecum priuationē ſibi oppoſitam. ſed bene permittit aliam priuationeȝ alterius forme ꝑ priuationem forme abiecte per corruptionē preuiam. et hinc eſt ꝙ materia nunꝙ eſt ſine priuatione quia cum materia deperdit vnam priuationem per acquiſitionem vnius forme acquirit alterā priuationē. ſcilȝ priuationem forme quā deperdit. materia enim nunꝙ acquirit vnam formā ſubſtantialem quin deperdat aliaȝ. Ex his omnibus patet quomodo ſunt duo principia et quomodo tria et qualiter contraria. ſed aliter dicūẗ priuatiue oppoſita. ſunt enim duo principia per ſe et tria ſi numeretur principium per accidens intrinſecum. et ſic patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primam dicitur ꝙ priuatio eſt ens per accidens. ideo etiā eſt principiū per accidēs. ē enim principium per formam et materiam. et ideo principiat etiam per illas. Ad ſecundā diciẗ ꝙ duplex eſt principium per accidens. vnum eſt quo poſito vel non poſito nihilominus fieret mutatio ſicut poſito grāmatico vel non poſito nihilominus fieret domus. et de tali principio per accidens non eſt dicendum in aliqua ſcia vł arte. Aliud eſt principiū per accidens quo nō poſito non fierent res. ideo non dicitur per accidens ſic ꝙ non requiratur. ſed quia non influit et de tali bene eſt determinandum cuiuſmodi ē priuatio. Ad tertiā dicitur ꝙ materia et priuatio ſunt vnū numero numeroſitate accidētis ſiue ſubiecti. ideo non ſequitur quin habeant rationē principiandi diuerſa. Ad quartam diciẗ ꝙ hic ſolum enumerantur principia intrinſeca. modo due ſunt cauſe extrinſece. ſcȝ efficiēs et finis. ideo de ipſis non fit mentio. ſed fiet in 2° huius in quo determiaẗ de quatuor cauſis igitur ⁊c. Sequitur textus.

## Queritur tredecimo. Utrum

Materia generabilium et corruptibiliū poſſit eſſe priuationi non admixta. Arguiẗ ꝙ ſic. nā quecunqȝ eſſentialiter diſtinguntur illa ab inuicem ſunt ſeparabilia. ſed materia et priuatio eſſentialiter diſtinguntur. ergo ab inuice poſſūt ſeparari. Minor pȝ nam priuatio cōtrariaẗ forme et non materie. cū ergo contrarietas ſit eſſentialis oppoſitio ſequitur ꝙ materia et priuatio eſſentialiter diſtinguntur. 2° adueniente forma abiciẗ priuatio et non materia. ergo ipſa ab inuicem ſeparanẗ et diſtinguntur. ergo materia nō ſemꝑ eſt priuacōi admixta. 3° ſic in corpore celeſti eſt materia et in illa nulla eſt priuatio. 4° a ſimili in materia horum inferiorū non eſt priuatio. igiẗ ⁊c. In oppoſitū eſt pħūs. Pro reſponſione ad queſtionem.

## Sciendū eſt primo. ꝙ materia multis modis ſolet nominari.

Quorū quedam ſunt propria et quedā tranſumptiue dicta. Propria autē ſunt yle ſubiectuȝ maſſa materia origo et elementum. Noīa vero tranſumptiue dicta ſunt ſilua mater femina. etiam tranſumptiuā do mores appellaẗ. ſcilȝ turpe et chaos. Auicenna aūt in ſua phiſica reddit rōeȝ de noībus proprijs. dicēs ꝙ materia nominaẗ yle inꝙtum indetermiata exiſtēs ſuſceptibilis eſt pluriū formarum. et hoc nomine cōiter noīatur a poetis. ſed materia dicitur ſubiectum ex eo ꝙ ſuſtinet formā vel motū ad formā. ſed diciẗ maſſa inꝙtum ipſa indetermīata exiſtens diuerſificatur ꝑ diuerſas formas ſubſtātiales in diuerſas ſpēs: ſicut vaſa figuli ex vna maſſa luti figurātur et diuerſificanẗ formis artificialibus. Sed noiaẗ materia inꝙtum in ipſam reſoluitur res materialis ſicut in alteruȝ cōponētiuȝ. Noiatur aūt origo inꝙtum ab ipſa eſt motus et ab ipſa incipit rei ꝯſtitutō ⁊ vt ſic eſt mixta priuacōi a qua ſe intelligatur ſeparata ab ipſa priuatione bene eſt principiū eſſendi ſed non fiendi. quia nunꝙ eſt motus in materia ſine priuatione forme. ſed dicitur materia elementuȝ. qz eſt primum con in ſtitutione rei naturalis et vltimuȝ in reſolutiōe quia ipſa materia nō reſoluiẗ in aliquod aliud Et ſic patet de nomibus materie proprie dictis

Pro diſtinctione aūt nominum tranſumptiue dictorum.

## Sciendum eſt Secundo: ꝙ

Materia dicitur ſilua per ſimilitudinem. quia ſilua dolabilis eſt in omne edificiū artificiale ꝑ diuerſos artifices in ipſa ponentes diuerſas formas artificiales. ita materia dolabiẗ ē et diſponibilis in omne artificiū naturale a diuerſis agentibus naturalibus diuerſas formas in ea ponentibus. et ideo hoc non dicebāt Platonici omnium eſſe vnam materiam ſicut ſilua vna ē ex qua eſt omne edificiuȝ. Sed materia dicitur mater eo ꝙ ipſa in ſe recipit formam et pariēdo ex ipſa educitur in virtute naturalis agentis. et illud eſt nomē quod inter iſta noīa trāſumptīa magis cōuenit ei. Nominaẗ vero femina. quia ipſa exiſtens impꝼecta perfectibilis eſt per formā ſicut femina per virum. Unde ſicut femina hȝ principia partus confuſa que ducuntur ad terminum ſic materia indeterminata ambit oēs formas naturales et explicātur per agentia naturalia. Nominaẗ aūt turpis per tranſumptionē ad mores. turpe. n. ē quod caret aliq° ad quod eſt in potentia. ſic etiā materia dicitur turpis. qz caret pluribus formis et actibus earum quos nata eſt habere. Sed appellatur chaos. quia in ipſa ſicut in quodā chaos confunduntur omēs forme. Illud nomē chaos eſt ſibi appropriatuȝ ab aliquibus modernis nec numeratur inter cetera nomina. Ex quo pȝ ꝙ materia gñabiliū et corruptibiꝰ nō habȝ potentiā ad vnā formā tātum ymo ad plures. ideo ad vnam formam generabilem et corruptibilem materia ſimpliciter et oīnode perfici non poteſt. quia materia de ſe nata eſt ſemper eſſe et cum tñ forma particularis nata eſt eſſe in materia pro determinata differentia tēporis. Sit ergo.

## Concluſio reſponſiua ad. q:

Materia generabiliuȝ et corruptibilium per naturam non poteſt eſſe priuationi non permixta. Patet nam quelibet forma educta de potentia materie particularis eſt in ordine ad potentiam materie. quia omnes forme rerum gñabilium educi poſſunt de potentia materie. ideo potentia materie ad plura ſe extendit ꝙ ad vnaȝ formam. ideo qñ habet vnā formā in ea remanet aptititudo ad aliam formam. Item materia omnium generabiliū et corruptibiliū eſt eiuſdē rationis alias mutuo non agerent et patereнẗ ad inuicem naturalia. cum ergo ratio ſumatur ex ordine ad formam ſequitur ꝙ ad ꝙcūqȝ formā eſt in potētia materia vnius rei generabilis ad eandē eſt in potentia materia alterius rei et per cōſeqnens ſequitur ꝙ materia ſtans ſub forma eſt in potentia ad aliā formam ſub vna ſpecie. et ſic ſequiẗ ꝙ materia ſtans ſub vna forma in ea manet carentia et priuatio ad aliam formaȝ. et ſic patet ꝙ ſemper manet priuationi admixta.

## Dubitatur primo. Utrum

Materia prima per intelletū accepta ante oēm formā ſit in fine ſimplicitatis. Videtur ꝙ ſic. nā materia ſit accepta caret omni parte eſſenciali et ꝙtitatiua. ergo eſt omino ſimplex. Oppoꝰ enim arguiẗ. quia materia ſic per intellectuȝ accepta componibilis eſt cuȝ forma: ergo. Diciẗ ad dubium ꝙ licet materia accepta per intellectum non ſit compoſita nec actu habeat partes eſt tamen concreata quibuſdā habitibus que licet non faciant compoſitionem realem cū materia ſecunduȝ ſanctū Thomam tamen in ipſa addunt ſecundum rationem. et non poteſt ab iſtis habitibus a forma materia ſeparari. Pria cauſa aūt que nec eſt cōpoſita nec cōponibilis nec cōponi contingēs nec etiā concreta hmōi habitudinibꝰ eſt in fine ſimplicitatis. diciẗ enim in libro de cauſis ꝙ prima cauſa regit omēs res preterꝙ commiſceatur cuȝ eis. materia autem omnibus commiſcetur: ideo ſubſtantia materie prime non ē ſimplex ſicut ſubſtātia prime cauſe. Et per hoc patet reſponſio ad rationē dubii. nā licet materia non habeat partem eſſentialem et ꝙtitatiuam ipſa tamen componibilis eſt cum pluribus. Primo cum forma ſubſtātiali. ſecūdo cum accidentali. ¶ Et per hoc etiā patet reſponſio ad aliud dubium. Utrum ſcilicet materia prima et deus ſeu prima cauſa differant inter ſe. Et arguebaẗ quidā phūs nomine Dauid dicens ꝙ quecunqȝ differunt differentia differūt. et ſic in ipſis eſt compoſitio. cuȝ ergo in materia prima et in deo nulla ſit compoſitio: videtur ꝙ inter ſe nō differant. Sed deceptus fuit. qz non eſt neceſſe ꝙ quecunqȝ differunt differant differentia ſuperaddita iſpis. nam ſimplicia vt ſunt differentie ſe ipſis differunt. et etiam principia differunt ſe ipſis et non per alias differentias. alias eſſȝ abire in infinitū in differentiis. magis proprie ergo ſimplicia ſe ipſis ſunt diuerſa ꝙ differentia. nam diuerſum eſt nomen magis abſolutum ꝙ differens eo ꝙ nullam conuenietiaȝ preſupponit. differens autē ſic. ergo prima cā et materia prima ſe ipſis differūt vel magis proprie diuerſa ſunt. ergo ⁊c.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

Materia prima a deo ſeu a prima cauſa proceſſerit in eſſe per creationem. Et videtur ꝙ non quia quod eſt immediate a cauſa perfectiſſima et prima illud debet eſſe perfectiſſimum. ſed materia prima eſt imperfectiſſima. ergo non proceſſit immediate a prima cauſa perfectiſſima. Oppoſitum tamen arguitur. quia prima cauſa eſt cauſa totius entis. ergo produxit materiam. Dicitur ad dubium ꝙ licet phi non ſit determinare de exitu materie in eſſe. ſed potius ipſam preſupponere tamꝙ̄ principiū. ſicut queli; ſcientia preſuppoit ſua principia: veruntamen propter bonitatem doctrine ad hoc dicit Albertus ꝙ materia exiuit in eſſe a prima cauſa et fit ſcibilis per analogiam ad formam. Item fuit cōproducta forme. idō non potuit eſſe per ſe terminus alicuius productionis per ſe. nec fuit intenta per ſe ſicut lignum non eſt aliquid per ſe intentum. ſed lignum ſuſceptiuum alicuius forme artificialis. ideo magis materia eſt concreata per modum principii nec cadit in mente primi opificis niſi ſub forma materiali. ideo ab ipſo primo producta eſt ꝑ eandem ydeam. itaꝙ in mente primi non eſt altera ydea materie ab ydea forme. ſaltem ſecundum ꝙ ydea vocatur exemplar. Ex quo patet ꝙ quidā phi errauerunt credentes eandem eſſe eſſentiam materie et forme. differret tamen ſecundum magis et minus. quia cum materia ſemꝑ maneat et circa ipſam continue fiat variatio formarum oportet neceſſario dicere ꝙ alia ſit eſſētia forme ab eſſentia materie. ſicut oportet dicere ꝙ lignum ſit aliud a figura in ligno. cum lignum maneat in diuerſis. et etiā locatum a loco. et ſic patet reſpōſio ad dubium. Ad hoc quod obiciebatur dicitur quod illud quod immediate a prima cauſa cū maxima ſui ſimilitudine fit fit ſecundum cōpletū eſſe et perfectiſſimum. cuiuſmodi eſt intelligentia. ſed illud quod ē a primo ſic ꝓductū vt fundamētum et ſubiectū ſit oīum que produci poſſunt non oportet ꝙ ſit perfectiſſimum. ideo imediate aliter producitur intelligentia et materia prima a prima cauſa.

## Ad rationes ante oppoſitum

Ad primam dicitur ꝙ dupliciter intelligi pōt priuationem eſſentialiter diſtingui a materia. vno modo ſic ꝙ priuatio ſit pura eſſentia poſitiua. et iſto modo falſum ē. quia priuatio nihil aliud eſt quā carentia forme ſpecialiter. Sed ſecundū Thomā qui non ponit aptitudinem ad formā n̄ eſſe in materia. Alio modo poteſt intelligi priuationē diſtingui hoc eſt ſecūdū rationem vt quecunque diſtinctio rationis appelletur diſtinctio eſſentialis. et hoc modo priuatio et materia eſſentialiter diſtinguntur. et cū aſſumebatur ꝙ priuatio ↄtrariatur forme alias dictū eſt ꝙ contrarietas accipitur vt ſe extendit ad priuatiuā oppoſitionem. Unde ſecūdum ſanctum Thomā aptitudo priuationis ad formam que dicitur materiale in priuatione non diſtinguitur ab ipſa materia. Ad ſecundam dicitur ꝙ adueniente vna forma abicitur eius priuatio. ſed manet in ea priuatio cuiuſlibet alterius forme. Ad tertiā negetur ſimilitudo inter materiam celeſtem et gn̄abiliū et corruptibiliū. quia materia celeſtis non habet priuationē. eō ꝙ forma celeſtis eminenter eſt omnis forma educibilis de potentia talis materie celi.

## Queritur quartodecimo.

Utrum corporeorum et incorporeorum materia ſit vna. Et arguitur ꝙ ſic. quatuor rationibus Auicebron. Prima ratio eſt quorū eſt reductio ad vnum genus eorum eſt reductio ad principia illius generis. ſed corporeorum et incorporeorum eſt reductio ad vnum genus quod eſt ſubſtantia. ergo eorum reductio ē ad principia. ſed principia ſubſtantie ſunt materia et forma. ergo in omnibus corporeis eſt vna materia.

Item ſecunda ratio vbicunque reperiuntur proprietates ſubſtantie ibi reperitur materia. ſed in ſubſtātiis incorporeis reperitur proprietas materie. quia ibi reperitur ſubſtare et ſuſtinere. ergo in ipſis reperitur materia. ↄn̄tia tenet. quia non eſt proprietas ſine eo cuius eſt. Tertio ſic. omne quod eſt determinatū et formatum preſupponit ante ſe aliquid determinabile et formabile. ſed eſſe corporeum et incorporeum ſunt formata id eſt determinata. ergo preſupponunt ante ſe formabile et determinabile. ſed hoc non eſt niſi in materia. ergo in ſubſtantia corporea et incorporea eſt vna materia. Quarta ratio ſicut ſe habet genus ad ſuas differentias. ita materia ad ſuas formas. ſed idē genus poteſtate ↄtinet has differentias ſcilicet corporeum et incorporeum. ergo etiam eadem materia eſt que in ſua potentia continet formam corpoream et incorpoream. igitur et cetera. In oppoſitum ſunt omnes Perypatetici ponentes omnes ſubſtantias intellectuales eſſe immateriales. Pro reſponſione ad queſitū

## Sciendum eſt primo ꝙ Iſte

Auicebron actor huius poſitiōis. ſcilicet ꝙ in ſubſtantiis corporeis et incorporeis materia ē vna in quodā libello quē fecit de materia et forma quem vocauit librum fontis vite. eo ꝙ ab eo ſicut a quodā fonte manat vita cōtemplatiua ſcilicet intellectus et vita comtemplatiua. diſtinguit duplices formas. quedā enim ſunt vt dicit que ſunt ante oē genus nō limitātes materiam neque ponentes ipſam in aliquo determinato genere. et huiuſmodi forme ſunt entitas vnitas bonitas veritas. et cetere forme tranſcendētes quas vocauit formas non limitantes eo ꝙ ſunt trāſcendētes et non determinantes materiā ad aliquod genus determinatū. Alie ſunt forme vt dicit determinātes materiam ad aliquod genus determinatū. et quia materia eſt pars forme cōpoſite. ideo primo recipit formam ſubſtātialem ꝙ̄ accidentalem. et ſic inter formas limitantes materiam ad genus determinatū prima eſt ſubſtantialitas. Et hee forme ſic limitātes tāto ſūt generaliores ꝙ̄to ſuo ambitu plura cōtinēt. et propter hoc materia perfecta formis trāſcēdentibus et primis formis non limitantibus materiam adhuc diſtinguibilis eſt per formas diſtinguentes ipſam vt pote ſubſtantialitate. Et adhuc materia ſic limitata diſtinguibilis eſt ꝑ formā nature corporee et incorporee. et forma nature incorpore a toto ordine eſt. ante formam nature corporee et continet ſua poteſtate totam naturam corpoream tanꝙ̄ principiū totius actualitatis. et motus in ſubſtātiis corporeis ꝙ̄to eſt ſuperior tanto plura cōtinet. ideo intelligentia prima cōtinet cognitiōe omnia ipſam ↄn̄tia et quodammodo mouet. et ſic ↄn̄ter eſt in aliis intelligentiis. ſed ratio humana que eſt determinata ad pautiora ſe extēdit. Unde forma nature corporee terminatur in vegetatiuo. quia forma vegetatiua ſecundum ſuam totam virtutem eſt corporea et corpori affixa. ideo non cōprehendit alia cognitione licet moueat quodā modo alia. et qualis eſt ordo in incorporeis talis eſt in natura corporea. Ita ſcilicet ꝙ corpora ſuperiora quodāmodo virtute ſua cōtinent inferiora licet ipſa non cognoſcant. et hoc in breui ē intentio tota illius actoris in illo libello ſuꝑ hac materia. ſed determinare de hoc ordine magis ſpectat ad phiſicum ꝙ̄ ad methaphiſicum. ideo pro preſenti ſufficiat ſcire ꝙ non omnium corporeorum et incorporeorum materia ſit vna. iſte enim Auicebron magis videtur eſſe ſtoicus in poſitiōe ſua ꝙ̄ ponēdo virtutes incorporeas in nullo corpore exiſtentes ꝙ̄ Perypatheticus. ymo quodāmodo ſua dicta diſſona ſunt a principiis perypatheticis. ergo contra ipſum ſit.

## Concluſio reſponſiua ad queſitum

Quod non omnium corporeorum et incorporeorum eſt vna materia. Patet. nam vbi non reperitur exitus de potentia ad actū ibi nō reperitur materia eadem cum materia horum inferiorum.

Et ſi dicatur ꝙ nec hoc voluit Auicebron. nam in illo libello diſtinguit quadruplicē materiam Dicit enim ꝙ vna eſt materia que eſt ſubiecta quantitati motui locali et mutationi ad formā et hec in oībus inferioribus inuenitur. Alia eſt materia quantitati ſubiecta et motui locali ſed non mutationi ad formam. et hec reperitur in omnibus corporibus celeſtibus vſque ad celū empirreum excluſiue. Alia eſt ſubiecta quātitati et nullo modo motui. et hec inuenitur in celo empireo. Quarta materia eſt ſecūdum ipſum q̄ nec ꝙ̄titati nec motui ſubiecta eſt. et hec vt dicit inuenitur in intelligentiis. ita vt videtur ꝙ̄uis poneret materiam in intelligentiis non tamen poſuit ipſam vnius nominis cum materia horum inferiorum. Sed ad hoc dicendū eſt ꝙ licet poneret materiam diſtingui modis predictis dicebat tamen ꝙ materia in omnibus ex parte ſui eſt vnius rationis. et contra hoc procedebat rō

Contra iſtam diſtinctionem materiarū. Sit

## Concluſio ſecunda. Scilicet

Quod in ſubſtantiis ſeparatis nulla eſt materia. licet ibi ſit aliqualis potentia. Prima pars patet ex nomine attributo cōmuniter ipſis ſubſtātiis quia fere ab omnibus phis īmateriales noiantur quod nō eſſet ſi in ipſis eſſet materia. Rō probatur ſic. res ſic ſe habent ad intelligi et intelligere ſicut ſe habent ad ſeparari et ſeparatum eſſe a materia. et propter hoc res materiales nō ſunt actu intelligibiles nec actu intellectuales. ſed tantum potentia ſunt intelligibiles eo ꝙ ſūt materiales et fiunt actu intelligibiles per hoc ꝙ abſtrahūtur a materia. ſi ergo in ītelligētiis eēt materia ſequeretur ꝙ n̄ eēnt ſecundum ſe totas ītelligibiles nec intellectuales quod falſum ē. igitur et cetera. Itē omne agens nobilius eſt paſſo et debet eſſe actu tale quale intendit facere paſſum. ſed nos videmus ꝙ intellectus agens facit res materiales actu intelligibiles ab abſtrahendo eas a materia. ergo neceſſe eſt ꝙ intellectus noſter ſit ſeparatus a materia. et per cōſequens intelligentie que ſunt ſupra intellectum noſtrū ſint omnino a materia ſeparate. Itē ſi in intelligentiis poneretur materia vnius rationis vt poſuit Auicebron neceſſario in ipſis poneretur quātitas. et ꝑ conſeqn̄ēs eſſent corporee. tenet ↄn̄tia. nam materia non eſt diuiſibilis in partes eiuſdem rōis niſi per ꝙ̄titatem. et ſic non eſſent pure intelligentie. niſi materia earū diuideretur ꝙ̄titate. Secunda pars cōcluſionis patet. quia in eis diſtinguitur eſſentia ab eſſe. ergo in ipſis non eſt omnimoda ſimplicitas.

## Concluſio tertia. ꝙ Omnium

Corporeorum materia eſt vna. Probatur. nā materia horū inferiorū eſt priuationi ad formā admixta. materia vero ſuperiorum non eſt admixta priuationi. ergo non eſt eiuſdem ratiōis in corporibus inferioribus et ſuperioribus. Secunda ratō. vnitas materie ſumitur ex anologia

et proportione ad formã. ſ3 materia celi et horũ inferiorum non habet analogiam ſiue proportionẽ ad eandẽ formã. ergo non eſt eiuſdẽ ratio nis materia horũ inferiorũ cu3 materia ſupriorum corporum. Item quorũ materia eſt vna illa ſunt ad inuicem tranſmutabilia. ſed ſic non eſt de corporib9 ſuperioribus ⁊ inferioribus. g°. ⁊c.

## Concluſio quarta. eſt ꝙ oim

corporum inferiorum eſt vna materia. vna quidem non vnitate ſpecifica. ſed vna per indifferẽ tiam et analogiam ad vnã formã ſpecificam. quia ſcilicet materia horum ſecundũ ſe accepta indifferens ẽ ad omnẽ formã generabile3 et cor ruptibilem. Probatur. quia omnia corpora inferiora ad inuicẽ ſũt trãſmutabilia. ergo neceſſa rio eſt eorum vna materia. et ideo nedum eſt di cendum ꝙ ſit vna per indifferentiã. ſed etiam p analogiã ad vnam formam ſpecificam. quia data queciinq3 materia horum inferiorum ex ipſa poteſt educi omnis forma ſpecifica. ideo vocatur vna in ordine ad talem formam. mate ria enim nec habet entitatẽ nec vnitatẽ niſi per analogiam. ideo nedum eſt vna per indifferentia3 licet de ſe indifferens ſit ad omnem formã Et ſic patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſitu3

Ad primam dicit̃ ꝙ materia nõ eſt principiũ ſubſtantie generaliter cõſiderate. ſ3 vniuerſalis actus et potentia. modo potentia eſt in plus q̃ materia vt alias dictũ eſt. Ad ſecundã dicit̃ ꝙ ſubſtare ⁊ ſuſtinere reperiuntur hic et ibi equi uoce. ideo non oportet ꝙ ibi reperiatur materia

Ad tertiã dicit̃ ꝙ corporeũ et incorporeũ ha bent aliquid ante ſe diſtinguibile ſecundũ rõe3 et non ſecundũ rem. quia etiam ibi non fit diuiſio niſi ſecundum ratioe3 nec oportet ꝙ vni tati generis correſpondeat vnitas generis nature. Ad quartã dicitur ꝙ licet genus ſit potentia reſpectu differentie et habeat modu3 ma terie eſt tamen vera forma totius. ideo non eſt ſimile de exitu differentiarũ a genere et forma⁊ a materia Uerũtamen multis non placet ꝙ ſubſtantie ſeparate ponant̃ in genere cum mate rialibus vt habet dñs Albertus in libro predicamentorum et in hoc paſſu. Sequit̃ textus

Quod aũt ſumitur ſoluitur.

## Queritur quintodecimo.

Utrum materia et priuatio ſint vnum ſpecie.

Arguit̃ primo ꝙ ſic. nam materia et priuatõ ſunt vnum numero. ergo ſunt vnum ſpecie. ꝯña tenet. quia vnitas numeralis preſupponit vnitatem ſpecificam. 2° priuatio q̃tum ad id quod eſt ẽ idẽ realiter cum materia et q̃tum ad negationẽ nihil. ergo priuatio idẽ eſt cum materia realiter et ſpecifice. 3° arguitur. materia et priuatio ſunt principia vnius rei in numero et eiuſdẽ ſpeciei. ergo materia et priuatio ſunt eiuſdem ſpeciei. tenet ꝯñtia. quia principia eiuſdem rei debent eſſe vnius ſpeciei. In o9 eſt phũs i penultimo capitulo huius libri.

Pro reſponſione ad queſtionem

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

q̃ phũs determinauit de principiis nature ſcil3 de natura qualitate et numero principiorũ. hic ꝯñter excludit dubitationes antiquorũ et errores eorum per ea que determinata ſunt de principiis nature. Pro quo.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

**Concluſio tercia materia non** eſt ſeparabilis a dimenſionibus interminatis. quia omne quod corrumpitur a ſuo contrario corrumpitur. ſed dimenſiones interminate nulli contrariantur. ergo a nullo corrumpuntur. ergo ⁊c. Item ſi ſic forma ſubſtantialis non adueniret alicui parti materie et ita ſequeretur ꝙ nō eſſet multitudo indiuiduorum in vna ſpecie q̄ ſunt inconuenientia. Ex iſtis ſic determinatis dat Auerrois differentias inter formas corporꝫ celeſtium et formas generabilium et corruptibilium. Prima differentia eſt quia forme generabiliū diuiduntur ad diuiſionē materie. nō aūt forme corporum celeſtium. Alia differentia eſt quia forme generabilium inſunt materie mediantibus dimenſionibus interminatis nō aūt forme corporum celeſtium. Tertia differentia eſt quia forme generabilium mouentur ad motum ſuorꝫ ſubiectorum vt anima mouetur motu ſui corporis. ſed forme celeſtium non mouentur ad motum ſuorum ſubiectorum. Ex illis infert ꝙ corpora celeſtia ſunt īgenerabilia et incorruptibilia. ſed corpora inferiora ſunt generabilia et corruptibilia. Et hec de iſto primo puncto in quo breuiter fere continentur omnia que dicit Auerrois de dimenſionibus interminatis. Quantum ad ſecundū punctū ſequēdo Auicennā et Albertum. Arguitur primo ſic contra poſitionē Auerrois. Phūs habet in predicamentis ꝙ deſtructis primis ſubſtantiis impoſſibile eſt aliquid aliorū remanere. ergo non poſſunt remanere dimenſiones interminate in materia poſt rerum corruptiones. 2° ſic in 5° huius habetur ꝙ ſubiectum generationis non occupat locum. ſed materia cum dimenſionibus interminatis occupat locum. ergo ⁊c. Item ſi dimenſiones interminate precedant formam ſubſtantialem in materia. et dimenſiones terminate ſequantur eam ſequit ꝙ realiter diſtinguntur. et ſic in eodem cōpoſito eſſent due latitudines et fieret penetratio dimenſionū quod eſt impoſſibile. Item ſi dimenſiones interminate neceſſario requirerentur ad eſſe vel fieri rei naturalis deberet poni principium rerum naturaliū quod eſſet cōtra Ariſtotelē. ergo ⁊c. Iteꝫ cōtra ipm poſſunt fieri inconuenientia ante oppoſitum. et ita Auicenna voluit ꝙ omne accidens ſequatur cōpoſitum et materia et forma in generabilibus. nō tñ negat quin ſint aliqua accidentia propinquiora materie et aliqua forme medio modo ſe habentia. Et hec de 2° puncto. Quantum ad tertium punctum ſoluende ſunt rationes Auerrois inſequendo poſitionem Auicenne et Alberti. Ad primā cōceditur ꝙ materia ſolum ſecundū ſe ſumpta non eſt diuiſibilis. ſed tamen negatur cōſequētia. Ad ſecundā cōceditur ꝙ materia nuda ſeparata a quacunq; forma non eſt ſubiectum generationis. ſed materia accepta ſub forma corporeitatis in qua eſt incohatio forme acquiſibilis per generationem et aptitudo ad trinam dimenſionem eſt ſubiectum generationis. ſed tamen illa materia non eſt quanta nec occupat locū ſecundum Auicennā et Albertū. Aliter tamen reſpondetur ſecundū ſanctū Thomam vt poſtea videbitur. Ad tertiā dicitur ꝙ omnes forme conueniunt in dimenſionibus ita ꝙ omnes forme naturales requirant dimenſionem in materia in qua recipiuntur. Ad quartam dicitur ꝙ licet quātitas non habeat cōtrarium et non corrumpatur per ſe corrumpitur tamen ex ꝯñti ad corruptionem ſui ſubiecti. et ſi ſint alique alie rationes faciliter poſſunt ſolui per ea q̄ dicta ſunt. Quantū ad quartū punctū eſt aduertendū ꝙ quidā dixerūt cōmētatorē Auerroim per dimenſiones interminatas non intellexiſſe dimenſiones reales in ſpecie et in numero exiſtētes. ſed dixerunt ꝙ per dimenſiones interminatas intellexit Auerrois dimēſiones in cōmuni abſtractas ab hac dimenſiōe terminata vel illa hoc termino vel illo. et illo modo in dimenſionibus ſic in cōmuni acceptis cōueniunt generatū et corruptū et omnia naturalia corruptibilium. Sꝫ hec expoſitio eſt cōtra mentē ipſius auerrois quod pꝫ per dicta ipſius in pluribus locis. Dicit enim auerrois in 5° huius ꝙ ideꝫ corpus in numero manet in genito et ī corrupto. ergo voluit dicere ꝙ eadē dimenſio in numero ſit materie prime perpetua. Item in primo de generatione dicit ꝙ idem ſenſibile et corporeitas manent in genito ⁊ corrupto. et in 3° de celo dicit ꝙ forma celeſtis non vnitur materie mediantibus dimenſionibus interminatis ſicut forme generabiles et corruptibiles. Ex quo patet ꝙ iſti ſic exponentes poſitionem auerrois non loquūtur ſecundum eius mentem. nam per dimenſiones interminatas ipſe intellexit dimenſiones reales et inſeparabiles a materia que tamen non ſunt terminate ad certam magnitudinem et paruitatē nec etiā ad certam figuram. Et ideo fuerunt quidā alii qui poſitionem eius hoc modo expoſitam voluerunt defendere arguentes ſic. Si ī materia non eſſet aliqua dimēſio inſeparabilis ab ea ſequeretur ꝙ augmentatio non eſſet poſſibilis. Pꝫ ꝯñtia quia in augmentatione rei augende ſolum adueniret materia. ſed materia ſecundum ſe eſt indiuiſibilis. indiuiſibile autem additū alicui non reddit ipm maius. ergo materia adueniens rei augende non augeret eam. ideo dicit phūs primo de generatione ꝙ augmentatio non fit niſi adueniente aliquo corporeo. 2° ſic cum ex aere fit ignis forma ignis ſubito et in inſtanti introducitur in materia. qꝛ generatio ſubſtantialis eſt momentanea. ſed in primo inſtanti materia ignis eſt ſub tota ꝗtitate ipſius ignis. ergo niſi in materia prefuerit ꝗtitas ſequitur ꝙ extenſio ꝗtitatiua fieret in inſtāti. talis aūt extenſio eſt per motum localeꝫ. ergo motus localis fieret in inſtanti quod eſt impoſſibile. 3° ſic actus et potentia diuidunt ens et quodlibet genus entis. ergo in quolibꝫ genere ponendum eſt propriū potentiale receptiuū actuū qui ſunt in illo genere. ſed proprium potentiale receptiuū actualis ꝗtitatis ñ eſt aliud q̄ quantitas interminata. ergo ponende ſunt dimenſiones interminate in materia ad hoc ꝙ recipiatur in ea quātitas actualis. et iſte ſunt rationes aliquorꝫ volentium defendere poſitionē Auerrois quas ſoluere non eſt difficile. Ad rationes iſtas reſpondetur ſic. Ad primam dicit ꝙ indiuiſibile actu et potentia vt pūctum additū alicui non reddit ipm maius. ſed indiuiſibile actu diuiſibile tamen in potentia additum alicui habenti virtutem actiuā reducendi potentiam talem in actum bene auget ipm. et ita eſt in augmentatione. nam materia panis vel vini ſecundum ꝙ eſt in potentia ad formā carnis vel oſſis addita viuenti habenti virtutem faciendi carnem vel os efficitur caro vel os et auget. Ad ſecundā dicitur ꝙ cum ex aere fit ignis fit reſolutio vſq; ad materiā primam in illo inſtanti quo introducitur forma ſubſtātialis ignis in materia que fuit aeris. ex ꝯñti et concomitanter ponitur ꝗtitas non per motum localem ſed per quādaꝫ reſultantiā vel eductionem de potentia materie. nec prius recipitur ꝗtitas in vna parte materie quā in alia. Ad terciā dicit ꝙ in ſolo genere ſubſtantie eſt ppriū potentiale receptiuū actuū de genere ſubſtantie primo et per ſe et illud recipit formas accidentales ordine quodā. quia cōpoſitū de genere ſubſtantie immediate recipit quātitatem mediante qua recipit qualitates indiſtinctas. et ita in aliis generibus a ſubſtantia non oportet ꝙ ſint propria receptiua pertinentia ad illa genera. nā vt habetur in predicamentis omnia ſunt in primis ſubſtantiis aut dicuntur de ipſis. Si tamē loquamur de potentia et actu ſolum ratione diſtantia ſicut eſt genus et differentia ſic in quolꝫ predicamento inuenit potentia et actus. Et hec de quarto puncto. Quantū ad vltimum in quo reſpondendū eſt ad queſitum ſecundum mentem doctoris ſancti ſit.

**Concluſio prima. In com**poſito ſubſtantiali ex materia et forma non eſt ponenda forma corporeitatis diſtincta per eſſētiam a forma ſpecifica dante eſſe ſpecificū que quidem forma corporeitatis manet eadem in materia ſub omnibus formis ſpecificis. Probatur quia forma ſubſtantialis in hoc differt ab accidentali. quia dat eſſe ſimpliciter. accidētalis vero ſecundū quid. forma etiam ſubſtantialis conſtituit ſuum ſubiectum in eſſe ſimpliciter. ſed forma accñtalis econtra cōſtituitur in eſſe a ſuo ſubiecto. forma enim ſubſtantialis aduenit enti in pura potentia. accidentalis vero aduenit enti in actu et ſimpliciter et in potentia ſecundum quid. cum ergo forma corporeitatis ſit forma ſubſtantialis ipſa dat eſſe ſimpliciter et conſtituit ſuum ſubiectū in eſſe ſimpliciter

ſed quod aduenit enti in actu eſt accidēs. ergo
alie forme ſuperuenientes eſſent accidentia. et
ita generatio non erit niſi alteratio et omnino
deſtrueretur. Et ſi dicatur ꝙ eſſe ſimpliciter po
teſt capi dupliciter. Uno modo vt eſſe ſimplici-
ter opponitur ad eſſe ſecundum quid quod eſt
eſſe accidentale. et hoc modo forma corporeita-
tis dat eſſe ſimpliciter ita ꝙ non dat eſſe ſecun-
dum quid. ſed ſubſtantiale. Alio modo di-
citur eſſe ſimpliciter quod eſt diſtinctum et deter-
minatum vltima determinatione in natura et
ſpecie. et hoc modo forma corporeitatis que eſt
forma generalis nō dat eſſe ſimpliciter. ſed dat
eſſe diſtinguibile et formabile et forme ſpecifice
dant eſſe diſtinctum et determinatum. Sed
contra hoc quis replicabit. quia eſſe ſubſtantia-
le in indiuiſibili conſiſtit. Aſſumptum patet quia
illud quod eſt primum metrum et menſura-
omnium illorum que ſunt alicuius ordinis ne-
ceſſario oportet illud eſſe minimum et indiuiſi
bile alias non eſſet prima menſura ymo adhuc
eſſet menſurabile. ſed in ordine entium eſſe ſub-
ſtantiale eſt primum metrum ꝛ menſura cuiuſlꝫ
alterius eſſe. ergo oportet ꝙ eſſe ſubſtantiale ſit
minimum et indiuiſibile. et hoc eſt quod dicit
Ariſtoteles in 8° methaphiſice ꝙ in ſubſtantiis
ſpecies ſe habent vt numeri. ſicut enim in nume
ris additio vel remotio vnitatis indiuiſibilis
variat ſpeciem numeri. Ita etiam in ſpeciebus
ſubſtantialibus additio perfectionis vel remo-
tio perfectionis variat ſpeciem. ita etiam eſſe ſub
ſtantiale non poteſt variare ſecundum eſſe per-
fectum niſi mutetur ſpecies. et ita ponit doctor
iſte ꝙ eadem forma ſecundum rem et rationem
multiplex tamen ſecundum virtutem et perfec-
tionem dat eſſe ſubſtantiale eſſe corporeum eē
animatum eſſe ſenſitiuum et eſſe ſpecificum.
et indiuiduale. et omnia iſta ſunt idem in eodem
In corruptione autem ſubſtantiali fit reſolutio
vſqꝫ in materiam primam.

## Concluſio ſecunda:

Quelꝫ
forma ſubſtantialis inquantum dat eſſe ſub-
ſtantiale immediate vnitur materie prime. Pꝫ
quia materia de ſua propria natura eſt poten-
tia ſubſtantialis. ſed potentia ſubſtantialis pri
mo et per ſe et directe reſpicit actum ſubſtantia-
lem. ergo forma ſubſtantialis non vnitur mate
rie per medium accidentale. ideo dicit phūs 2°
de anima ꝙ non eſt querenda cauſa quare ex
materia et forma fit vnum per ſe niſi quia for-
ma ſe habet vt actus. et materia vt potentia pro-
pria eius. ſi enim forma ſubſtantialis vniretur
materie per aliquod medium. ſi illud medium
eſſet ſubſtātiale adueniret enti in actu. et ita eēt
accidens. ſi vero eſſet accidentale ex materia et
forma non fieret per ſe vnum. ſed ſequerentur
inconuenientia in principio queſtionis illata
Ex hac concluſione ſequitur.

## Concluſio reſponſiua ad q:

Q2 in materia prima non ſunt ponende dimen
ſiones interminate precedentes formam ſubſtā
tialem materie prime coeterne. Probatur quia
tales dimenſiones ſunt accidentia. ergo ex ma-
teria et forma non fieret vnum per ſe. ſed per ac
cidens. et ſequerētur illa inconueniētia in prin
cipio queſtionis illata ſiue adducta. Ratō
nes autem adducte pro parte Auicenne et
Alberti in preſenti queſtione non ſoluuntur. qꝛ
eorum poſitio eſt ſatis probabilis. licet tamen
ſint improbabiles vel ſolubiles faciliter. Sed
rationes Auerrois ſolute ſunt et inconueniētia
per ipm adducta conceduntur. ſi quis tamē vel
let ſuſtinere poſitionem Auerrois apparenter
poſſet ſoluere illa inconuenientia. Et hec de
primo phiſicorum.

# Sequitur Liber ſecundus.

## Eorum que ſunt alia quidē ſunt naturalia. alia vero pro pter alias cauſas.



## Irca ſecundum librum phiſicorum queritur primo.

Utrum diffinitio nature ſit ſufficiens et bene aſ
ſignata. in qua dicitur. Natura eſt principium et
cauſa mouendi et quieſcendi eius in quo eſt pri
mum per ſe et non ſecundū accidens. Et arguitur
primo ꝙ non qꝛ natura eſt quid abſolutū quia
dicitur de materia et de forma ergo male diffinitur
per principiū et cauſaꝫ que important reſpectum
2° princiꝰ et cauſa ſunt idem ergo nugatorie
apponitur alterū. 3° celum naturaliter mouetur et
non quieſcit ergo male ponitur mouēdi ꝛ quieſcē
di. Et ꝯfirmatur qꝛ motꝰ et quies ꝯtrariantur ergo
natura non eſt princꝰ quia contrariorū contrarie
ſunt cauſe per ſe. 4° grauia et leuia mouentur
ꝛ tñ non habent intra ſe principiū ſui motus qꝛ
mouentur a generāte extrinſeco ergo male ponitur
in diffinitione eius in quo eſt. 5° animal ca
dens deorſum naturaliter mouetur ꝛ tñ natura ani
malis non eſt principiū talis motus ergo male
dicitur primū. Ultimo per ſe et non ſꝫꝰ accidens
idem ſunt ergo nugatorie ponitur alterū. In op
poſitum eſt phūs in princ° huius ſecundi ponēs
illam diffinitionem dicens. eſt igitur natura prin
cipiū et cauſa mouendi et quieſcendi in quo eſt
primum per ſe et non ſꝫꝰ accidēs. Pro reſponſione

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs in primo libro determinauit de principi
is rerum naturaliū ſecundum ꝙ referuntur ad eſſe
et fieri ipſius rei naturalis. conſequenter in hoc
2° determinat de ipſiſmet principiis ſecundum
ꝙ referuntur ad ſcire. ꝛ quia cuiuſlibet ſcientie prin
cipia ſunt ſubiectum et mediū per que demonſtratur
illa ſcientia. ideo in hoc 2° libro agitur de natu
ra tanꝙ de ſubiecto. et oſtenditur de quibꝰ ſciētia
naturalis habet conſiderare. deinde oñditur de
quibꝰ cauſis demōſtratur ſciā naturalis. pro quo

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

ſecundum Boetiū in libro de duabꝰ naturis. Na
tura dicitur quatuor modis. vno° dicitur natura
omne illud quod cum ſit q° quodāmodo ab intel
lectu noſtro capi poteſt. et hec eſt cōiſſima acce
ptio nature quia comphendit omne ens poſitiꝰ
et dicitur ꝙ cum ſit ad excludendum negationes et
priuationes que ꝓprie non dicuntur natura. et di
citur quo quodamodo ad denotandum ꝙ quedam
ſunt entia que propter maximā actualitatem nō
poſſumus intelligere vt ſunt ſubſtantie ſeparate
et alia ſunt que propter ſui materialitatem cum
difficultate intelligimus ſicut motus tempus et
materia prima. 2° dicitur natura magis ſtri
cte ꝓut tantūmō comphendit ſubſtantiam. Et
hoc ꝰ diffinitur a Boetio natura eſt que pōt age
re vel pati. 3° capitur natura ꝓ prin° intrinſeco
ꝑ ſe mouendi et quieſcendi in rebus mobilibus
ꝛ hoc mō capitur in ꝓpoſito. 4° capitur natura
pro drā eſſentiali conſtitutiua ipſi. et ſic dicimꝰ
ꝙ alia eſt natura equi et alia hominis.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ natu

ra addit ſupra rationes forme et materie q̄ ſunt
abſoluta quendam reſpectum ad motum et opera
tionem. ita ꝙ natura ſignat materiam et formam
nō vt ſunt principia eſſendi abſolute ſed vt ſunt
principia mouendi et quieſcendi. et ideo natura
ꝯuenienter diffinitur per hec noīa princiꝰ et cauſa
que ſunt reſpectiua. vñ ponitur princiꝰ eo ꝙ q̄dam
naturalia habēt in ſe cauſam efficientem ſui motꝰ
ſicut ſunt aīata quia ꝑ princꝰ ꝓprie intelligimꝰ
cauſam efficientē. ſed ponitur cauſa qꝛ in rebus in
animatis non eſt prinꝰ actiꝰ intrinſecum motꝰ ſed
ſolum prinꝰ paſſiuū et formale qꝛ nō mouent ſe
effectiue. et io natura nō debet dici princꝰ illiꝰ
motꝰ. Et oñit prinꝰ et cā ſicut ſupiꝰ ꝛ infeꝛꝰ qꝛ
motus de termio a quo eſt priuꝰ motꝰ et nō cā
Dicit tamē Alb. ꝙ ponitur cauſa ꝓpter priuacōꝫ
que non eſt cauſa ſui motus ſed principium. ſed
tñ hoc non videtur conueniēs qꝛ illa particula ꝑ
ſe et non ſꝫꝰ accñs non ꝯuenit priuationi. deiñ
dicitur mouendi et quieſcendi qꝛ illa que naturalr
mouentur ad aliquem locū in eo naturalr quieſcūt
nā per eandē naturā ꝑ quam mouentur ad aliquē
locum et etiā quieſcūt. immo magis naturaliter
quieſcunt in illo loco. et ſimlr intelligendū eſt in
quocunqꝫ motu naturali. nō eſt tñ ita intelligē
dum ꝙ in omni eo quod mouetur naturalr ſit prin
cipiū quietis. nam corꝰ celeſte natlr mouetur et
tñ non quieſcit naturlr. et ideo qñ dicitur mouēdi
et quieſcendi et debet capi diſiunctiue. vt ſit ſen
ſus ꝙ in his que naturlr mouentur et naturaliter
quieſcunt natura eſt princꝰ vtriuſqꝫ ſcꝫ motus
ꝛ quietis. ſꝫ in his que naturlr tantū mouentur
et non quieſcūt natura eſt tantū princꝰ motus:
vt dicit ſan. Tho. Dicit tñ Alber. ꝙ motus celi
non eſt naturalis qꝛ eſt a mouente extrinſeco qd
mouet ꝑ intellectū ꝛ voluntatē. ideo motus celi
magis debet dici intellectualis ꝙ naturalis. Sꝫ
ad hoc rñdet ſan. Tho ꝙ ad hoc ꝙ aliquis mo
tus ſit naturalis nō requiritur ꝙ ſit a prin° intrin
ſeco actiuo ſꝫ ſufficit ꝙ ſit a prin° paſſiuo intrin
ſeco naturlr inclinante ad motum. Deiñ ponitur
in diōne. eius in quo eſt. ad differentiā rerū arti
ficialiū que inquātum hmōi non hñt in ſe prinꝰ
alicuiꝰ motus Deinde ponitur primū qꝛ quāuis
natura corporum mixtorum ſit prinꝰ motus eorū. nō
tñ eſt principiū primū vt cum aīal mouetur deor
ſum non mouetur natlr inquātum eſt aīal. ſed ꝑ na

tur:m elementi predominantis. verumtamen natura animalis inquantum animal eſt principium primo et per ſe alicuius alterius motus ſcȝ motus progreſſiui et augmentationis. Ulrio ponitur per ſe et non ſecundum accidens. quam particulam declarat Phūs in textu. quia ꝗ̄uis medicus ſe ipm ſanet tamen eſt ſecundum accidens. nam accidit ei quod ſanatur ꝙ ſit medic⁹ nam infirmus per ſe ſanatur et non medicus. et ideo ſanatio et medicina quia coniunguntur p accidens quãdoqȝ inueniuntur ſeparata. ſed natura et motus naturalis nunꝗ̄ inueniuntur ſeparata. vt nichil naturaliter mouetur ſurſum quin in eo ſit leuitas et omne illud in quo eſt leuitas naturaliter eſt mobile ſurſum.

## Sciendum eſt Quarto. ꝙ

Entium quedam ſunt a natura vt animalia et partes eorum et plante et corpora celeſtia et elementa et multa inanimata vt lapis. Alia ſunt que non ſunt a natura ſed ab aliis cauſis puta arte caſu vel a fortuna. pro quarum rerũ differentia concluditur diffinitio nature. Ponit᷑.

## Concluſio prima. Entia na

turalia differunt ab artificialib⁹ in hoc ꝙ naturalia habent principium ſui motus intrinſecũ innatum. Artificialia vero inꝗ̄tum hmõi nõ. Hanc concluſionem probat Phūs per inductionem. nam quedam mouentur naturaliter ſecundum locum vt leuia et grauia et corpus celeſte. Quedam vero mouent᷑ naturaliter ſecundum augmentum et decrementũ. vt animalia et plãte. Quedã aũt ſecundũ alteratione᷑ vt corpora ſimplicia. ſcȝ elementa et mixta. ſed ea que non ſiunt a natura vt lectulus et indumentum ꝛc̄ hmõi que ſunt ab arte non habent in ſe principium alicuius motus innatũ niſi ſecundũ accidens proꝑ̄to res naturales ſunt materia et tota ſubſtantia artificialium. nam cultellus inꝗ̄tum hmõi non habet in ſe principium motus deorſum niſi ſecundum ꝙ eſt ferreus. Sed aliquis obiceret contra concluſionem. quia in generatione et alteratione corporum ſimpliciũ motus videtur eſſe totaliter ab agente extrinſeco vt cum aqua calefit principiũ calefactionis eſt ab agente extrinſeco. ergo non videtur verum ꝙ naturalia differant ab artificialib⁹ eo modo quo dictum eſt. Propter hanc rationem Albertus dicit ꝙ in mutationibus corporum ſimpliciũ principium actiuum motus eſt in eo ꝙ mouetur. nõ quidem principium perfectũ ſed imperfectum quod quoqȝmodo adiuuat actionem agentis exterioris. Dicit enim ꝙ in materia eſt quedam inchoatio forme que vocat᷑ priuatio que eſt 2ᵘᵐ principiũ nature. et ab hoc principio intrinſeco generationes et alterationes corporũ ſimpliciuȝ dicuntur eſſe naturales. Sed hoc impugnat Thomas dupliciter. Primo ſic. quia nihil agit niſi ſecundũ ꝙ in actu. ergo predicta inchoatio forme cum non ſit in eſſe perfecto. ſed eſt quedã aptitudo ad actũ non poteſt eſſe principiuȝ motus aut generationis. 2º quia etiam ſi eſſet forma illa inchoatio cõpleta non poſſet agere in ſuum ſubiectum alterando ipm. quia forma non agit ſed compoſitũ. quod etiam non poteſt alterare ſe ipm niſi in eo ſint due partes. quarũ vna ſit alterans et alia alterata. Et ideo ad obiectionem reſpondet Thomas ꝙ in rebus naturalibus eo modo eſt principium motus quo cõuenit eis motus quibus conuenit. ergo mouere in eis eſt principium actiuũ motus. quibus aũt ſolum cõuenit moueri in eis eſt principium paſſiuum motus quod eſt materia. que quidẽ materia eſt per ſe principiũ motus inꝗ̄tũ habet potentiã naturalem ad formam et motũ. et ita facit motũ naturaleȝ. et propter hoc factiones artificiales non ſunt naturales. quia non habẽt naturalẽ potentiã neqȝ ordinem naturalem ad formas artificiales ſicut ad naturales. Et ita in grauibus et leuibus eſt principiũ materiale et formale motus localis ſed in ipis eſt principium materiale alterationis et generationis.

Ex concluſione precedenti infert Phūs concluſionem que talis eſt. Natura eſt principiũ et cauſa. Et etiam patet. quia naturalia differunt a non naturalibus per hº ꝙ naturalia habent naturã. Sed non differunt a non naturalibus niſi quia habent principiũ motus et quietis primũ per ſe et non per alteruȝ. ergo natura eſt principium et cauſa. ꝛc̄. Et ſic patet ꝙ diffinitio nature eſt bene aſſignata.

## Dubitatur primo.

Quomodo differunt habens naturã et ens ſecundũ naturã. R̄. ꝙ habens naturã eſt compoſituȝ ex materia et forma. quod habet in ſe principium naturaliter motus. Sed ens ſecundum naturã dicitur duobus modis. Uno modo idẽ eſt quod habens naturam. Alio modo dicitur ens ſecundũ naturã quod immediate ſequitur naturã rei vt ferri ſurſum conuenit igni ſecundũ naturam eius. et ita accidentia et proprietates naturales conſequentes naturas rerum naturalium dicunt᷑ entia naturalia ſecundũ naturam.

## Dubitatur Secundo. An

naturã eẽ ſit demõſtrabile. Reſpondet phūs ꝙ non. quia manifeſtũ eſt ad ſenſum multa entia habere in ſe ipis principiuȝ ſui motus. et ita manifeſtum eſt nobis naturã eſſe. quia natura eſt principiuȝ motus. ſed ridiculum eſt demõſtrare illud quod eſt nobis notum. hoc eniȝ eſſet ſignũ hominis non potentis iudicare inter per ſe notum. ꝛ non per ſe notuȝ quia accipit illud quod eſt per ſe notũ tanꝗ̄ non per ſe notum et eſſet ſimilis ceco qui vellet aliquid ſillogiſare de coloribus cum tamen non poſſit intelligere quid rei coloris licet bene poſſet habere quid nominis.





## Ad rationes ante oppoſituȝ

Tres prime ſoluunt᷑ ex dictis. Et ad confirmationem tertie dicendum eſt ꝙ quies in termino ad quẽ non contrariatur motui qui eſt ad illuȝ terminum. modo natura eſt principiũ motus illius quietis ad quem tendit et terminatur talis motus et non quietis que erat in termino a quº qui bene cõtrariat᷑ motui. Quarta etiam et quinta ſoluunt᷑ ex dictis. Ad vltimã dicit᷑ ꝙ ibi ſubditur et non ſecũdum accidens eo ꝙ per ſe eſt equiuocũ. nam quãdoqȝ per ſe capitur prout opponitur ad per aliud ſiue per alterum. ꝛ quandoqȝ prout opponit᷑ ad per accidens. vt ſcȝ per ſe idẽ eſt ꝙ eſſentialiter. et ideo ad denotandũ ꝙ in diffinitiõe nature accipit᷑ per ſe vt opponitur ad per accidens et non vt opponitur ad per aliud dicitur per ſe et non ſecundũ accidens. et ita li et poteſt ibi teneri expoſitiue.

Sequitur in textu. Uidetur autẽ natura et ſubſtantia corporum.

## Queritur ſecundo. Utrum

Forma ſit magis natura ꝗ̄ materia. Arguit᷑ ꝙ non. quia ſicut eſt in artificialibus ita eſt in naturalibus. nam ars imitatur naturã inꝗ̄tum poteſt. ſed in rebus artificialibus materia eſt tota ſubſtantia et tota natura earũ ergo etiã materia eſt tota ſubſtãtia et natura rerũ naturaliũ

Ad oppoſitũ eſt phūs in 2º capitulo hui⁹. dicens et magis hec ſcilicȝ forma natura eſt ꝗ̄ materia. ꝛ ſubdit rationeȝ. Unumquodqȝ tũc dicit᷑ magis eſſe cum endelichia ſit id eſt actus ꝗ̄ potentia. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝗ̄ phūs oſtendit quid eſt natura. conſequenter oſtendit quot modis dicitur natura et de quibus dicitur natura. Pro quo.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Antiqui phi vſqȝ ad cognitionẽ materie prime peruenire non potentes vt ſepe dictum eſt aliqñ ponebãt aliquod corpus ſenſibile vt puta ignẽ vel aerem vel plura eorũ eſſe materiaȝ primam omnium rerum et eſſe ens in actu. et ſic ſequebatur ꝙ omnes forme aduenirent materie prime tanꝗ̄ alicui exiſtenti in actu et per cõſequens ꝙ omnes forme ſe haberent ad materiam primaȝ vt accidentia ad ſubſtãtiaȝ et ꝙ materia eſſet tota natura rerũ naturalium et tota ſubſtantia. accipientes enim totam ſimilitudineȝ de rebus naturalibus ſicut de artificialibus in quibus forma artificialis adueniens materie exiſtẽti in actu eſt accidens. et per cõſequẽs in artificialibus materia eſt tota ſubſtantia. et forma artis eſt accidens. quod oſtendebat antiphon per q̄d daȝ lignũ. quia ſi quis proiciat lectulũ in terram et lectulus putrefiat et accipiat vim germinãdi non generat lectum. ſed lignum. cuȝ ergo natura ſit vis inſita rebus ex ſimilibus ſimilia procreãs et ſit etiã ex qua pullulans pullulat. et illud q̄d permanet dicitur ſubſtantia rei. concludebat antiphon ꝙ lignum eſt tota ſubſtãtia et natura lectuli. et per ꝯñs concludebat ꝙ omnis diſpoſitio ſiue forma que eſt ſecundũ quãcunqȝ legem rõnis aut ſecundũ artẽ ſit accidẽs et illud quod manet ſit ſubſtantia que cõtinue patitur hmõi formarũ mutationẽ. Et ex hoc deſcendebat ad naturalia ꝙ ſicut artificialia ſe habẽt ad materiaȝ puta ſicut lectul⁹ ſe habȝ ad lignũ ita naturalia ſe habent ad materiam puta es et aurum ad aquã et lignũ ad terram. quia lignum reſoluitur in terrã. et aurũ in aquã. ergo ſicut lignũ eſt tota ſubſtãtia lectuli ita etiam aqua eſt tota ſubſtantia eris et auri. et terra tota ſubſtãtia ligni. Et hec eſt vna differentia quã ponebãt antiqui inter materiã et formã dicentes materiã et formã differre ſecundũ ſubſtãtiam et accidens. Ponebant etiã aliã differentiã. dicebãt eñi materiã et formã differre ſecundũ perpetuũ et corruptibile. nam ponebant vnuȝ elementum eſſe vnum principiũ. et dicebant illud eſſe perpetuũ et intranſmutabile ſecũdum ſe. ſed omnia alia dicebant tranſmutari infinicies circa hmõi principium vel principia. et ita ponebant materiam eſſe incorruptibilẽ et formã corruptibilẽ. Unde illi qui ponebant aquã eſſe principiũ dicebant eam nunꝗ̄ corrumpi. ſed alia vt puta es ꝛ aurũ quoruȝ eſt tota ſubſtantia dicebant infinities corrumpi.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Opi

nio antiquorũ ꝗ̄tum ad aliquid eſt vera et ꝗ̄tum ad aliquid eſt falſa. nam ꝗ̄tum ad hoc ꝙ ponebant materiam eſſe ſubſtantiam. et naturam rerum naturaliũ vera eſt. quia materia prima intrat cõſtitutionẽ cuiuſlibȝ rei naturalis Sed ꝗ̄tum ad hoc ꝙ ponebãt eam eſſe totam ſubſtantiã rerũ naturaliũ et omnes formas eſſe accidentales falſa eſt. quia vt alias dictum eſt materia prima eſt pura potentia ad eſſe ſubſtantiale. ideo non eſt niſi pars ſubſtantie rei et eſt in actu ſubſtantiali per formam ſubſtantialem.

Ex hac opinione antiquorum phūs accipit hanc concluſionem.

## Concluſio prima. Scilicet

ꝙ materia eſt natura. Patet concluſio ex poſi

tione antiquorū que non poteſt eſſe ex toto fal
ſa eo ꝙ omnes concorditer dixerunt. non tamē
in hoc ꝙ dixerunt eam eſſe totam ſubſtantiam
rerum. Item probatur concluſio ex diffini
tione nature prius poſita. nam materia eſt prin
cipiū et cā. igitur materia eſt natura.

## Concluſio ſecunda. Forma

eſt natura. Probatur tribus rationibus textus.
Prima eſt ſicut ars eſt illud ſecundū ꝙ aliquid
dicitur eſſe ſecundū artem et artificiale. ita natu
ra dicitur illud ſecundūꝫ quod aliquid dicatur
eſſe ſecundū naturā et naturale ſed nihil dicat
eſſe ſecundū artem. et artificiale donec habeat
formā artis: vt lignum duꝫ adhuc eſt in poten
tia ad formā lectuli non dicat lectulus. ergo a ſi
mili nihil diceretur naturale et ſecundū naturā
donec habeat formaꝫ nature. et per cōſequens
forma eſt natura. Unde illud quod eſt in poten
tia caro vel os nō dicitur caro vel os donec ha
beat formaꝫ carnis vel oſſis ſecundū quaꝫ for
mā ſumit ratio diffinitiua rei per quaꝫ ſcimus
quid eſt caro vel os. ſic igitur patet ꝙ forma eſt
natura rerum naturaliū. que quidem forma lꝫ
non ſit ſeparabilis ſecundū eſſe a materia. tñ ē
ſeparabilis ab ea ſecunduꝫ rationem. ſicut eniꝫ
priuatio eſt vnum ſubiecto cum materia ſed dif
ferūt ratione ita materia et forma faciunt vnum
ſecūdū rem. ſed tamen differunt ratione. nam
niſi forma diſtingueretur ſecunduꝫ rationem a
materia nō eſſet alius et alius modus quo ma
teria dicitur natura et quo forma dicitur natura
Et quia aliquis poſſet credere ꝙ quia materia
dicitur natura et etiā forma ꝙ etiā compoſituꝫ
poſſet dici natura cū natura videat dicere ſub
ſtantiam rei. et ſubſtantia dicatur de compoſito
ex materia et forma. ideo dicit phūs ad excludē
dū hoc ꝙ cōpoſitū ex materia et forma nō ē na
tura. quia natura habet rationem principii.
compoſitū vero rationem principiati. modo cō
poſitum non eſt natura ſed eſt aliquid exiſtens
a natura vel habens naturā. Secunda rō
ex homine fit homo et ex lectulo non fit lectus.
cum igitur ſecūdū antiquos lignū dicat natura
lecti et non forma eius propter hoc ꝙ ligꝫnu re
dit per generationē et non forma ſequitur ꝙ cū
ex homine fit homo. et forma hominis per gene
rationem aduenit ꝙ forma hominis eſt natura
Et ita dicendū eſt de omnibus aliis formis na
turalibus que adueniunt per generationem.

Tertia ratio. generatio paſſiua vocatur na
tiuitas ſiue naturalis. Sed hoc nomē natiuitas
natura vocatur eo ꝙ eſt via in naturam gene
ris et cum generatio paſſiua ſit via ad formam
ſequitur ꝙ forma ſit natura. Eſt aduerten
dum tamen circa hoc. quia differentia eſt inter
actiones et paſſiones. quia actiones denominā
tur a principiis actiuis. Paſſiones vero a prin
cipiis paſſiuis vt medicatio que eſt actio non
dicitur via in medicinā ſed dicitur a medicina.
Sed ſanatio que eſt paſſio eſt via in ſanitatem
tanꝙ terminū. et ideo bene dicebatur ꝙ genera
tio paſſiua denominatur a termino ad queꝫ. et
cum ille terminꝰ ſit forma ⁊ hmōi generatio paſ
ſiua dicatur natiuitas a natura ſequitur formā
eſſe naturam.

## Concluſio tertia. Forma eſt

magis natura ꝙ materia. Iſta ꝯcluſio probatur
quia vnumquodqꝫ dicitur magis natura ſecū
dum hoc quo aliquid eſt in actu ꝙ ſecundum
id quo aliquid eſt in potentia. Sed aliquid di
citur eſſe in actu per formā et ſolum in potentia
per materiam. ergo forma eſt magis natura ꝙ
materia.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicendū eſt ꝙ non eſt omnino ſi
mile. quia in artificialibus materia eſt tota ſub
ſtantia. forma vero artificialis que eſt ab arte
non eſt niſi accidens. ideo in ipſis materia ē po
ſterior pars et magis dicitur ſubſtantia quā for
ma. ſed oppoſitū eſt in naturalibus. quia mate
ria rei naturalis ſecundū ſe eſt pura potentia de
ſe nullum actū habens et forma eſt eius ſubſtā
tialis actus et eſſentialis perfectio. Sequit
textu. Quando autem

## Queritur Tertio. Utrum

Phiſica differat a mathematica. Arguitur
ꝙ non rationibus textus. quecunqꝫ ſcientie con
ſiderant eadem ſubiecta ille ſunt eedē vel vna
eſt pars alterius ſed mathematica cōſiderat cor
pora ſuperficies longitudines et puncta et eadē
conſiderat phiſica eo ꝙ corpora naturalia ha
bent ſuperficies lineas et puncta. modo oportet
ꝙ phiſica conſideret de omnibꝰ que ſunt in cor
poribus naturalibus. ergo ſcientia mathemati
ca et phiſica ſunt vna ſcientia vel vna eſt pars
alterius. Secunda ratio ad quācunqꝫ ſciaꝫ
pertinet conſiderare ſubſtantias et naturas ali
quarū rerum ad eandē pertinet conſiderare acci
dentia illarū rerum. ſed ad phiſicum pertinet cō
ſiderare ſubſtantiā et naturā ſolis celi et lune et
aliorum aſtrorum eo ꝙ ſunt corpora naturalia
ergo ad phiſicū pertinet determinare accidentia
per ſe ipſorū. ſed talia accidētia ſunt qualitates
motus et figure de quibus conſiderat aſtrolo
gia que eſt pars mathematice. ergo in phiſica ⁊
mathematica eadē conſiderātur et per ꝯſequēs
non differunt. In oppoſitū eſt phūs in 2º ca.
huius ſecūdi in quo poſtꝙ oſtēdit quid eſt na
tura et de quibus dicitur. Conſequenter oſtēdit



de quibus cōſiderat ſcientia naturalis oſtendē
do primo quomodo phiſica differt a mathe
matica et de hoc videbit in preſenti queſtione.
Pro quo.

## Sciendum ē primo ꝙ multa

ſunt coniuncta ſecūdum rem quoꝝ vnū non
eſt de intellectu alterius. vt album et muſicuꝫ in
vno ſubiecto coniungunt. et vnum non eſt de in
tellectu alterius. ideo poteſt vnū ab alio ſepara
ri et hoc eſt vnū per intellectū ab alio abſtrahi
Unde quia poſteriora non ſunt de intellectu pri
oris ſed ecōuerſo. ideo ſuperiora poſſunt itelligi
ſine inferioribus. non oportet tamen econuerſo
licet tamen non habeant eſſe niſi i ſuis inferiori
bus. et dū aliquod ſuperius ſine inferiori intelli
gitur dicit ab inferioribus abſtrahi ſecundū in
tellectum. et hoc modo dicunt vniuerſalia ab
ſtrahi a ſuis ſingļaribus. et iſte ordo obſeruatur
etiā in accidētibꝰ per reſpectū ad ſubiectuꝫ. vñ
quia inter accidentia que adueniunt ſubſtātie
materiali primo ineſt quātitas et poſtea qua
litates ſenſibiles et actiones et paſſiones et mo
tus qui hmōi qualitates inſequūtur. ideo ꝙti
tates in ſuo intellectu non includūt qualitates
ſenſibiles neqꝫ accidentia que ipſas qualitates
cōſequunt. includit tamen quantitas in ſuo in
tellectu ſubſtantiam materialē que eſt prior ipa
quātitate ⁊ ſibi ſubiecta. Ex quo pꝫ ꝙ quātitas
poteſt intelligi ſine materia ſenſibili. non tamen
ſine materia abſoluta. Unde ſic intelligere ꝙti
tatem ſine materia ſenſibili et motu ē ipam ab
ſtrahere a materia ſenſibili ſecundū intellectū lꝫ
non ſecundū eſſe. et vt habet textꝰ in hoc nihil
differunt ꝙtum ad veritatem conſiderationis.
nam licꝫ ꝙtitates et accidentia que ipam inſe
quunt per ſe non ſint ſeparata a materia ſenſibi
li. tamen bene ſecundū rationē. Unde abſtrahē
tium non eſt mendaciuꝫ. qꝛ non ſic abſtrahunt
quātitatem vt eam ponant extra materiā ſenſi
bilem. ſed ſic eā abſtrahūt a materia ſenſibili ꝙ
ſine cōſideratione ſenſibilitatis ipaꝫ cōſiderāt
et fit iſta abſtractio per primā operationem intel
lectus que eſt ſimpliciū apprehenſio. Ex iſtis pꝫ
ꝙ diuerſimode phiſicus et mathematicus quā
titatē et eius per ſe accidentia conſiderant. nam
mathematicus eā conſiderat ſecundū eius ſim
plicem eſſentiā et formā. Phiſicus vero prout
eſt terminus corporis naturalis naturaliter ac
cepti. et ita eā conſiderat prout eſt ſubiecta qua
litatibus ſenſibilibus motibus actioni et paſſio
ni. Ex quibus patet ꝙ phiſicus et mathema
ticus in ſubiecto conueniunt. Sed differunt in
predicatione. Mathematicus enim de corpore
inquirit an ſit rotundum rectum. et ſic de aliis.
Phiſicus vero an ſit calidū frigidum. et ſic de a
liis. per diuerſa etiā media ad eādē cōcluſioneꝫ
probandam procedit phiſicus et mathematicꝰ.
hāc. n. ꝯcluſionē terra eſt rotunda demōſtrat a
ſtronomus ex motu celi et aſtrorum. Phiſicus
vero ex motu grauiuꝫ. Ex predictis excludit
phūs errorem Platonis qui credebat ea que
ſecundū intellectū poſſunt abſtrahi etiā ſecūdū
eſſe poſſe abſtrahi. propter quod poſuit non ſolū
entia mathematicalia eſſe a corporibus ſecūdū
rem et eſſe abſtracta. ymo etiā poſuit vniuerſa
lia phiſica vt genera et ſpecies eſſe abſtracta ſꝫꝰ
eſſe a ſingļaribus eo ꝙ ſciētia phiſica eſt de vni
uerſalibus. et talia vniuerſalia vocabat ydeas
vt alias dictū fuit. Ex omnibus dictis patet.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Phiſica differt a mathematica. Probat phūs
duplici ratione quarū prima eſt. Diffinitio ē
medium demonſtrationis que facit ſcire. oportꝫ
ergo illas ſcientias differre inter ſe que diuerſi
mode diffiniūt. ſed phiſica et mathematica di
uerſimode diffiniunt. igitur. Minor pꝫ. qꝛ entia
mathematicalia vt numerus par vel ipar linea
rectum curuuꝫ figura et hmōi diffiniuntur ſine
motu et materia ſenſibili. Nam ſi materia ſenſi
bilis in diffinitione linee vel recti poneretur vt
pote lignum vel aurū talis diffinitio non cōpe
teret recto et linee que eſſent in alia ſenſibili ma
teria vt pote in ere vel in cupro. modo diffini
nitio debet competere omni contēto ſub diffini
to. ſed entia naturalia vt homo equus caro os
lignum lapis et hmōi diffiniunt cum motu et
materia ſenſibili. propter quod dicit phūs in pre
ſenti capitulo ꝙ phiſica et mathematica diffe
runt ſicut ſimum et curuū. nam in diffinitione
ſimi ponitur ſubiectū ſenſibile quod eſt naſus.
Eſt enim ſimus naſus curuus. et idō ſimitas nō
inuenitur in alio ſubiecto ꝙ in naſo. ſed in diffi
nitione curui non ponitur aliquod ſubiectum
ſenſibile ideo poteſt inueniri curuū in quacūqꝫ
materia ſenſibili indifferenter. ideo curuum eſt
cuius mediū exit ab extremis. Secunda rō
ſcientie medie inter phiſicā et mathematicaꝫ vt
ſunt perſpectiua et muſica et aſtrologia diſtin
guntur a mathematica per hoc ꝙ conueniunt
cum phiſica. et a phiſica per hoc ꝙ cōueniunt
cū mathematica. ergo a fortiori phiſica et ma
themathica differunt. Sed quereret aliquis
vtrum hee ſcientie predicte medie debeant dici
magis phiſice ꝙ mathematice. R. phūs ꝙ ſic.
nam licet demōſtrent per principia mathemati
calia. quia tamen vnumquodqꝫ denominatur
a fine et habet ſpeciem a termino ad quem. idō
cum hmōi ſcientie medie applicent entia mathe
maticalia ad res naturales ideo magis debent
dici naturales ꝙ mathematice. Aliqui tamen

tione antiquorū que non poteſt eſſe ex toto fal
ſa eo ꝙ omnes concorditer dixerunt. non tamē
in hoc ꝙ dixerunt eam eſſe totam ſubſtantiam
rerum.    Item probatur concluſio ex diffini
tione nature prius poſita. nam materia eſt prin
cipiū et cā.igitur materia eſt natura.

## Concluſio ſecunda. Forma

eſt natura. Probatur tribus rationibus textus.
Prima eſt ſicut ars eſt illud ſecundū ꝙ aliquid
dicitur eſſe ſecundū artem et artificiale.ita natu
ra dicitur illud ſecundū quod aliquid dicitur
eſſe ſecundū naturā et naturale ſed nihil dicit
eſſe ſecundū artem. et artificiale donec habeat
formā artis: vt lignum duꝫ adhuc eſt in poten
tia ad formā lectuli non dicit lectulus.ergo a ſi
mili nihil diceretur naturale et ſecundū naturā
donec habeat formaꝫ nature. et per cōſequens
forma eſt natura. Unde illud quod eſt in poten
tia caro vel os nō dicitur caro vel os donec ha
beat formaꝫ carnis vel oſſis ſecundū quaꝫ for
mā ſumit ratio diffinitiua rei per quaꝫ ſcimus
quid eſt caro vel os.ſic igitur patet ꝙ forma eſt
natura rerum naturaliū.que quidem forma lꝫ
non ſit ſeparabilis ſecundū eſſe a materia. tñ ē
ſeparabilis ab ea ſecunduꝫ rationem. ſicut eniꝫ
priuatio eſt vnum ſubiecto cum materia ſed dif
ferūt ratione ita materia et forma faciunt vnum
ſecūdū rem. ſed tamen differunt ratione .nam
niſi forma diſtingueretur ſecunduꝫ rationem a
materia nō eſſet alius et alius modus quo ma
teria dicitur natura et quo forma dicitur natura
Et quia aliquis poſſet credere ꝙ quia materia
dicitur natura et etiā forma ꝙ etiā compoſituꝫ
poſſet dici natura cū natura videat dicere ſub
ſtantiam rei.et ſubſtantia dicatur de compoſito
ex materia et forma.ideo dicit phūs ad excludē
dū hoc ꝙ cōpoſitū ex materia et forma nō ē na
tura. quia natura habet rationem principii .
compoſitū vero rationem principiati.modo cō
poſitum non eſt natura ſed eſt aliquid exiſtens
a natura vel habens naturā.    Secunda rō
ex homine fit homo et ex lectulo non fit lectus.
cum igitur ſecūdū antiquos lignū dicat natura
lecti et non forma eius propter hoc ꝙ ligñuꝫ re
dit per generationē et non forma ſequitur ꝙ cū
ex homine fit homo.et forma hominis per gene
rationem aduenit ꝙ forma hominis eſt natura
Et ita dicendū eſt de omnibus aliis formis na
turalibus que adueniunt per generationem.
Tertia ratio. generatio paſſiua vocatur na
tiuitas ſiue naturalis.Sed hoc nomē natiuitas
natura vocatur eo ꝙ eſt via in naturam gene
ris et cum generatio paſſiua ſit via ad formam
ſequitur ꝙ forma ſit natura.    Eſt aduerten
dum tamen circa hoc.quia differentia eſt inter
actiones et paſſiones.quia actiones denominā
tur a principiis actiuis. Paſſiones vero a prin
cipiis paſſiuis vt medicatio que eſt actio non
dicitur via in medicinā ſed dicitur a medicina.
Sed ſanatio que eſt paſſio eſt via in ſanitatem
tanꝗ terminū.et ideo bene dicebatur ꝙ genera
tio paſſiua denominatur a termino ad queꝫ. et
cum ille termin⁹ ſit forma ⁊ hmōi generatio paſ
ſiua dicatur natiuitas a natura ſequitur formā
eſſe naturam.

## Concluſio tertia. Forma eſt

magis natura ꝗ materia. Iſta ꝯcluſio probatur
quia vnumquodqꝫ dicitur magis natura ſecū
dum hoc quo aliquid eſt in actu ꝗ ſecundum
id quo aliquid eſt in potentia. Sed aliquid di
citur eſſe in actu per formā et ſolum in potentia
per materiam. ergo forma eſt magis natura ꝗ
materia.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicendū eſt ꝙ non eſt omnino ſi
mile.quia in artificialibus materia eſt tota ſub
ſtantia.forma vero artificialis que eſt ab arte
non eſt niſi accidens.ideo in ipſis materia ē po
ſterior pars et magis dicitur ſubſtantia quā for
ma.ſed oppoſitū eſt in naturalibus.quia mate
ria rei naturalis ſecundū ſe eſt pura potentia de
ſe nullum actū habens et forma eſt eius ſubſtā
tialis actus et eſſentialis perfectio.    Sequit
textu.    Quando autem

## Queritur Tertio. Utrum

Phiſica differat a mathematica.    Arguitur
ꝙ non rationibus textus.quecunqꝫ ſcientie con
ſiderant eadem ſubiecta ille ſunt eedē vel vna
eſt pars alterius ſed mathematica cōſiderat cor
pora ſuperficies longitudines et puncta et eadē
conſiderat phiſica eo ꝙ corpora naturalia ha
bent ſuperficies lineas et puncta.modo oportet
ꝙ phiſica conſideret de omnib⁹ que ſunt in cor
poribus naturalibus.ergo ſcientia mathemati
ca et phiſica ſunt vna ſcientia vel vna eſt pars
alterius.    Secunda ratio ad quācunqꝫ ſciāꝫ
pertinet conſiderare ſubſtantias et naturas ali
quarū rerum ad eandē pertinet conſiderare acci
dentia illarū rerum.ſed ad phiſicum pertinet cō
ſiderare ſubſtantiā et naturā ſolis celi et lune et
aliorum aſtrorum eo ꝙ ſunt corpora naturalia
ergo ad phiſicū pertinet determinare accidentia
per ſe ipſorū. ſed talia accidētia ſunt qualitates
motus et figure de quibus conſiderat aſtrolo
gia que eſt pars mathematice.ergo in phiſica ⁊
mathematica eadē conſiderātur et per ꝯſequēs
non differunt.    In oppoſitū eſt phūs in 2° ca.
huius ſecūdi in quo poſtꝗ oſtēdit quid eſt na
tura et de quibus dicitur. Conſequenter oſtēdit
de quibus cōſiderat ſcientia naturalis oſtendē
do primo quomodo phiſica differt a mathe
matica et de hoc videbit in preſenti queſtione.
Pro quo.

## Sciendum ē primo ꝙ multa

ſunt coniuncta ſecūdum rem quorꝫ vnū non
eſt de intellectu alterius.vt album et muſicuꝫ in
vno ſubiecto coniungunt.et vnum non eſt de in
tellectu alterius.ideo poteſt vnū ab alio ſepara
ri et hoc eſt vnū per intellectū ab alio abſtrahi
Unde quia poſteriora non ſunt de intellectu pri
oris ſed ecōuerſo.ideo ſuperiora poſſunt ītelligi
ſine inferioribus.non oportet tamen econuerſo
licet tamen non habeant eſſe niſi i ſuis inferiori
bus.et dū aliquod ſuperius ſine inferiori intelli
gitur dicit ab inferioribus abſtrahi ſecundū in
tellectum.et hoc modo dicunt vniuerſalia ab
ſtrahi a ſuis ſingularibus.et iſte ordo obſeruatur
etiā in accidētib⁹ per reſpectū ad ſubiectuꝫ. vñ
quia inter accidentia que adueniunt ſubſtātie
materiali primo ineſt quātitas et poſtea qua
litates ſenſibiles et actiones et paſſiones et mo
tus qui hmōi qualitates inſequūtur.ideo ꝗti
tates in ſuo intellectu non includūt qualitates
ſenſibiles neqꝫ accidentia que ipſas qualitates
cōſequunt.includit tamen quantitas in ſuo in
tellectu ſubſtantiam materialē que eſt prior ipſa
quātitate ⁊ ſibi ſubiecta.Ex quo pꝫ ꝙ quātitas
poteſt intelligi ſine materia ſenſibili.non tamen
ſine materia abſoluta. Unde ſic intelligere ꝗti
tatem ſine materia ſenſibili et motu ē ipſam ab
ſtrahere a materia ſenſibili ſecundū intellectū lꝫ
non ſecundū eſſe.et vt habet text⁹ in hoc nihil
differunt ꝗtum ad veritatem conſiderationis.
nam licꝫ ꝗtitates et accidentia que ipſam inſe
quunt per ſe non ſint ſeparata a materia ſenſibi
li.tamen bene ſecundū rationē. Unde abſtrahē
tium non eſt mendaciuꝫ.qr non ſic abſtrahunt
quātitatem vt eam ponant extra materiā ſenſi
bilem.ſed ſic eā abſtrahūt a materia ſenſibili ꝙ
ſine cōſideratione ſenſibilitatis ipſaꝫ cōſiderāt
et ſit iſta abſtractio per primā operationem intel
lectus que eſt ſimpliciū apprehenſio. Ex iſtis pꝫ
ꝙ diuerſimode phiſicus et mathematicus quā
titatē et eius per ſe accidentia conſiderant.nam
mathematicus eā conſiderat ſecundū eius ſim
plicem eſſentiā et formā. Phiſicus vero prout
eſt terminus corporis naturalis naturaliter ac
cepti.et ita eā conſiderat prout eſt ſubiecta qua
litatibus ſenſibilibus motibus actioni et paſſio
ni.    Ex quibus patet ꝙ phiſicus et mathema
ticus in ſubiecto conueniunt. Sed differunt in
predicatione .Mathematicus enim de corpore
inquirit an ſit rotundum rectum.et ſic de aliis.
Phiſicus vero an ſit calidū frigidum.et ſic de a
liis.per diuerſa etiā media ad eādē cōcluſioneꝫ
probandam procedit phiſicus et mathematic⁹.
hāc.n.ꝯcluſionē terra eſt rotunda demōſtrat a
ſtronomus ex motu celi et aſtrorum. Phiſicus
vero ex motu grauiuꝫ.    Ex predictis excludit
phūs errorem Platonis qui credebat ea que
ſecundū intellectū poſſunt abſtrahi etiā ſecūdū
eſſe poſſe abſtrahi.propter quod poſuit non ſolū
entia mathematicalia eſſe a corporibus ſecūdū
rem et eſſe abſtracta.ymo etiā poſuit vniuerſa
lia phiſica vt genera et ſpecies eſſe abſtracta ſꝫ⁹
eſſe a ſingularibus eo ꝙ ſciētia phiſica eſt de vni
uerſalibus. et talia vniuerſalia vocabat ydeas
vt alias dictū fuit.  Ex omnibus dictis patet.

## Concluſio reſponſiua ad.q.

Phiſica differt a mathematica.    Probat phūs
duplici ratione quarū prima eſt.    Diffinitio ē
medium demonſtrationis que facit ſcire.oportꝫ
ergo illas ſcientias differre inter ſe que diuerſi
mode diffiniūt.ſed phiſica et mathematica di
uerſimode diffiniunt.igitur. Minor pꝫ.qr entia
mathematicalia vt numerus par vel ipar linea
rectum curuuꝫ figura et hmōi diffiniuntur ſine
motu et materia ſenſibili. Nam ſi materia ſenſi
bilis in diffinitione linee vel recti poneretur vt
pote lignum vel aurū talis diffinitio non cōpe
teret recto et linee que eſſent in alia ſenſibili ma
teria vt pote in ere vel in cupro.modo diffini
nitio debet competere omni contēto ſub diffini
to. ſed entia naturalia vt homo equus caro os
lignum lapis et hmōi diffiniunt cum motu et
materia ſenſibili.propter quod dicit phūs in p̄
ſenti capitulo ꝙ phiſica et mathematica diffe
runt ſicut ſimum et curuū. nam in diffinitione
ſimi ponitur ſubiectū ſenſibile quod eſt naſus.
Eſt enim ſimus naſus curuus. et idō ſimitas nō
inuenitur in alio ſubiecto ꝗ in naſo.ſed in diffi
nitione curui non ponitur aliquod ſubiectum
ſenſibile ideo poteſt inueniri curuū in quacūqꝫ
materia ſenſibili indifferenter.ideo curuum eſt
cuius mediū exit ab extremis.    Secunda rō
ſcientie medie inter phiſicā et mathematicaꝫ vt
ſunt perſpectiua et muſica et aſtrologia diſtin
guntur a mathematica per hoc ꝙ conueniunt
cum phiſica. et a phiſica per hoc ꝙ cōueniunt
cū mathematica. ergo a fortiori phiſica et ma
themathica differunt.    Sed quereret aliquis
vtrum hee ſcientie predicte medie debeant dici
magis phiſice ꝗ mathematice.  R.phūs ꝙ ſic.
nam licet demōſtrent per principia mathemati
calia.quia tamen vnumquodqꝫ denominatur
a fine et habet ſpeciem a termino ad quem. idō
cum hmōi ſcientie medie applicent entia mathe
maticalia ad res naturales ideo magis debent
dici naturales ꝗ mathematice.  Aliqui tamen

diſtingunt dicentes ꝙ iſte poſſunt conſiderari ex parte principiorū ex quibus demōſtrant aut ex parte generis ſubiecti. Primo modo debēt magis dici mathematice ꝙ phiſice. quia demōſtrāt per principia mathematicalia. Sed ſecūdo mō debent dici magis phiſice ꝙ mathematice.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicitur ꝙ dictū eſt ꝙ licet ille ſciētie de eodem materialiter cōſiderent non tamen formaliter. modo formalis differentia obiecti ſufficit diuerſificare ſcientias. et ſic ſimiliter dicendum eſt. Ad ſecundā. Unde licet aſtrologia et phiſica iſtam concluſionem ſcꝫ terra eſt ſperica demonſtrent. hoc tñ eſt p diuerſa media Sequitur text9. quoniaꝫ aūt natura duplex ⁊c̄.

## Queritur Quarto. Utrum

Phiſicus habeat conſiderare materiā et formā Et arguitur primo ꝙ non. qꝛ materia et forma ſunt partes entis. ſed eiuſdē ſcientie eſt cōſiderare ſubiectū et partes eius. ergo debēt a methaphiſico conſiderari qui habet cōſiderare ens et partes entis. 2° ſic ſi phiſica conſideret materiam vel conſiderat omnem. vel aliquā et aliquā non. nō omnē. qꝛ dicit Auicenna ꝙ phiſica eſt de materia aliqua. nec aliquā et aliquaꝫ non. qꝛ vt arguit Auerrois contra Auicennaꝫ ſi eſſet vniuerſalis ars methaphiſica ipa conſideraret omnem materiam methaphiſicorum. ergo cum phiſica ſit vniuerſalis ſcientia omniū naturalium et per cōſequens non conſiderat aliquā materiā et aliquā nō. Ad oppoſitum eſt phūs in 4° capitulo primi tractatus huius ſecundi libri. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs poſuit differentiā inter phiſicam et mathematicā. Conſequenter circa conſiderationeꝫ phiſicaꝫ mouet duas queſtiones. quarū prima eſt. Utrum conſideratio phiſica ſit tantū de materia vel de forma tantum vel de vtroqꝫ. Secūda eſt ſuppoſito ꝙ phiſica conſideret vtrūlibet. vtrum ſit eadeꝫ ſcientia que conſiderat de vtraqꝫ vel vna pars ſcientie conſiderat de forma et alia de materia Et circa has dubitationes dicit phūs ꝙ ſi quis aſpiciat ad dicta antiquorū et eis credat videbitur ei ꝙ ſcientia naturalis nō ſit niſi de materia. quia nihil tractauerūt de forma vel modicū ſicut eam parum tetigerunt Democritus et Empedocles inꝙtum poſuerant aliquid fieri ex multis ſecundum aliqueꝫ determinatuꝫ modū mixtionis vel aggregationis. Sꝫ aliter reſpondet Thomas ad has dubitatiōes

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Scientia naturalis habet cōſiderare materiā ⁊ formā. Probatur duabus rationibus. Prima ē ſcientia naturalis conſiderat de natura. ſed natura dicitur de materia et forma. igit̄ ⁊c̄. Secūda ratio. cōſideratio naturalis differt a mathematica eo ꝙ conſideratio naturalis eſt conſideratio ſimi. et ꝯſideratio mathematica eſt conſideratio curui. ſed ſimus materiam et formam comprehendit. ergo. ⁊c̄

## Concluſio ſecunda Eiuſdeꝫ

nihil eſſe debuiſſent aſſignare cauſaʒ quare ali-
qua non dicuntur eſſe vel fieri a fortuna vel
a caſu. nā Empedocles poſuit a caſu eſſe ꝙ aer
huius mundi ſit congregatus in loco in quo eſt
et etiā dicebat partes animalium caſualiter vel
fortuite ita eſſe vel fieri ſicut nunc ſunt. Dicebat
etiam ꝙ fuerunt aliquando capita ſine ceruice.

ſic ergo Empedocles debuiſſet feciſſe menſioneʒ
de caſu et fortuna. Secunda opinio fuit quo-
rundā dicentiū caſum et fortuna eſſe in celeſti-
bus et non in illis inferioribus. et mouebantur
ex hoc ꝙ dicebant ortus et occaſus retrograda-
tiones et directiones planetarum et ita ſimiliter
eclipſim ſolis et lune non ſimiliter fieri in omni
tempore. ſed econtrario videbant in illis inferio-
ribus ꝙ non ex quocunqʒ ſemine fit quodcun-
qʒ animal indifferenter. ſed ex determinato ſe-
mine fit determinatū animal. Sed contra hāc
opinionē dicit phūs ꝙ non poteſt habere verita-
tem. quia corpora celeſtia ſunt digniora et na-
ture permanentioris ꝙ̄ inferiora corruptibilia.
Tertia opinio fuit aliorum dicentium ꝙ for-
tuna eſt quedā cauſa diuina immanifeſta intel-
lectui humano i cuius poteſtate ē felicitas. yma-
ginantes ꝙ fortuna eſt quoddā diuinū numen
cui templum ſtatuerunt et ydolum depictum in
quadam rota propter volubilitatem ipſius for-
tune. quod quidē ydolū erat cecū propter im-
prouidentiā fortuitorum. et erat pro vna parte albū
propter fortuniū et alia parte nigrum propter in-
fortunium. Sed hec opinio ficta eſt nec eiꝰ
improbatio ad naturalē pertinet. ſed magis ad
methaphiſicum. Fuerunt aūt aliqui qui poſue-
runt fatum impedire aliquid fieri caſualiter et
fortuite. et de hoc poſtea videbitur.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Ut

vult Auicenna omne quod fit poteſt ad dupli-
cem cauſam cōparari. ſcilicet ad particularem
et proximā. et ad cauſā vniuerſalem. Si aūt cō-
paretur ad cauſam vniuerſalē tunc nihil fit ca-
ſualiter aut fortuite. Sed ſi comparetur ad par-
ticularem poteſt aliquid fieri caſualiter et fortui-
te. et ratio huius eſt. qꝛ cū cauſa vniuerſalis ha-
beat fineʒ vniuerſaliorem ꝙ̄ cā particularis ali-
quid bene cadit ſub ordinatione et intentione
cauſe vniuerſalis quod tamē eſt preter ordinem
cauſe particularis. et ideo aliquis effectus in or-
dine ad cām particularē poteſt eſſe caſualis vel
fortuitus qui tamen in ordine ad cauſam vni-
uerſalem eſt per ſe intentus. et ita in ordine ad
primā cauſaʒ que ē vniuerſaliſſima nihil eſt ca-
ſuale vel fortuitū. quia cū eſſe quod eſt vniuer-
ſaliſſimū ſit effectus cauſe prime proportiona-
tus quod aliquo mō participat eſſe cadit ſub
ordine prime cauſe. et quo ad hoc ponit Auicē-
na conueniens exemplū vt ſi aliquis paterfa-
milias habens multa pecora ſciat ea in aliquaʒ
foueā cecidiſſe et p diuerſas vias dirigat duos
ſeruos ſuos ad foueam illā ipſis ſeruis ignorāti-
bus illa pecora in foueā cecidiſſe. tunc ꝙ ſe inui-
cem in illo loco inueniant et pecora de illa fouea
ſimul trahant hoc eſt fortuitum in ordine ad il-
los ſeruos quorum neuter hoc intendebat. et tñ





eſt per ſe intentum in ordine ad patremfamilias
qui hoc intendebat. et ita proportionabiliter eſt
in naturalibꝰ ꝙ aliquis effectus productus ab
aliqua cauſa particulari poteſt eſſe preter inten-
tionē cauſe particularis. et tamen cadit ſub or-
dine et intentione cauſe vniuerſalis.

## Concluſio prima et reſpon

ſiua ad queſitū. Aliquid eſt a caſu et a fortuna
Patet rōe pōi. qꝛ ſicut eſt in arte ita eſt in natu-
ra. ſed in arte puta in arte ſcribendi aliquid ac-
cidit quādoqʒ preter intētionē ſcribentis. puta
infiguratio vel protractio alicuius littere que
nō intendit̃. aut etiā macula aut aliquid hmōi
hoc aūt dicitur euenire preter intentionē nature
vt ſextus digitꝰ in vna manu vel aliquid hmōi
Quomō autē differāt caſus et fortuna et quid
ſint et ad quā cauſaʒ reducant̃ poſtea videbit̃.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicit̃ ꝙ Plato per cām legitimaʒ
ītelligebat ꝓportionatā effectui. ita ꝙ vnicuiqʒ
competit vna cauſa ꝓportionata. vt effectui p
accidēs vna cā per accidēs. et effectui fortuito
cauſa fortuita. et ſic de aliis. vel poteſt dici ꝙ oē
quod eſt habet cauſaʒ legitimā et per ſe. ſcilicet
cauſam vniuerſalem reſpectu cuius nichil dicit̃
fortuitū eo ꝙ nihil ē quod cauſalitatē eius ſub-
terfugere poſſit. Ad ſecūdam diſtinguit Al-
bertus de vere vel qꝛ dicit veritatē cauſe. ſecūdū
quē modū cauſa per ſe ordinata ad aliquē ef-
fectum diceretur vera cauſa ad ſuum effectum.
et tunc falſum ē quod aſſumitur. vel ſi vere dicit
proportionem cauſe ad effectum. et ſic verum
eſt quod aſſumptū eſt. Ad tertiam cōcedit̃
ꝙ omnis cauſa per accidēs reducitur ad aliquā
cauſam per ſe. non tamen efficit̃ cauſa per ſe re-
ſpectu cuius erat cauſa per accidēs licet bene ſit
cā per ſe reſpectu alicuius alterius Ad quar-
tam dicit̃ ꝙ prima cauſa legitima omnium per
regimen ſuum non imponit neceſſitatem cauſis
particularibus quin poſſint īpediri a cōſecutio-
ne ſuorum finiū ad quos per ſe ordinantur. nā
prima cauſa regit vnumquodqʒ ſecundū ſuaʒ
naturā et ſecundū ſuum modum. attingit enim
a fine vſqʒ ad finem et diſponit omnia ſuauiter
Ad quintā cōcedit̃ aſſumptū et neget̃ ꝯñtia
et hoc capiendo conſequens in ſe et abſolute. qꝛ
ſcientia dei non imponit rebus neceſſitatē eo ꝙ
non tollit proprios modos reruʒ ymo cognoſcit
res euenire ſecunduʒ ſuos proprios modos et
ſcit neceſſarios effectus neceſſario euenire. et cō-
tingenter euenire. Ad ſextam que eſt ratio A-
uicenne cōcedat̃ aſſumptuʒ pro prima parte. et
negetur pro ſecunda. nam duplex eſt finis. ſcilicʒ
intentiōis agētis. et finis actionis et operis. nā
aliter actio terminatur ad aliquē finem qui nō
intendit̃ ab agente. ſi ergo finis intentionis agē-
tis et finis actionis et operis poteſt eſſe caſualis
vel fortuitus. ſed non intentus finis. Ad vl-
timā que eſt etiā ratio Auicenne neget̃ aſſūptū
nam in agentibus ſecundū propoſitū agens fa-
cit ꝙ aliquis ſit finis per ſe ſue operationis per
hoc ꝙ intendit talem finem quē ſi non intendat
ex ſua operatione ſequet̃ caſuale et fortuitum.
Et hec de illo capitulo.

## Queritur nono. Utrum

Caſus et fortuna reperiantur in cōtingenti ad
vtrumlibet. Arguit̃ ꝙ ſic rationibus Auicē-
ne qui hoc tenuit. Prima eſt illa que ſubſunt
voluntati noſtre que libera eſt ſunt contingētia
ad vtrumlibet vt ambulare et non ambulare.
ſed in illis aliquid accidit preter intentionē agē-
tis per intellectum et voluntatem. mō quod ſic
accidit dicitur caſuale vel fortuitū. ergo in cōtī-
genti ad vtrumlibet aliquid fit a caſu vel a for-
tuna. Secunda eſt quia niſi ſic Ariſtoteles in
diffinitione fortune debuiſſet excludere cōtigēs
ad vtrumlibet. ſed hoc non facit ſed excludūtur
ea que ſemper aut frequēter fiunt vt pʒ in diffi-
nitione fortune. ergo in cōtingēti ad vtrumlibet
reperiunt̃ caſus et fortuna. Ad oppoſitum
arguit̃ rōe cōmentatoris tenētis partē negati-
uam ſic. caſus et fortuna reducunt̃ ad cauſas a-
gentis que ſunt principia vnde motus vt habe-
tur in textu. ſed quādiu agēs eſt indifferens ad
agere et nō agere non agit. alias ſimul ageret et nō
ageret gº caſus et fortuna non repiunt̃ in ꝯtingē-
ti ad vtrumlibet. nam ſi agens exiſtens in idiffe-
rentia ad vtrumlibet agat neceſſe eſt ipm agere
oppoſita quod eſt abſurdū. igitur. Pro re-
ſponſione ad queſitum.

## Sciendū ē primo ꝙ Eorū

que fiunt quedam fiunt ſemper vno et eodem
modo. vt ſunt illa que fiūt a determīata cauſa et
neceſſaria non habente aliquod contrariū per
quod aliquomō poſſit impediri vt cōſequatur
ſuum effectū. cuiuſmōi ſunt ortus et occaſus mo-
tus aſtrorum et generaliter omnia que in celeſti-
bus eueniunt. Alia ſunt que frequenter vno et
eodē modo fiunt. non tamen ſemper vt ſunt illa
que habent cauſam per ſe determinatam et ordi-
natam ad certū effectū. non tamen habent cām
neceſſariam et immutabilē. qꝛ illa cauſa per ſuū
contrariū quādoqʒ impediri poteſt ne cōſequa-
tur effectū ad quē perſe ordinatur. Poteſt etiaʒ
quādoqʒ eſſe impedimētuʒ ex diſpoſitione ma-
terie que non eſt diſpoſita ad ſuſtinēduʒ actum
agentis. et talia que fiunt frequenter vt ſunt
effectus naturales regulantur ab his que fiunt
ſemper. quia tamen habent materiā priuationi
et contrarietati admixtam. ideo non totaliter

diſtingunt dicentes ꝙ iſte poſſunt conſiderari ex parte principiorū ex quibus demōſtrant aut ex parte generis ſubiecti. Primo modo debēt magis dici mathematice ꝙ phiſice. quia demōſtrāt per principia mathematicalia. Sed ſecūdo mō debent dici magis phiſice ꝙ mathematice.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ dictū eſt ꝙ licet ille ſciē tie de eodem materialiter cōſiderent non tamen formaliter. modo formalis differentia obiecti ſufficit diuerſificare ſcientias. et ſic ſimiliter dicendum eſt. Ad ſecundā. Unde licet aſtrologia et phiſica iſtam concluſionem ſcʒ terra eſt ſperica demonſtrent. hoc tñ eſt ꝑ diuerſa media Sequitur text⁹. quoniaʒ aūt natura duplex ꝛc̄

## Queritur Quarto. Utrum

Phiſicus habeat conſiderare materiā et formā

Et arguitur primo ꝙ non. qꝛ materia et forma ſunt partes entis. ſed eiuſdē ſcientie eſt cōſiderare ſubiectū et partes eius. ergo debēt a methaphiſico conſiderari qui habet cōſiderare ens et partes entis. 2° ſic ſi phiſica conſideret materiam vel conſiderat omnem. vel aliquā et aliquā non. nō omnē. qꝛ dicit Auicenna ꝙ phiſica eſt de materia aliqua. nec aliquā et aliquaʒ non. qꝛ vt arguit Auerrois contra Auicennaʒ ſi eſſet vniuerſalis ars methaphiſica ipa conſideraret omnem materiam methaphiſicorum. ergo cum phiſica ſit vniuerſalis ſcientia omniū naturalium et per cōſequens non conſiderat aliquā materiā et aliquā nō. Ad oppoſitum eſt phūs in 4° capitulo primi tractatus huius ſecundi libri. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs poſuit differentiā inter phiſicam et mathematicā. Conſequenter circa conſiderationeʒ phiſicaʒ mouet duas queſtiones. quarū prima eſt. Utrum conſideratio phiſica ſit tantū de materia vel de forma tantum vel de vtroqʒ. Secūda eſt ſuppoſito ꝙ phiſica conſideret vtrūlibet. vtrum ſit eadeʒ ſcientia que conſiderat de vtraqʒ vel vna pars ſcientie conſiderat de forma et alia de materia Et circa has dubitationes dicit phūs ꝙ ſi quis aſpiciat ad dicta antiquorū et eis credat videbitur ei ꝙ ſcientia naturalis nō ſit niſi de materia. quia nihil tractauerūt de forma vel modicū ſicut eam parum tetigerunt Democritus et Empedocles inꝙtum poſuerant aliquid fieri ex multis ſecundum aliqueʒ determinatuʒ modū mixtionis vel aggregationis. Sʒ aliter reſpondet Thomas ad has dubitatiōes

## Concluſio reſponſiua ad q.

Scientia naturalis habet cōſiderare materiā ꝛ formā. Probatur duabus rationibus. Prima ē ſcientia naturalis conſiderat de natura. ſed natura dicitur de materia et forma. igit̃ ꝛc̄. Secūda ratio. cōſideratio naturalis differt a mathematica eo ꝙ conſideratio naturalis eſt conſideratio ſimi. et ꝯſideratio mathematica eſt conſideratio curui. ſed ſimus materiam et formam comprehendit. ergo. ꝛc̄

## Concluſio ſecunda Eiuſdeʒ

ſcientie naturalis eſt conſiderare formam et materiam proporcionatā illi forme. Probatur concluſio tribus rationibus textus quarū prima eſt talis. Ars imitatur naturaʒ inꝙtum poteſt. ſed eiuſdem artis eſt conſiderare formam et materiam proporcionatā illi forme. ergo a ſimili ita erit de ſcientia naturali. Minorē probat phūs inductiue. quia medici eſt conſiderare ſanitateʒ vt formā. et coleram fleuma et alios humores inꝙtum ſunt ſubiectū et materia ſanitatis. domificator etiam conſiderat formam domus et materiā illi forme proporcionatam vt ſunt lateres lignum et alia hmōi. et ita eſt de omnibus aliis artificialibus. ergo etiā ita erit in ſcientiis naturalibus. Et ſi aliquis querat vnde eſt ꝙ ars imitatur naturam. Reſpōdetur ꝙ cauſa eſt quia principiuʒ operationis artis eſt noſtra cognitio intellectiua que habet ortum a ſenſu et a rebus naturalibus. et ita per ſimilitudinē rerūʒ naturalium facimus res artificiales. Sed cauſa etiā poteſt eſſe quia a quodam principio intellectiuo tota natura condita eſt per determinata media ad determinatos fines. et ita etiā eſt in opere artis. Secunda ratio eſt eiuſdē ſcientie eſt conſiderare finem et ea que ſunt ad finem. qꝛ ratio eorū que ſunt ad finem ex fine ſumit̃. ſed forma eſt finis materie. igit̃. Minorem probat phūs. quia ad rationē finis duo requiruntur. ſcilicet ꝙ ſit quid vltimū et ꝙ ſit gratia cuius res fit. ſed hec duo conueniunt forme in ordine ad materiam. habita enim forma ceſſat motus materie. et ita forma habet rationeʒ vltimi. Sʒ ꝙ forma ſit illud gratia cuius fit motus materie probat phūs per duo ſimilia. Primū quia ex eo ꝙ vtimur omnibus artificialibus tanquā exiſtentibus propter nos ſumus quodāmodo omnium finis. ſed materia eſt propter formam ergo forma eſt gratia cuius fit motus materie. et ita eſt finis materie. Pro ſecunda ſimilitudie dicit phūs ꝙ ſunt tres artes. Quedā ſunt factiue materie vt ars factiua auri et argenti vel materie nauis. Alie ſunt factiue forme vt nauis factiua et quedam vſuales vtuntur re facta vt ars nauigatoria. et iſte vltime artes que ſunt architectonice precipiūt factiue forme ꝙ ponat talem formaʒ in materia propter talem vſuʒ. et





ſimiliter factiua forme precipit factiue materie. vt faciat materiam conuenientem tali forme. Tūc arguit ad propoſitū. ſicut viſus ſe habet ad formā ita forma ſe habet ad materiā. ſed viſus eſt gratia cuius forma talis fit. ergo etiā forma eſt id gratia cuius fit materia. et per ꝯñs cōcluſio vera. Tertia ratio eorū que ſunt ad aliquid eſt eadē ſcientia et eadem conſideratio. ſed materia eſt ad aliquid ſcilicet ad formā. g° eſt eadem ſcientia que materiā et formā cōprehendit. non tamen eſt intelligendū ꝙ forma et materia ſint ad aliquid ſecundū eſſe ſed ſolum ſecundū dici. Ex predictis infertur.

## Concluſio Tercia. Forme

que ſunt a materia ſeparabiles non ſunt phiſice ꝯſiderationis inꝙtuʒ ſeparabiles. probat phūs per ſimile. quia ſicut medicina non conſiderat neruū inꝙtum neruus eſt. quia ſic pertinet ad naturalē. ſed ipm cōſiderat inꝙtum eſt ſuſceptiuus ſanitatis. et ſimiliter faber non conſiderat es inꝙtum es. ſed put eſt ſuſceptiuuʒ forme ſtatue. ergo etiam phūs naturalis non conſiderat formam ſecundū ꝙ forma eſt. quia hoc pertinet methaphiſico ſed eam conſiderat ſecundū ꝙ eſt in materia in qua educitur per motum et mutationem naturalem. Ex iſto patet ꝙ cū anima rationalis ſit in materia et etiā ſit ſeparabilis a materia ꝙ ipa eſt terminus conſiderationis phie naturalis et etiā methaphiſici. nam proꝙto eſt in materia ipam conſiderat phūs et prout ſeparabilis eſt a materia eam conſiderat methaphiſicus. et ꝙ anima rationalis ſit forma in materia. probat textus. qꝛ forma rei generate ex materia et forma ē forma in materia. quia ad hoc eſt generatio vt forma ſit in materia. ſed homo generatur ex materia per hominē tamꝙ per cāʒ efficientem vniuocā et per ſolem tamꝙ per cām efficientē equiuocā. quia ſicut dicit textus. Hō enim generat hominē et ſol. ergo aīa rōalis eſt forma ĩ materia. Ex ꝑdictis in hº primo pʒ quid ē natura. quid ē hñs naturā. quid ſecūduʒ naturā. quod modis dicit̃ natura. qualiter differt phiſica a methaphiſica. quia phiſici ē de materia et de forma conſiderare. ꝛ vſqʒ ad quid ſe extendit conſideratio phie naturalis. et in hoc finitur ipe primus tractatus.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ methaphiſic⁹ materiā et formā cōſiderat vt ſunt partes entis abſolute phiſicus vero cōſiderat ipas put materia ē trāſmutabilis ad formā. et ita vt ſunt partes et cāe entis naturalis. Ad ſecundā dicitur ꝙ Auicenna diſtinguebat dupliceʒ materiā primā. nā ſecundū ipm quedaʒ eſt materia prima primo prima que ſcilicet eſt pars entis abſoluti inꝙtū eſt ens et talem materiā non conſiderat phicus Alia eſt materia ſecundo prima que ſcʒ ē principiū entis mobilis inꝙtū naturale mobile ē vt eſt materia gñabiliū et corruptibiliū. vñ Auicēna nō intelligit ꝙ phicus nō ꝯſideret materiaʒ vniuerſalē oīum gñabiliū. ſʒ intellexit ꝙ phica nō cōſideret materiā oīum gñabiliuʒ vt eſt ps entis abſoluti. Sequitur textus. Determinatis autem his.

## Queritur quinto: Utrum

Ad phiſicū pertineat cōſiderare quatuor cās.

Arguit̃ primo ꝙ nō. qꝛ cā eſt ad cuius eſſe ſequit̃ aliud. ſʒ hec rō in ſeparatis a materia inuenitur. ſeparata aūt a materia nō ſunt phice cōſiderationis. ergo phicus nō hʒ quatuor cās cōſiderare. 2° ſic phicus habet conſiderare de natura. ſed natura ſolū ſub ſe cōprehēdit duas cās ſcʒ materiā et formā. g° phicus nō hʒ cōſiderare quatuor cās. Ad o⁹ eſt Ariſtoteles ĩ primo ca. ſecūdi tractat⁹ huius ſecūdi libri.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs in primo tractatu oſtendit de quibus phicus ſiue naturalis cōſiderat. ꝯñter in hoc 2° oñdit ex quibʒ cauſis demōſtrat. et p° manifeſtat quot ſunt genera cāꝝ rerū naturaliū.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

vt hʒ textus cā dicit̃ quatuor mōis. Uno° dicit̃ cā vt ē id ex quo fit aliquid cū inſit ſicut es dicit̃ cā ſtatue et argētuʒ phiale et etiam eorū gña dicūt̃ cāe earū reꝝ ſicut metallū quod ē genus ad argētū ē cā materialis reōta phiale ſicut argentū. Et dicit Ariſtoteles cū inſit ad differētiā priuatōis et ꝯtrarii q̄ nō inſūt rei facte ſicut materia et ſʒ⁹ iſtū mōʒ elemēta ſiue littere ſunt cā ſillabarū et illa ex quibus fiunt artificialia ſunt cauſe artificialiū et corpora ſimplicia ſunt cauſe mixtorū et ꝑtes cuiuſlʒ totius relate ad totum hñt modū cāe materialis reſpectu totius et propoſitiōes. id ē ꝑmiſſe ſunt cāe queſtionū et gñaliter oē illud ex quo fit aliquid p° et remāet in re facta reducit̃ ad genus cauſe materialis. 2° dicit̃ cā ſpēs et exēplū id ē cā formalis. Et ſicut dictū eſt circa materiā ꝙ genus materie ē cā ſicꝫ materia. ita in formis vt exēplificat. p. in quadā ꝯſonātia muſice q̄ vocat̃ dyapaſon c⁹ forma eſt ꝓporcio dupla et forma gñalis ē ꝓporcio numeralis ſiue numerus. ꝛ ad hūc mōʒ reducunt̃ partes diffinitōis. nā ꝑtes ſpēi ponunt̃ ĩ diffinitōe et nō ꝑtes materie vt habet̃ 7° metaphice. et ſimiliter totū ē forma ſuaꝝ ꝑtiū. et non ꝯpoſitio cōponibiliū. 3° mō dicit̃ cā illud quod ē principiū motus et quietis. et hec ē cā efficiēs ſicut cōſiliās eſt cā cōſiliati. et pater filii. et ꝯcomitans cōcomitati et faciens facti et hoc° etiam ſemen ē cā gñatōis et medicus ſanitatis.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ vt

dicit Auicenna quadruplex eſt cā efficiens. ſcʒ perficiens. preparans ſiue diſponens. coadiuuans et conſilians. Perficiens dat cōplementū motui vel mutationi per formā. Sed preparās ſiue diſponēs adaptat materiam ad formā ſuſcipiendam. Coadiuuās vero nō operatur ad finē propriū ſed ad finem alterius quē adiuuat Sed cōſiliās reperitur ſolū in agentibus volūtariis. et ſic ille qui dat alteri formā et modum agendi dicit̄ cōſiliās. 4ºmō dicit̄ cauſa grā cuius aliquid fit. ⁊ hec dicit̄ cauſa finalis. vt ſanitas eſt cauſa ambulationis. et ꝙ finis ſit cā ꝓbat phūs. qꝛ cū propter quid ſit queſitū cauſarum idē eſt cauſa quod cōuenienter reſpōdetur ad queſtionē factā propter quid. ſʒ cū querim⁹ propter quid aliquis ambulat. reſpondet̄ vt ſanetur. et ſic reſpōdentes opinant̄ aſſignare cām et tamen aſſignant finem propter quē ambulāt ergo finis eſt cauſa. Et eſt aduertendū circa hoc genus cauſe ꝙ ꝗuis de ratione finis ſit ꝙ ſit quid vltimū. ad hoc tn̄ ꝙ aliquid dicatur cā finalis nō requiritur ꝙ ſit vltimū ſimpliciter ſʒ ſufficit ꝙ ſit vltimū reſpectu alicuius. ideo dicit textus ꝙ quecūqʒ ſunt media inter primū mouens et vltimū finē ſimpliciter illa dicūtur fines reſpectu precedētiūʒ et media ad finē reſpectu ſequentium. ſicut pʒ in exemplis textus. ideo dicit phūs ꝙ iſta intermedia differunt ad inuicē inꝙ̄tum quedā ſunt organa id eſt media ad acquirendū poſteriora. et quedā ſunt opera id eſt operata et fines eorū. ſicut potio eſt organū purgationis et purgatio eſt finis potionis. et ſimiliter purgatio eſt organū reſpectu macis et macies ē finis reſpectu purgationis.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ

Cauſa finalis habet rationē boni ⁊ ē potiſſima inter omnes cās. ita ꝙ eſt cā cauſarū. vt poſtea patebit. Sed ſi cōtra hoc obiciatur. qꝛ in hiis q̄ agunt per electionē contingit quandoqʒ finem eorū eſſe malū. et ꝙ finis et bonū cōuertantur. Reſpondit phūs ꝙ nihil differt an finis ſit vere bonum vel apparēs. qꝛ quod apparet bonū licet nō ſit vere bonū. tn̄ eſt apparēs. finis aūt ſub ratione mali non mouet ſed ſolū ſub ratione boni. Ex precedētibus cōcludit phūs ꝙ cauſe per ſe tot ſunt quot dicte ſunt et nō plures. qꝛ oē quod per ſe aliqualiter cauſare dicit̄ reducibile eſt ad aliquē predictoꝝ quatuoꝛ modorum. et hoc oſtendit phūs per ſufficientiā cauſarū. qꝛ omnis cauſa vel eſt intrinſeca effectui vel extrinſeca. ſi primū vel eſt actu dans eſſe. et ſic eſt forma. vel eſt potentia recipiens eſſe et ſic eſt materia. Si ſecundū hoc eſt dupliciter. vel ſe habet vt id a quo realiter incipit motus. et ſic eſt efficiens. vel ſe habet ſicut id gratia cuius incipit motus et ſic eſt finalis.

## Sciendum eſt vltimo ꝙ vt

habet phūs tres ſunt proprietates cauſarū conſequentes ſpēs cauſarū. Prima eſt ꝙ vnius et euſdē poſſunt eſſe plures cauſe ꝑ ſe. ſicut ſtatue factoꝛ eſt cauſa efficiens ſtatue facte. et es eſt cā materialis per ſe eiuſdē. et inde eſt ꝙ vnius rei aſſignant̄ plures diffinitiones ſecūdū diuerſas cauſas illius rei ꝗuis totalis diffinitio et cōpleta comprehendat omnes cauſas. Secunda proprietas eſt ꝙ cauſe ſunt ſibi inuicē cauſe. ſed hoc eſt ſecundū diuerſam ſpeciē cauſe ſicut ambulatio poſt cenā eſt cauſa ſanitatis efficiens. et ſanitas eſt cauſa finalis ambulationis. ſimiliter forma eſt prioꝛ materia ſecundū rationē cōplemēti et perfectionis. ſed materia eſt prioꝛ ꝙ̄ forma generatione et tēpore in omni eo quod mouetur de potentia ad actū. Ex quo patet ꝙ efficiēs et finis ſunt ſibi inuicem cauſe et ſimiliter materia et forma. Tertia proprietas eſt ꝙ eadē eſt cauſa contrarioꝛum ſed non eodem modo. quia vnius eſt cauſa per ſe et alterius per accidēs ſicut nauta per ſui preſentiam eſt cauſa ſalutis nauis et per ſui abſentiam eſt cauſa ſubmerſionis nauis. Hiis notatis ponitur.

## Concluſio Reſponſiua

Phūs habet conſiderare quatuoꝛ cauſas. Probat phūs primo ꝙ habeat conſiderare cauſas. quia hoc negocium phiſicum eſt gratia ſciendi et non gratia operis. eo ꝙ ſcire poſſumus res naturales non tamen eas facere. ſed nos non opinamur ſcire aliquid niſi ſciamus ꝓpter quid illud eſt. ſed hoc eſt cognoſcere cauſas eius. gº phiſicus habet cognoſcere cauſaʒ omnis mot⁹ et mutationis naturalis vt poſſit reducere oīa que ſcita ſunt circa mutationes phiſicas in principia et cauſas. Sed ꝙ habeat conſiderare quatuoꝛ cauſas probatur quia Phūs habet conſiderare omnia que per ſe concurrūt in omni mutatione phiſica igitur. Maioꝛ patet. nam in oī motu neceſſario inuenitur illud quod mouetur ſiue mutatur quod eſt materia ſiue ſubiectum. et id ad quod terminatur motus vel mutatio quod eſt forma. et id quod eſt principium mot⁹ ſiue mutationis quod eſt efficiens et illud gratia cuius fit talis mot⁹ vel mutatio quod eſt finis. igitur. Sʒ circa predicta oriuntur quedam parua dubia.

## Dubitatur primo. quare

eſt ꝙ phiſicus magis probat de fine ꝙ ſit cauſa ꝙ̄ de aliis. cum tn̄ finis ſit potiſſima cauſarum Dicitur ꝙ cauſa eſt quia cauſalitas finis eſt magis occulta ꝙ̄ cauſalitas aliarum cauſarum. eo ꝙ omnis cauſa videt̄ eſſe prioꝛ ſuo effectu. mō finis ꝗtum ad eſſe eſt vltimus in generatione et ita finis non videtur eſſe cauſa. vnde finis n̄ eſt cauſa niſi ſecundum eſſe quod habet in intētione agentis vt patebit in lectione ſequenti.





## Dubitatur ſecundo. vtrum

verum ſit ꝙ partes diffinitionis reducantur ad genus cauſe formalis. Et videtur ꝙ non qꝛ tunc materia non eſſet de diffinitione rei naturalis tanꝙ̄ de diffinitione eſſentiali eius. Itē dictū eſt ꝙ omnes partes relate ad ſuum totum habent modū cauſe materialis. Sed partes diffinitionis ſunt partes alicuius totius. igitur. Item in diffinitione genus habet modum materie et differentia modum forme. igitur.

Ad dubiuʒ dicitur ꝙ vt dictū eſt partes diffinitionis ad genus cauſe formalis reducūtur. et tūc dicitur ad obiecta. Ad primū dicitur ꝙ materia indiuidualis non ponitur in diffinitione rei naturalis ſicut in diffinitione hominis ponuntur carnes et oſſa. et non hee carnes et hec oſſa. et ideo diffinitio rei naturalis conſtituta ex materia et forma cōmuni ſe habet vt cauſa formalis reſpectu indiuidui quod participat talem naturam ſiue eſſentiā ſignatā per talem diffinitionē. Ad ſecundā dicit̄ ꝙ cū phūs dicit ꝙ partes diffinitionis forme ſunt. ipē loquitur de partibus ſpeciei que cadūt in diffinitione toti⁹ et cum dicitur ꝙ partes ſunt materia reſpectu totius ipē loquitur de partibus materie que non ponuntur in diffinitione totius. ſed econtra totum ponitur in diffinitione earum vt circulus ē de diffinitione ſemicirculi et non econtra. vel poteſt dici et forte melius ꝙ partes que ponuntur in diffinitione ſpeciei ſi comparentur ad indiuidua ſpeciei ſe habent per modū forme. tamen ſi comparentur ad formā totius cuius ſunt ꝑtes habent modū materie. cuius ratio eſt quia q̄cūqʒ partes cōparate ad ſuum totuʒ ſe habent ſicut imperfectū in ordine ad perfectū. modo imꝑfectū habet rationem materie ſi ad perfectū cōparetur. quod debet intelligi de perfecto informante et perficiente tale imperfectū. licet etiam genus habeat modū materie nō tamen eſt materia. ſed eſt forma puta vniuerſalis.

## Dubitatur Tertio. vtruʒ premiſſe

ſunt materia cōcluſionis. Et videtur ꝙ nō quia materia ineſt rei cuius eſt materia. ſed premiſſe non inſunt concluſioni. igitur. Item ꝑmiſſe ſunt cauſe efficientes reſpectu cōcluſionis igit̄. Dicitur ad dubium. ꝙ premiſſe dicunt̄ materia concluſionis cauſa ſuorū terminorum ex quibus conſtituitur. ipē tamen premiſſe ſecūdum ꝙ ſtant ſub forma et ordine propoſitio⁹ nō ſunt materia concluſionis. ymo ſi conſiderentur pro ꝗto vniunt̄ per mediū formale ad inferendum producendū vel demōſtrandū cōcluſionē tunc habent modū cauſe efficientis in ordine ad concluſionē. Et ꝑ hoc pʒ ſolutio ad obiecta.

## Dubitatur quarto. Utrum

Semen reducatur ad genus cauſe efficientis. Et videtur ꝙ nō quia ſemen in generatione ſe habet vt materia ex qua fit res. igit̄ dicit̄ ꝙ ſemen femelle ſe habet vt materia in generatiōe. ſed ſemen maſculi in quo eſt quedā vis gn̄atiua gerens vicē et virtutē generātis principalis reducitur ad cauſam efficientem. ratione talis virtutis generans ratione materie poſſit dici cauſa materialis.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ conſideratio cauſaruʒ ad phiſicū et metaphiſicū diuerſimode pertinēt vt alias ſatis viſum fuit. Ad ſecundā dicit̄ ꝙ licʒ natura proprie dicta dicatur de materia ⁊ forma tn̄ ad cōplendū opus nature requirunt̄ quatuoꝛ cauſe. Et hec de preſenti capitulo. Sequitur textus.

## Queritur ſexto. Utrum

Finis ſit cauſa cauſaꝝ. Arguit̄ primo cōtra aſſumptū. ſcʒ ꝙ finis nō ſit cā. qꝛ finis n̄ eſt principiū cuʒ ſit quid vltimū. gº finis nō eſt cā. ꝯñtia ē nota et aña ꝓbat̄. qꝛ finis hʒ rōem termini et vltimi. 2º ſic cā eſt ad cui⁹ eſſe ſequit̄ aliud. ſʒ ad eſſe finis nihil ſequit̄ cum de rōe finis ſit ꝙ ſit quid vlti⁹. gº finis n̄ eſt cauſa. 3º ſic ꝙd ē cauſatū ab alio nō eſt cā. ſed finis cātur ab efficiente. gº finis non eſt cā. Et ſi dicat̄ finis acceptus ꝓut ē in executione opis ſcʒ ſecūdū eſſe eſt quid vltimū cauſatū et nō eſt cā. ſʒ finis acceptus in ītentione agētis eſt principiū mouēs et cā

Cōtra hoc replicat̄. qꝛ finis ꝓut ē in ītentiōe agētis nō hʒ eſſe reale. ſʒ ſolū intentionale. ergo illo mō phiſica nō eſt ſcīa entis realis. 4º ſic illud n̄ eſt cā quod nō pōt reſpōderi ad queſtionem factā ꝓpter quid. ſed cū querimus propter quid nos nō reſpōdemus de fine in intentione agētis ſed de fine ꝓut eſt in executione opis ſic cū q̄rimus ꝓpter quid iſte ambulat nō reſpondemus vt intendat̄ ſanari ſed vt ſanet̄. ergo finis in intētione nō eſt cauſa. 5º ſic cōtra q̄ſitum. eſſe rei magis depēdet a cauſis intrinſecis que ſunt materia et forma ꝙ̄ a cauſis extrinſecis q̄ ſunt efficiēs et finis. ergo cauſe intrinſece ſunt prioꝛes aliis et magis cauſe. et cū inter oēs cās intrinſecas forma ſe habeat vt recipiēs eē ſequit̄ ꝙ forma eſt cā cauſaꝝ. Ad o⁹ eſt Ariſtoteles in fine primi capituli huius ſecūdi tractat⁹

Pro reſponſione ad queſitum.

**Sciendum eſt primo. ꝙ Ut**
habet Albertus in ſuo ꝯmento ſuper hoc paſſu
quadruplex ordo poteſt attendi in cauſis. Pri-
mus ordo poteſt attendi in cauſis ſecundū pro-
pinquitatē ad rem cauſatā. et quia in naturali-
bus res cauſantur per motū cuius materia eſt
ſubiectum. ideo ſecundū hunc ordinē materia ē
prima cauſa et forma ſecunda. et efficiens ter-
tia. et finis quarta. nam materia mouetur per
efficiens ad formam propter finem. Secundus
ordo poteſt attendi in cauſis ſecundū intentio-
nem cauſe vt ſcilicet illa cauſa dicatur prior cui
prius competit cauſare. et quia materia non du-
cit ſe ipſam ad formā. ſed ducitur ab efficiente.
et efficiens non mouet materiaʒ niſi ſit premo-
tum a fine. ideo ſecundū hunc ordinē finis eſt
prima cā efficiēs ſecūda. tertia materia ⁊ forma
quarta. Tertius ordo poteſt attendi in cauſis ꝙ̃-
tum ad eſſe vt ſcilicet illa cauſa dicat̃ eſſe prior
cui primo competit eſſe extra aiam. et ſecundum
hunc ordinē efficiens eſt prima cauſa. materia
ſecunda. forma tertia. et finis vltima. Quartus
ordo poteſt attendi ꝙ̃tum ad rationē cauſandi
et efficiendi. et quia omne mouēs mouet ꝑ ſuaʒ
formā que eſt principiū mouendi. ideo ſecundū
hunc ordinē forma eſt prima. efficiēs ſecunda. fi-
nis tertia. et materia vltima. Ex illo quadru-
plici ordine cauſarum patet ꝙ ꝙ̃uis ſecundum
propinquitatē ad effectū materia ſit prima cau-
ſa. et ꝙ̃tum ad eſſe efficiens ſit prima. et ꝙ̃tum
ad rationem mouendi forma ſit prima. tamen
ꝙ̃tum ad intentionem cauſandi finis eſt prima
quia mouet omnes alias cauſas in cauſando.

**Sciendum eſt Secundo. ꝙ**
Finis poteſt dupliciter conſiderari. Uno mō ſe-
cundum eſſe quod habet i intentione mouentis
Alio modo ſecundum eſſe quod hʒ extra aiam
et in executione operis. Eſt ergo difficultas. an
ratio cauſe cōpetat fini ſecundū eſſe quod habʒ
extra animā et in executione operis. aut ei cōpe-
tat ſecundū ꝙ eſt in intentione agentis. Ad qđ
reſpondet de gāduno in quodā tractatu quem
fecit de cauſalitate finis. ꝙ finis ſecundum eſſe
quod habet in intentione mouentis non habet
alium modū cauſalitatis a cauſalitate efficien-
tis. nam vt dicit cognitio ſanitatis in medico fa-
cit in eo deſideriuʒ ſanitatis. ad quod deſideriū
ſequitur motus ad ſanitatē et etiā operatio. et
ymaginatur ꝙ finis intentus mouet per modū
efficientis. Et conſequenter dicit ꝙ fini ſecundū
eſſe quod habet extra [animam] competit ratio
cauſe propria et diſtincta a cauſalitate efficien-
tis et aliarū cauſarum. Et ad hoc probandum
inducit aliquas rationes. Prima eſt de ratione
finis duo ſunt. primū eſt ꝙ ſit quid vltimum
ſecundū eſt ꝙ ſit quid optimū. ſed hec duo com-
petunt fini ſecundū eſſe quod habet extra aiam
et non ſecundum eſſe quod habet in intentione
mouentis. igitur. Secunda ratio illud dicit̃
finis proprie quo habito ceſſat omnis motus et
omnes operationes in fine. ſed habito fine ſʒ᷒
eſſe quod habet extra animam ceſſant oēs mo-
tus et non ceſſant habito fine prout eſt in inten-
tione mouentis. igitur. 3º addit cōem modū
loquendi. nam cum aliquis intendit aliquem
finem ſi non conſequatur eū ſecundū eſſe reale
nihilominus dicitur fruſtrari ſuo fine ꝙ̃uis ha-
beat finē in intentione. qđ non eſſet niſi ei cōpe-
teret ratio cauſe ſecundū eſſe reale quod habet
extra animā. et ſic concludit doctor iſte ꝙ finis
extra animaʒ exiſtēs habet verā rōem cauſe. Sʒ
decept᷒ fuit doctor iſte. eo ꝙ neſciuit diſtiguere
īter rationem finis ⁊ motionē efficientis. nam fi-
nis intentus dicitur mouere efficiens. nō quidē
proprie et phiſice ſic ꝙ tranſmutet efficiens ſecū-
dū aliquā formā ſed methaphorice. quia ſcilicʒ
afficit ipm̄ efficiens et inclinat ad mouendum.
mouere proprie et phiſice eſt actus efficientis. et
ipm̄ mouere efficientis non eſt aliud ꝙ̃ influere
formam vel motum in patiens vel mobile. ſed
finis mouet per modū amati et deſiderati ſcilicʒ
per modū tractatus et trahentis. et non per mo-
dum influentis et tranſientis in alterum ſicut ef-
ficiens. nam appetitus fertur in rem amatam ⁊
deſideratam. et ita ſicut amatū et deſideratum
mouent deſiderium et amans trahentem ad ſe
ita finis intentus mouet efficiens. ſed quia nō
eſt nomen proprium impoſitum ad deſignandū
modum cauſandi ipſius finis. ideo nos circun-
loquimur cauſalitatem finis per ſimilitudinem
ad cauſalitatem efficientis cum dicimus finem
cauſare per hoc ꝙ mouet efficiens. nā illud mo-
uere eſt methaphoricū et eſt alterius rationis ꝙ̃
mouere ipſius efficientis. ideo cauſalitas finis
diſtinguitur realiter a cauſalitate efficiētis. Fuit
etiam deceptus doctor iſte. quia neſciuit diſtin-
guere de fine vt finis eſt terminus et vltimus.
et de fine vt cauſa eſt. mō ratio vltimi ⁊ termini
conuenit fini vt finis eſt. Et illo modo habet eē
extra animam et non habet rationem cauſe. ſed
rationem effectus. ſed finis vt eſt cauſa eſt quid
optimum primum et principiuʒ preueniens oēs
alias cauſas in cauſando. et hoc habet prout ē
in intentione mouentis. ⁊ ſic rationes iſtius doc-
toris [ſolum probant ꝙ fini ſecundum eſſe qđ
habet extra animā competit ratio finis et termi-
ſed tamen ſi finis conſideretur vt eſt cauſa ſecū-
dum hoc habet rationeʒ primi. quia hoc modo
preuenit omnes alias cauſas in cauſando.





Nam hoc eſt generaliter verū ꝙ̃to aliquid eſt ꝑ-
fectius et poſterius in via gn̄atiōis illud eſt pri-
us in intentione mouentis et in deſiderio appe-
titus. Et ita cum finis ſit quid vltimū ſecundū
eſſe et generationem et ſit terminus generatiōis
vltimus oʒ ꝙ in intentione ſit primū et princi-
piū aliorum. His premiſſis ponitur.

**Concluſio reſponſiua ad. q.**
Finis eſt cauſa cauſarū. ꝙ ſit cauſa probatū eſt
in queſtione precedenti. ſed ꝙ ſit cauſa cauſarʒ.
Patet quia illud eſt cauſa cārum quod preueīt
omnes cauſas alias in cauſando et ſine quo a-
lie cauſe non cauſāt. ſed ſic eſt de fine ꝓut eſt in
intentione mouentis. igit̃. Minor patet nam cū
materia ſit pura potentia nō poteſt ſe ducere ad
actum qui eſt forma. igitur oportet ꝙ ducatur
ab efficiente. efficiens aūt nunꝙ̃ inchoat motū
niſi ſit premotum a fine. ergo cauſalitas finis ꝓ-
cedit cauſalitatē efficientis materie et forme. et
per conſequens eſt cauſa cauſarū. et hoc intelli-
git̃ de fine prout eſt in intentione mouentis.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**
Ad primas tres pʒ ſolutio ex dictis. ſolum
enim probant ꝙ finis prout eſt in executiōe ope-
ris habet rationem vltimi et effectus. ſed non ꝓ-
bant quin finis ſecundū ꝙ eſt in intentione mo-
uentis ſit principium et cā. nam efficiēs eſt cā fi-
nis accepti in executione operis et ſecundū eſſe
prout finis eſt effectus. ſed tamen finis in inten-
tione eſt cauſa efficientis. Ad replicā dicitur
ꝙ ꝙ̃uis finis in ītentione moueat efficiens me-
thaphorice tātuʒ nihilominus ille motus ſi mo-
tus debeat nominari eſt realis. nam finis mo-
uet efficiens per moduʒ appetibilis et boni. res
autem nō ſolum quieſcunt in bono adepto ſed
etiā per deſiderium et appetitū mouent̃ vt ac-
quirant ipm̄. et hoc modo efficiens mouetur a
fine. Ad ſecundā replicā dicitur ꝙ ipſa inten-
tio finis non eſt cauſa. ſed ipſa res intēta accepta
in ratione boni appetibilis poſſibile eſſe vel fie-
ri vel haberi ē cauſa mouens. et illo modo re-
ſpondetur ad queſtionē factam propter quid.
non enim reſpondemus cum querimus propter
quid ille ambulat vt intēdat ſanari. nec reſpō-
demus quia ſanus eſt. ſed vt ſanetur. Ultia
reſolutio ſoluta ē ex illo quadruplici ordine cau-
ſarū. nam bene probat ꝙ materia eſt prima ꝙ̃tū
ad rationē cauſandi. ſed non probat ꝙ ſint pro-
pinquiores ꝙ̃tum ad intentionem cauſandi.
Sequitur textus: Modi aūt cauſarū.

**Queritur ſeptimo. Utrum**
Agentia naturalia ſolum preparent materiam
vt primū efficiens eā ſubſtantialiter perficiat.

Arguit̃ ꝙ ſic. qꝛ primū efficiens agit per ſuā
eſſentiā et nō per aliquid ſibi additū. igit̃ īme-
diate cōiungit formā ſubſtantialē rei et eſſe ſub-
ſtātiale eius. et ꝑ ꝯñs agentia naturalia non fa-
ciunt niſi preparare materiā ad formā. 2º ſic
in efficiētibus eſſentialiter ſubordinatis ſecūdū
nō agit niſi per virtutem primi eo ꝙ ſecunduʒ a-
gens habet a primo ꝙ ſit et ꝙ efficiēs ſit. igitur
in oībus ſecūdariis efficiētibus eſt virtus primi
efficientis perficiēs materiā dando ei formā et
eſſe. et per ꝯñs ſecunda efficientia ſolum prepa-
rant materiā. 3º ſic. agentia naturalia ſunt
qualitates prime que ſunt accidentia. ſed acci-
dens non poteſt attingere formā ſubſtantialem.
alias ageret vltra propriuʒ graduʒ ſue perfectio-
nis. igit̃. ⁊c. 4º ſic omne caliduʒ eſt a primo
calido. et oē frigiduʒ a primo frigido. ergo omē
eſſe a primo eſſe. ſed ſi primū eſt primi efficientis
igitur oē eſſe eſt a primo efficiente. et per ꝯñs a-
gentia ſecunda non attingunt eſſe rei. Ex qº
ſequit̃ ꝙ non attingunt formā ſubſtantialem ꝗ
dat eſſe et per ꝯñs ſolum preparant materiam.
Ad oppoſituʒ arguit̃ agens vniuocum ge-
nerat ſibi ſimile ſecundum ſpeciē et formam. ſed
hoc nō pōt facere niſi attingeret formam rei ſʒ᷒
eſſentiā illius forme igitur tale agēs naturale n̄
ſolū ꝑparat materiaʒ ad formaʒ. ſed etiā eā fa-
cit attingēdo formā ſubſtantialem. In que-
ſtione erunt duo articuli. Primo videbit̃ de ꝗ̄ſi-
to. 2º iuxta textū videbit̃ de modis cauſarū et
proprietatibus conſequentibus ipſos modos.
Quātum ad primum.

**Sciendū eſt primo. ꝙ prop**
ter rōes factas ante oppoſitū Auicenna poſuit
agentia naturalia ſolum preparare materiaʒ ad
ſuſceptionē forme et primū efficiēs perficere ma-
teriā ſic diſpoſitā dando ei formā ⁊ eſſe. Cui ſen-
tentie cōtradicūt peripatetici dicentes ꝙ forme
ſubſtantiales nō totaliter veniūt ab extra ſcilicʒ
a datore formarū ymo etiā educūtur de potētia
materie per virtutē agentis naturalis. Sed Al-
bertus nitit̃ cōcordare vtrāqʒ opinionē dicēs ꝙ
vtraqʒ opinio aliquid veritatis continet. Dicit
enim ꝙ virtus primi agētis pōt cōſiderari du-
pliciter. Unoº ſecūdū eſſentiā. Alioº ſecunduʒ
eſſe. Si aūt cōſiderat̃ virt᷒ primi agētis ſecūdū
eſſentiā tūc dicit ꝙ virt᷒ primi efficiētis ē vna ꝑ
eſſentiā ī oībus agentibus ꝗ tn̄ primo et princi-
paliter ē ipſius primi mouētis. et hoc mō vt di-
cit Albert᷒ ē intelligēda poſitio Auicenne. ſcilʒ
ꝙ primū efficiēs ꝑficit materiā eo ꝙ virtus mo-
uendi principaliter eſt primi mouētis. Si vero
cōſideret̃ virtus primi mouētis ſecundū eſſe. ſic
non eſt eadē virtus in oībus mouētibus. qꝛ va-
riat̃ ſecūdū eē. qꝛ ſecundū ꝙ recipitur in diuerſis
mouentibus. Et dat Albertus duo exempla.

vnum in natura et reliquū in arte. Exemplum in
natura eſt vt eadeʒ lux per eſſentiaʒ que diffuſa
eſt in dyaphano vocat̄ lumen. et recepta in cor
pore terminato vocat̄ color. et ſecundū diuerſita
teʒ corpoꝝ terminatoꝝ variat̄ in diuerſas ſpēs
colorꝫ. Exēmꝰ in arte vt eadē eſt regula artificii
per eſſentiā que tn̄ aliter ⁊ aliter recipit̄ in lignis
rectis et nodoſis. Simili modo dicit Albertus
ꝙ virtus primi agētis eſt eadeʒ ꝑ eſſentiā in om
nibus mobilibꝰ. variat̄ tn̄ ſ ꝫ diuerſa eſſe ꝑ hoc
ꝙ recipit̄ in diuerſis. et quia agere ſequit̄ eſſe et
non eſſentiā niſi ꝑ eſſe. ideo conuenientius dicit̄
ꝙ agencia ſecūda non ſolū ꝓparant materiam
ymo etiā attingūt formaʒ et eſſe rei. Sed conſi
derandū eſt ꝙ ſi Albertꝰ et Auicenna voluerit
dicere ꝙ primū efficiēs cōmunicat cū ſecūdis a
gentibus in eadeʒ virtute agendi per eſſentiā ita
ꝙ ſit eadem virtus agendi in primo et ſecundis
in hoc non ſunt tenēdi. qꝛ primū agēs nō cōicat
cuʒ ſecundis in aliquo vniuoco. ſed ſoluʒ habet
vnitatē analogie cū ipſis. ita ꝙ eſt primū analo
guʒ entis. Sed ſi voluerint dicere ꝙ omne agēs
ſ ꝫ ꝙ habet virtutē ſuaʒ a primo ita ꝙ virtus ſecū
di agentis ſit virtus ipſius primi in genere cauſe
efficientꝫ ita quod eſt cauſa efficiēs virtut agē
tis ſecūdi in hoc bn̄ dicūt. ſed tn̄ virtꝰ ſecūdi agē
tis nō pōt eſſe forma ipſiꝰ primi. His ꝓmiſſis ſit

## Concluſio Reſponſiua.

agencia naturalia non ſolum ꝓparāt materiam
ad formā ymo ꝑficiūt ſubſtātialiter educēdo for
mam ſubſtātialeʒ de potētia materie ad actum.
ꝓbatur qꝛ ad bonitateʒ prime cauſe pertinet vt
non ſoluʒ det formas rebus naturalibꝰ quibus
exiſtant in reꝝ natura. ſed vt rebus naturalibus
det virtutes actiuas ꝑ quas poſſint cōicare ſeip
ſas ꝓducēdo ſibi ſimile ſ ꝫ virtutem et ſpēʒ. 2o
dans formas dat per ſe ꝯña ad formas. ſʒ natu
ralis operacio eſt vnū de ꝑ ſe ꝯñtibus formā. igit̄
dans formā dat virtutē exercēdi ꝓpriā operationē
et naturaleʒ. ſed ꝓpria et naturalis operatio rei eſt
generare ſibi ſimile et cōicare ſe ꝓducēdo ſibi ſi
mile ſ ꝫ ſpēʒ vel virtutē. ergo agentia naturalia
habēt virtutes actiuas per quas poſſunt ꝓducere
ſibi ſimilia ſ ꝫ virtutē vel ſpēʒ. ſ ꝫ ſpēʒ quideʒ ſi
ſint agēcia vniuoca. ſ ꝫ virtuteʒ aūt ſi ſint agen
cia equiuoca. igit̄ agētia naturalia nō ſoluʒ pre
parant materiā ymo etiaʒ eam ꝑficiūt ſubaliter
et hoc in virtute primi agētis. naʒ ſicut agēs na
turale habet virtutem et formam et eſſe a primo
ita habet virtutem agendi.

## Sciendum eſt vlterius pro

puncto iſto ꝙ primum efficiens in actione cuiuſ
libet agentis naturalis quadrupliciter cōcurrit
primo enim concurrit dando agenti naturali for
maʒ ⁊ virtuteʒ agendi. 2o concurrit conſeruan
do agens naturale et virtutē eius in eſſe. 3o con
currit mouendo agēs naturale et per eius moci
onem applicādo ipſum ad opus. 4o concurrit
ꝯiungendo actioneʒ ſecūdi agentis ſuo effectui
proprio. et hec de primo. Sed quātum ad 2ꝫ.

## Dubitatur primo. de mo

dis cauſaꝝ ſcʒ quot ſunt. et qui reperiri poſſunt
in qualibet ſpē cauſe non variando ſpeciē cauſe
Ad hoc rñdet̄ primo ponēdo quatuor diffinitio
nes. Prima eſt ꝙ in eadeʒ ſpecie cauſe reperitur
cauſa prior ſiue communior. ⁊ cauſa poſterior ſiue
propria. exemplum in cauſa efficiēte vt medicus
eſt cauſa propria et poſterior ſanitatis. artifex ve
ro eſt cauſa cōmunior et prior. exemplum in cau
ſa formali vt proportio dupla eſt propria et po
ſterior cauſa dyapaſon. ſed proportio numeralis
eſt communior et prior. et ſimiliter poſſit exempli
ficari in aliis cauſis. Pro quo

Sciendum eſt vlterius ꝙ cauſa vniuer
ſalis et particularis poſſunt capi ſecundum com
munitateʒ ꝑdicationis vt patet in exemplis pre
dictis. vel ſecundū cōmunitateʒ cauſalitatis vt
cuʒ dicimus ꝙ ſol eſt cauſa vniuerſalis calidita
tis. ignis vero particularis. Secūda diffinitio
eſt ꝙ in eadeʒ ſpecie cauſe reperiut̄ cauſa per ſe
et cauſa per accidens. ſicut cauſa per ſe ſtatue in
genere cauſe efficientis eſt ſtatuefactor. ſed Po
licletus eſt cauſa per accidens. et ſimiliter poſſet
exemplificari in aliis cauſis. Et ſicut in cauſis ꝑ
ſe reperit̄ cauſa vniuerſalis ⁊ particularis. ita ecī
in cauſis per accidens. vt ſi policletus eſt cauſa ꝑ
accidens ſtatue propria. homo dicetur cauſa per
accidens cōmunis. ⁊ adhuc animal erit cauſa ꝑ
accidens cōmunior. Ubi eſt conſiderandū ꝙ in
cauſis per accidens quedaʒ ſunt propinquiores
cauſe per ſe. et quedam ſunt remote. nam cauſa
per accidens dicitur illud quod cōiungitur cau
ſe per ſe et non eſt de ratione eius. et hoc contin
git propinquius vel remotius. ſicut ſi ſtatuefac
tori accidit muſicum et album. muſicum erit
cauſa per accidens ſtatue propinquior ꝙ album
quia muſica eſt in eodem ſubiecto cū arte ſtatu
efactiua ſcilicet in anima. non autem albedo ſed
eſt in corpore. Tertia diffinitio eſt ꝙ in qualibʒ
ſpecie cauſe reperiuntur cauſa in potentia et cau
ſa in actu. vt domificator eſt cauſa in potentia
domus. ſed domificans eſt cauſa in actu. Et ſi
militer poteſt exemplificari in aliis cauſis. ⁊cetꝫ
Quarta diffinitio eſt ꝙ in qualibet ſpecie cauſe
poſſunt accipi cauſe complexe per ſe et cauſe per
accidens. et poſſunt capi incomplexe et ſepara
tiʒ. Et ſicut iſte diffinitiones date ſunt ex parte
cauſarum. ita poſſunt dari ex parte effectuum
ſicut etiam dicitur in textu.





Si ergo velimus reducere modos cauſaruʒ ad
certū numerū oportet accipere tres primas diui
ſiones que faciunt ſex modos et quēlʒ illorum
ſex modorū diuidere per tertiā diuiſionem. ſcilʒ
per actū et potentiā diuidēdo ſic. Cauſarū vni
uerſaliū quedā ſunt in actu et alie in potentia.
et ita oportet dicere in aliis membris aliarum
diuiſionū. et ſi in aliis ita fiat habebimus in to
to duodecim modos cauſarū qui poſſunt repe
riri in qualibʒ ſpecie cauſe non variando ſpeciē
cauſe. et ideo dicuntur modi cauſarū et nō cau
ſe. quia non variant ſpeciem cauſe.

## Dubitatur ſecundo. De pro

prietatibus conſequentibus modos cauſarum.
Ad hoc reſpondet phūs ꝙ ſunt tres. Prima pro
prietas eſt ꝙ cauſe in actu et in potentia ſic diſ
ferunt. qꝛ cauſe i actu particulariter ſimul ſunt
et non ſunt cum ſuis effectibus. Sed cauſe in po
tentia non ſunt ſimul cum ſuis effectibus. ſicut
domificator eſt cauſa in potentia domus et pōt
eſſe ſine eo ꝙ ſit vel fiat domus et poteſt domꝰ
manere in eſſe poſtꝙ facta eſt domificatore non
exiſtente. ſed tn̄ hic domificās ſimul eſt cū domo
que fit et nō poteſt eſſe hic domificās quin hec
domus ſit in fieri. Ex illa differētia pʒ ꝙ ſicut
agētia inferiora q̄ ſunt cauſe reꝝ ꝙtum ad fieri
oʒ ſimul eſſe cū rebus q̄ fiunt ꝙdiu fiunt. ita oʒ
agens vniuerſale quod ē deus qui eſt cauſa oī
bus eſſendi in actu ſit̄ eſſe i actu in qualʒ re. iō
ſubſtracta actione diuina a rebus in nihilum re
digerēt. ſicut remota preſentia ſolis deficit lu
men in aere. Secunda proprietas eſt ꝙ in
cognitione alicuius rei in qualibet ſpecie cauſe
illius rei oʒ ſupremā cauſaʒ inquirere. qꝛ effectꝰ
non perfecte ſcitur niſi ſciat̄ cauſa illius effectus
et niſi reſoluatur vſqʒ ad ſupremā cām que ita
ſit cauſa in illo genere ꝙ non plus ſit effectus ī
ſecundo genere. vt ſi querat̄ quare iſte edificat
Reſpondetur qꝛ eſt edificator. Et ſi queratur
vlterius quare eſt edificator. Dicitur quia ha
bet artē edificatoriam ⁊ ibi eſt ſtatus. Tertia
proprietas eſt. qꝛ ſemꝑ proprie cauſe correſpōdʒ
proprius effectus et econtra. vt cauſe vniuerſali
effectus vniuerſalis et cauſe particulari effectꝰ
particularis et cauſe per ſe effectus per ſe. Et ſic
diſcurrēdo per ſingulos modos cauſarū.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā cōcedit̄ ꝙ primū agēs operatur ꝑ
ſuam eſſentiā. et cum infert̄ ꝙ immediate attin
git formā rei diſtinguendū eſt. qꝛ imediate pōt
dicere immediationē virtutis. et hoc mō prima
cauſa attingit immediate quēlʒ effectum. quia
nulla cauſa attingit ſuū effectuʒ niſi in virtute
prime cauſe eo ꝙ prima cauſa applicat quodlʒ
agēs ad operationē. vel ſi immediate dicit im
mediationē ſuppoſitoꝝ agētiū. et hoc modo a
gentia particularia imediate attingūt effectū ꝓ
prium et nō vniuerſalia agētia. Ad ſecundā
dicitur ꝙ ſi intelligatur ꝙ in oībus effectibus
ſecūdariis ſit virtus primi agētis inherens ipſis
ſecūdariis agētibus. ita ꝙ ſit eadem virtus per
eſſentiā primi et ſecūdi hoc eſt negādum. ſi vero
intelligat̄ ꝙ in oībus agētibus ſecundis ſit vir
tus primi. id eſt in vnoquoqʒ ſit virtus ꝓpria
determinata et cāta a primo efficiente q̄ pōt vo
cari virtus primi in gn̄e cauſe efficiētis hoc cō
cedit̄. Sed tamen iſta virtus inherēs ſecūdariis
mouētibꝰ nō eſt eadē ſecundū eſſe nec in genere
nec in ſpecie cū virtute primi. nā virtus primi eſt
infinita et eſt ſua eſſentia. ſed virtus agētis ſecū
di eſt accidētalis et infinita. Ad tertiā dicē
dū eſt ꝙ qualitates per ſe que ſunt accidentia
nō attingunt formā ſubſtātialē virtute propria
ſed ſolū inꝙtum ſunt inſtrumēta agentiū prin
cipaliū. Ad quartā cōcedit̄ ꝙ eſſe cuiuſlibet
rei dependeat et cauſatur a primo ſed etiam ex
hoc mō ſequit̄ ꝙ dependeat et cauſetur a ſecū
dariis agentibus. quia in ſubordinatis eſſentia
liter vnus et idē effectus ſecūduʒ rem a pluribʒ
cauſis eſſentialiter ſubordinatis dependet. Sʒ
tamen ſecūdū diuerſas rōes idē effectus appro
priat̄ ipſis cauſis ſubordinatis. nā effectus vni
uerſalis appropriat̄ cauſe vniuerſaliſſime ⁊ effec
tus particularis cauſe particulari vt eſſe quod ē
effectus vniuerſaliſſimus ⁊ in quocunqʒ effectu
appꝛiatur primo agenti. eſſe incorporeū app
priat̄ intelligentie mouenti celū. eſſe in ſpē deter
minata apppriat̄ celo et corpori celeſti. eſſe par
ticulare hoc vel illud apppriat̄ agenti particula
ri. et tamē omnes iſti effectus in eodē ſunt idem
ſecundū rem. Ratio poſt oppoſitū eſt pro con
cluſione reſponſali.

## Queritur octauo. Utrum

Aliquid poſſit eſſe vel fieri a caſu vel a fortuna
Et arguit̄ ꝙ nō qꝛ Plato dicit ī Thimeo ꝙ
nihil ē ortū ſub ſole cuius cā legitia nō ꝓceſſerit
ſed quod hʒ cām legitimā nō eſt caſuale vel for
tuitū. ergo nihil ē a caſu vel a fortuna. 2o ſic
oē quod vere eſt et non ē cā eſt vere cātum. ſed
oē quod fit ſiue a natura ſiue ab arte eſt vere. ⁊
nō eſt cā. ergo eſt vere cātum. ſʒ vere cauſatū hʒ
verā cām. et quod hʒ verā cām non eſt caſuale
vel fortuitū. igit̄. 3o ſic ſicut oē ens ꝑ accidēs
reducit̄ ad ens ꝑ ſe ſic oīs cā ꝑ accidēs reducit̄
ad cām ꝑ ſe. ſʒ quod hʒ cām per ſe nō eſt caſua
le vel fortuitū. igit̄. 4o ſic in tota natā ē vnū
primū pinꝰ et vniuerſale regēs oēs ꝑticulares
cās ipſas ordinās ī determiatos fines. ſʒ quod
ſic ē rectum et ordinatum recte et ordinate agit
ergo nihil poteſt fieri a caſu vel a fortuna.

5º ſic deus ſcit omnia euenire que euenient. ergo cum ſciētia dei ſit infallibilis et immobilis ſequitur ꝙ omnia infallibiliter et immobiliter euenient. et per cōſequens nihil fit a caſu vel a fortuna. 6º ſic omnis actio naturalis terminatur aliquo fine. ſed quod eſt terminatū non ē caſuale vel fortuitū. ergo. 7º propter noſtrā cōſiderationē non ſit de non fine finis vel ecōtra. ſed ſi quis vadat ad forum vt inueniat debitorem inuentio debitoris eſt intentus et non eſt caſualis. ergo etiā ſi vadat ad forū non gratia inueniendi debitorē. ſed gratia inueniendi alium ſi inueniat debitorē nihilominus talis inuentio erit finis et per cōſequēs non erit caſualis aut fortuna. In oppoᵘ eſt phūs in textu.

Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo:** ꝙ poſtꝙ phūs determinauit de cauſis per ſe manifeſtis et de proprietatibus et modis ipſarum. Cōſequenter determinat de quibuſdā cauſis per accidēs.

Pro quo.

**Sciendum eſt Secundo.** ꝙ huiuſmōi cauſe per accidēs et immanifeſte ſunt caſus et fortuna. De quibus recitat phūs primo tres opiniones antiquorū. Prima fuit quorūdam negantiū caſum et fortunā eſſe. et ad hoc adducebant duas propoſitiones. Prima eſt qꝛ omne quod fit habet cām determinatā. hoc declarabant in his que dicimus eſſe vel fieri a fortuna vel a caſu. quia ſi quis eat ad forū gratia emendi et emendo inueniat amicū talis inuentio amici habet cauſaȝ determinatā ſcȝ volūtatem emendi. ergo talis inuentio non eſt caſualis vel fortuna. et per cōſequēs nec aliquid aliud fit a caſu vel a fortuna. 2º arguūt ex teſtimonio antiquorū phōrum. qꝛ nullus determinans de cauſis generationis rerū naturalium determinat de caſu vel fortuna. ſi tamē aliquid fieret a caſu vel a fortuna debuiſſent de his determinaſſe. Ad hanc tñ rōeȝ reſpōdet phūs ꝙ vere mirabile eſt ꝙ nullus antiquoꝝ fecit mēſionem de caſu vel fortuna. nam ipſi antiqui putauerūt caſum vel fortunā eſſe vel non eſſe. Si primū tunc debuiſſent de ipſis tractatum feciſſe. Si ſecundū tunc debuiſſent oſtendiſſe caſum et fortunā non eſſe. et preſertim cum aliqua apud eos dicerent fieri a caſu vel a fortuna et aliqua non. et ita etiā ſi crediderunt caſum et fortunaȝ nihil eſſe debuiſſent aſſignare cauſaȝ quare aliqua non dicuntur eſſe vel fieri a fortuna vel a caſu. nā Empedocles poſuit a caſu eſſe ꝙ aer huius mundi ſit congregatus in loco in quo eſt et etiā dicebat partes animalium caſualiter vel fortuite ita eſſe vel fieri ſicut nunc ſunt. Dicebat etiam ꝙ fuerunt aliquando capita ſine ceruice. ſic ergo Empedocles debuiſſet feciſſe menſioneȝ de caſu et fortuna. Secunda opinio fuit quorūdā dicentiū caſum et fortuna eſſe in celeſtibus et non in illis inferioribus. et mouebantur ex hoc ꝙ dicebant ortus et occaſus retrogradationes et directiones planetarum et ita ſimiliter eclipſim ſolis et lune non ſimiliter fieri in omni tempore. ſed econtrario videbant in illis inferioribus ꝙ non ex quocūqȝ ſemine fit quodcūqȝ animal indifferenter. ſed ex determinato ſemine fit determinatū animal. Sed contra hāc opinionē dicit phūs ꝙ non poteſt habere veritatem. quia corpora celeſtia ſunt digniora et nature permanentioris ꝙ̄ inferiora corruptibilia.

Tertia opinio fuit aliorum dicentium ꝙ fortuna eſt quedā cauſa diuina immanifeſta intellectui humano in cuius poteſtate ē felicitas. ymaginantes ꝙ fortuna eſt quoddā diuinū numen cui templum ſtatuerunt et ydolum depictum in quadam rota propter volubilitatem ipſius fortune. quod quidē ydolū erat cecū propter improuidentiā fortuitorum. et erat pro vna parte albū propter fortuniū et alia parte nigrum propter infortunium. Sed hec opinio ficta eſt nec eiꝰ improbatio ad naturalē pertinet. ſed magis ad methaphiſicum. Fuerunt aūt aliqui qui poſuerunt fatum impedire aliquid fieri caſualiter et fortuite. et de hoc poſtea videbitur.

**Sciendum eſt tertio.** ꝙ Ut vult Auicenna omne quod fit poteſt ad duplicem cauſam cōparari. ſcilicet ad particularem et proximā. et ad cauſā vniuerſalem. Si aūt cōparetur ad cauſam vniuerſalē tunc nihil fit caſualiter aut fortuite. Sed ſi comparetur ad particularem poteſt aliquid fieri caſualiter et fortuite. et ratio huius eſt. qꝛ cū cauſa vniuerſalis habeat fineȝ vniuerſaliorem ꝙ̄ cā particularis aliquid bene cadit ſub ordinatione et intentione cauſe vniuerſalis quod tamē eſt preter ordinem cauſe particularis. et ideo aliquis effectus in ordine ad cām particularē poteſt eſſe caſualis vel fortuitus qui tamen in ordine ad cauſam vniuerſalem eſt per ſe intentus. et ita in ordine ad primā cauſaȝ que ē vniuerſaliſſima nihil eſt caſuale vel fortuitū. quia cū eſſe quod eſt vniuerſaliſſimū ſit effectus cauſe prime proportionatus quod aliquo mō participat eſſe cadit ſub ordine prime cauſe. et quo ad hoc ponit Auicēna conueniens exemplū vt ſi aliquis paterfamilias habens multa pecora ſciat ea in aliquaȝ foueā cecidiſſe et per diuerſas vias dirigat duos ſeruos ſuos ad foueam illā ipſis ſeruis ignorātibus illa pecora in foueā cecidiſſe. tunc ꝙ ſe inuicem in illo loco inueniant et pecora de illa fouea ſimul trahant hoc eſt fortuitum in ordine ad illos ſeruos quorum neuter hoc intendebat. et tñ





eſt per ſe intentum in ordine ad patremfamilias qui hoc intendebat. et ita proportionabiliter eſt in naturalibꝰ ꝙ aliquis effectus productus ab aliqua cauſa particulari poteſt eſſe preter intentionē cauſe particularis. et tamen cadit ſub ordine et intentione cauſe vniuerſalis.

**Concluſio prima et reſponſiua ad queſitū.** Aliquid eſt a caſu et a fortuna Patet rōe pōi. qꝛ ſicut eſt in arte ita eſt in natura. ſed in arte puta in arte ſcribendi aliquid accidit quādoqȝ preter intētionē ſcribentis. puta infiguratio vel protractio alicuius littere que nō intendit̄. aut etiā macula aut aliquid hmōi hoc aūt dicitur euenire preter intentionē nature vt ſextus digitꝰ in vna manu vel aliquid hmōi Quomō autē differāt caſus et fortuna et quid ſint et ad quā cauſaȝ reducant̄ poſtea videbit̄.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primā dicit̄ ꝙ Plato per cām legitimaȝ intelligebat proportionatā effectui. ita ꝙ vnicuiqȝ competit vna cauſa proportionata. vt effectui per accidēs vna cā per accidēs. et effectui fortuito cauſa fortuita. et ſic de aliis. vel poteſt dici ꝙ omē quod eſt habet cauſaȝ legitimā et per ſe. ſcilicet cauſam vniuerſalem reſpectu cuius nichil dicit̄ fortuitū eo ꝙ nihil ē quod cauſalitatē eius ſubterfugere poſſit. Ad ſecūdam diſtinguit Albertus de vere vel qꝛ dicit veritatē cauſe. ſecūdū quē modū cauſa per ſe ordinata ad aliquē effectum diceretur vera cauſa ad ſuum effectum. et tunc falſum ē quod aſſumitur. vel li vere dicit proportionem cauſe ad effectum. et ſic verum eſt quod aſſumptū eſt. Ad tertiam cōcedit̄ ꝙ omnis cauſa per accidēs reducitur ad aliquā cauſam per ſe. non tamen efficit̄ cauſa per ſe reſpectu cuius erat cauſa per accidēs licet bene ſit cā per ſe reſpectu alicuius alterius Ad quartam dicit̄ ꝙ prima cauſa legitima omnium per regimen ſuum non imponit neceſſitatem cauſis particularibus quin poſſint īpediri a cōſecutione ſuorum finiū ad quos per ſe ordinantur. nā prima cauſa regit vnumquodqȝ ſecundū ſuaȝ naturā et ſecundū ſuum modum. attingit enim a fine vſqȝ ad finem et diſponit omnia ſuauiter

Ad quītā cōcedit̄ aſſumptū et negēt̄ ↄ̄ñtia et hoc capiendo conſequens in ſe et abſolute. qꝛ ſcientia dei non imponit rebus neceſſitatē eo ꝙ non tollit proprios modos reruȝ ymo cognoſcit res euenire ſecunduȝ ſuos proprios modos et ſcit neceſſarios effectus neceſſario euenire. et cōtingenter euenire. Ad ſextam que eſt ratio Auicenne cōcedat̄ aſſumptuȝ pro prima parte. et negetur pro ſecunda. nam duplex eſt finis. ſcilicȝ intentiōis agētis. et finis actionis et operis. nā aliter actio terminatur ad aliquē finem qui nō intendit̄ ab agente. ſi ergo finis intentionis agētis et finis actionis et operis poteſt eſſe caſualis vel fortuitus. ſed non intentus finis. Ad vltimā que eſt etiā ratio Auicenne neget̄ aſſūptū nam in agentibus ſecundū propoſitum agens facit ꝙ aliquis ſit finis per ſe ſue operationis per hoc ꝙ intendit talem finem quē ſi non intendat ex ſua operatione ſequet̄ caſuale et fortuitum. Et hec de iſto capitulo.

**Queritur nono.** Utrum Caſus et fortuna reperiantur in cōtingenti ad vtrumlibet. Arguit̄ ꝙ ſic rationibus Auicēne qui hoc tenuit. Prima eſt illa que ſubſunt voluntati noſtre que libera eſt ſunt contingētia ad vtrumlibet vt ambulare et non ambulare. ſed in illis aliquid accidit preter intentionē agētis per intellectum et voluntatem. mō quod ſic accidit dicitur caſuale vel fortuitū. ergo in cōtingenti ad vtrumlibet aliquid fit a caſu vel a fortuna. Secunda eſt quia niſi ſic Ariſtoteles in diffinitione fortune debuiſſet excludere cōtigēs ad vtrumlibet. ſed hoc non facit ſed excludūtur ea que ſemper aut frequēter fiunt vt pȝ in diffinitione fortune. ergo in cōtingēti ad vtrumlibet reperiunt̄ caſus et fortuna. Ad oppoſitum arguit̄ rōe cōmentatoris tenētis partē negatiuam ſic. caſus et fortuna reducunt̄ ad cauſas agentes que ſunt principia vnde motus vt habetur in textu. ſed quādiu agēs eſt indifferens ad agere et nō agere non agit. alias ſimul ageret et nō ageret. gº caſus et fortuna non repiunt̄ in ↄtingēti ad vtrumlibet. nam ſi agens exiſtens in indifferentia ad vtrumlibet agat neceſſe eſt ipm agere oppoſita quod eſt abſurdū. igitur. Pro reſponſione ad queſitum.

**Sciēduȝ ē primo** ꝙ Eoruȝ que fiunt quedam fiunt ſemper vno et eodem modo. vt ſunt illa que fiūt a determiata cauſa et neceſſaria non habente aliquod contrariū per quod aliquomō poſſit impediri vt cōſequatur ſuum effectū. cuiuſmōi ſunt ortus et occaſus motus aſtrorum et generaliter omnia que in celeſtibus eueniunt. Alia ſunt que frequenter vno et eodē modo fiunt. non tamen ſemper vt ſunt illa que habent cauſam per ſe determinatam et ordinatam ad certū effectū. non tamen habent cām neceſſariam et immutabilē. qꝛ illa cauſa per ſuū contrariū quādoqȝ impediri poteſt ne cōſequatur effectū ad quē per ſe ordinatur. Poteſt etiaȝ quādoqȝ eſſe impedimētuȝ ex diſpoſitione materie que non eſt diſpoſita ad ſuſtinēduȝ actum agentis. et talia que fiunt frequenter vt ſunt effectus naturales regulantur ab his que fiunt ſemper. quia tamen habent materiā priuationi et contrarietati admixtam. ideo non totaliter

obedıunt ſue regule. Sed quandoqꝫ propter in diſpoſitionem materie in contrariū no inſequū tur ſuam regulā. vt hominem fieri cū quinqꝫ di gitis in vna manu frequenter fit. Et generaliter omnes effectus naturales frequenter vno et eo dem eueniunt. non tamen ſemper. et in hoc con ueniunt ōnes peripatetici ꝙ in illis duobus ſcꝫ in hiis que eueniūt ſemper et frequenter nō repe riuntur caſus et fortuna. ita ꝙ effectus veniens vel ſemper vel frequenter non ſit caſualis et for tuitus. Sed preter iſta quedā ſunt que raro ſiue vt in paucioribus eueniunt vt ſunt illa que nō habent cauſas per ſe determinatas ſiue ordina tas ad ipſos effectus. ſed per accidens et preter intentionem agentis illi effectus raro euenīētes terminant actionē agentis. ⁊ ita differūt ab illis qui frequenter eueniunt. et ꝗtum ad iſta cōue niunt etiā omnes peripatetici ꝙ fiunt a caſu vel a fortuna. nam contingens vt in paucioribus ſiue raro dicitur in ordine ad cauſam efficientē quia omīs cauſa efficiēs eſt per ſe ordinata ad aliquē effectū. et ideo raro eſt et per accidēs ꝙ alius effectus ꝗ ille ad quē per ſe eſt ordinata illa cauſa conſequatur ex ſua operatione. et ita contingens raro reducitur ad cauſam efficientē vt poſtea patebit. Sed aliud eſt contingens ad vtrumlibet quod equaliter ſe habet ad eſſe et nō eſſe. ſicut quātum eſt ex parte ſui indifferens eſt ad eſſe et non eſſe. Eſt ergo controuerſia inter Auicennam et Auerroim. Utrū in contingenti ad vtrūlibet reperiat̄ caſus et fortuna.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Auicenna et ſui ſequaces tenent ꝙ ſic et diſtin gunt de duplici contingenti ad vtrūlꝫ. nā quod dam eſt quod fundat̄ et radicatur in materia ꝗ quantuꝫ eſt de ſe indifferenter ſe habet ad hanc formā vel ad aliā et ad eſſe et nō eſſe alicuius effectus. ſed magis determinat̄ ad vnum ꝗ ad aliud per actionē agentis naturalis. et ideo in tali contingenti ad vtrumlibet nō reperiuntur caſus et fortuna. vt dicunt. Aliud eſt contin gens ad vtrūlibet quod reducit̄ ad voluntatē. quia eſt indifferens ad operari vel non opari hoc vel hoc. illomodo vel hoc mō. et in tali cō tingenti quod ſubicit̄ libertati volūtatis noſtre quandoqꝫ accidunt caſus et fortuna. vt dicūt nam illud quod eſt intentum a voluntate poſt ꝗ ſe determinauit ad vnum effectum. puta ad ambulandū illi ambulationi poteſt aliquid ac cidere indifferens ad vtrūlibet. ſicut inuentio a mici vel aliquid hmōi. nam omnes cōcedunt ꝙ ē aliquod contingens ad vtrūlibet: vel ergo illud fit a cauſa per ſe. vel a cauſa per accidens Non a cauſa per ſe. quia illa que per ſe fiūt eue niunt ſemper vel frequenter. oportet ergo ꝙ cō tingens ad vtrūlibet habeat cauſaꝫ per accidēs et per conſequens ꝙ fiat caſualiter vel fortuite. Et eſt poſitio Auicenne in iſta materia. Sed tenendo partē cōmentatoris poteſt dici ꝙ illud quod accidit in operatione voluntatis non eſt contingens ad vtrūlibet. manifeſtū eſt enim ꝙ ꝗdiu voluntas eſt indeterminata non agit. ſed anteꝗ agat oportet ꝙ ſe determiauerit ad vnū et illud quod intenditur a voluntate euenit vt frequenter. Si aūt aliquid aliud accidat pre ter intētionē voluntatis euenit vt in paucioribꝰ et non eſt indifferens ad vtrūlibet. ſed magis ſe habet ad non eſſe ꝗ ad eſſe. Et ſecundū iſtam opinionem ponitur.

## Concluſio reſponſalis Cum

commentatore et pluribus aliis. Caſus et for tuna ſolum reperiuntur in contingenti raro. ita ꝙ ille effectus dicitur caſualis quando raro e uenit et non inuenit̄ in contingenti ad vtrumlꝫ

Iſtam concluſionē probat rō cōmentatoris facta poſt oppoſitū. Probatur aliunde. caſus et fortuna reducunt̄ ad cauſas agentes. ſed conti gens ad vtrūlibet reducitur ad materiam et nō ad cauſaꝫ efficientem. igit̄ caſus et fortuna non reperiuntur in contingenti ad vtrumlibet. nam pluuia ꝗtum eſt ex parte materie eſt contingēs ad vtrumlꝫ. qꝛ eſt indifferens ad eſſe et ad non eſſe. ſed pluuia in hyeme magis ſe habet ad eē ꝗ ad non eſſe. et hoc eſt ex parte efficientis. Sꝫ pluuia in eſtate magis ſe habet ad non eſſe ꝗ ad eſſe. Ubi etiā Ariſtoteles exemplificat de ca ſu ⁊ fortuna ponit exemplū in contingēti raro. et non in contingenti ad vtrumlibet. et tenendo iſtam opinionē poſſunt ſolui rationes ante oꝰ.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicit̄ ꝙ in hiis que ſubſunt liber tati voluntatis noſtre ꝗ diu ipſa eſt indifferens ad vtrumlꝫ ipſa non agit preter intentionem vo luntatis. quia voluntas non mouet ad aliquid fugiendū vel proſequēdū ꝗdiu eſt in illa diffe rentia ſe habens ad vtrūlibet. ſed poſtꝗ volū tas ſe determinat nihil euenit per actionē volun tatis niſi vt frequenter vel raro. nā illud quod eſt intentum a voluntate euenit vt frequenter quicquid aūt euenit preter intentionē volūta tis euenit vt in paucioribus. Ad tertiā dicit̄ ꝙ ſatis excluditur contingens ad vtrumlꝫ prop ter hoc ꝙ in diffinitionibus caſus et fortune po nitur ꝙ ſunt cauſe agentes. Ratio facta poſt oppoſitum eſt pro concluſione. Sequitur textus.

## Queritur Decimo. Utrum

Caſus et fortuna contingant in hiis que fiunt propter finem. Arguitur primo ꝙ non. quia caſus et fortuna ſunt cauſe per accidēs. ſꝫ cauſa agētis propter finem determinatū eſt cauſa ꝑ ſe igitur caſus et fortuna non contingunt in hiis que fiunt propter finem. Ad oppoſitum eſt phūs in 2º ca. huius tractatus. Pro. R.





## Sciendum ē primo ꝙ philo

ſophus volens inueſtigare diffinitionē fortune ponit tres diuiſiones que ſumuntur ex parte ef fectuū. et vnam q ſumitur ex parte cauſe. Eſt igit̄ prima diuiſio ꝙ eorū q fiunt. quedā fiunt ſemꝑ vt ſunt motus aſtrorū. quedā vero fiunt vt fre quenter. ſicut homo naſcitur frequēter cū quīqꝫ digitis in vna manu et neutrū fit a caſu vel a fortuna. Sed preter hec quedā fiunt in paucio ribus ſicut ꝙ homo naſcatur cum ſex digitis vel ſine oculis. ⁊ omnia hmōi dicuntur fieri a for tuna. Ex quo infert phūs contra primā opi nionē de fortuna ꝙ fortuna aliquid eſt. Patet quia eſſe a fortuna et eſſe vt in paucioribus cō uertūt̄. imo manifeſtū eſt aliquid fieri vt in pau cioribus. ideo aliqua fiunt a fortuna. Et ſi ar guatur contra hāc diuiſionē. qꝛ Ariſtoteles di miſit ea que eueniunt ad vtrumlꝫ que medioꝰ ſe habent inter ea que fiunt frequenter et raro. igitur diuiſio eſt inſufficiēs. Patet ſolutio ex dic tis in precedēti queſtione. Dictū eſt enīꝫ ꝙ nihil euenit ad vtrumlꝫ. Secunda diuiſio eorū que fiunt quedā fiunt propter fineꝫ deteriatum quedā vero non. Sed cōtra iſtā diuiſionem ar gueret aliquis. qꝛ oē agens agit propter finem ſuum ſiue agat per naturā ſua ſiue per intelec tum. Ad hoc reſpōdet̄ ꝙ Ariſtoteles dicit non propter finem fieri illa que non fiunt prop ter finē deliberatū. ſicut cōfricatio barbe vel ali quid hmōi quod aliquādo abſqꝫ deliberatiōe ſed ſola ymaginatione mouente fiet. ideo non habent finē deliberatum. ſed ſolū ymaginatum Uel reſpōdet̄ aliter ꝙ phūs dicit nō ꝓpter finē fieri ea que propter ſe fiunt et non ꝓpter aliud ꝑ ꝗto in ſeipſis habent honeſtatē vel delectationē propter quā ſecundū ſe ipſa placent et non ordi nantur ad aliū finē. Tertia diuiſio eſt eorū que fiunt propter finē determinatū quedā fiūt ab agente ſecundū propoſitū quod eſt agens ꝑ intellectū et voluntatē. alia vero fiunt a natura ſicut ab agente naturali comprehendendo ſub illo omne illud quod agit mō nature ſcilꝫ non deliberando. et ſic ſub natura cōprehēditur aīa vegetatiua et aīa ſenſitiua in brutis. Ex qꝰ patet ꝙ iſte tres diuiſiones precedentes ſe inui ceꝫ includunt. nam illa que fiunt a propoſito vel a natura fiunt propter finē. ⁊ ea que fiunt ꝓpter finem fiunt ſemꝑ et aut frequenter. Quarta diuiſio que ſumitur ex parte cauſe eſt ꝙ cauſarū quedā ſunt per ſe. et quedā per accidēs. ſicut do mificator eſt per ſe cauſa domus. ſed albū mu ſicum eſt cauſa per accidens. Pro quo.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Dupliciter dicitur cauſa per accidens. Uno mō ex parte cauſe per ſe et non eſt de ratione illius reſpectu cuius dicitur cauſa per accidens. vt pꝫ in exemplo tradito. Aliomo dicitur cauſa per accidens ex parte effectus quando ſcilicet ali quid accidentaliter coniungitur effectui per ſe vt ſi diceret̄ ꝙ edificator eſt cauſa diſcordie. quia ꝑ domo facta accidit diſcordia. Et hoc mō caſus et fortuna dicuntur cauſe per accidēs. et non ꝑꝰ modo proꝗto. ſcilꝫ effectui per ſe coniungit̄ ali quid per accidens. vt ſi quis fodiat ſepulcrum foſſio ſepulcri eſt per ſe intenta. et ſi per accidēs iungat̄ inuentio theſauri in terra tunc fodiens ſepulcrū eſt cauſa per accidēs et fortuita inuen tionis theſauri.

## Sciēduꝫ eſt tertio. ꝙ Sicut

effectus per ſe cauſe naturalis eſt qui ſequitur ſecundū exigentiā ſue forme. ita effectus per ſe cauſe agētis ſecundū propoſitū eſt qui coſequit̄ ex intentione agētis. et quicquid euenit ꝑter in tentionem agentis eſt ꝑ accidēs. Et hoc intelli gendū eſt ꝙ ſi illud quod eſt preter intentionem raro et in paucioribus adiungatur effectui per ſe intento. nam ſi aliquid ſemꝑ aut frequenter adiūgatur alicui effectui per ſe intento tunc ca dit ſub eadē intentione cum illo effectu tantum eſt enim dicere ꝙ aliquis intendat aliquē effec tum et ignoret illud quod vt ſemꝑ vel frequen ter adiungitur tali effectui. ſicut ſi aliquis velit laborare in caloribus et non velit ſudare.

## Sciēduꝫ eſt quarto. ꝙ Dif

ferentia eſt inter cauſam per ſe et cauſam per ac cidens. quia cauſa per ſe eſt finita et determinata eo ꝙ omnis cauſa per ſe agit ſecūdū vnaꝫ deter minatā formaꝫ vel naturalē ſi ſit cauſa natura lis. vel intellectualē ſi ſit cauſa agens ſecundū propoſitū. Sed cauſa per accidēs eſt infinita et indetermiata eo ꝙ infinita ſūt que vni accidūt vel accidere poſſunt. modo quicquid accidit cāe per ſe et non eſt de ratione eius eſt cauſa per ac cidens reſpectu cāe per ſe. Ex iſtis diuiſionibus concludit phūs diffinitionē fortune. dicens ꝙ fortuna eſt cauſa per accidēs in hiis que fiunt ſecundū propoſitū propter finem in minori pte. vel diceret ꝙ fortuna eſt cauſa per accidēs in cō tingentibus que fiunt in minori parte ſecundū propoſitū eorū que fiunt propter aliquid. id eſt propter aliquē finē. Ex quo infert phūs ꝙ for tuna ⁊ intellectus circa idē verſantur. quia illis contingit agere a fortuna que agunt ſecundum propoſitū. propoſitū aūt ſiue volūtas nunꝗ eſt ſine intellectu. et ꝗuis ſolum ea que habent in tellectum agant a fortuna. tamen ꝗto aliquid

ſubiacet intellectui tanto minus ſubicitur fortu-
ne. Ex quo poteſt inferri ꝙ intellectui diuino
qui omnia nouit non ſubeſt fortuna.

## Sciendum eſt quinto. ꝙ ex

diffinitione fortune inueſtigata phũs infert ra-
tiones eorum que dicuntur a fortuna in 3º ca-
piculis tractatus. Et primo aſſignat rõem. qua
re fortuna dicat̃ cauſa imanifeſta. nam hec ē rõ
quia fortuna eſt cauſa per accidens. vt dictũ eſt
prius. mõ infinita ſunt que vni accidere poſſũt
Et ideo fortuna conuenienter dicitur cauſa incer
ta et immanifeſta intellectui humano. eo ꝙ in-
finitũ eſt nobis ignotũ et ſecundũ hoc aliquid
veritatis continebat ſecũda opinio antiquoꝝ
Et propter hoc de his que fiunt a fortuna
non eſt ſcientia. quia non habet cauſam per
ſe et determinatam. ſed per accidens que eſt in
finita et indeterminata ſiue immanifeſta. vt ſi
quis vadens ad villã non intẽdens inuenire a
micã inueniat. ille effectus qui eſt inuentio ami
ce non habet cauſam certam et determinatã. ſʒ
poterat habere cauſas infinitas. quia infinita
mouent ipm ad eundũ ad villam ſine eo ꝙ in-
tenderet inuenire amicam quorũ quodlibet po
terat eſſe cauſa per accidens inuentionis amice
Patet igit̃ ꝙ fortuna eſt cauſa incerta et imma-
nifeſta. Sed eſt hic notandũ ꝙ adhoc ꝙ a-
liqua cauſa per accidens dicatur fortuna reſpec
tu alicuius effectus oportet ꝙ operetur ad eſſe
talis effectus. ita ꝙ ſi non eſſet talis cauſa non
eſſet talis effectus. ideo ꝗuis albũ et muſicum
dicatur cauſa per accidens domus. non tamen
poſſẽt dici caſus et fortuna.

## Sciendũ eſt vlterius ꝙ poſ

ſibile eſt aliquid quod eſt natum eſſe cauſa ꝑ ſe
alicuius effectus poſſe eſſe cauſa fortuita illius
effectus. Exemplũ vt ſi aliquis indigens eua-
cuatione a colera capiat medicinã ad hoc ordi-
natam puta ſcamoneã. et ignorans virtutẽ ſca-
monee non intẽdens propter hoc euacuari. tunc
ꝙ talis euacuetur et ſanetur hoc eſt a fortuna. ⁊
tamen ſi hoc intentione feciſſet fuiſſet per ſe cau
ſa ſanitatis cum ſcamonea ſit per ſe purgatio co
lere. Ex diffinitione fortũe patet ꝙ prima opinio
que dicit fortunam nihil eſſe aliquid continet
veritatis. eo ꝙ fortuna nihil eſt ſimpliciter et per
ſe ſed tantum per accidens et ſecundũ quid eſt
aliquid. Vlterius ex diffinitione fortũe põt
aſſignari cauſa vulgariter quare fortuna dicat̃
eſſe ſine ratione. quia ſcilicet rationẽ aſſignare
non poſſumus niſi de his que fiunt ſemper vel
frequenter. modo ea que fiunt a fortuna non
fiunt ſemper aut frequenter. ideo fortuna cõue-
nienter dicitur eſſe ſine ratione.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ

Phũs etiã aſſignat diuiſionẽ fortune ĩ bonam
et malam. nã cũ fortuna ſit circa q̃ eſt intellectus
practicus et voluntas et hmõi. illa que vitam
humanã concernunt cuiuſmodi ſunt proſpera
et aduerſa circa operationes humanas et bona
temporalia. ideo conuenienter diuiditur fortu-
na in bonam et malam. et infortuniũ et heufor-
tuniũ. vt fortuna dicatur bona quando aliqđ
bonum euenit alicui preter intentionem eius. et
mala quando malũ. ſed quia bona et mala ñ
variant vitã niſi quãdo ſunt magna. ideo p-
prie non dicitur heufortuniũ contingere homĩ
niſi aliquod bonũ cum magnitudine eueniat.
Nec dicitur infortuniũ niſi aliquod malum cũ
magnitudine eueniat. et quia priuari malo bo-
num eſt. et priuari bono malum eſt. ideo tunc
dicitur contingere id eſt bene euenire homini
quando bonum preter intentionẽ ſibi euenit.
Sed etiam quando priuatur preter intentionẽ
aliquo magno malo quod eſt prope. et eodem
modo non ſolum dicitur homini contingere. id
eſt male euenire quando magnũ malũ ſibi eue
nit. ymo etiã quia priuatur aliquo magno bo-
no preter intentionẽ quod prope eſt. Illud autẽ
quod prope eſt nihil aut parum diſtare videtur
Ex iſtis ſequitur ꝙ ſicut fortuna eſt incerta.
ita ſimiliter infortuniũ et heufortunium. eo ꝙ
ſunt extra ſemper et frequenter.

## Concluſio reſponſiua ad .q.

Caſus et fortuna contingenter eueniunt in his
que fiunt ſecundum propoſitũ. aut in his ſecũ
dum naturã. ſed tam natura ꝗ̃ agens ſecundũ
propoſitũ agunt propter finem vt poſtea pate-
bit. ergo concluſio vera. Item omnis effec-
tus fortuitus ſequit̃ ex duobus per ſe intentis.
ſiue illa duo per ſe intenta ſint a duobus agen-
tibus ſecundũ propoſitum ſiue vnũ ſit intentũ
ab agente ſecundũ ꝑpoſitum et reliquum a na-
tura. ergo cõcluſio vera. Aſſumptũ pʒ per exem
plum. nam ſi quis fodiat ſepulcrum vt aliquis
inhumetur et virtus mineralis produxit theſau
rum in illo ſepulcro ⁊ fodiẽs ſepulcrum inuenit
theſaurum. mõ inuentio ſequitur ad duo per ſe
intenta. ſcilicet ad foſſionẽ ſepulcri. et productio
nem theſauri. quorũ vnum eſt intentũ ab agen
te ſecundum propoſitũ ſcilicet foſſio ſepulcri. et
reliquũ a natura. vt productio theſauri. Si ve-
ro theſaurus fuerit ab aliquo homine ibidẽ ab
ſconditus. tunc inuentio caſualis et fortuita ſe
quitur ad duo per ſe intenta ab agentibus ſecũ
dum propoſitũ. ſicut ſi duo amici veniant ad
forum non intendentes ſe inuenire. ſed aliquid
aliud. circa quod ſe inueniant eſt fortuna. et ſe-
quitur ad duo per ſe intenta a duobus agẽtibʒ
ſecundum propoſitum proqʒ que mouebantur
ire ad forum.





## Ad rationes ante oppoſitũ

Ad primã dicitur ꝙ cauſa agens propter finẽ
debitum dicitur cauſa per ſe in cõparatione ad
ſecundum quẽ intendit. et ſi ex operatione ſua ſe
quatur aliquis effectus quem non intendit aut
ad quem ñ eſt ordinatio in natura naturaliter.
tunc illa eadem cauſa dicitur cauſa per accidẽs
et fortuita reſpectu illius finis non intenti et nũ
ꝗ̃ diceretur cauſa per accidens reſpectu finis nõ
intenti niſi per ſe intenderet aliquẽ finem. quia
nihil poteſt dici cauſa per accidẽs niſi in ordine
ad cauſam per ſe. eo ꝙ omne per accidẽs reduci
tur ad per ſe. patet hoc ꝙ eadem eſt cauſa in or
dine ad diuerſos effectus et cauſa per ſe et per
accidens. Sequitur textus.

## Queritur vndecimo. Vtrũ

Fatum ſit in rebus creatis imponens eis neceſ
ſitatem. Arguitur primo cõtra ſuppoſitum
auctoritate gregorii dicentis abſit a mentibus
fidelium vt fatum aliquid eſſe dicant. 2º ſic
ea que fato aguntur non ſunt improuiſa. quia
vt ait Auguſtinus fatum dicimus a fando dic
tum. dicimus enim ea que ſunt ab aliquo prelo
cuta non ſunt fortuita nec caſualia. ergo ſi res
fato agerentur tolleretur caſus ⁊ fortuna hoc aũt
fieri non poteſt. ergo fatũ non eſt. Deinde ar
guitur contra primã partẽ queſiti. primo ſic ipſa
dei voluntas fatum appellatur. vt habet Au-
guſtinus. talis aũt voluntas non eſt in rebus
creatis. ſed in deo. ergo fatum non eſt in rebus
creatis. 2º arguit̃ ſic. ſi fatum eſſet in rebus
creatis eſſet ſubſtantia vel accidens. et quocũqʒ
dicat̃ oʒ ipm multiplicari. ad multiplicationẽ
rerum creatarũ. cum ergo fatũ dicatur eſſe vnũ
ſequitur ꝙ non eſt in rebus creatis. 3º ſic. ſi
ſit fatum eſſet mobile vel immobile. non primũ
quia dicit boetius ꝙ fatum eſt immobilis diſ-
poſitio. nec ſecundũ quia motis rebus mouent̃
que in eis ſunt. Vltimo ſic contra vltimam
particulã queſiti. quia fatum eſt immobilis diſ
poſitio. ergo ea que fato ſubduntur immobi-
liter et ex neceſſitate eueniunt quare imponit re
bus neceſſitatem. Ad oppoſitum pro vtraqʒ
parte eſt Boetius et omnes peripatetici qui na-
turam fati veraciter deſcribũt. Pro reſpõſiõe.

## Sciendum ē primo. ꝙ quia

omnes res ſunt in diſpoſitione diuina propter
hoc poete ymaginati ſunt ꝙ diuina diſpoſitio
et futurorũ determinata ſeries eſſet fatum. quã
quidẽ diſpoſitionem dixerunt omnino eſſe im-
mobilem et neceſſitatem rebus imponere. ideo
dicit poeta loquens de fatis volentẽ nolentẽqʒ
trahũt. et alibi dicit. Te tua fata trahũt ne ſecta
relinquere poſſis. et ex eadem radice aliqui anti
qui poſuerunt deas fatales quas vocauerunt
parcas a parco parcis per contrariũ. quia nulli
parcunt. et iſte dee ſecundum eos erant tres.
Prima dicebatur cloto. Secunda lacheſis. et
tertia antropos. prima portat futura ꝯtingẽtia
Secunda protrahit ad hoc ꝙ ponantur in pre-
ſenti. et tertia diſtribuit in preterito. et inde orta
eſt alia fatua opinio vetularum dicentiũ ꝙ iſte
dee fatales ſolebant hominibus apparere et da
bant omne tale ꝙ aliqualiter oppoſitum non
poterat contingere. Sed demones in effigie mu
lieris multis apparentes iſtam credulitatem ho
minibus dederunt. et oĩa iſta falſa ſunt et ficta

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Alii antiqui phĩ aliter de fato locuti ſunt. qui
dam enim dixerunt ꝙ fatum nihil aliud eſt quã
quedã connexio cauſarũ ſecundarũ dependẽs
ex prouidentia prime. Sed ſeneca vere dicit ꝙ
fatum eſt quedam neceſſitas omniũ operum et
actionũ quam nulla vis dirumpere poteſt. Sʒ
iſti in vera cognitione fati defecerunt. et ymagi
nati ſunt ipſam ſeriem fatalem oĩo eſſe immobi
lem. et ea que fato ſubduntur immobiliter eue-
nire. propter quod illis opinionibus dimiſſis
inſequendus eſt Boetius qui inter omnes ve
rius naturam fati declarauit in 4º de conſola
tione.

## Sciendũ eſt tertio ꝙ Quan

doqʒ contingit ꝙ aliquid relatũ ad cauſas in-
feriores dicitur eſſe caſuale et fortuitum quod
tamen relatum ad ſuperiorem cauſam inuenit̃
per ſe intentũ eſſe. ſicut exemplificatum eſt prius
de duobus ſeruis patriſfamilias. Fuerunt ergo
aliqui qui hmõi caſualia et fortuita que accu
dunt iſtis inferioribus in nullam ſuperiorẽ cãm
reducere voluerunt et iſti negauerunt fatum et
prouidentiam. Sed hec opinio manifeſte falſa
eſt. Alii reduxerunt ea in corpora celeſtia tanꝗ̃
in ſuperiorem et primã cauſã et ſecundũ illos
fatum nihil aliud eſt ꝗ̃ diſpoſitio ſyderũ. Sed
hec opinio ſtare non poteſt propter duo. Primũ
eſt quia actus humani non ſubduntur actioni
corporũ celeſtium niſi per accidens et indirecte.
Secundum eſt ꝗ̃tum ad omnia que agunt per
accidens. quia illud quod eſt per accidens non
eſt proprie ens quare non terminat actionem na
ture. Ideo dicendum ē ꝙ ea que hic aguntur ꝑ
accidens ſiue in rebus naturalibus ſiue in hu-
manis reducuntur in aliquam cauſam primam
que eſt prouidentia diuina. quia ſolus deus im
mutare poteſt voluntatem humanã. Ex iſtis
patet ꝙ omnia que hic aguntur diuine proui-
dentie ſubduntur tanꝗ̃ ab ea preordinata et ꝑ
locuta. ideo in eis fatum ponere poſſumus.

ſubiacet intellectui tanto minus ſubicitur fortune. Ex quo poteſt inferri ꝙ intellectui diuino qui omnia nouit non ſubeſt fortuna.

## Sciendum eſt quinto. ꝙ ex

diffinitione fortune inueſtigata phūs infert rationes eorum que dicuntur a fortuna in 3° capitulis tractatus. Et primo aſſignat rōem. quare fortuna dicit' cauſa imanifeſta. nam hec ē rō quia fortuna eſt cauſa per accidens. vt dictū eſt prius. mō infinita ſunt que vni accidere poſſūt Et ideo fortuna conueniēter dicitur cauſa incerta et immanifeſta intellectui humano. eo ꝙ infinitū eſt nobis ignotū et ſecundū hoc aliquid veritatis continebat ſecūda opinio antiquoꝝ. Et propter hoc de his que fiunt a fortuna non eſt ſcientia. quia non habet cauſam per ſe et determinatam. ſed per accidens que eſt infinita et indeterminata ſiue immanifeſta. vt ſi quis vadens ad villā non intēdens inuenire amicā inueniat. ille effectus qui eſt inuentio amice non habet cauſam certam et determinatā. ſʒ poterat habere cauſas infinitas. quia infinita mouent ipm ad eundū ad villam ſine eo ꝙ intenderet inuenire amicam quorū quodlibet poterat eſſe cauſa per accidens inuentionis amice Patet igit' ꝙ fortuna eſt cauſa incerta et immanifeſta. Sed eſt hic notandū ꝙ adhoc ꝙ aliqua cauſa per accidens dicatur fortuna reſpectu alicuius effectus oportet ꝙ operetur ad eſſe talis effectus. ita ꝙ ſi non eſſet talis cauſa non eſſet talis effectus. ideo ꝗuis albū et muſicum dicatur cauſa per accidens domus. non tamen poſſēt dici caſus et fortuna.

## Scienduʒ eſt vlterius ꝙ poſ

ſibile eſt aliquid quod eſt natum eſſe cauſa ꝑ ſe alicuius effectus poſſe eſſe cauſa fortuita illius effectus. Exemplū vt ſi aliquis indigens euacuatione a colera capiat medicinā ad hoc ordinatam puta ſcamoneā. et ignorans virtutē ſcamonee non intēdens propter hoc euacuari. tunc ꝙ talis euacuetur et ſanetur hoc eſt a fortuna. ⁊ tamen ſi hoc intentione feciſſet fuiſſet per ſe cauſa ſanitatis cum ſcamonea ſit per ſe purgatio colere. Ex diffinitione fortūe patet ꝙ prima opinio que dicit fortunam nihil eſſe aliquid continet veritatis. eo ꝙ fortuna nihil eſt ſimpliciter et per ſe ſed tantum per accidens et ſecundū quid eſt aliquid. Ulterius ex diffinitione fortūe pōt aſſignari cauſa vulgariter quare fortuna dicat' eſſe ſine ratione. quia ſcilicet rationē aſſignare non poſſumus niſi de his que fiunt ſemper vel frequenter. modo ea que fiunt a fortuna non fiunt ſemper aut frequenter. ideo fortuna cōuenienter dicitur eſſe ſine ratione.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ

Phūs etiā aſſignat diuiſionē fortune ī bonam et malam. nā cū fortuna ſit circa q̄ eſt intellectus practicus et voluntas et hmōi. illa que vitam humanā concernunt cuiuſmodi ſunt proſpera et aduerſa circa operationes humanas et bona temporalia. ideo conuenienter diuiditur fortuna in bonam et malam. et infortuniū et beūfortuniū. vt fortuna dicatur bona quando aliqd' bonum euenit alicui preter intentionem eius. et mala quando maluʒ. ſed quia bona et mala ñ variant vitaʒ niſi quādo ſunt magna. ideo ꝓprie non dicitur beūfortuniuʒ contingere homī niſi aliquod bonū cum magnitudine eueniat. Nec dicitur infortuniū niſi aliquod malum cuʒ magnitudine eueniat. et quia priuari malo bonum eſt. et priuari bono malum eſt. ideo tunc dicitur contingere id eſt bene euenire homini quando bonum preter intentionē ſibi euenit. Sed etiam quando priuatur preter intentionē aliquo magno malo quod eſt prope. et eodem modo non ſolum dicitur homini contingere. id eſt male euenire quando magnuʒ malū ſibi euenit. ymo etiā quia priuatur aliquo magno bono preter intentionē quod prope eſt. Illud autē quod prope eſt nihil aut parum diſtare videtur Ex iſtis ſequitur ꝙ ſicut fortuna eſt incerta. ita ſimiliter infortuniū et beūfortunium. eo ꝙ ſunt extra ſemper et frequenter.

## Concluſio reſponſiua ad q.

Caſus et fortuna contingenter eueniunt in his que fiunt ſecundum propoſitū. aut in his ſecūdum naturā. ſed tam natura ꝗ̄ agens ſecundū propoſitū agunt propter finem vt poſtea patebit. ergo concluſio vera. Item omnis effectus fortuitus ſequit' ex duobus per ſe intentis. ſiue illa duo per ſe intenta ſint a duobus agentibus ſecundū propoſitum ſiue vnū ſit intentū ab agente ſecundū ꝓpoſitum et reliquum a natura. ergo cōcluſio vera. Aſſumptū pʒ per exemplum. nam ſi quis fodiat ſepulcrum vt aliquis inhumetur et virtus mineralis produxit theſaurum in illo ſepulcro ⁊ fodiēs ſepulcrum inuenit theſaurum. mō inuentio ſequitur ad duo per ſe intenta. ſcilicet ad foſſionē ſepulcri. et productionem theſauri. quorū vnum eſt intentuʒ ab agente ſecundum propoſituʒ ſcilicet foſſio ſepulcri. et reliquū a natura. vt productio theſauri. Si vero theſaurus fuerit ab aliquo homine ibidē abſconditus. tunc inuentio caſualis et fortuita ſequitur ad duo per ſe intenta ab agentibus ſecūdum propoſituʒ. ſicut ſi duo amici veniant ad forum non intendentes ſe inuenire. ſed aliquid aliud. circa quod ſe inueniant eſt fortuna. et ſequitur ad duo per ſe intenta a duobus agētibʒ ſecundum propoſitum proquinque mouebantur ire ad forum.





## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ cauſa agens propter finē debitum dicitur cauſa per ſe in cōparatione ad ſecundum quē intendit. et ſi ex operatione ſua ſequatur aliquis effectus quem non intendit aut ad quem ñ eſt ordinatio in natura naturaliter. tunc illa eadem cauſa dicitur cauſa per accidēs et fortuita reſpectu illius finis non intenti et nū ꝗ̄ diceretur cauſa per accidens reſpectu finis nō intenti niſi per ſe intenderet aliquē finem. quia nihil poteſt dici cauſa per accidēs niſi in ordine ad cauſam per ſe. eo ꝙ omne per accidēs reducitur ad per ſe. patet hoc ꝙ eadem eſt cauſa in ordine ad diuerſos effectus et cauſa per ſe et per accidens. Sequitur textus.

## Queritur vndecimo. Utruʒ

Fatum ſit in rebus creatis imponens eis neceſſitatem. Arguitur primo cōtra ſuppoſitum auctoritate gregorii dicentis abſit a mentibus fidelium vt fatum aliquid eſſe dicant. 2° ſic ea que fato aguntur non ſunt improuiſa. quia vt ait Auguſtinus fatum dicimus a fando dictum. dicimus enim ea que ſunt ab aliquo predicta non ſunt fortuita nec caſualia. ergo ſi res fato ageretur tolleretur caſus ⁊ fortuna hoc aūt fieri non poteſt. ergo fatū non eſt. Deinde arguitur contra primā partē queſiti. primo ſic ipſa dei voluntas fatum appellatur. vt habet Auguſtinus. talis aūt voluntas non eſt in rebus creatis. ſed in deo. ergo fatum non eſt in rebus creatis. 2° argui' ſic. ſi fatum eſſet in rebus creatis eſſet ſubſtantia vel accidens. et quocūqʒ dicat' oʒ ipm multiplicari. ad multiplicationē rerum creatarū. cum ergo fatuʒ dicatur eſſe vnū ſequitur ꝙ non eſt in rebus creatis. 3° ſic. ſi ſit fatum eſſet mobile vel immobile. non primū quia dicit boetius ꝙ fatum eſt immobilis diſpoſitio. nec ſecundū quia motis rebus mouent' que in eis ſunt. Ultimo ſic contra vltimam particulā queſiti. quia fatum eſt immobilis diſpoſitio. ergo ea que fato ſubduntur immobiliter et ex neceſſitate eueniunt quare imponit rebus neceſſitatem. Ad oppoſitum pro vtraqʒ parte eſt Boetius et omnes peripatetici qui naturam fati veraciter deſcribūt. Pro reſpōſiōe.

## Sciendum ē primo. ꝙ quia

omnes res ſunt in diſpoſitione diuina propter hoc poete ymaginati ſunt ꝙ diuina diſpoſitio et futurorū determinata ſeries eſſet fatum. quā quidē diſpoſitionem dixerunt omnino eſſe immobilem et neceſſitatem rebus imponere. ideo dicit poeta loquens de fatis volentē nolentēqʒ trahūt. et alibi dicit. Te tua fata trahūt ne ſecta relinquere poſſis. et ex eadem radice aliqui antiqui poſuerunt deas fatales quas vocauerunt parcas a parco parcis per contrariū. quia nulli parcunt. et iſte dee ſecundum eos erant tres. Prima dicebatur cloto. Secunda lachefis. et tertia antropos. prima portat futura ꝯtingētia Secunda protrahit ad hoc ꝙ ponantur in preſenti. et tertia diſtribuit in preterito. et inde orta eſt alia fatua opinio vetularum dicentiū ꝙ ille dee fatales ſolebant hominibus apparere et dabant omne tale ꝙ aliqualiter oppoſitum non poterat contingere. Sed demones in effigie mulieris multis apparentes iſtam credulitatem hominibus dederunt. et oīa iſta falſa ſunt et ficta

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Alii antiqui phī aliter de fato locuti ſunt. quidam enim dixerunt ꝙ fatum nihil aliud eſt quā quedā connexio cauſarū ſecundaruʒ dependēs ex prouidentia prime. Sed ſeneca vere dicit ꝙ fatum eſt quedam neceſſitas omniū operum et actionū quam nulla vis dirumpere poteſt. Sʒ iſti in vera cognitione fati defecerunt. et ymaginati ſunt ipſam ſeriem fatalem oīo eſſe immobilem. et ea que fato ſubduntur immobiliter euenire. propter quod iſtis opinionibus dimiſſis inſequendus eſt Boetius qui inter omnes verius naturam fati declarauit in 4° de conſolatione.

## Scienduʒ eſt tertio ꝙ Quan

doqʒ contingit ꝙ aliquid relatū ad cauſas inferiores dicitur eſſe caſuale et fortuitum quod tamen relatum ad ſuperiorem cauſam inuenit' per ſe intentū eſſe. ſicut exemplificatum eſt prius de duobus ſeruis patrisfamilias. Fuerunt ergo aliqui qui hmōi caſualia et fortuita que accidunt iſtis inferioribus in nullam ſuperiorē cām reducere voluerunt et iſti negauerunt fatum et prouidentiam. Sed hec opinio manifeſte falſa eſt. Alii reduxerunt ea in corpora celeſtia tanꝗ̄ in ſuperiorem et primā cauſaʒ et ſecundū iſtos fatum nihil aliud eſt ꝗ̄ diſpoſitio ſyderū. Sed hec opinio ſtare non poteſt propter duo. Primū eſt quia actus humani non ſubduntur actioni corporū celeſtium niſi per accidens et indirecte. Secundum eſt ꝗ̄tum ad omnia que aguntur per accidens. quia illud quod eſt per accidens non eſt proprie ens quare non terminat actionem nature. Ideo dicendum ē ꝙ ea que hic aguntur ꝑ accidens ſiue in rebus naturalibus ſiue in humanis reducuntur in aliquam cauſam primam que eſt prouidentia diuina. quia ſolus deus immutare poteſt voluntatem humanaʒ. Ex iſtis patet ꝙ omnia que hic aguntur diuine prouidentie ſubduntur tanꝗ̄ ab ea preordinata vt ē locuta. ideo in eis fatum ponere poſſumus.

**Sciendum eſt quarto. ꝙ Di**
uina prouidentia ꝑ cauſas medias ſiue ſecūdas
ſuos effectus ꝯſequit᷑. pōt igitur ipſa ordinatio
cauſaꝝ mediaꝝ dupliciter conſiderari. Uno mō
ſecundū ꝙ eſt in ipſo deo. ⁊ ſic vocat᷑ prouidētia
Alio mō pōt ꝯſiderari ſꝫ ꝙ eſt in ipſis cauſis me
dijs a deo ordinatis in ſuis effectibus producen
dis. et ſic habet rationem fati. et ſic fatum eſt in
ipſis cauſis ſecundis inquantū ſunt ordinate a
deo ad effectus producēdos. Et quia talis ordi
natio cauſarum ſecundaꝝ nō habet rōem fati ni
ſi ſꝫ ꝙ dependet a deo. ideo poteſtas vel volūtas
dei cauſaliter pōt nominari fatum. eſſētialiter tū
fatum non eſt ipſa voluntas dei ſed eſt diſpoſitio
ſiue ordo cauſaꝝ naturaliū ad ſuos effectꝰ pro
ducēdos. qui quidem ordo eſt ſubiectiue in ipſis
cauſis ſecundis.

**Sciendum eſt vlterius ꝙ**
fatum a Boetio ſic diffinit᷑ Fatum eſt rebus mo
bilibus inherens diſpoſitio ꝑ quam diuina pro
uidentia ſuis queqꝫ nectit ordinibus. vnde ipſum
fatum poteſt dupliciter conſiderari. vno mō ꝑ reſpe
ctum ad ipſas cauſas ſecundas q̄ ſic ordinantur
⁊ diſponunt᷑ ad ſuos effectus ꝓducendos. et illo
mō fatum eſt mobile ſicut ipſe cauſe. et multipli
catur ad multitudinē hmōi cauſaꝝ. Alio mō pōt
cōſiderari ꝑ racōem ad principiū a quo dependꝫ
et ſic quandam immobilitatē ſortit᷑. non quidē ne
ceſſitatis ſed condicionate. ſꝫ ꝙ quem modum ſole
mus dicere hanc conditionalē eſſe veram. ſi deꝰ
p̄ſciuit hoc eſſe futuꝝ hoc erit. ideo dicit Boeci.
loquēs de fato ꝙ dicit᷑ ſeries cauſaꝝ ſecundarum
⁊ ſic patꝫ qualiter mobile eſt et qualiter imobile.
Et vt ſciat᷑ que ſubſunt fato et que non vt iā
dictum eſt. fatum eſt ordinatio cauſaꝝ ſecundaꝝ
ad effectus ſuos producendos. quecūqꝫ g° cau
ſis ſecundis ſubdunt᷑ illa fato ſubdunt᷑. ſed illa
que immediate fiunt a deo cum non ſubdantur
cauſis ſecundis nō ſubdunt᷑ fato. ſicut eſt creatio
rerum et talia hmōi. quia vt dicit Boetiꝰ ea que
ſunt propinqua per ſe diuinitati fatalis ordinis
mobilitatē excedunt. ex quo ſequitur quanto ali
quid longius a prima cauſa recedit tanto maio
ribus fati nexibus implicat᷑. quia magis ordina
tioni cauſarum ſecundarum ſubdit᷑. De quo dat
Boe. duo exempla. primum eſt de centro circuli ⁊
quō mobiliter ꝓcedit circūſtantia que velociter
mouet᷑. et quāto plus ab eo diſtat tāto velocius
mouet᷑. Secundum exemꝰ eſt de tempore quod a
nūc eternitatis ſimplici et immobili dependet ꝑ
cuius immobilitatem tempus aliquā firmitatem
ꝯtinuitatis accipit. Similiter eſt in productione
et conſeruacōe reꝝ quia niſi effectus ꝑfectiores
et particulares in motus elemētorum reducerent᷑
et motus elemētoꝝ in motus corporū celeſtium
et varii motus celeſtiū in primum motum et priꝰ
motus in prouidētiā primi motoris res cito peri
rent. ideo neceſſaria eſt illa ſeries ſecūdaꝝ cauſa
rum ad inuicem et ad ꝓuidentiā primi motoris
vt res in ordine ſuo ſaluent᷑. que ſeries fatum ap
pellat᷑ Ulterius patet ꝙ fatum differt a proui
dentia diuina quinqꝫ modis. primo quia tam
neceſſaria q̄ ꝯtingentia ſubſunt diuine prouidē
cie ⁊ ipſum fatum. ſed ſola mobilia ſubſunt fato.
Secundo quia res in deo exiſtentes ꝑ modum di
uine prouidencie ſunt ibi vnite ſimpliciter. ſed in
ſecundis cauſis que ſubſunt fato ſunt particula
riter et diuiſim. Tertio quia diuina prouidentia
eſt prima cauſa. ſed fatū eſt in cauſis ſecundis.
Quarta quia fatum ex diuina prouidētia tanq̄
ex cauſa dependet et non econtra. Quinto quia
prouidentia diuina habet racōem immobilis et
ſtabilis. ſed fatum cum ſit in rebus mobilibus
quodāmodo mobile eſt g° ⁊c. his notatis ſit iſta

**Concluſio prima. fatum eſt**
in rebus creatis. Probatur concluſio. quia dicit
Boetius fatum eſt rebus mobilibus inherens
diſpoſitio. res aūt mobiles ſunt res create. ergo
fatum eſt in rebus creatis.

**Concluſio ſecunda: Fatum**
non imponit rebus neceſſitatē. Patet. quia fa
tum mobile eſt ſaltem per accidens cum ſit in re
bus mobilibus. ergo non imponit eis neceſſita
te.n. Sed pro maiori noticia predictorum.

**Dubitatur primo Quarum**
cōtingentia rerum poteſt ſtare cū infallibilitate
diuine prouidentie. Hanc dubitationem ſoluit
Boetius quatuor declarando. Primum eſt ꝙ
deus habet ſcientiam rerū cōtingentium et non
opinionem. Secundū eſt ꝙ ex tali ſcientia infal
libili non tollatur rerum cōtingentia. Tertiū ē
ꝙ illud quod eſt in ſe cōtingens ſi referatur ad
diuinā ꝓuidentiā trahit ad ſe quandā necitatē
Quartū eſt ꝙ diuina prouidentia infallibilis
preuenit etiam mutabilitatem omnium rerum.

**Sciendum eſt vlterius. pro**
declaratione primi. Q2 preſcientia diuina et ꝓ
uidentia differunt. nam preſcientia eſt tam re
ſpectu finis q̄ reſpectu mediorum ad finem. Pro
uidentia ſolum eſt mediorum ad finem. Item
preſcia eſt in intellectu ſpeculatiuo. prouidentia
vero pertinet ad intellectū practicum

**Sciendum eſt Ultimo. ꝙ**
Modus cognoſcendi debet iudicari ex pte cog
noſcentis et non ex parte rei cognoſcibilis cum ⁊
deus ſit eternus et eternitate menſuretur. que
quidam eternitas ſimul permanens amplectit᷑
pſentialiter omnia que ipſi ſubduntur. ideo
contingentia q̄uis ſecundū ſuam naturam ſint
indeterminata et in eſſe ſuo futura. tamē in eter
nitate preſentia ſunt et ea deus preſentialiter vi
det. quare habet verā ſciētiā cōtingentium q̄
ſecundū ſe ſunt indeterminata. Secūdū declara
tur ſic. quia deus per ſuā ſcientiā non tollit pro
prios modos rerum. ſed contingentia videt cō
tingenter euenire et neceſſaria neceſſario. ideo a
rebus neceſſariis non tollit neceſſitatem nec a
contingentibus contingentiam. quod declarat
Boetius exemplo ſimili. nam vno et eodem in
tuitu aliquis homo poteſt videre hominem cur
rere et ſolē ecclipſari in celo vł oriri et tamen vi
det curſum hominis voluntarium. ortum vero
ſolis neceſſarium. nec propter ipſam viſionem tol
litur a curſu hominis contingentia nec ab ortu
ſolis neceſſitas. Tertiū declarat᷑. quia illud qđ
preſentialiter eſt quodāmodo neceſſarium eſt
ideo dicit phūs primo peryarmenias ꝙ omne
quod eſt quando eſt neceſſe eſt eē. futurum enim
contingens q̄uis ſecundum ſuam contingentiā
futurū ſit tamen relatū ad diuinā prouidentiam
preſentialiter ē quaſi quodāmodo neceſſariū. ⁊
illud declarat Boetius per vnum ſimile. nam
illud quod ſenſui apparet ſi ſecundū ſe cōſidera
tur ſingulare eſt. et tamen ſi ad rationem refera
tur vniuerſale eſt. Quartū declaratur ſic. quia
tota ratio quare aliquis fallitur circa contingē
tia eſt propter ipſorum intimationē modo omīa
contingentia futura relata ad diuinā preſcientiā
preſentialiter exiſtunt et determinata vt dictum
eſt. Quare circa hoc diuina cognitio falli non
poteſt.

**Ad rationes ante oppoſitum**
Ad primam dicitur ꝙ illa auctoritas intelli
gitur de fato ſecundū ꝙ multi voluerunt intelli
gere quādam legem in inferioribus a corporibꝫ
celeſtibus procedentē obligantem ad euentus
immobiles. Secūda ratio ſoluta ē. Ad ter
tiam dicitur ꝙ volūtas dei poteſt nominari ca
ſualiter fatum et non eſſentialiter. Ad quar
tam dicitur ꝙ fatum eſt de genere relationis et
multiplicat᷑ ad multitudinē rerū in quibus eſt
per relationē tamen ad principiū a quo depen
det quodāmō poteſt dici vnum. Quinta ſo
luta eſt. Ad ſextā dicitur ꝙ fatum nō habet
rationē cauſe niſi rōne cāꝝ ſecundarū in quibꝰ
eſt. et ille ſunt mutabiles et impedibiles. ideo et
ipſum fatum.

**Queritur Duodecimo:**
Utrum caſus et fortuna differant. Arguitur
primo ꝙ non. quia caſus et fortuna ſunt cauſe
agentes per accidens. ergo ſunt eiuſdem ſpeciei
quare non differunt. 2° ſi differrent maxime
eſſet ideo quia fortuna reperitur in agentibus
ſecundū propoſitū et non caſus. ſꝫ hoc non. g°
⁊c. Minor patet quia lapides ex quibus fiunt
altaria dicuntur bene fortunati. ſed illi qui cō
culcantur pedibus ſunt male fortunati. et tamē
lapis non eſt agens ſecundū propoſitum. Ad
oppoſitū eſt phūs in textu. Pro reſponſiōe.

**Sciendum ē primo. ꝙ For**
tuna et id quod eſt a fortuna inueniuntur in
his in quibus bene et male contingere dicitur.
quia vbicunqꝫ fortuna eſt ibi poteſt eſſe infor
tunium et eufortuniū. hoc eſt aūt illius cuius
eſt agere ⁊ quod habet dominiū ſui actus. nam
illud quod non habet dominiū ſui actus ma
gis agitur q̄ agat. ergo fortuna ⁊ id quod eſt ꝑ
fortunā ſolum inueniuntur in his que habent
dominiū ſui actus. quia in talibus inuenitur
operari ſecundū virtutē et viciū. Ex quo ſe
quitur ꝙ fortuna et id quod eſt a fortuna inue
nitur ſolum in agentibus ſecundū propoſitum
quia illa ſola habent dominiū ſui actus. et ad
huc in operationibus rationis practice.

**Sciendum eſt Secundo ꝙ**
Illud quod dictum eſt manifeſtat Ariſtoteles
quodam ſigno. quia fortuna videtur eſſe idem
ꝙ felicitas vel ſaltem propinqua felicitati. cum
ergo felicitas ſit quedā operatio que nominat᷑
eupraxis. id eſt bona operatio vt dicitur primo
ethicorū. ergo fortuna inuenitur ſolum in his
in quibus bene contingit agere vel impediri ab
hoc cuius ſunt ea que voluntarie agunt. fortu
na enim dicitur eſſe felicitas vel propinqua feli
citati ſecūdum opinionem vulgi. quia vulgus
bene fortunatos vocat felices. Unde ſecundū
illos qui credunt felicitatem conſiſtere in bonis
exterioribus felicitas idem eſt quod fortuna. ſed
ſecundum illos qui dicūt bona exteriora deſer
uire inſtrumentaliter ad felicitatem ſecundum
eos bona fortuna propinqua eſt felicitati.

**Sciendum eſt tertio ꝙ Cum**
fortuna non ſit niſi circa illa que voluntarie a
gunt. Ex hoc cōcludit phūs ꝙ neqꝫ inanimata
neqꝫ beſtie neqꝫ infantes aliquid agunt a for
tuna. inanimata et beſtie non agunt volunta
rie. qꝛ non agunt ꝑ liberum arbitriū quod hic
vocatur propoſitum. et licet infantes habeant
voluntatem. non dū tamen ea libere vtuntur. Ex
quo ſequitur ꝙ in iſtis non poteſt accidere infor
tunium nec eufortunium. niſi ſolum ſimilitudi
narie. ſicut dicebat quidā. ſcilicet protharcos ꝙ
lapides ex quibus fiunt are ſiue altaria ſunt bn̄
fortunati. Ex hoc eſt dictū per ſimilitudinem ad
homines in quibus honorati dicuntur bene for
tunati. ſimiliter illi lapides nō dicunt᷑ bn̄ fortu
nati ꝙ aliquid agāt a fortuna. ſed ſolum paſſiue
quia circa illos agens volūtarie operat᷑ aliquid

quod eſt ſimile bone fortune.

**Sciendum eſt quarto. ꝙ Ca**ſus non ſolum contingit in hominibus qui voluntarie agunt. ſed etiam in aliis animatis ſiue animalibus. Et in rebus inaīatis. Exemplū ponit phūs. nam ſi aliquis equus veniens ad domum non cauſa ſalutis ſanetur hoc eſt a caſu. Aliud exemplum ponit in rebus inanimatis vt ſi tripeda cadat a caſu et cadēdo ſedes apta fiat ad ſedendū non tamen hac de cauſa cecidernit tunc a caſu fit apta ſedes. iō cōcludit phūs ꝙ caſus generaliter reperitur in omnibus illis qui fiunt propter aliud ꝗ̄ preter illud quod euenit. Et hoc declarat per quoddam ſignum. quia vacuum ſiue fuſtra eſt illud propinquum caſui. ſed tamē illud dicitᷣ vacuū vel fruſtra qđ eſt ordinatū ad aliquē actū quem natū eſt conſequi ⁊ tamē nō ꝯſequitur hoc tamen contingit generaliter ſiue ab agente ſecundū propoſitum ſiue non. ergo etiā caſus. Ubi.

**Sciendūꝫ eſt quīto ꝙ quam**uis vacuum et fruſtra et caſus conueniant in hoc ꝙ fiunt in hiis que fiunt propter finem. Differunt tamen. quia vacuum ſiue fruſtra dicitur ex eo ꝙ agens non ſequitur finē ad quē ordinatur. Sed caſus dicitur ex eo ꝙ agens conſequitᷣ aliquē effectū ad quē non ordinabatur. et ideo in vacuo operatio cadit a fine intento ⁊ in caſu a fine non intento. et iſta quandoqꝫ ſimul reperiuntur et quandoqꝫ ſeparata.

**Sciendum eſt ſexto ꝙ Licet** hec tria nomina fruſtra et ocioſum in greco ꝓ eodem accipiantur. tamen apud nos inter illa ponitur differentia aliquando. nam fruſtra cōmuniter dicitur illud opus eſſe quod ordinatū eſt ad aliquē finē quem natū eſt cōſequi. et tñ non cōſequitur. Ex hoc ſequitur ꝙ ſiſquis dicat ſe fruſtra balneaſſe. quia ipſo balneato non defficit ſol denſorie hoc dicit. Sed vacuum dicitur opus quod de ſe non eſt natū ꝙ de ſe ſit cā alicuius vtilitatis vel nocumenti. ſicut motus digiti factus preter intentionem et cōfricationē barbe. Sed ocioſum dicitur opus monſtrans vacuitatem in operante.

**Sciendum eſt Ulterius ꝙ** Caſus poteſt dupliciter accipi. Uno modo cōmuniter et ſic in plus ſe habet ꝗ̄ fortuna. quia in quibuſcunqꝫ eſt fortuna eſt etiam caſus. et etiam in aliis. ſed non econtra. ſi vero ſumatur caſus ſtricte tunc ſolum caſus eſt in agentibus ſecundū naturam et etiā ecōuerſo. Differunt tñ caſus et fortuna. iō dicit phūs in littera ꝙ maxima differētia caſus et fortune reperitur in operibus nature quando ſcilicet ibi accidit aliquid extra naturā vt cū naſcitur ſextus digitus. nam non dicimus hoc fieri a fortuna. ſed a caſu. Unñ in textu inter caſum ſtricte captū et fortunā aſſignatur triplex differentia. Prima eſt quia caſus illo mō acceptus ſoluꝫ eſt in agentibus ſecūdū naturam. fortuna vero in agentibus ſecūdum propoſitum. Secunda eſt. quia eorum que fiūt a caſu cauſa eſt intrinſeca ſicut et eoꝝ que fiunt a natura. ſed eorū que fiunt a fortuna cauſa eſt extrinſeca ſicut eorum que fiunt ab agente ſecūdum propoſitum. Tunc ſit.

**Concluſio reſponſiua ſad. q.** Caſus et fortuna differūt. Patet ſatis ex dictis

**Concluſio ſecunda. Caſus** et fortuna reducuntur ad genus cauſe per ſe efficientis. Probatur quia caſus et fortuna ſunt cauſe eorū que poſſunt fieri a natura vel a ꝓpoſito. ſed natura et propoſitum ſunt cauſe efficiētes. igitᷣ. Ex hac concluſione infert phūs falſitatem opinionis ponentis caſum et fortunam eſſe cauſam celi et omniū mundanorū. nam cum caſus et fortuna ſint cauſe per accidēs eorū quoꝝ natura et intellectus ſunt caſus per ſe et cauſa ꝑ accidens ſit poſterior ea que per ſe eſt. ſequitur ꝙ ſi caſus et fortuna ſint cauſe celi et totius vniuerſi a fortiori intellectus et natura erunt cauſe celi et vniuerſi quod manifeſte falſum eſt.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ** Dicitur ꝙ bene conueniunt in communi modo cauſandi. ſcilicet in hoc ꝙ ſunt cauſe agentes ꝑ accidēs. ſed ꝗ̄tum ad ea in quibus reperiuntur differunt aūt tripliciter aut ſaltem ſicut magis cōmune et minus commune. Secūda ſoluta ē.

## Queritur tertiodecimo

Utrum phiſicus habeat per ꝗ̄libet cauſam demonſtrare. Arguitur primo ꝙ non. quia demonſtratio eſt per cauſam propriā propter quā res eſt. materia vero et cauſa finalis non ſunt hmōi cum materia non habeat eſſe niſi ſoluꝫ ꝑ formā et cauſa finalis ſit vltima ī re. ergo phūs non habet demonſtrare per hmōi cauſas quare non demonſtrat per quālibet. 2º phiſica eſt ſpecialis ſciētia ſicut mathemathica. ſed mathemathica diffinit et demōſtrat per ſolā formā gº etiā phiſica. tenꝫ ꝯña per ſimile. 3º ſic. illa ꝯſequētia eſt certior que habetur per omēs cauſas quam illa que habetur per vnam tantum. ergo ſi phiſica demonſtraret per omnes cauſas ſciā phiſica certior eſſet mathemathica quod falſuꝫ eſt igitur. Ad oppoᵘ eſt Ariſtoles in textu.

Pro reſponſione.



**Sciendum eſt primo: ꝙ poſt** ꝗ̄ phūs determinauit de cauſis tam per ſe et manifeſtis ꝗ̄ per accidēs et īmanifeſtis. ꝯñter in fine huius tractatus ex prius determinatis duo concludit. Primū eſt ꝗ̄ tot ſunt cauſe quot prius dicte ſunt. ſcilicet quatuor cauſe.

**Sciendum eſt Secundo ꝙ** Multotiēs tres predictaꝝ cāuſarum in vnā coincidunt ſecūduꝫ numerū. vel ſecundū ſpēm. Unñ forma et finis coincidūr numero intelligēdo de fine gñationis. et nō de fine rei genite. nā finis generatiōis hōis ē forma humana qua habita ceſſat gñatio. ſed finis hōis geniti nō eſt forma eius. ſed per formā ſibi cōuenit opari ad fineꝫ. et ita diceretᷣ de aliis. Cauſa vero efficiēs coincidit ſecundū ſpeciem cum forma et fine. et hoc eſt verum in agentibus equiuocis. Et propter hoc dicit Ariſtoteles in textu multotiēs. ⁊c. materia aūt nō eſt eadē cū aliis cauſis nec numero nec ſpē. qꝛ ipſa eſt ens in pura potētia. agens vero in ꝗ̄tum hmōi eſt ens in actu. forma vero vᷝ finis eſt actᵘ vel perfectio rei. Non eſt tñ intelligendū ꝙ predicte cauſe coincidāt ꝗ̄tuꝫ ad propriā rōeꝫ cauſandi ſed ꝗ̄tum ad id quod ſunt hoc eſt quātum ad id cui conuenit ratio cauſe.

**Sciendum eſt tertio ꝙ vt ha**betur in textu quecunqꝫ mouentia mouēt. Unñ illa que mouet et mouentur pertinent ad naturalem cōſiderationē. ſed mouētia non mota nō ſunt amplius phiſice cōſiderationis. qꝛ phīci eſt conſiderare de naturalibus. naturalia aūt ſunt que in ſe ipſis habēt principiū mouendi. illa aūt que ſunt ſimpliciter immobilia non ſunt hmōi quare non ſunt phīce cōſiderationis. Ex quo patet ꝙ phīcus nō habet conſiderare primū mouens ſimpliciter cum ſit penitus immobile. et ſi fiat aliqua mentio de eo ſicut in octauo huius hoc nō eſt ꝙ principaliter cōſideretur. ſed incidentaliter per habitudinē ad motū tanꝗ̄ principium effectiuum eius. Similiter phiſicus nō hꝫ cōſiderare quācumqꝫ formaꝫ aut finē. ſed ſolū illā formā quā ꝑ motū vel mutacōꝫ acquiritᷣ.

**Sciendum eſt quarto ꝙ Ut** habetur in textu ſicut triplex genus reꝝ reperitur ſecundū hoc eſt triplex negotiū aut triplex conſideratio rerum. quedā enim ſunt res immobiles et circa has eſt cōſideratio methaphiſici. Alie ſunt mobiles ſed incorruptibiles et circa has eſt cōſideratio aſtrologie. Alie ſunt mobiles et corruptibiles. et circa has eſt conſideratio phiſici. Unde qꝛ aſtrologia eſt de mobilibus in ꝗ̄tum mobilia ſunt. ideo poteſt contineri ſub phiſica quare pōt dici ꝙ phiſica ſecundū diuerſas partes eius verſatᷣ circa duo vltima genera rerum. qꝛ conſiderat oīa mobilia tam corruptibilia ꝗ̄ incorruptibilia. Ex quo pꝫ ꝙ quidā male intellexerunt Ariſtotelē in hoc paſſu volētes hec triplicia genera rerū ad triplicē partē phīe reducere. ſcilꝫ phīcam mathematicam. et methaphiſicā qꝛ ſicut dictū eſt aſtrologia que eſt de ſecūdo genere rerū magis eſt naturalis ꝗ̄ mathemathica Sed ad videnduꝫ qualiter phiſicus conſideret quatuor cauſas.

**Sciendum eſt quinto ꝙ ma**teria et efficiens quandoqꝫ ſunt talis nature ꝙ ipſis poſitis neceſſario ponuntur effectus. et tūc in iſtis fit demonſtratio a priori et ad poſterius vt bene ſequitur hoc eſt cōpoſitum ex cōtrariis ergo eſt corruptibile. et etiā bene ſequitur ſol eſt ſupra orizontē noſtꝝ. ergo dies eſt. qñqꝫ vero talia ſunt ꝙ ipſis poſitis nō ſemper poniᷣ effectus ſed frequenter et tunc fit demōſtratio ab eo qđ eſt poſterius natura ab hoc quod eſt prius. vt bene ſequitur ſi homo debet generari neceſſe eſt ſemen hominis cum virtute formatiua preexiſtere. ſi tamē remouerentur omnia que poſſunt impedire ne poſitis materia et efficiente ſequatur effectus tunc bene fieret argumentū a priori et neceſſario ſequeretur effectus. et hoc mō intelligendū eſt illud quod dicit phūs primo poſteriorum ꝙ de hiis que ſunt frequenter eſt ſcientia et demonſtratio ac ſi eſſent ſemper. ſed per cauſam formalem fit demonſtratio a priori ad poſterius quia ſi forma eſt neceſſe eſt effectū eſſe. De fine vero dicit ariſtoteles ꝙ finis eſt perfectio et dignitas rei et natura ſemper de poſſibilibus facit quod melius et dignius eſt non ſimpliciter / ſed ſecundum ꝙ conuenit nature. ideo per cauſam finalem fit demōſtratio arguendo ſic. hoc eſt melius et dignius ſic fieri. ergo a natura fiet. vt melius eſt et dignius dentes hominis anteriores eſſe acutos propter diuiſionem cibi. ergo ſic fieri debet. Ex quo pꝫ ꝙ demonſtratio que fit per finem eſt demonſtratio procedens a poſteriori. ſed poteſt eſſe a priori. tamen in ratione cauſe.

Iſtis notatis ſic.

**Concluſio prima. Quatuor** ſunt cauſe rei naturalis et non plures. Probatᷣ quia cum propter quid ſit queſitiuū cauſe tunc illud eſt cauſa et non aliud quod ad propter quid cōuenienter reſpondetur. ſed ad propter quid non reſpondetur niſi per aliquaꝫ quatuor cauſaruꝫ. que ſunt cauſa materialis. finalis. formalis. et efficiens. ergo ſunt quatuor cauſe et non plures. Minorem probat phūs inductiue primo de cauſa formali. vt ſi queratur propter quid aliquis angulus eſt rectus. Reſpondetur quia conſtituitur ex linea conſtituente duos angulos equales.

Exemplũ de cauſa efficiẽte. vt ſi queratur ꝓpter
quid iſti certant põt rñderi quia ſunt furioſi vel
irati. vel põt rñderi de fine vt ipſi dominentur.
De cauſa materiali / vt ſi queratur quare aliquod
corpus eſt coꝛruptibile. põt rñderi qꝛ ↄpoſitũ eſt
ex ↄ rariis. ⁊ non cõtingit pluribꝰ modis rñderi
ad propter quid. ⁊ ita ſunt tantũ quatuoꝛ cauſe.

## Concluſio ſecunda. et reſpon

ſalis ad queſitũ. phiſicus habet ↄſiderare qua
tuoꝛ cauſas et per quãlibet demõſtrare. probatur
qꝛ phiſicus cõſiderat entia mobilia generabilia
et coꝛruptibilia. ergo habet ↄſiderare cauſas ge
neracõis et coꝛrupcõis. ſed hmõi ſunt quatuoꝛ
qꝛ opoꝛtet hic cõſiderare id quod poſt aliud fit.
vt aerem poſt aquã et poſt aerem fit ignis. ergo
opoꝛtet ibi ↄſiderare foꝛmã per quã eſt id quod
fit. opoꝛtet etiã cõſiderare id quod facit et illud
eſt efficiens. et quod ſuſtinet eſt materia. et quia
foꝛma et finis coincidũt. ideo opoꝛtet ↄſiderare
quatuoꝛ cauſas. ſed ꝙ habeat ꝑ quãlibet demõ
ſtrare ſatis manifeſtum eſt ex dictis.

## Ad rationes ante oppoſitũ

ad primã patet ſolutio ex dictis. Ad ſecundã
negatur ↄñtia ꝙ ſit ſimile qꝛ mathematicus abſtra
hit a motu. ideo non cõſiderat cauſaʒ efficientẽ
materialem et finalem que habẽt principiaꝛi per
motum. ſed tantũ ↄſiderat foꝛmã que eſt cauſa
eſſendi abſolute. Ad terciã ↄceditur aſſumptũ
ſi de eadeʒ re formaliter habeatur. ſed non opoꝛtet
ſi ſit de diuerſis rebꝰ formalr̃ ſicut eſt in ꝓpoſito.

## Queritur decimoquarto.

Utrum natura agens ꝓpter finem intendat mõ
ſtrũ. Arguitur priꝰ ↄtra queſitũ qꝛ omne agẽs
ꝓpter finẽ ↄcipit illum finem et deliberat de me
diis oꝛdinatis in ipm̃. ſed natura non cognoſcit
fineʒ nec deliberat. ergo non agit propter finem.
2º ſic natura intendit fineʒ ſui operis. ſʒ mõ
ſtrum eſt finis operationis nature. ergo intendit
monſtrum. 3º ſic natura intendit illud quod
auget et nutrit. ſed ipſa auget et nutrit monſtrũ.
gº ipſa intẽdit monſtꝝ. In oppoꝰ eſt texꝰ ꝓ quo

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phũs oñdit qualiter naturalis phũs ꝑ omẽs
cauſas demõſtrat. ↄñter manifeſtat aliqua que
in predicta oñſione ſuppoſuerat que ſunt duo.
Priꝰ eſt ꝙ natura agit propter finem. 2ꝰ eſt ꝙ in
rebus naturalibus neceſſitas nõ ſemꝑ oritur ex
cauſis prioꝛibus ſʒꝰ eſſe. ſed etiã ex cauſa poſteri
oꝛi que eſt cauſa finalis.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

vt dicitur in textu mõſtrũ eſt pctũm in natura eius
quod ꝓpter aliquid fit. vel eſt indiuiduũ natuʒ
cum aliqua difformitate ꝑter ſolitũ curſuʒ natu
re. Et illud põt dupliciter ↄſiderari. vnoº quanꝰ
ad id quod eſt ſʒꝰ ꝙ includit naturã ſue ſpẽi. et
ſic bñ intenditur a natura vl̃i. et eſt termiꝰ opacõis
nature. Alioº formaliter ꝑ illa difformitate quã
impoꝛtat reſpectu debite ↄpoſicõis mẽbroꝝ ⁊ de
bite quãtitatis. et ſic nõ intẽditur a natura vl̃i nec
particulari. nec vt ſic eſt terminus operacionis
nature niſi per accidens.

## Sciendũ eſt tercio ꝙ Aliqui

crediderunt naturã nõ agere ꝓpter finem. et hoc
propter tria motiua. Primũ eſt qꝛ videbãt mon
ſtra accidere in opacõibus nature. 2ꝰ eſt quia
credebãt ea que naturalr̃ fiũt ꝓcedere ex cauſis
prioꝛibus que ſunt materia et foꝛma et efficiens
et nõ ex intẽtione finis. 3ꝰ eſt qꝛ natura de ſuis
opacionibꝰ non deliberat. et ipſi credebãt ſolum
illud agere ꝓpter finẽ quod prius cõcipit finẽ et
deliberat de mediis oꝛdinatis in ipſum.

## Sciendũ eſt quarto ꝙ ſecun

dum Albertũ quatuoꝛ aſſignantur cauſe gñales
quare fiũt monſtra in rebus naturalibꝰ. Primo
fiũt propter diminucõeʒ materie. 2º proper ſup
habundantiaʒ materie. 3º propter indiſpoſicõeʒ
quatuoꝛ qualitatũ. 4º propter maliciã cõtinen
tis. Propter diminucõem materie contingunt
tripliciter. primo quando eſt defectus in magni
tudine ſolum. vt cum totuʒ coꝛpus vel aliquod
mẽbrum eſt minus ꝙ debeat eſſe. 2º quando eſt
defectus in vno ſolum. vt cum deficit aliquod
membꝛuʒ. 3º quãdo eſt defectus in vtroqꝫ ſimul.
Et ꝓpter habundanciã materie ↄtingũt ſimiliter
mõſtra tribus modis. et põt addi alius ex parte
tempoꝛis qñ ſcʒ naſcitur aliquod membꝝ añ tem
pus determinatũ. vt ſi puer naſceretur cuʒ dentibꝰ
vel puella cuʒ vberibus pendẽtibus. Sed ꝓpter
indiſpoſitioneʒ qualitatum accidunt multiplici
ter. vt aliquando eſt maxima pinguedo propter
nimium exceſſum frigoꝝ. et quandoqꝫ eſt nimia
macies propter caloꝛeʒ et quandoqꝫ complexio
qualitatum eſt virtus ſufficiens vtriqꝫ ſexui. et
ſic fiunt hermofrodite quãdo ſcʒ naſcitur homo
cum vtroqꝫ ſexu. Sed ꝓpter maliciã ↄtinẽtis du
pliciter ↄtingũt mõſtra ſʒꝰ ꝙ duplex eſt ↄtinens.
quoddã eſt pellis ſecũdina circũdans materiaʒ
fetus propter cuius rupturaʒ contingit quando
qꝫ defectus in vno membꝛo. vel conglutinatio
duoꝛum membꝛoꝛum in vno vel curuitas et ſic
de ſimilibus. Aliud continens eſt caloꝛ natura
lis habens virtutem coꝛpoꝛis celeſtis, quod eſt
primum continens. propter cuius maliciam
fiunt quandoqꝫ monſtra diuerſarum foꝛmaruʒ
ſecundum ſpeciem. et preter iſtos generales mo
dos ſunt multi particulares reducibiles ad iſtos.
Iſtis ſic poſitis ſit iſta.

## Concluſio prima. Natura

agit propter finem. Probatur quinqꝫ rõnibus
phi. Prima eſt oẽ quod fit naturaliter fit caſua
liter vel a foꝛtuna. qꝛ natura ſemꝑ vel freqñter
producit effectũ ſuũ. ⁊ illud quod fit a caſu vel
a foꝛtuna fit extra ſꝑ et frequẽter. ergo natura
agit ꝓpter finẽ. Secũda rõ oẽ qd̓ hʒ deteriatũ
modũ quo natũ eſt fieri fit ꝓpter finẽ. qꝛ niſi oꝛ
dinaretur a fine nõ magis deberet fieri vnoº ꝙ a
lio. ſed oẽ ens naturale hʒ deteriatũ modũ quo
natũ eſt fieri. gº entia naturalia agũt ꝓpter finẽ
Tertia rõ ars ꝑficit aliqñ ea q̃ natura nõ põt
operari. et in aliquibꝫ imitatur naturã inꝙtum
pot. ſed ars operatur ꝓpter finẽ. qꝛ oꝛdinat prioꝛa
ad poſterioꝛa. gº ſimiliter ẽ de natura. Quarta
rõ bꝛuta agũt propter finẽ vt yrũdo facit nidũ
et aranea telã. et foꝛmica in eſtate cõgregat vic
tum. et ſimiliter in plãtis multa fiũt ꝓpter fineʒ
vt folia ad tegendũ fructus et rami ad ſuſtinen
dum. et radices ad nutriendũ ſeu ad trahendũ
nutrimentũ. ſed iſta per actionẽ nature fiunt. gº
natura agit ꝓpter finẽ. Quinta rõ natura agit
circa materia et ipam diſponit propter foꝛmaʒ.
ſed foꝛma eſt finis materie. gº agit ꝓpter fineʒ.

## Concluſio ſecunda. Non ſe

quitur naturã non agere ꝓpter finẽ ſi in opera
tionibus nature cõtingant mõſtra. Probatur
duabus rationibus. Prima ẽ qꝛ ars agit ꝓpter
finem et tamen in operationibus artis cõtingit
fieri peccatũ. ſicut grãmaticꝰ nõ recte qñqꝫ ſcri
bit. ergo a ſimili in natura cõtingũt mõſtra nec
propter hoc ſequitur ipam nõ agere propter finẽ.
Secũda ratio vbicũqꝫ ſunt determinata princi
pia et determinatus oꝛdo ꝓcedendi ibi neceſſe ẽ
eſſe aliquẽ finẽ propter quẽ alia fiunt. ſed. ſic ẽ
in naturalibus. gº ꝗuis ibi cõtingãt monſtra
non propter hoc eſt negãdum naturã non agere
propter finem.

## Concluſio tertia. Dicentes

naturã non agere propter finem oĩno deſtruũt
naturã. Probatur qꝛ illa dicuntur eſſe ſecundũ
naturã quecũqꝫ ab aliquo principio intrinſeco
cõtinue mouentur quouſqꝫ perueniũt vſqꝫ ad
aliquẽ finem. non in quẽcũqꝫ indifferenter ſed
in determinatũ finẽ ſicut fiũt a deteriato prinº

## Concluſio quarta. Inconue

niens eſt opinari naturã nõ agere ꝓpter finem.
eo ꝙ in ſuis opibus nõ deliberat. Probatur qꝛ
ars agit ꝓpter finẽ. ſed artifex quãdo ↄplete et
ꝑfecte hʒ artẽ nõ deliberat. ſed ſolũ quãdo defi
cit a certitudine artis. ergo ſi natura non delibe
rat non ſequitur ꝙ non agat propter finem.

## Concluſio quinta. et vltima

Agens propter finem non intendit monſtrum.
Patet quia monſtrũ eſt peccatũ quod ꝓprie ali
quid fit. ſed nullũ agens rectũ et operans prop
ter determinatũ finẽ intendit peccatũ in ſua ope
ratione licʒ qñqꝫ intẽdat illud cui accidit pecca
tum. gº agens ꝓpter finẽ non intẽdit mõſtrum.

## Ad rationes ante oppoſitũ

Solute ſunt ex dictis.

## Queritur Decimoquinto.

Utrum neceſſitas in rebus naturalibus oriatur
ex parte materie vel finis. Arguitur primo
ꝙ ex parte materie. qꝛ materia vocatur neceſſi
tas vt habetur 2º poſterioꝝ. ergo in naturalibꝰ
neceſſitas eſt ex parte materie. 2º ſic ab eodẽ
res habet eſſe et neceſſitatẽ. ſed res naturalis hʒ
intrinſece eſſe a materia et foꝛma. ergo ab illis
ſumit neceſſitatẽ. 3º generante coꝛrupto coꝛrũ
pitur cauſa efficiens et finis vt erat in intentiõe
ipius et tamen res generata manere poteſt. ergo
neceſſitas in eo nõ ſumitur ex parte finis. 4º
ſic quod eſt nõ ens nõ eſt cauſa neceſſitatis. ſed
finis eſt non ens vel ſi ſit eſt ſolũ ſecundũ quid
et intentione. ergo non eſt cauſa alicuius neceſſi
tatis. Ad oppoſitũ arguitur per phũm in vlti
mo capitulo huius libꝛi. Pro reſponſiõe.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs probauit naturã agere propter finem.
cõſequenter determinat et oſtendit vnde ſumatur
neceſſitas in rebus naturalibus et circa hoc mo
uet talem queſtionẽ vtrum neceſſitas in rebus
naturalibus ſit neceſſitas ſimpliciter et abſolu
ta. aut ſit neceſſitas ex ſuppoſitione.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Cum materia efficiens et foꝛma ſint cauſe prio
rum ſecundũ eſſe. ideo neceſſitas oꝛta ex ipis eſt
ſimpliciter neceſſitas et abſoluta ſicut neceſſe eſt
et abſolute animal eẽ coꝛruptibile. quia compo
ſitũ eſt ex contrariis. ſimiliter neceſſe ẽ hoĩem eẽ
riſibilem. quia habet animam rationalem. ſed
quia finis eſt poſterioꝛ ſecundum eſſe. ideo neceſ
ſitas ſumpta ex fine aut etiam ex foꝛma ſumpta
ſub ratione finis eſt neceſſitas ex ſuppoſitione.
ſicut neceſſe eſt eſſe hominem virtuoſum ſi de
beat conſequi beatitudinem. et neceſſe eſt eſſe
materiã ſic diſpoſitam ſi debeat conſiderare ta
lem foꝛmam. Ex quo patet ꝙ idem eſt conue
niens an in rebus naturalibus ſit neceſſitas ab
ſoluta vel ex ſuppoſitione. Et querere vtrum ne
ceſſitas ſit ſic in rebus naturalibus et oriatur ex
cauſis prioꝛibus ſecundum eſſe que ſunt efficiẽs
materia et foꝛma accepta ſub ratione foꝛme. vel
oriatur a poſteriori cauſa ſecundum eſſe que eſt
finis et foꝛma vt eſt terminus generationis.

Sciendum eſt tertio. ꝙ Antiqui dixerunt totā neceſſitatē diſpoſitionis rerū naturaliū et ſuarū partiū venire ex parte materie. Uerbi gratia vt quia grauia nata ſunt ferri deoꝛſum et leuia deſurſum. ideo dicebant ꝙ in fūdamēto domus neceſſario ponunt' duri et groſſi lapides. et ligna que ſunt leuiſſima ponūtur in ſummo pꝛopter talē neceſſitatē materie. et ita dicunt eſſe in naturalibus vt ꝙ pedes ſint inferius ⁊ manus ſuperius dicebant illā neceſſitatē prouenire ex parte materie. ſcʒ pꝛopter grauitatē et leuitatē humoꝛū ꝯplexionantium animal. Sed cōtra hoc dicit Ariſtoteles ꝙ res nat'ales licet fiant ex neceſſariis principiis materialibus habentibus aptitudinē ad foꝛmā et ad finem. tamen ratio neceſſitatis talium a fine ſumitur. ⁊ ſic illud quod eſt neceſſarium bene eſt in potētia materie. ſed rō illius neceſſitatis ſumitur ex parte finis. Dat exemplū de ſerra quā neceſſe eſt eſſe dentatam non abſolute. ſed ſi debeat diuidere et ad hoc ꝙ illi dentes ſint apti ad diuidendum dura oppoꝛtet ꝙ ſint ferrei. et ita ferrū eſt illud ꝙ eſt neceſſario in ſerra et ſimiliter dentes in ea ſunt neceſſarii nō abſolute ſed ſi debeant diuidere dura. Et ſimiliter eſt de materia in oꝛdine ad foꝛmā ſubſtantialē. qꝛ oppoꝛtet materiā totaliter diſponi ſi talis foꝛma debeat introduci in materiam Iſtis notatis ſit

Concluſio prima. Neceſſitas in rebus naturalibʒ ſumitur ex parte finis. Pꝛobatur quia finis eſt cauſa cauſarum et preuenit omnes alias cauſas in cauſando et niſi preueniret ſua cauſalitate alie cauſe non cārent. ergo neceſſitas in aliis cauſis et in rebus naturalibus ſumitur ex parte finis. 2º pꝛobatur ratione phi quia in naturalibus et agibilibus finis ſe habʒ vt principiū in demōſtratione. ſʒ in demōſtratōne neceſſitas cōcluſionis dependet ex neceſſitate pꝛincipioꝛum. ergo in agibilibus et naturalibus neceſſitas non ſumit' ex parte diſpoſitionis materie. ſʒ ex diſpoſitione finis. Sed ad videndum ſimilitudinē inter finē in agibilibus et pꝛīcipiū demonſtrationis.

Sciendum eſt quarto. ꝙ in hoc eſt ſimile ꝙ qualia ſunt pꝛincipia neceſſe eſt concluſionē eſſe talem. et nō econuerſo. pōt enim concluſio eſſe vera premiſſis exiſtentibus falſis. ſʒ ſi cōcluſio nō eſſet vera nec pꝛīcipia. ita ſimiliter eſt de fine ⁊ de mediis ad finē. quia ſi finis eſt neceſſe eſt media eſſe vel prefuiſſe. et non ecōuerſo. nam poſſunt eſſe media ad finē ſine hoc ꝙ ſequat' finis. ſed ſi media non precedāt finis non erit. Sed ſi nos comparemus finem cōcluſioni et media ad finem ipſis pꝛincipiis tūc ecōuerſo ſe habent finis in agibilibus et in naturalibus et pꝛincipiū in demonſtratione vt faciliter videri poſſet.

Dubitatur pꝛimo. vtrum finis ſecundū ꝙ eſt cauſa ſit eodem mō pꝛincipium ſicut pꝛincipium in demonſtratiuis. R. Ariſtoteles ꝙ non quia pꝛincipiū in demonſtratiuis eſt tantum pꝛincipiū ratiotinationis. ſʒ finis in naturalibus et agibilibus eſt pꝛincipium rōtinationis ⁊ operationis. naʒ domificatoꝛ capit diffinitionē domus vt pꝛincipium cognoſcēdi domū. et ea que ad domū pertinēt vt pꝛincipium domificandi. ſed qꝛ talis eſt diſpoſitio domus. oʒ gº pꝛincipia domus eſſe vel fieri ad hº ꝙ domus fiat. et ſimiliter medicus capit diffinitionē ſanitatis vt pꝛincipiū et in cognoſcēdo et in ſanando. et qꝛ talis eſt ſanitas opoꝛtet talia fieri ad hoc ꝙ aliquis ſanetur. Ex dictis patet ꝙ ratio neceſſitatis in his que fiunt ad finem ſumūtur ex ratione finis. ideo dicit phūs ꝙ phicꝰ et artifex per vtrāqʒ cām reſpondere debēt. ſcilʒ per materiā et finē. ſed magis per finem. quia finis eſt cauſa materie. et non econtra. ideo dicit ꝙ nihil pꝛohibet in diffinitione rei naturalis poni quaſdam partes que ſe habent vt materia nō quidē indiuidualis ſed cōis. Ubi eſt aduertendū ꝙ triplex poteſt aſſignari diffinitio rei naturalis. quedā eſt vt concluſio demonſtratōis vt illa que datur per cām materialē. Alia eſt vt pꝛincipiū demonſtrationis que datur per foꝛmā vel per finem. Tertia eſt cōpꝛehendens vtrāqʒ que vocatur tota demonſtratio poſitione differens et etiam illa compꝛehēdit totū proceſſuʒ demonſtrationis naturalis.

Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad pꝛimā dicitur ꝙ materia accepta put eſt in vltima diſpoſitione nature ad foꝛmā vocat' neceſſitas. ſed tamen ratio neceſſitatis illius diſpoſitionis a fine ſumitur. Ad ſecundā dicit' ꝙ neceſſitas abſoluta que eſt ꝙtum ad eſſe rei abſolutum ſumitur ex cauſis pꝛioꝛibus. ſed nō neceſſitas ſuppoſitionis. Similiter dicendū eſt ad tertiā. Ad quartā dicitur ꝙ ſimiliter non ens non ē cauſa alicuꝰ neceſſitatis. ſed finis eſt aliquo modo ens ſcʒ in intentione agentis. et hoc ſufficit ad hoc ꝙ ſit cauſa neceſſitatis. ſed ex conditione. Et hec de ſecūdo phiſicoꝛum.

## Sequitur liber tertius:

Quoniam autem natura eſt pꝛincipiuʒ motus et mutationis. ſcientia autem nobis de natura eſt. opoꝛtet non ignorare quid ſit motus.



Circa tertium libꝛum phiſicoꝛum queritur pꝛimo. Utrum ignoꝛato motu neceſſe ſit ignoꝛare naturam.

Arguit' ꝙ nō. quia nō eſt neceſſe ſʒ ꝯtingēs ignoꝛare naturā. ergo ignoꝛato motu nō eſt neceſſe ignoꝛare naturā. 2º ſic oē pꝛius pōt abſolui et abſolute cognoſci ſine ſuo poſterioꝛi. ſed natura ē pꝛioꝛ motu cū ſit eius pꝛincipium et cā ergo pōt cognoſci ſine motu. 3º ſic. ſicut natura eſt pꝛincipiuʒ motus ita ē pꝛincipiū quietis ergo ignoꝛato motu p quietē poſſet adhuc cognoſci nat'a. Ad oꝰ arguit' p. p. i pº hꝰ tertii.

Sciendum eſt pꝛimo. ꝙ poſt ꝙ phūs determinauit in pꝛimo libꝛo de pꝛincipiis rerū naturaliū. et in 2º de pꝛincipiis ſcīe. cōſequenter in iſto tertio incipit tractare de motu ſimpliciter ſumpto et de pꝛopꝛietatibus cōſequētibus motū. et hoc facit in iſto 3º ⁊ in 4º libꝛis in 5º vero determinat de diuiſione motus in partes ſuas ſubiectiuas: In ſexto de diuiſione motus in partes ꝙtitatiuas. In 7º et 8º agit de motu nō ſecundū ſe. ſed per ꝯparationē ad mouētia et mobilia. Et ſic pʒ oꝛdo īter iſtos libꝛos

Sciendum eſt Secundo. ꝙ cū ſcīa naturalis dicatur naturalis. qꝛ ē de natura. et natura ſit per ſe pꝛincipiū motus et mutationis et quietis. idō neceſſe eſt in hac materia determinare de motu. qualiter aūt differāt motus et mutatio oſtenditur in 5º huius. et quia eiuſdē ſcīe eſt cōſiderare ſubiectū et accidētia cōſequētia ipm p ſe. idō in hac ſcīa neceſſario habent cōſiderari accidētia cōſequētia motū particulariter acceptum. tamen tria cōſequnt' ipm acceptū in cōi. ſcʒ infinitū locus et tēpus. Et ſʒꝰ opinionē antiquoꝝ addit' quintū. ſcʒ vacuum. Et ꝓpter hoc ꝙ in iſto libꝛo agit' de motu cōiter dicto. idō determinādūʒ eſt hic de iſtis accidētibʒ qꝛ eſſ ſūt cōia oībʒ nat'alibʒ. ⁊ vt dicit' i. t. ſp poſterioꝛ eſt ſpeculatio de ꝓpꝛiis ea ꝙ̄ de cōibus eſt

Sciendum eſt tertio ꝙ Inter quatuoꝛ pꝛedicta accidentia infinitū magis intrinſece inſequit' motū. idō in eodē libꝛo ſcʒ in hº tertio ſimul agitur de motu et infinito. et quia locus vacuū et tēpus ſe habent ad motus extrīſece. idō de iſtis tribus pertinet cōſideratio ad libꝛū partialem. et de iſtis agitur in 4º libꝛo. vñ locus eſt menſura extrinſeca rei mobilis ſecūdū veritatē. vacuū vero ſecūdū opinionē. et tēpus eſt menſura extrinſeca ipius motus.

Sciendum eſt quarto. ꝙ Infinitū reperitur in ꝯtinuis. qꝛ infinitas reperta in numero ex additione cauſat' ex īfinito quod eſt in diuiſione continui. Uñ dicit' in textu ꝙ in rōe cōtinui multotiēs indigemus infinito. qꝛ motꝰ eſt de gñe cōtinuoꝝ et īfinitū multotiens cadit ī rōe ꝯtinui ſequit' ꝙ īfinitū intrinſece ſequit' motū. Et notāter dicit multotiens et non ſemꝑ. qꝛ cōtinuū dupl'r diffinitur. nā cūʒ ſit qd'dam totū per ſuas partes habet diffiniri. ꝑtes aūt dupliciter ꝯparant' ad totū. ſcʒ ſecūdū cōpoſitionē put ex partibꝰ cōponit' totū. et ſecunduʒ reſolutionē put totū diuiditur in ſuas partes. Uñ diffinitio cōtinui data ſecūdū reſolutionē in ſuas partes dat' per infinitū. ſicut cōtinuū eſt qd' ē diuiſibile in īfinitū. nō aūt alia ī qua dicit' ꝯtinuū ē cuiꝰ ꝑtes ad vnū termiꝰ cōeʒ copl'ant'

Sciendum ē quinto ꝙ in iſta pꝛopoſitiōe ignoꝛato motu neceſſe eſt ignoꝛare naturā. neceſſe poteſt dicere neceſſitatē abſolutā ꝯñtis. vt ſit ſenſus motu ignoꝛato hec ē neceſſaria ignoꝛat' natura. ⁊ illoº nō dʒ hic capi neceſſe qꝛ ſic illa eēt falſa. Alioº pōt dicere neceſſitatē ꝯñtie vt ſit ſenſus hec ꝯñtia ē neceſſaria ſi motꝰ ignoꝛat' nat'a ignoꝛat'. Et ſolū iſtoº capit' neceſſe

Concluſio pꝛima. ignoꝛato motu neceſſe ē ignoꝛare naturā neceſſitate ſcilʒ ꝯñtie. Pꝛobat' qꝛ in diffinitiōe nature ponit'. ſʒ ignoꝛatis ꝑtibus diffinitiōis neceſſe ē ignoꝛare diffinitionem et diffinitum.

Concluſio ſecunda phiſicus hʒ cōſiderare de motu. Pʒ qꝛ qui hʒ cōſiderare cām per ſe dʒ cōſiderare eius effectū. ſʒ phicꝰ hʒ cōſiderare naturā ꝙ̄ eſt p ſe cā motus et etiā motu ignoꝛato nō pōt ſciri natura. igitur ⁊c.

Concluſio tertia. phiſicus hʒ cōſiderare de infinito. Pʒ qꝛ phicus hʒ cōſiderare de motu. ſʒ īfinitū ē paſſio itrinſeca motꝰ. gº hʒ cōſiderare de īfinito. tʒ ꝯñtia. qꝛ eiuſdē ſcīe ē cōſiderare ſubm et accidētia p ſe ꝯñtia ipm. pʒ ex dictis. gº ſequit' ꝙ phicꝰ hʒ cōſiderare de loco vacuo et tꝑe. qꝛ cōſequnt' motū vt dictū eſt et etiā ſūt cōia oībus nat'alibꝰ eo ꝙ oīs res naturalis ē in loco et mēſurat' tēpoꝛe. et cū ſit cōtinua hʒ rōem infiniti. gº cū phiſicus habeat cōſiderare de rebus naturalibus ſequit' ꝙ hʒ cōſiderare de iſtis tribus. ⁊ etiā de vacuo quod ſʒꝰ opinionē accidit circa locū lʒ nō ſʒꝰ veritatem.

Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad pꝛimā pʒ ſolutio ex dictis. Ad ſecūdā dicit' ꝙ lʒ natura ꝙtū ad id quod ē ſit pꝛioꝛ motu et ſit aliquid abſolutū. tñ in rōne ſimul ſunt motꝰ et natura ꝙtū ad cognoſci. qꝛ natura includit quēdā reſpectū ad motū et opationem.

Ad tertiā dicit' ꝙ quies ē effecꝰ nat'e cātus ab ipa mediāte motu. mō nō pōt cognoſci quies ignoꝛato motu. et ignoꝛato hitu neceſſe ē ignoꝛare priuationē eius. idō per quietē ſine motu nō poteſt cognoſci.

Queritur ſecundo: Utrum

Motus ſit actus Arguit͛ primo ꝙ non. quia ſequeret͛ ꝙ habēs motū eſſet in actu ſecūdū ipꝫ ſed hoc nō. qꝛ oē quod mouet͛ inq̄tūʒ mouetur eſt i potētia. g° motus n̄ ē actus. 2° ſi ſic motus eſſet actus. aut eſſet actus primus. aut ſecūdus. nō primꝰ. qꝛ nō eſt forma ſubſtātialis. nec ſecūdus. qꝛ nō ē opatio ſequēs formā. 3° ſic oē perfectibile hʒ rōem potētie. ſʒ motus ē perfectibis per ſuū terminū ad quē. ergo motꝰ hʒ rōem potētie. et ita nō eſt actus. Ad oppoᵒ eſt phūs in p° ca. huiꝰ tertii. vbi poſtq̄ oſtēdit ꝙ ad phicū ptinet ꝯſiderare de motu ꝯn̄ter inquirit diffinitionē motus. ponēdo tres diuiſiones. quarū prima ē entis ꝑ potētiā et actū. q̄ diſtinctio nō diſtinguit gn̄a entiū. qꝛ potētia et actus ꝯueniunt͛ in quolʒ gn̄e. et in hac diuiſione cadit motus. qꝛ ē actꝰ vt infra dicet͛. Secūda diuiſio ē entis i actu ſʒᵒ diuerſa gn̄a. et in hac diuiſione cadit motꝰ. qꝛ vt dicit͛ in textu motus nō eſt ꝑter res ad quas eſt motus que quidem res habēt eſſe de gn̄e ſubſtātie vel q̄titatis vel qualitatis vel vbi. Solū enim ad iſta quatuor predicamenta eſt per ſe motus.

### Sciendum eſt primo. ꝙ Cuʒ

Motus ſit actus impfectus et oē quod eſt iperfectū cadit ſub eodē gn̄e cū perfecto: n̄ ſicq̄ ſpēs ſed reductiue. ſicut materia prima ē reductiue in genere ſubſtātie. iō neceſſe ē ꝙ motꝰ non ſit preter gn̄a rerū in quibʒ cōtingit eſſe motū. quod probat͛. qꝛ ſi motus eſſet ꝑter gn̄a rerū. vel eſſet aliquod extraneū illis generibus. vel aliquod cōe vniuocū ad illa gn̄a rer̄. nō primū. qꝛ gn̄a ſufficiēter diuidūt ens. nec 2ᵒ. qꝛ nihil eſt cōe vniuocū ad illa gn̄a. ſed ſolūʒ cōe analogū. Sʒ ꝙ motus ſolum reperiat͛ in illis quatuor. Probat ſic Ariſtoteles. qꝛ motꝰ nihil aliud eſt q̄ exitus de potētia ad actū. ſiue de eſſe īpfecto ad eſſe ꝑfectū. ſed ī illis reperit͛ aliquid quod ſe hʒ vt forma ⁊ ꝑfectū. et aliquid ſe habēs vt potētia vt impfectū. ergo ſequit͛ ꝙ in iſtis gn̄ibus reperit͛ motus. Iō dicit phūs ꝙ motus et mutationis tot ſunt ſpēs ſicut entis acquiſibilis per motū.

### Sciendum eſt Secundo ꝙ

Motꝰ quodāmō videt͛ ptinere ad rl̄oeʒ inq̄tuʒ mouēs ad mobile refert͛ per motū. iō tertia diuiſio quā ponit phūs ē ipſius ad aliquid q̄ talis ē ꝙ relatiuorū quedā ſunt ꝑ ſupabundantiā et defectū vt ſunt illa q̄ fūdant͛ ſup q̄titatē. et precipue ſupra numerū cui cōpetit prima rō mēſure. vt ſunt duplū et dimidiū. ideʒ vero ſimile et equale ſup vnitate fūdant͛ q̄ eſt pricipiū numeri. ſed qꝛ hec ſunt relatiua equiparātie. et nō dicunt͛ ſecūdū ſuperhabūdantiaʒ et defectū. ideo Ariſtoteles nō facit hic mentionē. qꝛ rl̄o motꝰ qua mouēs ꝯparatur ad mobile eſt relaᵒ ex ſuphabūdante ⁊ deficiente, ⁊ nō equiparātie qꝛ oē mouēs preſtātius ē mobili. Alia vero ſunt relatiua q̄ fundant͛ ſup actiōe et paſſione. et hoc vl͛ ſecūdū actū vt calefaciēs refert͛ ad calefactuū vel ſuper hoc ꝙ eſt egiſſe vt pater refert͛ ad filiuʒ qꝛ genuit ipm vel ſʒᵒ potētiā agendi. ſicut dn̄s refertur ad ſeruū. qꝛ pōt ipm cohercere. et in hāc diuiſionē cadit motꝰ. qꝛ per motū refert͛ mouēs ad mobile ſicut actiuū ad paſſiuū. Ex dictis patet ꝙ ex prima diuiſione ſumit͛ ꝙ motus ē actus. et ex ſecūda ꝙ ē ſecundū aliquid. qꝛ ſecūdū ſubſtātiā q̄titatē qualitatē ⁊ vbi. et ex tertia ꝯo ꝙ eſt alicuius ſcilicet mobilis a motiuo.

### Sciendum eſt tercio ꝙ Du

plex eſt actus. quidā eſt actus perfectus nō permixtus potētie ſicut eſt actus termini ad quē. et talis ē entis ꝑfecti et denoīat illud in quo eſt eē in actu et ſimpliciter. Alius eſt actus imperfectꝰ et permixtus potentie vt actus qui eſt adhuc in fieri. et talis nō denoīat illud in quo eſt eſſe in actu ſimpliciter. ſʒ per talē actū ſubiectū eius eſt partim in actu et partim in potentia. et motus ſolum ponitur talis actus. Unde mobile anteq̄ moueat͛ eſt in potētia ad talē duplicē actū. ſʒ dū mouet͛ ſolū eſt in potētia ad actū completum vt aqua ante calefactionē tota ſimul eſt in potētia ad calefieri quod eſt actꝰ impfectus. et ad eſſe calidam quod eſt eſſe perfectum.

### Sciendum eſt quarto. ꝙ Ali

quis actus poteſt dici primus dupliciter. Unoᵒ via gn̄ationis et tēporis. ⁊ hoc mō exitus rei de potentia in actū diceret͛ actus primus. ⁊ forma ſubſtantialis capta vt terminus illius exitus diceret͛ actus ſecūdus. et iſto mō motus eſt actus primus. ſed talis actus primus ē imperfectior q̄ ſecundus. Alioᵒ dicit͛ actus primus prioritate actus eſſendi. et hoc mō forma ſubſtantialis eſt actus primus. et forma accidētalis actꝰ ſecūdꝰ. et hoc mō motus pōt eſſe actus primus et ſecūdus ſecūduʒ ꝙ poteſt eſſe ad ſubſtātiā vel accidens. Tercio mō pōt dici actus primus prioritate cauſe formalis ad ſuū actū ſicut aīa dicitur actus primus corporis aīati. et viuere actus ſecundus. et motus iſto mō nec eſt actus primus nec ſecundus. Hiis notatis ſit.

### Concluſio prima. motus eſt

actus. Probatur qꝛ motus eſt aliquid vt dictū eſt. ergo ē potētia vel actus. ſed nō eſt potētia. qꝛ ſecūdum motū aliquid formaliter et actualiter denoīatur moueri quod erat prius in potentia ad motum. ergo motus eſt actus.

### Concluſio ſecunda. motus

n̄ ē aliquid cōe vniuocū ad ſpēales mōs motꝰ. Pʒ qꝛ motus n̄ eſt preter res ad quas eſt motꝰ. ſʒ hmōi res ſunt ī diuerſis ꝑdicamētis quibʒ n̄ ē aliquid cōe vniuocū. g° ⁊c̄. Ex hᵒ pʒ R̷ᵒ ad. q.





### Ad rationes ante oppoſituʒ

due prime ſolute ſunt ex dictis. Ad terciā dicitur ꝙ motus vnoᵒ pōt ꝯparari ad ſubiectuʒ in quo eſt et ſic habet rationeʒ perfectionis. Alioᵒ pōt comparari ad terminum ad quem. et ſic habet rationeʒ perfectibilis et potētie. et ſic ſecūꝰ primaʒ ꝯparationem motꝰ bn̄ habet rōem actꝰ. Sequitur textus. diffinicio autem.

### Queritur tercio vtrum mo

tus ſit in eodem predicamento et eiuſdē eſſentie cum ſuo termino ad queʒ. Et arguit͛ ꝙ nō qꝛ calefactio dicit motum ad calorem qui eſt de genere qualitatis. calefacᵒ vero de genere actionis vel paſſionis g° ⁊c̄. minor probat͛ qꝛ calefacere eſt de genere actionis g° calefactio. 2° ſi motus ſit eiuſdem eſſentie cum ſuo termino ad quē vel ille termiꝰ ad queʒ eſt in eo quod mouet͛ vel in alio. ſi priꝰ non acquirit͛ per motum. ſi ſecūꝰ eſſentialiter diſtinguit͛ a motu cum motus ſit in eo quod mouet͛. ergo non oportʒ ꝙ ſint in eodē predicamēto. 3° ſic mediū inter aliqua extrema differt eſſentialiter ſpē ab extremis ſicut mediū inter extremos colores eſt alteriꝰ eſſentie ab extremis. ſed motus mediat inter terminū a quo et terminū ad quem. ergo ſpecie differt a ſuis terminis et eſt alterius eſſentie ab ipſis. 4° ſic qn̄ motus attingit ad terꝰ ad queʒ non ampliꝰ eſt; ergo non eſt ideʒ cuʒ termiᵒ ad quē. 5° ſic per motum acquirit͛ terꝰ ad quē. ſed acquiſitū ꝑ motū non eſt motus. g° motus non eſt idē cum termiᵒ ad queʒ. 6° motꝰ nihil aliud eſt q̄ id quod fluit ab agēte in paciēs. ſed nihil fluit ab agēte in paciēs niſi actio agētis. g° motus eſt actio. et ſic terꝰ ad quē eſt alteriꝰ ꝑdicamēti quia ad actionē non eſt ꝑ ſe motus. 7° ſic motus eſt actus cōis agēti et patiēti. ſʒ nihil eſt cōe agēti vel paciēti niſi quod fluit ab agēte in paciens quod eſt actio agētis g° motus eſt actus. 8° motus eſt aliquid receptum in mobili a mouente. ſed quod recipitur in mobili eſt paſſio cum ſit affectio ipſius mobilis per hoc ꝙ afficitur aliqua forma vel ſpecie agētis. ergo motus eſt paſſio. 9° ſic motus ſemper aliquid abicit a mobili et ſemper aliquid inducit. hoc autem eſt nature paſſionis. ergo motus eſt paſſio. Ad oppoſitum eſt. p. in textu ſic dicens non eſt autem motus ꝑter res ad quas eſt motꝰ. Pro rn̄ſione.

### Sciendum eſt primo ꝙ iuxta

motiua tacta ante oppoſitum quinqʒ fuerunt opiniones de natura ⁊ quidditate motus. Quidam eniʒ conſiderauerūt ꝑ ꝯparacionē ad ipſuʒ mobile ſʒᵒ eſſe receptum quod habet in mobili. et iſti dixerūt motuʒ eſſe in genere paſſionis quorum ſunt due vltime rationes facte aū oppoſitū. Alii vero cōſiderauerūt motuʒ ꝑ cōparacioneʒ ad mouens a quo procedit tanq̄ actus mouētis et iſti dixerūt motum de genere actionis quoruʒ etiam poſite ſunt due rationes ante oppoſitum. Alii vero conſiderauerūt motum non ꝑ habitudinem ad mouens vel mobile. ſed conſiderauerunt vt eſt quidā fluxus de eſſe impfecto ad eſſe perfectum et iſti diuiſi ſunt. quia quidaʒ dixerūt hmōi fluxum eſſe diſtinctum ꝑ eſſentiā a forma que acquirit͛. ſed iſti adhuc diuerſificati ſunt. nā quidam dixerunt ipſum fluxum q̄uis ꝑ eſſentiā diſtinguatur actio motus / non eſſe in ꝑdicamento eo ꝙ non eſt ens perfectum in genere neqʒ in ſpecie. Cuius opinionis vt dicit Albertus fuit Auicenna. Alii vero dixerunt ꝙ ille fluxus in cōmuni conſideratus eſt genus et ꝑdicamentuʒ ꝑ ſe ad ſpeciales modos motus. ⁊ motiua iſtarꝫ duarum opinionum quantum ad hoc ꝙ dicunt motum eſſe fluxū eſſentialiter diſtinctuʒ a forma acquiſita / tacta ſunt ante oppoſituʒ. Alii vero dixerūt ꝙ hmōi fluxꝰ n̄ differt a forma ad quā tendit niſi ſʒᵒ magis et minus. ideo eſt in eodeʒ genere cū illa forma. et hꝰ opiōis fuit Auerrois:

### Scienduʒ eſt ſecundo ꝙ Ut

dicit Auerrois ille modus qui poſuit motum in predicamento paſſionis eſt famoſior inter alios et magis probabilis. ideo dicit Ariſtoteles in ꝑdicamētis. vbi ꝓbabiliter locutus eſt poſuit iſtū moduʒ. In iſto vero paſſu ſʒᵒ veritatē loquitur de naturis rer̄. et dicit ꝙ motus nihil aliud eſt q̄ termiꝰ ad queʒ. et non eſt preter res ad quas eſt motus. et hec opinio eſt vera et conformis dictis Ariſtotelis in hoc paſſu quia loquit͛ de motu ſʒᵒ verā naturā motus ſcʒ ſʒᵒ id quod eſt res ſecluſo reſpectu ad agēs ⁊ paciēs ſʒᵒ quos reſpectus ipſi motui accidit rō actionis vel paſſionis actionis quideʒ ſi cōſideret͛ motus ꝓut eſt ab agente in paciēs. paſſionis vero ſi cōſideret͛ ꝓut fluit ab agēte in paciens. et de hoc lacius videbitur. Iſtis ſic notatis ſit iſta.

### Concluſio reſponſiua ad. q.

motus ſʒᵒ id ꝙ eſt / eſt in eodem ꝑdicamento ⁊ eiuſdem eſſentie cum termino ad quem. patet qꝛ forma ꝑmixta potentie et forma pura non differunt penes eſſentiā ſed ſolum per eſſe. ſed motus ſecundum id quod eſt / non eſt aliud q̄ forma ꝑmixta potencie et terminus eius eſt eadem forma depurata a potencia et priuacione. ergo nō differunt per eſſenciam. ſed res reponuntur in genere per ſuas eſſentias. ergo concluſio vera. Eſt tamen aduertendum ꝙ motus non eſt per ſe in predicamento tanq̄ genus vel ſpecies. quia dicit ens ꝑfectū in genere vel ſpē. ſʒ ſolum ponit͛ in genere reductiue tanq̄ via ad rē alicꝰ generiſ.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicit̄ ꝙ calefactio. vnomō capit̄ prout dicit fluxū caloris a calefaciēte. vel receptionē eius in patiente. et ſic idē eſt cum calefacere et calefieri. et ſic eſt actio vel paſſio. Aliomō vt dicit fluxū caloris de termino a quo ad terminū ad quē ſiue de imperfecto ad perfectum. et ſic eſt motus. et ſic eſt eiuſdē eſſentie cum calore ſolum differēs ab eo ſecundum eſſe. et iſto° non eſt actio vel paſſio. Ad ſecundā dicitur ꝙ anteꝗ̄ motus terminet̄ terminus ad quē motus eſt in mobili ſecundū eſſe imperfectū. ſed in fine motus ē ſub eſſe perfecto et depurato a priuatione. Ad tertiā dicitur ꝙ duplex reperit̄ mediū inter extrema. quoddā eſt in ſe ens cōpletum et perfectū nō tendens ad vlteriorē actum ſiue perfectiorē. et tale ſpecie differt ab extremis et hoc modo reperit̄ mediū in coloribus. Aliud eſt quod non eſt in ſe completum ſed tendens ad vlteriorem perfectionē. et ſic nō diſtinguitur per eſſentiā a termino ad quem ē. et tale mediū eſt motus. Ad quartā dicitur ꝙ motus ꝗ̄tum eſt ad id quod eſt et ſecundū eſſentiā ſaluatur in termino ad quem. ſed non ſub eſſe motus. ymo ſub eſſe termini. quia per eſſe differt a termino. Ad quintā cōcedit̄ ꝙ per motum acquiritur terminus ad quē. ſed talis terminus eſt idem per eſſentiā cū motu differens ſolum ꝑ eſſe. et illud quod eſt idem ſecundū eſſentiā et differēs per eſſe bene ē in via ad ſeipm̄. Ad ſextā dicitur ꝙ in actione duo ſunt. ſ. materiale et formale. Materiale eſt id quod eſt motus Sed formale vltra motū dicit reſpectū ſeu operationem agentis ad patiens et per idem poteſt ſolui ſeptima ratio. Ad octauam dicitur ꝙ paſſio vno modo capitur materialiter pro illo quod reperitur. et ſic motus bene eſt in paſſo et econtra. Alio modo formaliter ſolum pro receptione que fit in patiens ab agente. et hoc° motus et paſſio eſſentialiter et genere differunt Et per idē ſoluitur nona ratio.

## Queritur quarto. Utrum

Motus bene diffiniatur cum dicitur motus ē actus entis in potentia ſecundū ꝙ hmōi. Et arguit̄ ꝙ non. q2 ens in actu non mouet̄. ergo ſi motus ſit actus mobilis cum mobile eſt in in actu non mouetur. et ſic habens motū non mouebitur quod eſt falſum. 2° ſic omne quod mouetur ſemper alio et alio mō ſe habet. ergo motus eſt alteritas. et ſimiliter omne quod mouet̄ magis ac magis accedit ad terminū. ergo motus eſt inequalitas et per ꝯn̄s non eſt actus entis in potentia. 3° ſic. motus eſt actus entis in actu cum motus ſit actus ſaltem motus ad quantitatem qualitatē et vbi. ergo motus non eſt actus entis in potentia. 4° ſic. motus eſt actus entis ſecundū ꝙ eſt in actu per motum. ergo male dicitur ſecūdum ꝙ in potētia. Ad oppoſitū arguitur per philoſophū ponentē predictam diffinitionē. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo. ꝙ An**tiqui motum diffinierūt dicētes ꝙ motus eſt exitus de potentia in actū non ſubito. Sꝫ iſti defecerunt primo. q2 exitus eſt ſpēs motus. genus autē non habet diffiniri per ſuam ſpeciem. 2° quia ſubitū in ſua ratione recipit tempus. Eſt enim ſubitum quod fit in indiuiſibili tēporis. ſed tempus diffinitur per motū. quare inconuenienter diffinit̄ motus per ſubitum.

**Sciendum eſt Secundo ꝙ** Actus et potētia ſunt de primis differentiis entis ideo ſunt naturaliter priores ip̄o motu. ideo per eas cōuenienter diffinit Ariſtoteles motū. Unde aliquid eſt in actu tantū et illud nō mouetur. quia mobile in termino ad quē nō plus mouetur. Aliquid vero eſt in potentia tantum et tale iterum non mouetur. q2 mobile in termino a quo nondū mouetur. et aliquid mediomō ſe habet inter purā potentiā et actū purū quod partim eſt ſub potentia termini a quo et partim ſub actu termini ad quē. et ſolū tale quod ſic ſe habet mouetur. ideo in ratione motus includit̄ aliquid de potentia et aliquid de actu que ſūt prime differentie entis.

**Sciendum eſt Tertio. ꝙ hic** diffinitur motus per ſubiectū eius quod eſt ens mobile. ⁊ illud ſubiectū ad duo poteſt comparari. ſcilꝫ ad motū et ad terminū cōpletum ip̄ius motus et reſpectu cuiuſlꝫ dicitur eſſe in potētia que cōuenienter explicant̄ in predicta diffinitione. quia cum dicitur ꝙ motus eſt actus entis in potentia importatur potentia ad actū primum qui eſt motus. ſed cū ſubiungitur et ſecundū ꝙ in potentia eſt denotatur potentia reſpectu termini motus. Unde ſit.

**Concluſio prima. motus eſt** actus. Probatur quia illud quo exiſtens in potentia fit in actu eſt actus ſed motus eſt hmōi. Minor patet quia edificabile quod dicit potentiam ad aliquod reducitur in actum quando edificatur. ſed hoc fit per edificationem que eſt motus. ergo per motum exiſtens in potentia fit in actu et ſimiliter exemplificat̄ in aliis motibus

**Concluſio ſecunda: motus** eſt actus entis in potentia. Patet quia omnis actus eſt actus illius in quo ſemper inuenit̄. ſed



motus ſemper inuenitur in ente in potentia. q2 licet idem quandoq3 ſit in potentia et in actu. tamen non ſecundū idem. vt puta actu calidū eſt in potentia ad frigidum. tamen motus non ineſt tali enti ſecundū ꝙ eſt in actu. ſed ſecundum ꝙ eſt in potentia.

**Concluſio tertia predicta dif**finitio motus eſt bene aſſignata. Patet per declarationē ſuarū partiū ſuperius poſitā. poſſet etiā probari per cōditiones bone diffinitionis ſibi conuenientes.

**Concluſio quarta. motus** non eſt alteritas et inequalitas aut non ens. Patet quia cuicūq3 ineſt motus illud neceſſario mouetur. ſed non ē neceſſe omnia que ſunt altera inequalia vel nō entia moueri. ergo motus non eſt alteritas. inequalitas. aut non ens 2° ſic motus non eſt magis ad alteritatem inequalitatē aut ad nō ens ꝗ̄ ad ſua oppoſita. nec eſt magis ex iſtis ꝗ̄ ex ſuis oppoſitis. ergo motus non magis debet dici alteritas ꝗ̄ ſimilitudo. et ſic de aliis. Aduertendū tamen eſt ꝙ quidā pitagorici ad ponendū motum eſſe non ens mouebantur. quia videbant motum nō eſſe puram potentiā nec purū actum. et non percipiebant mediū inter purā potentiam et purū actū ideo poſuerunt motum in genere priuationū in quo ponebant decem in genere mali. ſcilicet infinitum. multitudinē. ſiniſtrū. par. feminā. motū obliquū. tenebrā. malū. triangulum altera ꝑte longiorem. in ordine vero poſitiuorū ponebāt iſta decem in genere boni. ſcilicet. finitū. impar vnum. dextrum. maſculum. quietē. rectū. lumen bonum. et triangulū equilaterū. Sed ad illud motiuum dicit phūs ꝙ propter illud difficile eſt cognoſcere quid ſit motus propter mixtionem actus et potentie. non tamen eſt impoſſibile motum eſſe talem actum qualis dictus eſt. ſcilicet actum permixtū potentie. nec poteſt motus reponi in alio genere entis niſi in genere actus imperfecti habentis ordinē ad vlteriorē actum.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicitur ꝙ licet exiſtens in actu puro non plus moueatur. tamen exiſtens in actu ꝑmixtum potentie vt eſt mobile ſub motu vnde mouetur. Ad ſecundā dicitur ꝙ ſi capiatur alteritas pro quocunq3 diuerſo modo ſe habēdi. ⁊ inequalitas generaliter pro quocūq3 exceſſu vel defectu ſic in motu reperitur quedam alteritas et inequalitas. ſed ſi capiantur proprie vt alteritas eſt diuerſitas in quantitate. ſic non ſemper in motu reperiuntur. ideo motus non dꝫ dici alteritas aut inequalitas. Ad tertiam dicitur ꝙ licet motus quādoq3 ſit ī ente in actu non eſt tamen actus eius inꝗ̄tū eſt in actu. ſed inꝗ̄tum eſt in potentia ad vlteriorem actum. et per idem ſoluetur quarta ratio. Et ſequitur textus. Mouetur autem.

## Queritur Quinto. vtrum

Motus ſit in mobili ſubiectiue. Arguitur ꝙ non. quia actus eſt in eo cuius eſt actus. ſed motus eſt actus mouentis vt habetur in littera ergo motus eſt in mouente ſubiectiue et non in mobili. 2° ſic motus eſt in eo quod mouet̄ ſubiectiue. ſed omne mouens mouetur vt dicit̄ in textu. ergo motus eſt in mouente ſubiectiue. 3° ſic aliquis eſt motus ad ſubſtantiam qui eſt etiā ſubſtantia. ſed ſubſtātia non eſt in aliq° ſubiectiue. ergo non ſemper motus eſt in mobili vt in ſubiecto. Ad oppoſitum eſt phūs in. t. Pro reſponſione.

**Sciendū eſt primo: ꝙ poſt** ꝗ̄ phūs poſuit et declarauit diffinitionem formalem motus. hic conſequēter inquirit cuius motus ſit actus. et circa hoc inquirit primo diffinitionem materialem motus. Secūdo oſtendit qualiter motus eſt in mobili vt in ſubiecto et eſt actus mobilis. Tertio oſtendit qualiter idem motus qui eſt actus mobilis et etiam actus mouentis. Pro quo.

**Sciendum eſt Secundo. ꝙ** Omne mouens mouendo mouetur. quod dꝫ intelligi de mouente pure phico. Hoc ꝓbat phūs dupliciter. Primo q2 omne illud quod eſt qn̄q3 in potentia ⁊ quandoq3 ī actu ſecundū aliquā formā mouetur. ſed omne mouens phiſicū qn̄q3 eſt in potentia et quādoq3 in actu. ergo ⁊c. 2° ſic cuiuſcūq3 immobilitas eſt quies illius ē motus. cum motus et quies priuatiue opponant̄. et priuatiue oppoſita habent fieri circa idem. ſꝫ immobilitas mouentis dicitur quies. mouens autem quando nō mouet dicitur quieſcere. g° cuiuſlibet mouentis phiſici eſt motus.

**Sciendū eſt tertio. ꝙ Licꝫ** Omne mouens phicum mouēdo moueatur nō tamen ſibi cōuenit moueri inꝗ̄tum mouens. ſꝫ ſibi accidit ſecundum ꝙ habet rationē mouētis Cuius ratio eſt quia omne tale agens cōicat in materia cum mobili et tangit ip̄m tactu ꝓprie dicto et ab illo tangitur et habet ad ip̄m contrarietatē. quare in mouendo mouetur. ſed hoc eſt ratione materie ſue que eſt in potētia ad formā patientis ſed mouet rōe ſue forme. Quia vnū quodq3 agit ſecundū quod eſt in actu. Unde mouere eſt in plus ꝗ̄ agere. nam omne agens mouet. ſed non econtra. ſicut intelligentia dicit̄ mouere celum et non dicitur agere in celū. illud

enim proprie dicitur agere quod per eius actio nem trahit paſſum ad propriam naturã agẽtis et agit per actum.

## Sciendum eſt Ultimo. ꝙ

Ad tactuꝫ tria requirũtur. Primo requirit̃ ꝙ tangentia ſint corpora habentia vltima ſimul. defectu cuius intelligentia mouens orbem nõ proprie tangit ipſm. Secũdo ꝙ cõueniant in ma teria eiuſdem rõis. defectu cuius celum non ꝓ prie tangit iſta inferiora. Tertio ꝙ habeant cõ tranetatẽ ad inuicẽ. defectu cuius duo orbes celeſtes contigui non ſe proprie tangunt. Sꝫ iſte tres conditiones ſimul cõueniant agẽtibus cor ruptibilibus. quare mouent et mouentur. moue ri tamen accidit eis proꝑto mouent per cõtactũ quod probat phũs. quia omne mouẽs mouet per formã per quã eſt in actu. vt homo exiſtens in actu facit ex homine in potentia hominem in actu et omne quod mouetur inꝙtum eſt in po tentia. ſed idem ſimul et ſecundũ idem non eſt in actu et in potẽtia. ergo mouens inꝙtum mo uens non mouetur. ſed ſecundũ ꝙ habet rõem mobilis. Tunc ſit.

## Concluſio prima: motus

cõuenienter poteſt diffiniri ꝙ eſt actus mobilis inꝙtum mobile eſt. Probatur quia motus eſt actus alicuius et cum hoc non conuenit moue ri inꝙtum eſt mouens. ſed inꝙtuꝫ mobile eſt. et dicitur hec diffinitio materialis. quia datur de motu per cõparationẽ ad ſuuꝫ ſubiectũ quod ẽ mobile. ſed prius poſita poteſt dici formalis: qꝛ de motu datur per cõparationẽ ad terminũ ad queꝫ vnde capit ſpeciem. ideo motus ſecunduꝫ diuerſas conſiderationes diffinitur illis diuer ſis diffinitionibus. et poſſet hec diffinitio mate rialis demonſtrari per formalẽ. oĩs actus entis in potentia inꝙtũ hmõi eſt actus mobilis inꝙ tum mobile eſt. ſed motus eſt hmõi. ergo. ꝛc.

## Concluſio ſecunda. motus

eſt in mobili ſubiectiue. Probatur quia omne quod eſt actus mobilis vt cauſe materialis in qua eſt in materia ſubiectiue. ſꝫ motus eſt actus mobilis vt cauſe materialis. vt patet per diffini tionẽ poſitã. ergo eſt in mobili ſubiectiue.

## Dubitatur primo. vtrum

Motus ſit actus mouentis et mobilis. Pro dubio eſt ſciendũ ꝙ moueri ꝛ motus ſic differũt quia motus dicit fluxũ forme de eſſe imperfecto ad perfectũ ſiue de termino a quo ad terminuꝫ ad quẽ. Sed mouere dicit eundẽ fluxũ vt proce dit a mouente in ipſm mobile. Sed moueri dicit illum ſecundũ ꝙ recipitur in mobili a mouente

Ex quo ſequitur ꝙ illa tria diſtinguntur ſꝫᵒ rationem formalem dicentẽ quod quid erat eſſe

Sequitur etiam ꝙ motus ſe habet ad illa duo ſicut materiale. Et tunc ſequitur reſponſio ad dubiũ ꝙ motus eſt actus mobilis et mouentis. vtriuſqꝫ eſt idẽ motus materialiter. probat̃ qꝛ quod dicit̃ ſecundũ potentiã et actũ oportet ꝙ habeat aliquẽ actũ ſibi correſpõdentẽ. ſed ſicut mobile dicitur ſecundũ potentiã vt anteꝙ mo ueatur et ſecundũ actũ quãdo actu mouet̃. ſimi liter mouens quãdoqꝫ dicitur in potentia cum dicitur poſſe mouere et tamẽ non mouet et qñꝫ in actu quãdo actu mouet. ergo eſt aliquis ac tus mouentis ſicut mobilis et ille eſt motus. et ꝙ ſit vnus et idẽ probat phũs. quia ſicut eſt idẽ ſpaciũ vnius ad duo. et duorũ ad vnũ. et etiam aſcendentis et deſcendentis habens tamen di uerſas rationes formales. ſic eſt ideꝫ actus qui fit a mouente et a motu. et etiaꝫ mouẽtis et mo bilis ſecundũ diuerſas rationes. vt pꝫ ex dictis.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primã dicitur ꝙ motus dicitur actus mo uentis non vt ſubiecti. ſed vt cauſe efficientis. ſed eſt actus mobilis vt ſubiecti. Ad ſecũdã dicit̃ ꝙ non oẽ mouens vniuerſaliter mouet̃ ſed ſolum mouens phiſicũ quod adhuc non mouet̃ inꝙtum mouens. ſed inꝙtum mobile et in po tẽtia ad aliũ. Ad tertiã dicit̃ ꝙ motus ad ſubſtãtiaꝫ non eſt in ſubiecto ꝙ ſit ens cõpletũ vt eſt ſubiectũ accidentis. ſed eſt in materia que eſt pura potentia et habet modũ ſubiecti acadẽ tis. Sequitur textus.

## Queritur Sexto. Utrum

Actio et paſſio ſint vnus motus in mobili exi ſtens: Arguit̃ ꝙ non. quia proprius actus vniuſcuiuſqꝫ debet eſſe in eo cuius eſt actus. ſed ſi actio et paſſio ſint idem motus exiſtens in mobili proprius actus cuiuſlꝫ non erit in vno quoqꝫ quod eſt inconueniens. tenet ɔ̃ñtia. qꝛ actio agentis non erit in agente. ſed in paciente

2ᵒ ſi ſic ſequit̃ ꝙ diuerſorũ ſecũduꝫ ſpeciem erit vnus et idem actus quod videtur incõue niens. quia agens et patiens diſtinguunt̃. ergo ſi actio et paſſio ſint vnus motus ſequit̃ predictũ inconueniens. 3ᵒ ſi ſic ſequeretur ꝙ actio eſſet idem cũ paſſione et doctio cũ doctrina et agere cum pati que oĩa ſunt falſa. ergo actio et paſſio non ſunt vnus motus. 4ᵒ ſi actio et paſſio eſſent vnus motus ſequeret̃ ꝙ oẽ docens doce ret̃ et oẽ agens pateretur. ɔñs eſt falſuꝫ. ergo ac tio et paſſio non ſunt ideꝫ motus. 5ᵒ ſic. mo tus eſt ꝙtitas qualitas vel vbi. ſꝫ actio ꝛ paſſio ab hiis eſſentialiter diſtinguũtur cũ ſint diuerſa predicamenta. Ad oppoſitum eſt phũs in. t

Pro reſoponſione ad queſitũ.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs oſtendit ꝙ motus eſt actus mobilis. et etiam motiui. conſequenter circa hoc dubita tionẽ mouet de qua eſt queſtio. et prouenit hec dubitatio. quia dictũ eſt ꝙ aliquis actus eſt ac tiui et aliquis paſſiui. actiui quidẽ vocatur ac tio. paſſiui vero paſſio. quod ꝓbat phũs. quia illud quod eſt finis et opus agentis eſt actio. et patientis paſſio. ergo actio dicitur actus agẽtis et paſſio patientis. ideo cõſurgit dubitatio vtrũ actio et paſſio ſint idẽ motus vel diuerſi.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Ens diuiditur in decem predicãmenta non vni uoce ſicut genus in ſpecies. ſed ſecundũ diuer ſos modos eſſendi. et a diuerſis modis eſſendi ſumunt̃ diuerſi modi predicandi. ideo decẽ gene ra inter ſe diſtinguntur per diuerſos modos pre dicandi proportionabiles diuerſis modis eſſen di. ideo generatio actio ꝛ paſſio ſecũdũ rem di cuntur vnus et idem motus. tamen dicunt di uerſos modos eſſendi et predicandi. ideo ſunt duo ꝑdicamẽta diſtincta. Pro cuius intellectu.

## Sciendum eſt tercio ꝙ mo

dus predicandi de prima ſubſtantia ſecundum quem ſumitur diſtinctio predicamentorũ in ge nerali eſt triplex. Primus eſt quãdo predicatur id quod pertinet ad eſſentiã eius ſecundũ quã acapitur predicamentũ ſubſtãtie. Alius eſt qñ predicatur aliquid ſibi inherens. quod fit du pliciter. Aut illud inheret rei reſpectiue per cõpa rationẽ ad alterũ. et ſic ſumit̃ predicamẽtuꝫ rela tionis. aut ñ inheret rei reſpectiue. ꝛ hᵒ eſt dupli citer. Aut inſequitur primã ſubſtantiam gratia materie. et ſic eſt quãtitas. aut gratia forme. et ſic eſt qualitas. Tertius modus predicãdi ẽ qñ aliquod extrinſecũ non inherens predicatur per modũ denoĩationis. quod fit dupliciter. Aut talis denoĩatio generaliter ineſt oĩbus corpori bus. aut ſpecialiter ineſt hominibus. Si primũ vel talis ſumitur rõne cauſe. aut menſure. Si primũ cum ſint quatuor cauſe. et due illarũ ſint partes eſſentie que ſunt materia et forma. ideo predicatio ſecundũ illas cauſas pertinet ad pre dicamentũ ſubſtantie. vt ſi dicatur homo eſt cor poreus vel rationalis. Cauſa vero finalis nihil cauſat ſeorſum ab efficiente. iõ remanet ſola cã agens a qua fit denoĩatio ſicut ab exteriori. 2ᵒ ergo ꝙ aliquid denoĩatur a cauſa agente eſt pre dicamentũ paſſionis. et ſecunduꝫ ꝙ denoĩatur ab effectu cauſe agentis ſumitur predicamentuꝫ actionis. ſed ſi fiat denominatio menſure: que quidem menſure ſunt intrinſece. vt longitudo. latitudo. et profunditas. tunc ab iſtis non fit de nominatio. ſicut ab extrinſeco: ſed illa pertinet ad predicamentũ quãtitatis. Si denoĩatio fiat a mẽſura extrinſeca hoc dupliciter vl̃ fit a tẽpore

et ſic eſt qñ. vel fit a loco. et ſic eſt vbi. vel etiam ſitus qui ſupra vbi addit ordinẽ partiũ in toto et in loco. Si aũt fiet illa denoĩatio in homini bus eſt predicamentum habitus.

## Sciendum ẽ quinto. ꝙ Na

tura dedit alliis aĩalibus ab homine omĩa que pertinent ad cõſeruationẽ vite. vt cornua ad de fendendũ. coriuꝫ groſſum et piloſuꝫ ad repellen dum frigus. ideo non indigent habitu exteriori a quo fiat denoĩatio habitus. ideo cũ dicitur bos eſt cornutus vel piloſus eſt predicatio ſub ſtantie. vt ſi diceret̃ homo eſt capitatus vel pe datus. ſed talia non poterant homini dari a na tura: Primo quia nõ cõueniebant ſubtili cõple xioni eius. 2ᵒ propter neceſſitatẽ operũ que hõi conueniũt inꝙtum eſt rõalis. propter ꝙ homo habet ſibi preparare exteriora ad cõſeruationeꝫ ſui corporis. ideo cũ dicitur homo eſt armatus vel veſtitus denoĩatur ab extrinſeco non inherẽ te. ſecũdũ quã denoĩationẽ ſumit̃ predicamen tũ habitus. et ſi qñqꝫ talis denoĩatio reperiat̃ in aliis ab homine hoc eſt ſolũ inꝙtum veniũt in vſum humanũ. vt dicendo equᵘ eſt armatus vel faleratus. vel baculus eſt ferratus. vel gla dius eſt vaginatus. Ex predictis patꝫ ꝙ lꝫ motus ſit vnus ſecũduꝫ rem. tamen predicamẽ ta que ſumunt̃ ſecundum motum ſunt diuerſa ſecundũ ꝙ a diuerſis rebus exterioribus ſumit̃ denominatio predicamentalis. nam alia res eſt agens a qua per modũ denoĩationis ſumitur predicamentuꝫ paſſionis. et alia eſt res patiens a qua ſecundũ denoĩationẽ ſumitur predicamẽ tuꝫ actionis. ideo actio et paſſio ſunt duo predi camenta realiter diſticta. quia vbi fit denoĩatio ab exteriori ſufficit diſtinctio rerũ a quibus fiũt denoĩationes ad hoc ꝙ ſit diſtinctio realis mo dorum eẽndi a quibꝫ ſumũt̃ mõi ꝑdicãdi de vno

## Sciendum ẽ quĩto ꝙ Ratio

motus non ſolum completur per illud quod eſt de motu in rerũ natura. ſed etiã per illud quod circa ipſm rõ apprehendit. quia de motu in rerũ natura nihil aliud eſt ꝙ actus imperfectus qui eſt quedã inchoatio actus perfecti in eo quod mouetur. Sed ad hoc ꝙ illud ĩperfectũ habeat rationẽ motus vlterius requiritur ꝙ illud intel ligatur vt quoddã medium inter duo extrema. quorũ precedens ad ipſm cõparat̃ ſicut potẽtia ad actũ. Unde motus dicitur actus. quãdo vo cõſequit̃ ad ipſm cõparatur ſicut actus ad po tentiã. ꝙtum ergo ad id quod ẽ de motu in rerꝫ natura ponitur reductiue in genere ſui termini ad queꝫ ſicut imperfectũ reducitur ad perfectũ ſed ꝙtum ad id quod ratio cõprehendit circa motũ. ſcilicet ꝙ eſt mediũ inter duos terminos ꝛ fluit a cã agẽte que reducat aliquid de potẽtia

in actum vel ſꝫᵘ ꝙ recipit̃ in paciẽte pertinet ad ꝑdicamentũ actionis vel paſſionis. Tũc ponit̃.

## Concluſio reſponſalis ad .q:

actio et paſſio ſunt vnus motus materialiter. addunt tamẽ ſupra motum aliquid ſꝫᵘ rationẽ formalem dicentem ꝙ quid erat eſſe. primuꝫ pꝫ qꝛ idem motus eſt actus agentis et pacientis. ſꝫ actio eſt actus agentis ſecunduꝫ ꝙ fluit ab agente. et paſſio eſt actus pacientis. ergo actio et paſſio ſunt idem motus. 2° probat̃ qꝛ motus ſꝫᵘ ſuam propriam rationẽ eſt actus imꝑfectus hñs ordinem ad vlteriorem ꝑfectioneꝫ. ſed actio dicit illum actum vt procedit ab agente in paſſum et de ſuo formali dicit fluxum cauſarum ab agẽte. paſſio vero dicit ipſum vt recipit̃ in paciẽte et de ſuo formali dicit illam receptionẽ et motũ de ſuo materiali. Sed alia eſt ratio formalis actus ſꝫᵘ ꝙ eſt alicuiꝰ vt in hoc. et aliꝰ vt ab hoc. gº actio ꝛ paſſio ſupra motũ addũt aliquid diſtinctum formaliter et ſꝫᵘ rationẽ. non ſoluꝫ ſꝫᵘ rõꝫ rõcinanteꝫ. ſed etiã ſꝫᵘ rationẽ rei formalẽ qua ab ipõ motu differt. iõ formalr̃ iter ſe diſtinguũt̃. Ex prima parte concluſionis ſequitur ꝙ actio eſt in patiente et non in agente vt in ſubiecto. quia actio et paſſio ſunt vnus motus materialiter. ſꝫ motus eſt in mobili ſubiectiue. vel in paciente quod debet intelligi de actione tranſeunte in alterum. non autem de actione immanente. Ex omnibus ꝑdictis de motu manifeſtum eſt quid ſit motus in vli. ex quo faciliter poteſt accipi diffinitio cuiuſlibet ſpẽi motus. nam ſicut dicimus ꝙ motus eſt actus entis mobilis inquãtũ mobile. ita poſſumꝰ dicere ꝙ alteracõ eſt actus alterabilis inquantũ alterabile. et deſcẽdendo ad ſpecialiſſima diciꝰ ꝙ ſanatio eſt actus ſanabilis inquantũ ſanabile. Ulterius patet ꝙ motus eſt actus mouentis et mobilis. ꝛ ideo dicit phũs ꝙ motus poteſt diffiniri ꝑ cõꝑacionem ad mouẽs et mobile dicẽdo ꝙ motus eſt actus actiui ꝛ paſſiui inquãtuꝫ hmõi. ꝛ cõtrahendo illaꝫ diffinicionem poſſent diffiniri ſpecies motus in ſpeciali.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

ad primaꝫ dicit̃ ꝙ non oportet ſemper actum alicuius eſſe in eo ſubiectiue. ſed ſufficit ꝙ ſit in eo vt in cauſa efficiẽte. Ad ſecũdaꝫ dicit̃ ꝙ diuerſorum ſꝫᵘ ſpẽm non eſt idem actus ſꝫᵘ rationem formalem. ſed qñqꝫ eſt idem ſꝫᵘ rem. differẽs tñ ſecundũ racionẽ formaleꝫ rei. Ad alias tres ſolucio patet ex dictis. ſequit̃ textus. quõꝫ autẽ dicit̃

## Queritur ſeptimo. vtrum

ad naturalem phũm ꝑtineat conſiderare de infinito. Arguit̃ ꝙ non quia de non ente non eſt ſciencia. ſed infinitũ eſt non ens vt inferius dicetur ergo infinitũ non eſt de conſideracõe phĩ. 2° ſic omnes paſſiones entis ſunt de conſideratõne methaphiſici. ſed eſſe finitũ vl̃ infinitũ eſt paſſio entis in cõi. nam õne ens eſt finitũ vel infinitũ. ergo ꝛc. 3° ſic paſſiones quãtitatis ſunt de cõſideracõe mathematici qui cõſiderat quãtitatẽ in cõi. ſed finituꝫ vel infinituꝫ de quibus eſt hic ad propoſitum ſunt paſſiones quantitatis. ergo infinitum non eſt de cõſideracõe phiſici. Ad oppoſitum eſt Ariſto. in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝗ̃ in tractatu primo huiꝰ libri phũs determinauit de motu conſequẽter in hoc ſecundo tractatu determinat de infinito quod eſt paſſio intrinſeca ipſius motus vt dictum eſt prius. eſt etiam paſſio magnitudinis et temporis. ideo conueniẽter poſt tractatuꝫ de motu ſequitur tractatus de infinito. in quo primo oſtendit̃ qualiter infinitũ ꝑtinet ad phiſicã cõſideracioneꝫ. et conſequẽter determinat. Pro quo.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

antiqui omnes tam naturaliter loquẽtes ꝗ̃ nõ naturaliter dixerũt infinitum eſſe quoddaꝫ principiũ entium. ſed diuerſificati ſunt. quia Plato et Pitagoras poſuerũt infinitũ eſſe ſubſtantiam per ſe exiſtentem et non accidens alicuiꝰ alterius nature. ꝛ hoc cõueniebat eoꝝ opinionibꝰ. quia ponebant numeros ꝛ quantitates eſſe principia rerum. cum ergo infinituꝫ ſit in quãtitate. habebant ponere infinitum eſſe ſicut ſubſtãciam ꝑ ſe exiſtentem. Iſti tñ in duobus differebant. primo qꝛ Pictagoras poſuit infinitũ ſoluꝫ in ſenſibiliꝰ et quia ſenſibilia que ſunt infra celũ ſunt finita ideo poſuerũt infinitũ ſolũ eſſe in ſenſibilibꝰ. iõ opinatꝰ eſt ipm̃ eſſe extra celuꝫ. Plato vero poſuit infinituꝫ tam in ſenſibilibus ꝗ̃ ydeis ſeparatis. tñ non poſuit infinituꝫ extra celuꝫ. qꝛ dicit nihil eſſe extra celum. et ꝙ ydee nuſꝗ̃ ſunt. 2° differebant quãtuꝫ ad radicẽ infiniti. naꝫ Pictagoras ponit numeꝝ parẽ eſſe radicẽ infinitatis. Plato vero ponit magnuꝫ et paruum ſe tenere ex parte materie cui competit infinitas.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ

Pictagoras ponit numeꝝ parem eſſe principiuꝫ infinitatis. illud oñdebat rõe ꝛ ſigno. Ratione ſic quod ab alio cõcludit̃ et terminat̃ eſt de ſe infinitũ. ſed numerus par ꝯcludit̃ et terminat̃ ſub impari. qꝛ numerꝰ par vndiqꝫ diuiſibilis apparet et addita vnitate reducit̃ ad impareꝫ. et conſequitur in diffinitione ac ſi par ſub impari contineat̃. ergo numerus par eſt per ſe infinitus et in omnibus aliis radix infinitatis. Signo probat ſic qꝛ ſi primo numero ſcꝫ vnitati que eſt quadratum in virtute inquantuꝫ ſemel vnum eſt vnuꝫ addat̃ primꝰ numerꝰ impar ſcꝫ ternariꝰ ꝯſtituit̃ quaternarius qui eſt quadratũ binarii. ꝛ ſi quadrato addat̃ ſequẽs numerꝰ impar ſcꝫ quinariꝰ





conſtituitur nouenarius qui eſt quadratum ternarii. quia ter tria ſunt nouem. et ſic aſcẽdendo nunꝗ̃ variatur figura. ſed ſi non eſt de numero pari. quia ſi vnitati addatur primus numerus par ſcꝫ binarius conſtituitur ternarius qui eſt figure equilatere. et addito cum ternario conſtituitur alia figura numeri. et hoc eſt ſignũ ꝙ vnitas et finitas pertineant ad numerum impareꝫ diffornitas autẽ et infinitas ad numerũ parem Unde ſimile ẽ de numeris imparibus additis circumpoſitis vnitati et de gnomonibus. quia ſicut gnomo circumpoſitus quadrato conſtituit quadratum augendo ipſum et nunꝗ̃ variat figuram. Similiter ẽ de numeris paribus et dicit̃ gnomon quadratum ſupra dyametrum conſiſtens cum duobus ſupplementis. Et ſic patent opiniones antiquorũ nõ naturaliter loquẽtiũ de infinito.

## Scienduꝫ eſt quarto. ꝙ Na

turaliter loquentes de infinito poſuerunt infinitum nõ eſſe per ſe exiſtens. ſed eſſe accidens alicuius nature ſibi ſuppoſite. et iſtoꝝ quidam poſuerunt tantũ vnum principiũ omniuꝫ ꝛeruꝫ de numero elementorum ſiue non dixerunt illud eẽ infinitũ. ſed illi qui poſuerunt plura elemẽta eẽ principia in numero infinito non poſuerunt aliquod illorũ eſſe infinitũ in magnitudine. quia vnum ſolum replet totuꝫ locum. et ſic alia non haberent locum. ſed illi qui poſuerunt infinita principia naturalia ſecundũ numerũ. ſicut Anaxagoras ponens infinitas partes ad inuicẽ cõmixtas. et Democritus ponẽs infinita principia athomalia differentia ſecundũ diuerſitatẽ figurarum dixerunt ex oĩbus illis fieri quoddã infinitũ per contactum et aggregationem ad inuicẽ et opiniones illorum ſatis declarate ſunt in primo libro.

## Sciendum eſt Ultimo. ꝙ

Omnes antiqui ſupradicti quatuor condiciões attribuerunt infinito. Prima eſt ꝙ infinitum eſt principiũ ꝛ non principiatũ. qꝛ infinitũ ſi ſit non eſt fruſtra. ergo habet rationẽ principii vel principiati. non principiati. quia tunc haberet principium. et per conſequens haberet finem. et ſic eẽt finitũ. Secũda cõditio eſt ꝙ infinitũ eſt ingenitum et incorruptibile. quia ſi eſſet genitũ haberet principiũ. et ſi eſſet corruptibile haberet finẽ et ſic eſſet finitum. Tertia cõditio eſt ꝙ infinitũ omnia continet et gubernat. et iſta ſequitur ex duabus predictis. Quarta eſt ꝙ infinitũ eſt qđdam diuinuꝫ ex quo omnia gubernat ꝛ cõtinet Quibus poſitis ſit hec.

## Concluſio reſponſiua ad .q:

Ad phiſicũ pertinet conſiderare de infinito ſi ẽ aut non eſt. et ſi eſt quid eſt. Patet per phũm ratione et ſigno. Ratione ſic. quia ſciã de naturã eſt circa magnitudines motũ et tẽpus. ſꝫ quodlibet iſtorũ neceſſe eſt infinitũ vel finitũ eẽ licet non omne ens vniuerſaliter ſit finitũ vel infinitum. ſicut eſt de puncto vel de ſimplicibus et paſſionibus. ergo concluſio vera. Signo ſic omnes qui aliqualiter philoſophiã tractauerũt fecerũt mentionem de infinito vt patet per opiniones antiquorũ prius poſitas. ergo phicus habet cõſiderare de infinito. Eſt aduertendũ tamen ꝙ finitum et infinitum dupliciter accipi poſſunt. Uno mõ generaliter vt ſunt paſſiones entis in ꝗ̃tum ens. et ſic pertinent ad methaphiſicum. Alio modo vt ſunt paſſiones ꝗ̃titatis ꝛ hoc dupliciter. Uno mõ vt ſunt paſſiones ꝗ̃titatis ſecundũ ſe cõſiderate. et non vt eſt diſpoſitio reꝝ naturaliũ. et ſic pertinẽt ad mathematicũ. Alio modo vt ſunt paſſiones ꝗ̃titatis conſiderate ꝑut eſt diſpoſitio rerum naturaliũ. et ſic hoc mõ intelligitur cum dicitur ꝙ ſunt de conſideracõe phiſici.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primã dicitur ꝙ licet nõ ſit infinitũ actu tamen eſt in potentia et illud eſt ſenſibile imperfecte ſicut habet eſſe. Ultra dicitur ꝙ dato ꝙ nullo mõ ſit de eo adhuc eẽt ſciẽtia non poſitia ſed priuatiua oſtendendo ſcilꝫ quid eſt infinitũ et quid non. Ad alias duas patet ſolutõ ex dictis. Sequitur textus. Eſſe inquit aũt infinitum.

## Queritur octauo. Utrum

Infinitũ ſit. Arguit̃ ꝙ ſic. rationibus textus. quia tempus eſt infinitũ. quia nunꝗ̃ incepit eẽ nec vnꝗ̃ deſinet eſſe. quia omne quod incipit eſſe et deſinit incipit vel deſinit in tẽpore et ſub tempore. ergo aliquod eſt infinitum. 2° ſic. magnitudo eſt diuiſibilis in infinitũ et numerꝰ etiam angularis. ergo infinitũ eſt. añs apparet qꝛ mathematici in diuiſione magnitudinis ꝛ in appoſitione numeri vtuntur infinito. 3° ſic. generationes et corruptiones ſunt motus. ꝛ ſũt infinite et perpetue. ſed hoc non poſſet eſſe niſi eſſet vnũ materiale principiũ infinitũ. igitur ꝛc.

4° ſic. omne finitũ finitur per aliquid extra ipm̃ a quo includitur. ergo oportet dare corpus infinitũ quod a nullo includatur vel erit procedere in infinitũ. ergo infinitũ eſt. 5° ſic. omne illud eſt verũ quod apparet intellectui vel ymaginationi. cum intellectus et ymaginationis apprenſio cauſet̃ a rebus. ſed intellectus noſter cõcipit infinitũ. qꝛ dato quolibet numero adhuc poteſt cõcipere maiorem numerum. ſimiliter extra celum ymaginatur eſſe ſpatium infinitũ. gº eſt plenum vel vacuũ. ſi primum non poteſt re-

pleri niſi corpore infinito. ſi ſecunduȝ cum nihil aliud ſit vacuum ꝙ locus non repletus corpore poteſt tamen repleri. et in perpetuis non differũt eſſe et poſſe. ſequitur ergo ꝙ talis locus iam repletus eſt corpore. Ad oppoſitũ eſt phũs in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs recitauit opiniones antiquorum de infinito et oſtendit infinitũ eſſe de conſideratione phiſici. ꝯſequẽter ꝓſequitur ſuam determinationem de ipſo. et primo ponit tres rationes probantes infinitũ non eſſe. et circa hoc ꝯſequenter determinat veritatẽ oſtendendo qualiter infinitũ eſt vel non eſt. et quid ſit infinitũ. ⁊ ſecũdo ſoluit rationes adductas ꝓbando infinitũ eſſe. Primo oſtendit ꝙ non eſt infinitũ in actu a ſenſibilib⁹ ſepatũ. ſicut platonici poſuerunt de quo videbitur in preſenti queſtione. poſtea vero videbitur vtrum ſit actu infinitũ ſenſibilibus coniunctum.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Ut dicitur in textu magna eſt dubitatio circa infinitum vtrum ſit vel non ſit. q² multa impoſſibilia ſequũtur ponentibus infinitũ omnino nõ eſſe vt patuit ex predictis rationibus. ⁊ etiã mlta ſequũtur ponentibus infinitũ eſſe in actu vt pȝ in ſequẽtibus. idem eſſet dubiũ ſi ponatur infinitum actu cuius nature ſit. et ſimiliter ſi infinitum ſit per ſe ſubſiſtens vt ſubſtãtia quedã. ſicut poſuerunt platonici et Pitagoras. vel ſicut aliquod accidens conueniens alicui nature vt poſuerunt naturaliter loquentes.

## Sciendum eſt tertio ꝙ vt di

citur in textu infinitum dicitur quinqȝ modis. Uno mõ priuatiue ſiue negatiue quod non eſt natum pertranſiri eo ꝙ non eſt in genere tranſibilium ſicut punctus. vt dicitur cõiter ꝙ vox eſt inuiſibilis. Secũdo mõ poteſt dici quod ꝙtum eſt de ſe poteſt pertranſiri. non tamẽ a nobis ꝓpter aliquod impedimentũ vt profunditas maris dicitur infinita. Tertio modo dicitur infinitum quod poteſt pertrãſiri. tamen cum magna difficultate ſicut iter vſqȝ ad indiã diceretur infinitum. Quarto mõ quod habet tranſitum inconſummabilem propter eius extenſionem infinitam. vt ſi eſſet aliqua magnitudo carens terminis. ⁊ ſic proprie dicitur infinitũ. Quinto mõ dicitur infinitũ ſecundũ diuiſionẽ vt in magnitudinibus. aut ſecundũ appoſitionẽ. vt in numero aut vtroqȝ mõ vt in tẽpore. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Nulluȝ

ẽ actu infinitũ ſepatũ a ſenſibilibus ꝑ ſe exiſtẽs vt ſubſtantia quedã. Probatur tribus rationibus philoſophi. prima ẽ quia vel eſſet ſubſtãtia vel accidens. ſi ſubſtantia cum ſubſtantia ſit ꝑ ſe indiuiſibilis eo ꝙ omne diuiſibile eſt magnitudo vel multitudo tale infinitũ erit indiuiſibile. ergo non erit infinituȝ niſi primo mõ de quo non intendebat Plato nec Pictagoras. nec de illo eſt ad propoſitũ. ſi ſit accidens non eſt pri⁹ principiũ eorum que ſunt. ſed illud cui accidit quod ẽ contra ipſos. ſicut licet vox ſit principiũ locutionis et ſit inuiſibilis. tamen inuiſibile nõ eſt principiũ locutionis. Secunda ratio paſſio non eſt ſeparabilis a ſuo ſubiecto. ſed infinitum eſt paſſio magnitudinis et numeri que non ſeparantur a ſubiecto. ergo nec infinitum. Tertia ratio ſi hoc mõ ponatur infinitũ. aut eſſet partibile. aut impartibile. Si impartibile non erit infinitum eo mõ quo antiqui ponebant infinitum. ſi vero ſit partibile cum ab eis ponatur eſſe primum principium oportet ꝙ ſit ſubſtantia ſimplex non cõpoſita ex partibus diſſimilibȝ ergo eſt eadem ratio totius et partis. et cum totum ſit infinitũ ſequitur ꝙ quelibet pars eius ẽ infinita. quare ſequeretur ꝙ ex multis infinitis fieret vnũ infinitum quod eſt impoſſibile. cum vnum infinitum totum locum occupet et non poteſt alia ſecum permittere. ergo non eſt ponẽdum infinitum a ſenſibilibus corporibus ſeparatum. Uerum eſt tamen vt dicit phũs ꝙ iſta queſtio vtrum infinitũ ſit in ꝙtitatibus mathematicis et in rebus intelligibilibus magnitudine carentibus pertinet ad vniuerſaliorẽ ſciaȝ ꝙ ſit preſens phia. quia in preſenti ſcientia ſolũ ẽ cõſideratio de rebus ſenſibilibus de quibus eſt ſcientia naturalis. ideo hic perſcrutandum eſt vtrum ſit aliquod corpus ſenſibile actu infinitum vt de ipſo dicetur inferius.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primã dicitur ꝙ tẽpus icepit eſſe ex ꝯñti non per naturalẽ generationem. ſed per creationem ſicut et motus. nã ſimul creata fuerunt celũ motus eius et tẽpus quod eſt menſura motus celeſtis. ideo tempus non eſt infinitũ in actu ꝙuis dicatur infinitum in potentia ſecundum diuiſionem et ſecundũ appoſitionẽ. Ad ſecundam dicitur ꝙ in diuiſione magnitudinis et in appoſitione numeri eſt infinitum ſecundũ potẽtiam. ſed non eſt infinitũ actu. Ad tertiam dicitur ꝙ generationes et corruptiones non ſunt perpetue ſic ꝙ ſit vnum materiale principium ex quo res generatur ſed per circũuolutionem et reciprocationẽ generationis et corruptionis. q² ſemper generatio vnius eſt corruptio alterius et econtra. Ad quartã negetur antecedens. q² licet tactũ importet reſpectũ ad aliquod tangẽs tamen finitũ eſſe ſeu fieri non importat reſpectũ ad aliquod finiens extrinſecum. ſed poſſibile eſt aliquod corpus terminari ſuis proprijs terminis et dimenſionibus ſicut eſt de primo celo. Ad quintam dicit Ariſto. ꝙ intelligentie credere eſt incõueniẽs. et capit intelligentiã ꝓ ymaginacõe .i. ymaginacõi vł intellectui ꝯuerſo ad fantaſiã vel ymaginacõem q² non oportet omne illud eẽ verꝝ quod videt ſic. i. ab intellectu noſtro. alias ꝯtradictoria eſſent ſimł vera. ideo dicit phũs ꝙ ſi capiam⁹ aliquã magnitudinẽ maiorē vel minorem ꝙ ſit talis abũdantia / talis defectus erit in nobis ⁊ nõ in re ipſa. et id nõ oȝ ꝙ ſi ymagi° apprehẽdat infinitũ ſpaciũ extra celũ ꝙ ꝓpterea ita ſit q² hec ymagina° eſt ex pte ymaginãtis et non ex parte rei ymaginate. Sequitur textus. Rationabile quidem ſpeculantibus. ⁊c.

## Queritur Nono. Utrum ſit

aliquod corp⁹ ſenſibile actu infinitũ. Arguit ꝙ ſic q² motus infinitus ꝓſupponit mobile infininitum. ſed motus celi eſt infinitus cũ ſȝ⁹ naturã careat principio et fine. g° celũ eſt infinitũ. 2° ſic in corpore celeſti reperit infinitũ ſȝ⁹ potenciã et diffinitionẽ cũ ſit quãtuȝ et ꝯtinuũ. g° ibi eſt infinitũ actu. ꝯña tenȝ q² in ꝑpetuis nõ differũt eſſe et poſſe. 3° ſic infinitũ et finitum hñt fieri circa idem. ſed finitũ reperit actu ſub corpore ſenſibili. g° ſimiliter põt reperiri cor⁹ actu infinitũ. In oppo⁹ eſt Ariſtoteles in textu. Pro rñſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ Ariſtoteles improbauit opiniones antiquoꝝ ponen⁹ infinitũ eſſe ſubſtãciam ꝑ ſe exñtem qui non naturaliter loquebant de infinito. hic ꝯñter ponit rões ad probandũ non eſſe actu infinituȝ ſicut accñs alicui nature ſenſibili / ſicut aliqui magis naturalr̃ loquẽtes poſuerũt infinitũ. vbi

## Sciendum eſt ſecundo. ꝙ fuit

opinio cõis tempore Ariſtotelis celum eſſe de natura quatuor elemẽtoꝝ. et q² ipſe nõ duȝ probauit celuȝ eſſe alterius nature a quatuor elemẽtis. ideo in ſuis rõibus ꝓcedit ac ſi non eſſet aliquod corpus ſenſibile extra quatuor elemẽta. ſȝ poſtꝙ in pri° de celo probauit celũ eſſe alterius nature ab elemẽtis. ad maiorẽ certitudineȝ veritatis reiterat ꝯſideracõem de infinito oñdendo vlr ꝙ nullum corpus ſenſibile eſt infinitũ ſȝ⁹ diſtincta corpora ſenſibilia. ⁊ ſic conſidera° ibi tradita de infinito eſt vniuerſalior quantũ ad extenſioneȝ ꝙ ꝯſidera° hic habita in iſto tercio. tñ nõ eſt vniuerſalior ſecundum rationem generalem formalẽ generis ſcibilis. Tunc ſit iſta

## Concluſio prima ꝙ non eſt

ponendũ actu infinitũ accidẽs alicui nature ſenſibili. probat q² vel illud eſſet in corporibus continuis vel numeris. non pri⁹ q² nullum ſupficie determinatũ eſt infinituȝ. ſed de rõe corporis eſt ꝙ ſit ſupficie determinatũ ſicut de rõe linee eſt ꝙ ſit inter duo puncta. ⁊ ſuperficiei ꝙ ſit inter duas lineas. ergo non eſt actu infinituȝ nec in corpore ſenſibili nec intelligibili. Nec põt dici 2⁹ q² nullum infinitũ põt mutari cũ non poſſit pertrãſiri ſed omnis numerus vel habẽs numerꝝ põt mutari. et ꝑ ꝯñs ꝑtranſiri. ergo nullus numerus eſt infinitus. Et iſta rõ comꝓhendit duas rões que ſunt logice ſed non demõſtratiue. q² ex cõibus ⁊ probabilib⁹ et non neceſſarijs procedunt. Sed ſi aliquis ponens corpus infinituȝ negaret ꝙ ſit de rõe corporis eſſe determinatũ ſupficiebȝ. etiã ſi aliquis poneret actu infinitũ ĩ numeris negaret ꝙ ſit de rõe c⁹libet numeri actu poſſe mutari ſed quia iſta dicta ſunt famoſa ideo philoſoph⁹ arguit probabiliter ex ipſis.

## Concluſio ſecunda: Nullum

eſt corpus actu ſenſibile infinitũ. probat ꝑ phũȝ quinqȝ rõibus. Prima eſt que ꝓcedit ꝓſupponẽdo elemẽta eſſe finita ſȝ⁹ multitudineȝ. et arguit ſic. ſi eſſet aliquod cor⁹ naturale actu infinituȝ. vel eſſet compoſitũ vel ſimplex. non pri⁹ q² cum elementa ponant finita in multitudine non poſſent cõponere infinintũ niſi aliquod illoꝝ eſſet infinitũ in quãtitate. vel ergo vnũ tantũ eſſet infinitũ vel omnia. non vnuȝ tantũ q² cum in maiori corpore ſit ſemper maior virtus. in infinito eſſet virtus infinita. ergo deſtrueret alia elemẽta nec poſſet eſſe nec durare illud ꝯpoſitũ q² elemẽta nõ eſſent in eo adequata. nec poſſent eſſe omnia infinita q² vnuȝ infinitum vndiquaqȝ diſtans eſt. q² eſt corpus habens oẽs dimenſiones ⁊ protendit in infinitũ. ergo non poſſent eſſe plura in eodem cum vnum occupet totum locum. vel oporteret duo corpora ſimul eſſe in eodeȝ loco quod eſt impoſſibile. ſi autẽ illud corpus eſſet ſimplex vel eſſet vnuȝ corpus ꝓcedens quatuor elemẽta vt aliqui poſuerũt vaporem ex quo ſȝ⁹ ipſos elemẽta ꝯponunt. vel eſſet de quatuor elementis. non ꝑ pri⁹ q² tale corp⁹ non eſt ponenduȝ ꝓcedere quatuor elemẽta. q² vnũquodqȝ reſoluitur in ea ex quibus ꝯponit. ſed elemẽta non reſoluunt in tale corp⁹. ergo nec ex ipſo ꝯponunt. Nec põt eſſe vnum de quatuor elemẽtis. q² ſi ſic cum eſſet infinite virtutis cetera cõuerteret in ſui naturã et iaȝ eſſent ꝯuerſa quod eſt incõueniẽs.

Secunda rõ eſt ꝑ qua phũs ꝓmittit tres ſuppoſicões. Prima eſt ꝙ omne corp⁹ naturale habet naturaleȝ inclinacõem vt ſit in aliquo loco. Secũda eſt ꝙ cuilibet corpori naturali cõuenit aliquis locus determinat⁹ in vniuerſo. Tercia eſt ꝙ eſt idem locus naturalis tocius et partis. ſicut tocius terre et vnius glebe. et tocius ignis et vnius ſcintille. cuius ſignum eſt q² in quacũqȝ pte loci toci⁹ corporis ponat pars corporis quieſcit in illo loco. Tunc arguitur ſic ſi eſſet corpus ſenſibile. vel eſſet homogeneũ et eſſet eiuſdẽȝ ſpẽi

in omnibus ſuis partibus vel etherogeneum. Si primū ſequitur ꝙ quelꝫ eius pars ſemꝑ mouetur. aut ſemper quieſcat vtrūqꝫ eſt impoſſibile et deſtruit rationē nature. qꝛ ſi ſemper moueret natura non eſſet principium quietis. et ſi ſemper quieſceret non eſſet principiū motus. pꝫ tamen ꝯñtia. qꝛ cum quelꝫ pars eſſet in loco totius nō magis haberet inclinationē ad vnaꝫ partē illiꝰ loci quā ad aliam. et ſic vel ſemper moueretur ad quālꝫ partem illius loci vel non moueret. ſi eſſet etherogeneū vel eſſet ex finitis ſpecie vel ex infinitis ſpeciebus. ſi primū oportet ſpēꝫ aliquā eſſe infinitā in quantitate. et tunc corrumperet alias. ſi ex infinitis ſpēbus cum quelꝫ pars habeat locū naturalē ſibi determinatū ſequeretur ꝙ eſſent infinita loca naturalia determinata ſꝫ ſpeciē quod eſt falſum. Et circa iſtam rationem dicit Anaxagoras aſſignans ratiões quietis infiniti ꝙ ſe ipm fulſit et ſuſtentat eo ꝙ eſt in ſeipo et non in alio. Quā rōeꝫ improbat phūs dupliciter. Primo qꝛ ſolum dicit quare non mouetur et non quare non eſt natum moueri. ſicut terra quieſcens in medio. ſed hoc non eſt ꝙ ſit in ſe ipſa. ſed quia habet grauitatem. Secunda rō ſi infinitum quieſceret quia eſt in ſe ipo eadem ratione quelꝫ pars eius ſemper quieſceret cum eſſet in ſe ipa. Tertia ratio omne corpus ſenſibile eſt graue aut leue. ſi primū naturaliter fertur ad mediū. ſi leue naturaliter fertur ſurſum a medio. ergo ſi ſit aliquod corpus materiale infinitum oꝫ ꝙ in eo ſint ſurſuꝫ et mediū. ſed non eſt poſſibile in infinito dare mediū et ſurſum. igitur. Quarta rō eſt oē corpus ſenſibile eſt in aliquo loco. ſed tantum ſunt ſex differentie loci in vniuerſo quarū quelꝫ eſt determinata et finita. ergo oē corpus ſenſibile eſt actu finitū et determinatum. Quinta ratio ſi eſſet corpus ſenſibile infinitum haberet locū infinitū. ſed hoc eſt impoſſibile cū de rōe loci ſit circundare et continere locatum. ergo nullum eſt corpus ſenſibile actu infinitū.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ licet motus celi ſit infinitus duratione ſecundū potentiā non tamen extenſione quā habet a ſuo mobili. ideo non oꝫ celuꝫ in extenſione eſſe actu infinitum. Ad ſecūdā cōceditur ꝙ celū eſt diuiſibile in rōe ꝗtitatis ſcilꝫ mathematice ſecūdū ymaginationē aut ſuper naturaliter. ſed non per actionē nature. et negetur ꝯñtia et ad probationem dicitur ꝙ illa auctoritas intelligitur de potentia ad eſſe q̄ non differt ab actu ſecundum durationem. et ñ de potentia ad operari. Ad terciā dicitur ꝙ non oportet ſemper priuatione oppoſita actu reperiri in rerum natura vel in ſuo ſubiecto. ſed ſi vnū eſt actu ſufficit reliquū eſſe in potentia. tc.

## Queritur decimo. Utrum

Infinitū ſecundum potentiam in rebus naturalibus reperiatur. Arguitur ꝙ non. oīs potentia eſt reducibilis in actum alias eſſet fruſtra. ſꝫ infinitū nunꝗ eſt in actu. ergo neqꝫ in potētia. 2º ſic entia naturalia ſunt determinata ad maximū et minimū ſecundū actū et potentiā vt dictū eſt in pº huius. ergo infinitū ſecūdū potētiam non reperitur in rebus naturalibus. 3º ſic ſi reperiretur infinitum maxime eſſet in diuiſione magnitudinis. ſed hoc non. igitur. Minor patet quia oē infinitū per ablationē finiti tandem cōſumitur. ergo in diuidendo magnitudinem non eſt proceſſus in infinitum. Ad oppoꝰ arguitur per phūm in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝗ phūs diſputatiue inquiſiuit de infinito oſtēdendo ꝙ ſit et etiā ꝙ non ſit. hic cōſequenter declarat veritatem. primo oſtendens quo mō eſt infinitū. et quo mō non determinādo queſtionem ſi eſt. Secūdo ponēs diffinitionem infiniti determinādo queſtionē quid eſt. Et 3º aſſignās rationē aliquarū paſſionum infiniti ſicut determinando queſtionē qꝛ eſt et propter quid eſt. et de primo illorū videbitur in preſenti queſtione.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Multa impoſſibilia ſequūtur ſi ponatur actu infinitum vt dictū eſt. et etiā multa ſequuntur ſi ponatur non eſſe omnino. Primū erit ꝙ tēpus habebit principiū et finem quod reputatur incōueniens apud ponētes eternitatē mundi. Secūdū eſt ꝙ quelꝫ magnitudo nō eſt diuiſibilis in infinitum. Terciū eſt ꝙ numerus nō eſt in infinitū augibilis. et qꝛ illud non eſt ponendū ad quod ſequuntur multa impoſſibilia. ideo cōcludit Ariſtoteles ꝙ infinitū aliquo mō eſt et aliquo mō non eſt. Sed ad videndū qualiter eſt.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ Ut

habetur in textu aliquid dicitur eſſe dupliciter. Uno mō in potētia. alio mō in actu. et in potētia aliquid ē iterū dupliciter. Uno modo in potentia ad actum cōpletū et perfectū. ita ꝙ aliquando totum in actu eſt ſimul exiſtens ſicut es dicitur in potentia ad formam ſtatue. Alio mō aliquid dicitur eſſe in potentia ad actū imperfectū ſemper potentie permixtum ſic ꝙ nunꝗ eſt ſimul in actu exiſtens. ſed cum hoc eſt in fieri et ſemper eſt in potentia ad vlteriorem perfectionē et iſto mō infinitū in potētia reperitur in tēpore in generationibus rerum ſibi inuicem ſuccedentibus in diuiſione magnitudinum. et in appoſitionibus numerorū et ibi nō eſt infinitū in potentia primo mō. qꝛ nunꝗ ibi reperitur totum ſimul et in actu perfecto.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ In

finitū in potētia in predictis inuenitur quodāmō ſimiliter ꝛ quodāmō diſſimiliter. ſimiliter in hoc ꝙ in oībus illis reperitur ſꝑ aliud et aliud accipiendo ſecundū quādaꝫ ſucceſſióeꝫ. ita tñ ꝙ illud acceptū in actu eſt totū finitū ſꝫ ſit alterū et alterū et ſemꝑ in potētia ad alterū accipiēdū. idō ē infinitū ad poſterius accipiēdū ꝙ nō eſt actu. et idō non oꝫ accipere infinitū ſicut aliquid permanens vt domū vel hominē. ſꝫ ſicut ſucceſſiuū vt dies vel agon id eſt ludus agonialis. ſed ē diſſimiliter in illis. qꝛ ī tēpore et in gñationibus rerū illud infinitū acceptū de infinito nō permanet ſed recedit. ſed in diuiſione magnitudinis et in appoſitione numeri acceptum eſt permanēs.

## Sciendum eſt quinto. ꝙ infi

nitum per diuiſionē et infinitū per appoſitionē habēt cōuenientiā et differentiā. tñ diuiſio magnitudinis pōt fieri dupliciter. Uno mō ſeruando eādeꝫ proportionē. ſed nō eādeꝫ ꝗtitatē partis accepte vt ſi de linea decē pedū primo capitur medietas et ſecūdo mediū medietatis. ꝛ ſic infinita ſemꝑ manebit proportio eadē ſcꝫ dimidii ad duplū. ſꝫ variatur ꝗtitas. Alio mō pōt fieri ſeruādo eādem ꝗtitatē. ſed nō eandē proportionē. vt ſi a linea decē pedū ſubtrahatur vnꝰ pes. deinde maiꝰ. ſeruabitur eadē ꝗtitas ſed nō eadē proportio. in minori enim ꝓportione ſe habebit primꝰ pes ad decē ꝗ ad nouē ſecūdus. et iſto mō diuiſio cōtinui nō vadit in infinitū. qꝛ oē infinituꝫ iſto mō cōſumitur quocūqꝫ finito ſemper accepto ſed primo mō vadit ī infinitū. et qº ad hoc hꝫ cōuenientiā cū infinito ī appoſitiōe. et quicquid accipitur per diuiſionē poteſt apponi alteri. et ideo vtrūqꝫ infinitū eſt in potētia ſolum et in fieri. et ſemper ē aliquid ipius extra accipere. ſed habēt differentiā. qꝛ infinitū per appoſitionē non excedit in maius oēm magnitudinē finitaꝫ et determinatā. ſed infinitū per diuiſionē excedit ī minꝰ oēm determinatā ꝗtitatē. Rō patet. qꝛ nullū eſt actu corpus infinitū ex cuius ablatione fiat appoſitio in infinitū alteri magnitudini. qꝛ talis appoſicio procedit ad totū quod habet rōeꝫ forme. Rō etiā ē qꝛ diuiſio procedens a ꝑuo ſe tenet ex parte materie que ſub quātitate ſemper in potētia eſt ad diuidendū. Ex predictis patet falſitas opinionis Platonis ponentis duo infinita. ſcꝫ magnum quo ad infinitū ſecūdū appoſitionē. et paruū quo ad infinitū ſecundū diuiſionē. qꝛ vt dictū eſt nō eſt infinitū per appoſitionē ſecundū magnitudinē in cōtinuis nec actu nec potentia. quia non cōtingit excellere per appoſitionem quācunqꝫ magnitudinē finitam. Nec pōt dici ꝙ illud infinitū per appoſitionem ſit in numeris qꝛ ſecundum ipm numerus non augetur niſi vſqꝫ ad decē. ꝛ ſemper ſit regreſſus ad vnitatem.

## Concluſio prima: In rebus

naturalibus reperitur infinitū in potentia vltio modo capta. Patet quia infinitum aliquomō eſt vt oſtenſum eſt. alias ſequerētur incōuenientia iam allegata. cum ergo actus et potentia diuidant ens et quodlibet genus entis. oportet ꝙ ſit actu vel potentia. ſed non eſt infinitum in actu vt oſtenſum eſt per predicta. ergo oportet ꝙ infinitum ſit in potentia. non tamen ad actum completuꝫ. ſed ad actū incōpletuꝫ et poſitione permixtuꝫ. Et ſic patet reſponſio ad queſitū.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ aliquid eo mō quo ē in potentia eo modo reducitur ad actum. et qꝛ infinitum ſolum eſt in potentia ad actum incōpletum ideo reducitur in actū per ipſum. Ad ſecundā dicitur ꝙ licet res naturalis ꝗtum ad eſſe naturale alicuius determinate ſpeciei ſit determinata ad maximum et minimum. tamen ſecundū eſſe ꝗtum quia non abſtrahit ab eſſe ꝗto non eſt determinata ad maximū. Tercia ſoluitur ex dictis. Sequitur textus. Accidit autem contrarium.

## Queritur vndecimo. vtrum

Infinitū bene diffiniatur ſic. Infinitū eſt cuius ꝗtitatē accipiētibꝰ ſemꝑ ē aliquid extra accipere. Arguitur ꝙ nō. nā ſi ſic oīs magnitudo eſſet infinita. qꝛ accepta quacunqꝫ ꝑte magnitudinis cōtingit aliā partē extra accipere. hoc aūt videtur eſſe falſuꝫ. qꝛ tunc aliquid finitū ex infinitis cōponeretur. 2º ſic quantitas infiniti eſt infinita ergo nō poteſt accipi. qꝛ infinitū eſt incōprehēſibile. ꝛ per ꝯñs male dicitur cuius ꝗtitatē accipiētibus. 3º ſic illius extra quod nihil eſt nō cōtingit aliquid extra accipere. ſed extra infinitum nihil eſt ſed oīa cōtinet. ergo male ponitur illa particula diffinitionis. Ad oppoſitū arguitur per phūm ponentē predictam diffinitionem.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝗ Ariſtoteles oſtēdit quo mō eſt infinitū. et qº mō non. hic ꝯñter oſtendit quid ē ponēdo eius diffinitionē propriā et remouēdo falſaꝫ deſcriptionē eius poſitā ab antiquis. et ꝯñter ex diffinitione predicta poſita aſſignauit rōem aliquarū paſſionum infiniti.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

quidam antiquorum ſic diffiniunt infinituꝫ dicentes ꝙ infinitum eſt extra quod nihil eſt. ꝛ ſic attribuerunt infinito rationē totiꝰ. vñ dixerūt ꝙ oīa ꝯtinet infinitū. in ſeipſo oīa hñs. ſꝫ vt dicit Ariſ.

oppoꝰ oīm iſtoꝝ eſt verū .qꝛ infinitum eſt cuiꝰ ſemꝑ eſt aliquid extra accipere . et magis habet rōeȝ ꝑtis ꝙ totiꝰ. et ꝯtēti ꝙ ꝯtinētis. et materie ꝙ forme. Et circa hoc ponunt̄ due ꝯcluſiones.

Concluſio prima. diffinitio infiniti poſita ab antiquis eſt inſufficiens .nam illa eſt diffinitio totiꝰ .totū eniȝ ē cui nihil deeſt ſcȝ de requiſitis ad ſuā perfectionē. ſȝ totū et perfectū idē ſunt. infinitū aūt nō eſt perfectū .quia nullū nō habens finē eſt perfectū. ergo illa diffinitio que eſt totius et perfecti male data eſt de infinito.

Concluſio ſecunda. Infinitum nō cōtinet oīa ſȝ magis hȝ rōem contenti . Probat̄ qꝛ infinitū hȝ rōem imperfecti cū ſit in potentia. ſȝ illius quod eſt in potētia magis eſt cōtineri ꝙ cōtinere et hȝ rōem partis. ergo infinitū magis habet rōem cōtenti ꝙ continentis.

Concluſio tercia et reſponſalis. Predicta diffinitio eſt ſufficienter aſſignata Probat̄ ſigno Ariſtotelis. nā dicūt aliqui anulos eſſe infinitos propter circulationē in qua cōtingit ſemꝑ aliquid extra ſumere. ergo ſi ꝓpter hoc anuli dicātur infiniti ſequit̄ ꝙ infinitū eſt cuius ꝗtitatē accipiētibus ſemꝑ ē aliquid extra ſumere. Eſt tamē aduertēdū ꝙ anuli ſecūdū circulationē nō dicunt̄ ꝓprie infiniti ſȝ tātū per ſimilitudinē. qꝛ nō ſemper cōtingit in illis accipere aliud ab oībus ꝑtibus acceptis. ſȝ tātum a parte preaccepta immediate. in infinito aūt cōtingit accipere ſemꝑ aliud ab oībus prius acceptis. Ex predictis pȝ quid ſit et quid non ſit infinitū. Sed circa predicta oriunt̄ quedā dubia.

Dubitatur primo. Utrum Infinitū ſecundū appoſitionē et diuiſionē eodē mō reperiātur in magnitudine et numero. Pro dubio ē ſciendū ꝙ ſicut dictū eſt in queſtione ꝑcedēti ſic inuenitur infinitū in magnitudibus qđ per appoſitionē nō excellitur quecūqȝ determinata magnitudo in maius. ſȝ diuiſio infiniti ſic eſt in magnitudīe ꝙ diuidēdo trāſitur quecūqȝ ꝗtitas in minus. Cuius rō eſt qꝛ cū īfinitū habeat rōeȝ materie cōtinetur intus ſicut materia. illud aūt quod cōtinet ē forma vt dictū ē in 2º eo ꝙ habet rōeȝ forme et cōtinentis.

Sciendum eſt tercio ꝙ In numero inuenit̄ aliquis terminꝰ in minꝰ quē nō ꝯtīgit trāſire in diuidendo. ſcȝ vnitas indiuiſibilis ſed nō inuenit̄ aliquis terminꝰ in plꝰ. qꝛ quolȝ numero dato ē inueīre maiorē ꝑ appoſitionē tātū ſȝ nō ſecūdū diuiſionē. in magnitudine aūt ē ecōuerſo. Rō aūt quare ī numero nō ē infinitū in minus. dicendū ē qꝛ vnū inꝗtum vnū eſt indiuiſibile vt vnus hō eſt indiuiſibilis . ſed oīs numerus ꝯponit̄ ex vnitatibȝ. ergo ꝓcedēdo per diuiſionē eſt ſtatus ī vnitatibꝰ. Rō aūt quare appoſitº vadit in nuēris in infinitū ē illa. quia numerus cōſurgit ex diuiſione cōtinui ꝛ magnitudinis. et qꝛ illa diuiſio ꝓcedit in infinitum ſic eſt etiā de appōne ī numeris. Ex qº infert phūs ꝙ numerꝰ qui ē augibilis in īfinitū nō eſt ſeparꝰ a magnitudinibus ſiue a rōe magnitudinis.

Sciendum quarto ꝙ ibi eſt duplex diuiſio. quedā eſt formalis q̄ fit ꝑ oppoſita. Alia eſt ſecūdū quātitatē. prima cāt multitudinē q̄ eſt trāſcendēs ſecūdū quā ens diuidit̄ per vnū et multa. ſȝ diuiſio quātitatis cōtinue cauſat numerū. igit̄ ē ſpēs quātitatis et talis eſt augibil̄ in īfinitū. ſed multitudo q̄ ſequit̄ diuiſionē formalē nō mltiplicat̄ in infinitū. qꝛ ſunt determinate ſpecies rerū ſicut eſt determinata ꝗtitas vniuerſi. Tunc reſpōdet̄ ꝙ ecōuerſo ſe habēt appoſitio ꝛ diuiſio ī magnitudīe et numero

Dubitatur ſecundo. vtrum Infinitū eque pº ſit in motu tēpore et magnitudine. Dicit̄ ꝙ nō. cuius rō eſt qꝛ infinitū ſequit̄ ꝗtitatē et cōpetit illis tribus ſecūdū prius ꝛ poſteriꝰ. ſcȝ qꝛ cōueīt illis rōe cōtinui. ſȝ cōtinuū reperit̄ in illis ſecūdū prius et poſterius. qꝛ cōuenit motui per magnitudinē ſupra quā fit motꝰ et tempori per motum.

Dubitatur tercio. vtrum Remotio infiniti in actu tollat cōſiderationē mathematicoꝝ. Dicit̄ ꝙ nō qꝛ mathematicus n̄ vtit̄ magnitudīe in actu īfinita .ſed vtit̄ aliqua magnitudīe finita tāta quāta eſt ſibi neceſſaria vt ex ea poſſit extrahere quā voluerit vel addere qđ voluerit et ad hº ſufficit magitudo finita

Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicit̄ ꝙ lȝ magnitudo ſit infinita ſecūdū potētiā diuiſiōis qꝛ eſt ꝯpoſita ex indiuiſibilibꝰ. iō nō pōt diuidi in idiuiſibilia. ſȝ ſꝫ ꝑ diuiſibilia. tñ nō eſt infinita ſecūdū actū nec ſecūdū potētiā qº ad extēſionē qꝛ extēſio magnitudīs ſequit̄ formā rei q̄ eſt principiū augmēti ꝛ finite virtutis. Ad ſecūdā dicit̄ ꝙ īfinita ꝗtitas accepta finita ē ſecūdū actū et de illa intelligit̄ ꝙ pōt accipi. ſed nō ꝗtitas que ſemꝑ reſtat accipiēda eſt ſȝꝰ potentiā. Ad aliā pȝ ſolutio dictis. Et ſic eſt finis huius tercii phiſicorum.:

Sequitur liber Quartus.

Similiter autē neceſſe eſt phiſicum et de loco ſicut et de infinito conſiderare ſi eſt.



Irica quartum librū phiſicorum queritur primo: Utrum. Locus ſit. Arguitur ꝙ non ſex rationibus q̄ ponuntur in textu. Prima eſt. locus habet tres ſuperficies ſeu dimenſiones ſcilȝ longitudinē. latitudinem et profunditatem. ſed omne habens tres dimenſiones eſt corpus. ergo ſi locus ſit erit corpus. et iterum ſequit̄ ꝙ idem eſſet locus et locatum et per ꝯñs duo corpora eſſent in eodem quod falſum eſt. Secunda ratio ē ſi corporis ſit aliquod receptaculum quod ſit locus eadē rōe erit locus ſuperficiei et puncti. quia ſicut in loco aque recipitur aer. ita vbi erat ſuperficies aque recipitur ſuperficies aeris. ſed punctus locati nō realiter differt a puncto qui eſt in ipſo loco. quia ſecundū ſe totū tangit ſuū proprium locum cū ſit indiuiſibilis punctus. quia duo indiuiſibilia quātitatis cōiuncta non ſunt niſi vnū. ergo ſimiliter locꝰ corporis nō differt realiter a corpore. Tercia rō omne quod eſt vel eſt elementum vel ex elementis. ſed nꝰ iſtorum eſt locus. ergo locus non eſt. minor patet qꝛ omne elementum vel ens ex elementis eſt corpus. ſed locus non ē corpus. igitur. Quarta rō oē quod eſt in naturalibus eſt cauſa alicuius. ſed locus nō eſt cā ſecundū aliquē modorū cauſe. igit̄. Minor apparet qꝛ cū locus ſit extrinſecus locato nō eſt materia neqȝ forma. neqȝ finis. quia locus eſt ꝓpter locata magis ꝙ econtra. Nec eſt efficiens quia habet rationē termini ergo non eſt cā mouens. Quinta rō omne ens eſt in loco. ergo ſi locus ſit erit in loco. et ſic erit proceſſus in infinitum. Sexta rō locus eſt equalis locato. ergo ſi locus ſit neceſſe ē ꝙ augmētato locato augetur locus ſed hoc videtur impoſſibile cum locus ſit immobilis. ergo locus non eſt. Ad oppoſitum arguit̄ per phūm in primo huius quarti.

Sciendum eſt primo. ꝙ poſtꝙ phūs determinauit in tertio libro de motu et de infinito quod cōpetit motui intrinſece. ꝯñter in iſto quarto determinat de accidentibus ipiꝰ motus que ſibi extrinſece cōueniunt. et quia locus eſt menſura mobilis. et tempus eſt menſura motus. ideo prius agitur de loco ꝙ de tempore et quia locus dicitur poſitiue. vacuū vero priuatiue. ideo prius agitur de loco ꝙ de vacuo. et per hoc apparet ordo huius libri ad precedentes et etiam ordo determinandoꝝ in iſto quarto.

Concluſio prima. Ad phiſicum pertinet cōſiderare de loco ſicut de infinito Probatur tribus rationibus phi. Prima eſt ꝙ illud quod eſt cōe omnibus naturalibus eſt de conſideratione phi. ſed locus eſt hmōi. Maior ſic ꝓbatur rōe antiquoꝝ. quod non eſt nuſꝙ eſt vt nuſꝙ eſt tragellaphus. ergo oē quod eſt alicubi eſt. et ꝑ ꝯñs locus ē cōis entibus. ꝛ ꝗuis hoc argumētū ſimpliciter ſit ſophiſticū valȝ tñ gratia materie ſecundū opinionem antiquorū qui credebant nulla eſſe entia niſi corporalia et ſenſibilia. qꝛ nihil aliud cognouerunt. et nō poſuerunt methaphiſicā eē diſtinctā a phiſica. Secūda rō phicus hȝ principaliter cōſiderare de motu locali qui ē maxie cōis naturalibꝰ qꝛ cōuenit celo cui nō cōueniūt alii motus. ē etiā magis proprius aliis. qꝛ eſt ꝑpetuus et continuus. Sȝ ad cognoſcēdū motū localē oȝ cognoſcere locū gº phicꝰ hȝ cōſiderare de loco. Tertia rō de illo ē a ſapiētibȝ determinādū de qº ſunt magne dubitationes in ſua ſciā. ſȝ ſic eſt de loco in phica ꝗtū adquid ē ſi ē. et harū dubitationū tāgit ꝛ phūs duplicē cām. Prima ē ꝓpter diuerſas proprietates loci q̄ nō vident̄ ducere in eādē ſciaȝ de loco. Secūda cā eſt qꝛ antiqui nō bene dubitauerūt neqȝ bene inquiſiuerūt veritatē circa locū. iō diffcile eſt nobis determiare de loco.

Concluſio Secunda Locus ē aliquid. Probat̄ ſecundū phūȝ tripl̄r. Primo illud ē aliquid ī quo corpora q̄ trāſmutant̄ ſucceſſiue recipiunt̄. ſȝ locus dicit̄ illud in quo corpora trāſmutabilia ſucceſſiue recipiūt̄ vt vbi nūc ē aqua aqua recedēte aer dicit̄ recipi in eodem loco gº locꝰ ē aliquid ꝑter corpora q̄ trāſmutāt̄ Unū ſicut ī trāſmutatiōe formaꝝ requirit̄ vnū cōe ſubiectū ſub vtraqȝ manēs. ita ī trāſmutatiōe locali requirit̄ vnū cōe receptaclm corpoꝝ q̄ mouēt̄. ꝛ ſicut trāſmutatō formaꝝ ducit nos ad cognitionē materie. ita motꝰ localis corpoꝝ ducit ad cognitiōeȝ loci. Secūda rō illud ē aliquid ꝛ cū hoc hȝ ꝗdaȝ potētiaȝ vel virtutem ad quod corpora phica naturalr̄ mouent̄. ſȝ oē corpꝰ phicū naturaliter fert̄ ī ſuū locū non ꝓhibitū vt leuia mouent̄ ſurſuȝ. et grauia deorſuȝ. et hee differētie poſitiōis ꝛ ſimiliter alie vt dextrū ſiniſtrū aū et retro ſunt determinate in vniuerſo a parte rei et non ſolū quo ad nos. qꝛ quocūqȝ vertamus ſemꝑ remanēt in eodē ſitu. et in hiis vbi ſolū determinātur quo ad nos ſecundum determinationem noſtrā idem multociens fit ſurſum et deorſum. Tercia ratio arguit per dicta antiquorum. Primo quia quidā poſuerunt vacuum eē. ſed ſi vacuum ſit eſt locus corpore priuatus. gº locus eſt aliquid. Quarta ratio quia dicit Heſiodus poeta ꝙ ante corporum productionem erat vacuū chaos receptaculum omnium corporum. poſtea dicit terrā fuiſſe formatā latā et ſpacioſam tanꝗ receptaculū corporum minorum.

ergo locus ſꝫꝰ ipſum aliquid eſt. et etiā eſt mira bilis virtutis qꝛ eſt primaꝰ ſine quo nullū alioꝝ eſt. et illud poteſt eſſe ſine aliis. ⁊ quamuis illud non ſit ſimpliciter verꝝ tñ facit ad ꝓbandū locū eſſe in ordine ad ponentes ipſam poſicionem.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ dicitᷣ ꝙ licet locus dicatᷣ habere tres dimenſiones quantū ad ꝯtinētiaꝫ qꝛ cōtinet lo catum ſꝫꝰ omnes dimēſiones eiꝰ. tñ non hꝫ niſi duas eſſentialiter cuꝫ ſit ſuꝑficies corporis ꝯtinē tis. ideo non eſt corpus. Ad ſecundā dicitᷣ ꝙ non eſt ſimile de corpore ſuꝑficie et pūcto. qꝛ ſu perficies et puncta cum ſint accīcia quedam cor porum ſolum habent locum rōe corporū in quo ſunt et non ſꝫꝰ ſe. qꝛ non oportet vt dicetᷣ inferiꝰ ꝙ cuilibet pti locati correſpondeat vna ps diſtā cie loci. Ad terciā negatᷣ maior qꝛ illa diffiniꝰ eſt ſubſtanciaꝝ ſolum. modo locus eſt accidens

quia oē quod habet fixionē per alterū dicit̄ eſſe per accidēs in loco per illud per quod ſic figitur quod eſt in loco per ſe. pꝫ de clauo in naui. ſed corpus circulariter motū habet fixionē per immobilitatē ſui centri circa quod mouet̄. ergo vltiā ſpera dicit̄ eſſe in loco per accidēs ꝓ ꝙto centruꝫ circa quod verſat̄ habet per ſe eſſe in loco. ꝙ aūt inferiores partes ſpere habeant locū per ſe quo cōtinentur a ſuperioribus hoc ſibi accidit ex ordine earū ad inuicē. qꝛ nō eſt neceſſe nec de rōe corporis circulariter moti ꝙ habeat locū in quo moueat̄. ſed ſolū circa quē vt dicit Auerrois. Et ſi quis dicat ſi vltimū centrū eſt per accidēs in loco ſequit̄ ꝙ mouetur per accidens. ⁊ ita motus per accidēs eſt prior motu per ſe quod ē inconueniens. Reſpōdet Auerrois ꝙ in motu circulari non requiritur ꝙ corpus mobile circulariter ſit per ſe in loco licet hoc bene requiratur ad motū rectū. et ratio huius eſt qꝛ motus circularis non eſt ad locū ſicut eſt rectus. ſed eſt circa locum. Sed hec opinio videt̄ eſſe cōtra diſtinctionē phi quā prius poſuit de hoc ꝙ eſt eſſe in loco per accidēs. quia ſolū aliquid dicitur eſſe in loco per accidens vel ſicut pars in toto. vel ſicut accidens in ſubiecto. et nō per hoc ꝙ aliquid extrinſecū rei ſit per ſe in loco. cū ergo centrū vltīe ſpere ſit oīo extrinſecū ſequit̄ ꝙ vltima ſpera nō dicitur eſſe in loco per alterū ſiue per accidens ꝑ ſuū centrū. Alia eſt opinio Themiſtii dicētis vltimam ſperam eſſe in loco per ſuas partes. Et hanc opinionem proſequitur doctor ſanctus. Pro cuius declaratione.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ vt

prius dictum eſt non quereretur locus niſi propter motum. idō demonſtrat Ariſtoteles locū eſſe per hoc ꝙ corpora ſibi inuicē ſuccedūt in eodē loco et ita licet locus non ſit de neceſſitate corporis in ꝗ̄tum corpus eſt. eſt tamen de neceſſitate corporis in ꝗ̄tum localiter mouetur. ergo alicui corpori localiter moto neceſſe eſt aſſignare locū eo mō quo in motu cōſequit̄ ſucceſſio diuerſorū corporū et in eodē loco. et ideo in his que mouentur recte qꝛ duo corpora ſuccedūt ſibi inuicē in eodem loco ſecundū totū ergo neceſſe eſt corpus quod mouetur motu recto ꝙ ſit ſecundum ſe totum in loco. ſed in motu circulari licꝫ totuꝫ mutet locum ratione. non tamen ſubiecto. nam totum permanet in eodeꝫ loco ſubiecto. ſed mutat locum ratione tantum. vt dicitur in 6º huiꝰ ſed partes mutant locum ſubiecto et ratione. idō in motu circulari attēditur ſucceſſio ī eodē loco non totorū ſed partium eiuſdem corporis. ergo corpori moto circulariter non debetur locus ex neceſſitate ſecundū ſe totum ſed ſecundum partes. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Ultima

ſpera non eſt per ſe in loco. Patet qꝛ ſolum illud eſt per ſe in loco cui conuenit aliquod corpus extra ſe continens. ſed extra vltimā ſperaꝫ non eſt aliud corpus continens. ergo ⁊c.

## Concluſio ſecunda: vltima

ſpera eſt per accidēs in loco. id eſt per alterum et per ſuas partes. Probatur qꝛ partes vltime ſpere ꝓ ꝙto circulares ſunt cōtinent oēs ſe inuicē ſic ꝙ vna cōtinet̄ inter duas partes. et ſimiliter de qualibꝫ alia ꝗ̄uis nō ſint actu diuiſe a toto. gº ſecundū tales partes prima ſpera ē in loco. Itē omne corpus eo mō eſt in loco quo mouet̄ localiter. ſed prima ſpera cū moueat̄ circulariter nō mutat locū ſubiecto ſecundū ſe totam ſed ſecūdū ſuas partes ſolū. ergo ſibi cōuenit locus ſꝫꝰ ſuas partes. et hoc eſt eſſe in loco per alterū. Ex predictis pꝫ ꝙ celum motum circulariter non eſt ſecundū ſe totū motum in loco cum nō habeat aliquod extra cōtinēs ipm. ſed oē in ipo cōtinetur. et ꝓpter hoc centrū dicit̄ oē ſiue vniuerſum verūtamen celuꝫ nō eſt locus ſed cōcauum eiꝰ. quia locus ē terminus corporis cōtinentis immobilis. et ꝓpter hoc terra dicit̄ eſſe in aqua. qꝛ eſt in cōcauo eius et aqua in aere et aer in igne et ignis in celo et celū nō amplius in alio. Ex dictis in diffinitione loci infert phūs ſolutiones quarūdam rationuꝫ prius ordinataꝝ ad probādū locum nō eſſe de quibꝰ prius patuit. Infert phūs inſuper cām proprietatū loci. quaꝝ prima eſt ꝙ rōnabiliter oē corpus naturale mouet̄ ad ſuum locum. cuius cā eſt ꝓpinquitas natureꝗ̄ eſt inter corpus cōtinēs et contentū. quia talis ē ordo corporū naturaliū ſecūdū naturā qualis eſt ordo ſecundū ſitum. ita vt propinquiora ſꝫꝰ naturā ſint magis ꝓpinqua ſecundū ſitū in elemētis ꝗ̄tum ad ſuas formas ſubſtātiales quas habent ex influentia primi locantis. qꝛ ꝗ̄tuꝫ ad qualitates actiuas et paſſiuas nō habent proximitatē. ſed magis cōtrarietatē. Secūda ꝓprietas eſt ꝙ rationabiliter vnūquodqꝫ corpus naturaliter quieſcit in ſuo proprio loco. rō huius eſt quia corpus contentum ſe habet quodāmō ad continens ſicut pars ad totum vt aqua ſe hꝫ ad aerem ad modum partis et non ſolum ſecūdum ordinem cōtinendi. ſed etiā ſecundū gradum nature. quia aqua ſe habet tāꝗ̄ materia reſpectu aeris. et ita ſe habet in ratione partis aer vero reſpectu aque habet rationem totius. et cōtinentis et pars naturaliter quieſcit in ſuo continēte. Ex predictis pꝫ ꝙ locus eſt. ⁊ quid eſt. et que ſunt proprietates eius. et etiam patēt rationes ſuarū proprietatum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ





Ad primaꝫ dicit̄ ꝙ licet celū ꝑ ſe moueat̄ localiter ſic ꝙ mutet locū per ſuas partes. non tm̄ ſic ꝙ mutet locuꝫ ſubiecto ſꝫꝰ ſe totū. et idō non oꝫ ꝙ ſꝫꝰ ſe totum ſit ꝑ ſe in loco. Ad ſecundā dicit̄ ꝙ licet ꝑtes ↄtinui non diuiſe a toto non ſint actu in loco. ſunt tm̄ ſꝫꝰ potentiā in loco ꝓ ꝗ̄uanto ↄtinuū ē diuiſibile. Ad terciā dicit̄ ꝙ licet celum ſꝫꝰ ſuuꝫ eſſe naturale non ſit diuiſibile ſic ꝙ actu per actionē nature poſſit diuidi. tm̄ ſꝫꝰ ꝙ eſt quantum et continuum dicitur eſſe diuiſibile.

Sequitur textus. Eodem aūt modo.

## Queritur ſeptimo. vtrum

ponenduꝫ ſit vacuuꝫ in rerum natura. Et arguit̄ ꝙ ſic qꝛ motus localis eſt ergo vacuū eſt. ↄñā tꝫ qꝛ quod mouet̄ localiter recipit̄ in loco pleno vl̄ vacuo. ſi 2ꝰ habet̄ intentuꝫ. ſi priꝰ duo corpora erunt in eodeꝫ loco. pari rōe tria vel quatuor. et in paruiſſimo loco poterit eſſe maxiꝰ corꝰ quod eſt impoſſibile. igit̄ ⁊c. 2º ſic condenſatio eſt poſſibilis. ergo vacuū eſt ponendū. ↄñā tꝫ quia in ↄdenſacōe partes coherent ad inuicem quod non pōt fieri ꝑ plenū. gº fiet ꝑ vacuum. aūs patet qꝛ doliū tātū recipit de vino cuꝫ vtribus ꝗ̄tum ſine vtribus. et hº eſt ꝓpter vinū in ↄtactu ad vtres. ↄdenſatur et precipue ſi vtres ſunt ſubtiles. 3º ſic augmentaº fit adueniente aliquo corpore quod recipi non pōt in plenum. qꝛ duo corpora ſimul eſſent. gº recipit̄ in vacuo. 4º vas plenum cinere vel farina tm̄ recipit de aqua quantū ſi non eſſent cineres. quod non fieret niſi eſſent alique vacuitates inter ꝑtes cineꝝ. ergo vacuū eſt. In oppoꝰ eſt Ariſt. in textu. ꝓ quo

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de loco ↄñter determinat de vacuo. qꝛ ſꝫꝰ ponētes vacuū idem ſunt ſubō locus et vacuū. et rōe differunt. Et hanc ↄſiderationem de vacuo oportet incipere vt phūs habꝫ primo accipiendo rōes affirmanꝰ vacuum eſſe que iam poſite ſunt. 2º accipiendo rōes neganꝰ vacuuꝫ eſſe. 3º accipiendo cōes opiniones de ſignificacōibꝰ hꝰ nōis vacuū. ꝓ cuiꝰ declaracōe

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

antiqui phī noluerūt ponere vacuum. ⁊ defacto poſuerūt non eſſe. ſed in hoc peccabāt. qꝛ nō arguebāt vl̄r ↄtra poſitioneꝫ ponentiū vacuū eſſe ſed ſolum ꝑticulariter oſidendo ꝙ aer aliquid eſt. et ꝑ ↄñs plenum aere non eſt vacuuꝫ. et licet hoc ſit veꝝ. tm̄ ↄtra ponētes vacuū ꝑ hoc ſufficienter non poſſet concludi vacuū non eſſe. qꝛ nō ſequit̄ plenū aere non eſt vacuū. ergo vl̄r vacuū non eſt. ideo debuiſſent oſidiſſe vl̄r ꝙ non ſit aliquod ſpaciū ſine ſenſibili corpore. Qꝫ autē aer aliquid ſit ymo ꝙ ſit fortis ſic oſidebāt duplici experiētia. Prima eſt. nā cū videmus vtres aere repleri magnū pōdus ſuſtinet. quod nō eſſet niſi aer aliquid eſſet et eſſet fortis. Secūda experientia ē de clepſedra aqua repleta cuius ſi obſtruat̄ foramen non cadet aqua ꝑ foramina inferiora. et huius cām dicebāt eſſe aerem interius exiſteꝫ et aquaꝫ ſuſtinentē. et ſic ↄcludebāt ꝙ aer aliquid eſt et fortis. gº plenū aere non eſt vacuum. Et ex principio vl̄r ↄcludebāt vacuum non eſſe quod tm̄ ex hoc ſufficiēter non ↄcludit̄. ſed ponētes vacuum pro maiori ꝑte extimabāt aerem nihil eſſe que quidē extimaº maxime eos induxit ad ponendum vacuum.

## Sciendūꝫ eſt tercio ꝙ ponen

tes vacuū eſſe reduci poſſunt ad tres opiniones. Prima eſt ponentiū vacuū eſſe quoddā ſpaciuꝫ inter latera ↄtinētis ſeparatū a corporibus et receptiuū corpoꝝ. Et ꝓ iſta opinione eſt prima rō añ oppoꝰ. Etiā aliud motiuū erat qꝛ iſti credebant aerē nihil eſſe. Secūda fuit ponenꝰ vacuū eſſe ſpaciū inhibitū corporibus naturalibus ad modū paruoꝝ foraminū ſicut ſpōgia vl̄ pumex. Et ſic poſuerūt Democritus et Leuſipus. Ponebat enim Demo. ↄponi corpora ex multis athomis et intermedia illoꝝ athomorū dicebat eſſe quaſdaꝫ vacuitates quas poros appellabat. idō dicebāt omnia corpora componi ex pleno et vacuo. et ſic poſuerūt vacuū corporibus imbibitum ad ſaluandū rarefactionē ↄdenſacōeꝫ augmentacōeꝫ et diminucōem ⁊ nutricōem ſꝫꝰ tres vltimas rationes añ oppoꝰ. Tercia opinio fuit pictagoricoꝝ nō naturaliter loquenꝰ de vacuo qui dicebāt vacuū eſſe ſpaciū magnū infinituꝫ vltra celuꝫ quod credebāt eſſe magnum animal quod ſuo anhelitu vel reſpiracōne tale vacuum trahit, et ex ſuo flatu corpora huiꝰ mundi ad inuicem diſtinguit et ſeparat. ita vt vacuū ſit quedam diſtinctio et ſeparaº partiū vniuerſi. et hec diſtinctio nō pōt fieri ꝑ plenū qꝛ ille ꝑtes eſſent ↄtinue. idō oportet ꝙ ſit quoddā vacuum. et qꝛ prima diſtinctio ſꝫꝰ pictagoricos inuenit̄ in numeris. idō ponebant primo vacuum in numeris diſtinguēs vnā vnitateꝫ ab alia vt numerus ſit ↄtinuus. ſed qꝛ iſti non naturaliter ſed equiuoce locuti ſunt de vacuo appellantes reꝝ diſtinctionem vacuū. idō hanc opinioneꝫ inferius non proſequit̄ Ariſto. ſed tantūmō duas primas. ꝓ qº

## Sciendūꝫ quarto ꝙ ad vidē

dum ſignificationem huiꝰ nōis vacuum. aliqui antiqui ipſum ſic diffinierūt. vacuum eſt in quo nihil eſt. et qꝛ ſꝫꝰ eos oīe ens eſt corpus. idō concludebāt ꝙ vacuum eſt in quo nulluꝫ eſt corpus et qꝛ tm̄ credebant oīe corpus eſſe tangibile et oīe tale eſſe graue aut leue. vlterius ſillogiſant ꝙ vacuuꝫ eſt in quo nihil eſt graue aut leue. ſed qꝛ ſꝫꝰ iſtas deſcriptiones oporteret ↄcedere pun

tum eſſe vacuũ. q: in puncto nihil eſt graue aut
leue iõ ſuperaddit locũ illis deſcriptionibus di
cens ꝙ vacuũ eſt locus nõ repletꝰ corpore aptꝰ
natus tamen repleri. Et ſi queratur ſi in aliquo
ſpacio ſit color vel ſonus et nõ aliud corpus an
ſit vacuũ. R. pħũs ꝙ ſi illud ſpaciũ poſſit re-
cipere corpus adhuc eſt vacuũ. et ſi nõ minime
diceretur vacuum. Alia fuit deſcriptio vacui ſecũ
dum Platonẽ ꝙ vacuũ eſt in quo non eſt hoc
aliquid nec aliqua ſubſtãtia corporea. q: ſecũ-
dum ipm materia eſt locus forme. ideo materia
ſiue forma que quidẽ forma dat eẽ hoc aliquid
debet dici vacuũ. ſed hec opinio improbatur. q:
materia nõ eſt ſeparabilis a rebus. ſed ponẽtes
vacuum requirunt ipm ſicut aliquid ſeparabile.
Iſtis notatis ſit.

## Concluſio prima: Ad phiſi

cum pertinet conſiderare de vacuo ſi eſt aut nõ
eſt. et ſi eſt quid eſt ſicut de loco. Patet q: illa q̃
habẽt ſimilem credibilitatẽ et fidem eſſendi et n
eſſendi pertinent ad eandem ſcientiã. ſed ſecũdũ
ponentes vacuũ locus et vacuũ ſunt hmõi. q:
ponunt vacuũ eſſe quẽdã locũ vel vas quod
quãdo cõtinet corpus cuius dicit̃ receptiuũ di-
citur plenuũ. et quando eſt priuatũ corpore dicit̃
vacuũ. et ſic ſecundũ ipos idem ſunt ſubiecto
vacuum plenuũ et locus. ſed differunt ſecundũ
eſſe et rationem.

## Concluſio ſecunda: Non

eſt ponendum vacuũ in rerum natura. Probat̃
quia ſi eſſet ponendum vel eſſet ſpacium a cor-
poribus ſeparatũ vel ſpaciũ corporibus imbibi
tum. vel ſpaciũ infinitũ extra celuũ. ſed nullum
iſtorum eſt dicendum. q: ſi ponatur vacuũ erit
locus priuatus corpore. locus aũt eſt terminus
corporis continentis. et non eſt ſpacium nec ſe-
paratũ nec inſeparabile vt prius oſtenſum eſt.
2º q: videmus ad ſenſum corpora huius mũdi
naturaliter refugere vacuum. Uidemus etiã de
ſcendere grauia et leuia aſcendere vt vacuũ nõ
ſit in vniuerſo. Tertio corpora huius mundi in
digent neceſſario corpore celeſti ad ſuã cõſerua
tionem. ſed hec virtus cum ſit accidens non eſt
ſine ſubiecto. ergo oportet illa corpora ad inui-
cem eſſe contigua et ſine interpoſitione vacui.

## Ad rationes ante oppoſituũ

Ad primã dicitur ꝙ mobile localiter recipit̃
in locum plenũ. ſed cum ingreditur locum corpꝰ
preexiſtens cedit et etiã quãdoq; fit condenſa-
tio. Unde ſicut iſti arguebant ex iſta cõdicio-
nali ſi motus eſt vacuũ eſt a poſitione ãñtis ad
poſitionem ↄñtis vacuũ eſſe. ita ex eadẽ deſtruc
tione conſequẽtis ad deſtructionẽ antecedẽtis
Melliſſus arguebat motũ non eſſe ſi motus eſt
locus eſt. ſed vacuum non eſt. ergo motus non
eſt. et ſimiliter de motu vniuerſali nõ habet ap-
parentiam. q: contingit plenũ alterari. nec etiã
ad ſaluãdũ motũ localẽ oportet ponere vacuũ
vt dictũ eſt. Ad ſecundã dicendũ ẽ ꝙ ad ſal-
uandum rarefactionẽ et condenſationẽ non oꝫ
ponere vacuũ. q: fiunt per quãdam alterationẽ
per quã materia fit ſub maiori vel minori q̃tita
te ꝙ prius fuit. Ad terciã dicit̃ ꝙ augmẽtũ ⁊
nutrimentũ in augmentatione primo recipitur
in locum plenũ. ſed corpus preexiſtens cedit in
aliũ locum vel condenſatur et in termino aug-
menti fit extenſio partium formalium quando
conuertitur nutrimentum in ſubſtantiam aliti
ideo non fit augmẽtatio ſine alteratiõe. Ad
quartã dicitur ꝙ vas plenũ cineribus tantum
recipit de aqua q̃tum ſine cineribus. ſed non eſt
propter vacuũ ibi exiſtens. ſed propter tres cãs
que cõiter aſſignantur. Prima ẽ ſubtilitas vtri-
uſq; ex qua ſumitur ſubtilis cõmixtio et facilis
Secunda eſt poroſitas aeris repleta que recedit
Tercia eſt q: propter ſiccitatem cinerũ magna
pars aque conſumitur. ideo ſi cõprimatur cinis
non tantum exibit de aqua q̃tum abſorbuit.
Sequitur textus.

## Queritur octauo. Utrum

Ad ſaluandum motũ ponendum ſit vacuum.
Et arguitur ꝙ ſic locus eſt cauſa motus na-
turalis. ſed non eſt cauſa eius inq̃tum plenus ẽ.
quia corpus pexiſtens in loco non dat ſibi rõeꝫ
cauſe motus. ergo inq̃tum eſt vacuus. et ꝑ ↄñs
vacuũ eſt cauſa motus. ergo ad ſaluanduꝫ mo
tum ponendũ eſt vacuum. 2º ſic ſicut ſe habꝫ
carentia forme in materia reſpectu mutationis
formaruꝫ. ita ſe habet carentia corporis in loco
reſpectu mutationis corporis que ſuccedunt in
eodem loco. ſed carentia forme in materia eſt cã
mutationis formarum quia ſine ipa non fieret
mutatio. ergo ſimiliter carentia corporis in loco
eſt cauſa motus corporũ. ſed illa carentia eſt hꝫ
vacuum. ergo vacuum eſt cauſa motus. Ad
oppoſitũ arguit̃ per pħũm in textu. Pro. R.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ pħũs poſuit opinionem antiquorũ de vacuo
et quid noĩe vacui ſignificatur. ↄñter inquirit
veritatem improbando opiniones ponentium
vacuum eſſe. et primo improbat opinionem po-
nentiũ vacuum eſſe ſpacium a corporibus ſepa
ratum. et deinde illam que dicebat vacuum eſſe
corporibus imbibitũ. et q: ponentes vacuũ eſſe
ſpacium ſeparatũ ad ponẽdũ hoc mouebant̃
vt eſſet cauſa motus localis tanꝙ illud in quo
et per quod poſſet fieri motus eo ꝙ vacuum ce





dit et non reſiſtit mobili. ideo Ariſtoteles hanc
opinionem deſtruit primo ex parte motus. 2º ex
parte velocitatis et tarditatis in motu vt vide-
bitur in ſequenti. Tunc ſit

## Concluſio prima. Uacuum

non eſt cauſa motus nec ad ſaluanduꝫ motum
ipm eſt ponendũ. Probatur ſic ſex rationibus
textus. Prima eſt ſi vacuũ ſit cauſa alicuius mo
tus maxime eſt cauſa motus localis. vt ergo ipi
dicebant erit principium motus localis. ſed hoc
non. q: oẽ corpus naturale habet motũ natura
lem ad aliquẽ determinatũ locũ ſecundũ eius
propriã naturã vt ignis ſurſum et terra deorſuꝫ
ergo natura cuiuſlꝫ corporis eſt cã ſui motus lo
calis et nõ vacuũ. Secunda rõ ẽ omne corpus
naturale mouetur naturaliter ad ſuũ locũ natu
ralem. et naturaliter in eo quieſcit propter natu
ralem cõuenientiã quã habet cũ ipo. et recedit
a loco nõ naturali propter diſcõuenientiã. ſed
vacuũ cuꝫ ſit eiuſdẽ rõis in oĩbus ſuis partibꝰ
ſi ponatur non habet aliquã naturam per quã
poſſit ↄuenire aut diſconuenire cũ aliquo. ergo
corpus in vacuo poſitũ non mouebit̃. vel ſi mo
ueatur oportebit ꝙ ſimul ad quãlꝫ partẽ vacui
moueatur cum non magis conueniat cum vna
parte ꝙ cũ alia. ſed hoc eſt impoſſibile. igit̃ ⁊ iſta
eadem rõ valet cõtra illos qui ponunt locum
eſſe ſpaciũ ſeparatum. Tercia rõ ſi vacuũ ſit eſt
eiuſdem potentie et virtutis in omnibus ſuis
partibus. ergo mobile in eo poſitũ equaliter ab
omni parte vacui trahetur. et per ↄñs oportet ꝙ
perpetuo maneat immobile. et etiaꝫ iſta rõe ali
qui aſſignant cãm quietis terre in medio mũdi
quia ab omni parte equaliter ad centrũ trahit̃.
Quarta rõ omnis motus eſt naturalis vel vio
lentus. et q: omnis motus violentus eſt declina
tio a motu naturali et fit in mobili cõtra incli-
nationem ad motũ naturalẽ. ſequit̃ ꝙ ſi in va-
cuo non poſſit eſſe motus naturalis. ergo neq;
violẽtus. Minor pꝫ quia oĩs motus naturalis
eſt ad aliquã differentiã poſitionis. ⁊ diuerſorũ
corporũ motus naturales ſunt ad diuerſas par
tes loci naturalis. ſed in vacuo non eſt aliqua
naturalis differẽtia poſitiõis partiũ ad inuiceꝫ
ergo non põt eſſe cã motꝰ naturalis ſed magis
deſtruit motũ. ſicut enim in infinito ſi eſſet non
eſſet ſurſum deorſum neq; mediũ vt dictum eſt
priꝰ. ita neq; in vacuo. aliter tamẽ eſſent iſta in
infinito et in vacuo. q: in infinito iſta nullo mõ
reperiunt̃ diſtincta nec ex natura rei nec quo ad
nos. ſed in vacuo ſi eſſet ſpacium infinitum iſta
reperirentur diſtincta quo ad nos. ſed nõ ex na
tura rei. q: vacuũ habet rationem priuationis
et non entis. modo non entis nulla eſt differen
tia. ideo in vacuo non reperitur ſurſum deorſuꝫ
et medium ex natura rei differentia. Quinta rõ
ſi vacuũ eſſet ſequeretur ꝙ proiecta poſt receſſuꝫ
a primo proiciente non mouerẽtur. ↄñs ẽ falſũ
et cõtra experientiã. et patet cõſequentia q: cã
motus proiectorũ poſt ſeparationẽ a primo pro
iciente ſecunduꝫ aliquos eſt antiperiſtaſis hoc
eſt repercuſſio medii ad mediũ. q: mediũ primo
percuſſum a primo proiciente vt ymaginãtur
pellit mediũ ſibi propinquũ et illud pellit aliud
et ſic cõſequẽter quouſq; ceſſet virtus violentie
medio impreſſa. Et ſecunduꝫ alios cauſa illius
motus eſt mediũ primo percuſſum a primo pro-
iciente cui eſt impreſſa virtus violentie a primo
proiciente quod mediuꝫ aſſiſtit defendẽdo ipm
percuſſum motu velociori ꝙ ſit natũ moueri ſe-
cundũ naturã. iõ impellit motuꝫ naturalẽ per-
cuſſi. ſed ſi eſſet vacuũ nullo iſtorum modorum
poſſet dari cauſa motus proiectorũ. q: ĩ vacuo
non eſſet medium. ergo ſi eſſet vacuuꝫ non eſſet
cauſa motus. Sexta rõ ſi poneretur vacuũ non
eſſet aſſignare cauſam quare mobile magis mo
ueatur ad vnã partẽ quã ad aliã. nec etiã qua
re magis quieſceret in vna parte quam in alia.
ergo ſi quieſceret vbiq; quieſceret. ⁊ ſi moue-
tur vbiq; mouebitur quod eſt impoſſibile. añs
cõfirmatur q: antiqui dixerunt vacuũ eſſe cãm
motus quia vacuũ cedit ipi mobili ⁊ nullo mõ
reſiſtit. ergo cũ ſecundum quãlꝫ partem equali-
ter cedat ſequitur ꝙ ſi mobile incipiat moueri
ſecundum quãlꝫ partem ſimul mouebitur vel ſi
mul quieſceret quod eſt incõueniens. ergo va-
cuum non debet poni cauſa motus. Ex quo ſe-
quitur ꝙ non eſt ponendum vacuum. q: deſtruc
ta cauſa deſtruuntur effectus. ſed cauſa quare
antiqui ponebant vacuum eſſe eſt ad ſaluãdũ
motum et vt eſſet cauſa rei. ſed non eſt cauſa rei
vt dictũ eſt. ergo vacuũ non eſt ponendum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primã dicitur ꝙ locus nõ eſt cauſa mo-
tus naturalis quia eſt plenus vel q: ſit vacuus
ſed quia mobile habet naturalẽ cõuenientiam
cum loco naturali qui eſt generatiuus et cõſer
uatiuus locati. Ad ſecundã dicitur ꝙ caren
tia forme in materia non eſt cauſa mutationis
formarũ quia nihil influit ad talem mutationẽ
ſed bene dicit principium vt dictũ eſt in primo.
Dicitur vltra ꝙ vacuum non eſt ſolum carentia
vnius corporis in loco. quia ſic oĩs locus eſſet
vacuꝰ. ſed dicitur vniuerſaliter carentia cuiuſli
bet corporis. modo cum locus caret vno corpo
re eſt repletus alio.

## Queritur nono. vtrum

Si eſſet vacuũ graue vel leue ſimplex in eo po
ſitum ſucceſſiue et in tempore moueretur.

Et arguitur ꝙ ſic. quia omne corpus dum mouetur localiter prius tranſit ſpacium minus ſe ꝙ̄ equale. et equale ꝙ̄ maius. ſꝫ ſi eſſet vacuū ibi eſſet ſpaciū equale et maius ꝙ̄ graue in eo poſitum. ergo graue ibi poſitum prius tranſiret ſpacium equale ꝙ̄ maius. ergo ſucceſſiue moueret᷑ et non inſtanti. 2º ſic prius et poſterius in motu cauſantur ex priori et poſteriori in ſpacio per quod fit motus. ſed ſi eſſet vacuū in eo eſſet prius et poſterius. et per ꝯn̄s ſucceſſio. 3º ſic ſi ponatur, totum vacuum ſpacium inter celum et terrā et eſſet lapis in concauo celi vł ibi quieſceret vel deſcenderet. non primū quia tunc graue exiſtens ſurſum et non prohibitum ibi quieſceret quod eſt contra eius naturam. ergo lapis mouebitur deorſum. et non in inſtanti. qꝛ tunc ſequeretur ꝙ in eodem inſtanti eſſet in puncto ſurſum et in puncto deorſum et in quolꝫ puncto intermedio quod eſt contra ymaginationem. ergo mouebitur ſucceſſiue. et detur vltimum inſtans ipſius ſurſum et primum inſtans in quo eſt deorſum vel ergo ſunt idem inſtātia vel diuerſa. ſi idē ſequeretur inconueniens illatum. ſi diuerſa cum inter quecunqꝫ diuerſa inſtantia ſit tempus intermediū ſequitur ꝙ mouebitur in tempore et ſucceſſiue. 4º ſic in motu celi eſt ſucceſſio et tamen non mouetur per mediū. ergo etiā ſublato medio et poſito vacuo poterunt moueri ſucceſſiue grauia et leuia ſimplicia. 5º ſic dentur duo corpora rectarū ſuperficierum ſecundū omē partem cōiuncta et ſubito diſtinguātur ſecundū quālꝫ partem. aut ergo ſubintrabit aer omnem partem eque primo aut prius veniet ad vnam partem ꝙ̄ ad aliam. non primū. qꝛ omne corp⁹ prius eſt in loco propinquo ꝙ̄ in diſtanti. ergo oportebit dicere ſecundū. ſalꝫ ꝙ in illo vacuo ſucceſſiue moueatur. igitur Ad oppoſitum arguit᷑ per phm̄ in textu. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ̄ Ariſtoteles improbauit opiniones antiquorum ponentiū vacuū eſſe ſpaciū ex parte motus ꝯſiter improbat eandē poſitionem ex parte velocitatis et tarditatis in motu. et gratia huius primo aſſignat duas cauſas propter quas aliquod corpus velocius mouet᷑. Prima in raritate propter differenciam medii et denſitate. vt ſi ſint duo mobilia equalia in grauitate ꝗtitate ⁊ figura et vnum moueatur per aerem et aliud ꝑ aquā. primū velocius mouebitur alio in illa proportione in qua aer eſt ſubtilior aqua. Alia cā eſt propter differentiā mobilis ſalicet in grauitate vel magnitudine vel figura. Circa primam cauſam dicit phūs ꝙ mediū quando fertur cōtra mobile maxime impedit motū eius vt patet de mari aſcendēte in fluuio ſi etiā quieſcat medium adhuc impedit. ſed ſi moueatur cū mobili tunc iuuat motū mobilis ſicut fluuius qui fert nauem inferius. ſed inter ea que impediunt motum illud mediū quod eſt groſſius et non faciliter diuiditur magis īpedit. Iſtis notatis ſit

**Concluſio prima. Si eſſet** vacuum et ſucceſſio in motu veniret ex reſiſtentia medii vt antiqui poſuerunt graue vel leue ſimplex in eo poſitum non moueretur ſucceſſiue ſed ſubito mutaretur. Probatur rōnibus phi. Prima ē. talis eſt proportio motus ad motū in velocitate et tarditate qualis eſt proportio medii ad mediū in denſitate et raritate ſuppoſita equalitate mobiliū in ꝗtitate figura et virtute vt patet per primā cām maioris velocitatis motus prius poſitam. ſed ſpacii vacui ad plenum nulla eſt proportio ſecundū quā vnum excellat aliud. ergo motus facti per vacuum ad motum factum per plenuꝫ nulla eſt proportio. ſed omnis motus factus per plenū fit in tempore. et omne tempus ad aliud habet certam proportionem. ergo motus factus per vacuū fiet in non tēpore et ſubito. Maiorem huius rōis probat phūs ꝑ primam cām maioris et minoris velocitatis in motu prius poſitam. Minorem ſic probat quia omē excellēs aliud cōtinet illud quod excellit ⁊ illud in quo excellit ipſm. iō non dicimus ꝙ quatuor excellant nihil. quia tunc continerent nihil ſed bene excedunt duo vel tria. ſed vacuum nō continet plenū nec econtra. ergo vacui ad plenū nulla ē proportio ſecundū quā vnū excellat vł excellatur ab alio. Aliter formatur iſta rō arguēdo ad impoſſibile. quia ſi motus factus per vacuum habeat proportionem ad motū factum ꝑ plenū ſicꝙ in vtroqꝫ fiat motus in tempore. tūc cum omē tēpus habeat proportionē ad aliud ſequitur ꝙ in equali tempore fiet motus per plenum et per mediū vacuū. ymo adhuc in minori per plenū ꝙ̄ per vacuū. ꝯn̄s eſt impoſſibile. et patet ꝯn̄tia quia detur tempus motus facti per plenū et motus facti per vacuū. et cum iſta duo habeant certam proportionē ⁊ ponatur ꝙ tēp⁹ menſurans motum in pleno excedat alterum tēpus in certa proportione vt puta in medietate ſubtilietur tunc medium plenum in illa proportione tunc in illa ꝓportiōe velocitabit᷑ motus ꝑ plenū. ergo in eadē proportione diminuet᷑ tēpus et per ꝯn̄s in equali tempore fiet motus per plenum et vacuum. et ſi adhuc ſubtilietur illud medium ſecundum medietatem. ſequitur ꝙ in minori tempore in duplo fiet motus per plenum ꝙ̄ per vacuū. Sed contra iſtam rationeꝫ ſunt tres difficultates. Prima eſt quia omnis motus hꝫ velocitateꝫ determinatā ex proportione potētie motoris ad mobile et ſi nullum ſit impedimentum ex parte medii. ergo ſi mot⁹ fiat per vacuū adhuc habebit proportionem in velocitate ad motum qui fit per motū plenum. Añs patet dupliciter. primo ſic. qꝛ motus celi a nullo impedit᷑ et tñ in ipſo eſt determinata velocitas ſꝫ⁹ determinatuꝫ tempus. 2º patet ꝑ rationē qꝛ ex hoc ꝙ in ſpacio per quod fit motus eſt reperire prius et poſterius ita et in motu. Ex quo ſequit᷑ motum eſſe in determinato tpe. Sꝫ bene verū eſt ꝙ huic velocitati determinate ex ꝓporcione virtutis motoris ad mobile pōt aliquid ſubſtrahi ex aliquo impetu. ergo non oportꝫ ꝙ proportio motus ad motum in velocitate ſit ſicut ꝓportio impedientis ad impeditū ita ꝙ ſi non ſit aliquod impedimentū ꝙ fiat motus in vno tpe. ſed ſolum ſꝫ⁹ illam ꝓportionem impedientis et impediti ſumit᷑ retardacōis ꝓporcio ad retardatuꝫ. 3º poſito ꝙ ſit motus ꝑ vacuuꝫ non ſequit᷑ ꝙ ille motus nō habeat ꝓportionē in velocitate naturali ad motum qui fit per plenū. Ad hanc rationem rñdit Auerr. ꝙ velocitas et tarditas motus hñ ꝯſurgit ex proportione motus ad mobile. ſed oportꝫ mobile eſſe reſiſtēs motui. ſicut paciēs eſt ꝯtrariū agenti. Hec aūt reſiſtentia poteſt eſſe ex tribus. Primo ex parte ſitus mobilis quod eſt in vno ſi habet repugnātiā ad ſimul eſſe in alio ſitu. 2º ex natura mobilis. 3º ex parte medii. Et hec tria ſunt accipienda ſimul vt vnum reſiſtens. Poteſt ergo inueniri reſiſtentia mobilis ad motorem ex parte ſitus mobilis ſicut eſt in corporibus celeſtibus. vel ex parte mobilis et medii ſimul. ſicut eſt in corporibus aīatis. ſed in grauibus et leuibus ſimplicibus ſubtracto illo quod habet mobile a mouente ſcꝫ ipſa forma que eſt principiū motus quā dat generās quod eſt mouens remanet ſola materia ex ꝑte cuius nulla eſt reſiſtētia ad mouens. Igit᷑ relinquit᷑ ꝙ in talibus tota reſiſtentia eſt ex parte medii. Sic ergo in corporibus celeſtibus eſt differētia velocitatis motus ſꝫ⁹ ꝓporcionem motoris ad mobile et ad mediū reſiſtens. et ſic in talibus procederet obiectio ꝑdicta ſcꝫ ꝙ remota retardacione que eſt ex parte impedientis adhuc remaneret determinata quātitas temporis in motu ſꝫ⁹ proporcionē motoris ad mobile. ſed in grauibus et leuib⁹ non pōt eſſe retardatio niſi ſꝫ⁹ reſiſtentiā medii. iō in ipſis vt dicit Auerr. hñ procedūt rōes Ariſto. Sed hec reſpōſio non valet quia in illis ſimplicibus remota forma quam dat generās adhuc remanet ꝑ intellectuꝫ corpus quātuꝫ quod ex ꝑte ſui ſitus hꝫ reſiſtētiam ad motoreꝫ ſic ꝙ non pōt eſſe ſimul in contrariis ſitibus. Ideo aliter dicendū eſt ſecundum Auicen. et doctorem ſanctum ꝙ rōnes Ariſto. non ſunt intelligēde ſimpliciter tanꝙ̄ demōſtrātes ꝙ in vacuo nihil poſſit moueri ſucceſſiue. ſed ſolum probant ꝙ in motu ꝑ vacuuꝫ nulla ſit ſucceſſio aut retardatio cauſata ex reſiſtentia medii impedientis. Unde dicunt ꝙ duo ſunt que cauſant velocitatē ⁊ tarditatem in motu. Primū eſt proporcio virtutis motoris ſupra ipſum mobile et velocitas cauſata ex iſta proporcione eſt naturalis. Alia eſt diſpoſitio medii qḋ ſꝫ⁹ maiorē vel minorem denſitateꝫ pōt magis vel minus retardare motum et velocitatem naturaleꝫ. et ſic proporcio medii ad mediuꝫ non eſt proporcio mot⁹ ad motum. ſed ſoluꝫ retardacōis ad retardacionem. remoto ergo medio remouet᷑ tarda° ex ꝑte medii. ſed adhuc remanet velocitas naturalis ex determinata ꝓporcione virtutis motoris ad mobile. Eſt tñ aduertendū ſꝫ⁹ ſanctū Thomā ꝙ rōes phi non ſunt demōſtratiue ſimpliciter. ſꝫ ſolum inductiue ad ꝯtradicendū poſitioni antiquorū qui hac de cauſa ponebant vacuū vt non impediret᷑ motus. Secūda difficultas eſt qꝛ ſi medium plenū impediat motuꝫ vt dicit phūs ſequit᷑ ꝙ in hoc mundo inferiori nullus eſſet motus pure naturalis eo ꝙ plenuꝫ non eſſet naturale mediū motus. ſed magis vacuum quod non eſt impeditiu⁹ eius. Rñdet᷑ ꝙ ōnis motus naturalis incipit a loco non naturali ⁊ tendit in locū naturalem. ideo quouſqꝫ perueniat ad locuꝫ naturalem non eſt inconueniēs ſi aliquid non naturale ei ꝯiungat᷑ a quo tñ paulatim recedit. vñ medium plenum quodāmodo impedit motū et quodāmodo iuuat. Impedit enī ꝓpter eius denſitatem quia reſiſtit ſue diuiſioni. et propter contrarietatē quā habet ad mobile ꝑ quā debilitat᷑ virtus motiua mobilis. Sed iuuat ꝑ hoc ꝙ quodāmodo eſt ꝯnaturale mobili. et quāto mobile plus accedit ad locum naturalem tanto mediuꝫ eſt ſibi magis ꝯnaturale et magis iuuat motum eius. ideo motus naturalis ſemper in fine intenditur. Tercia difficultas eſt qꝛ in corporib⁹ naturalibus eſt rariſſimū corpus vt ignis vel celuꝫ ergo non ſemꝑ contingit accipere corpus rarius ſꝫ⁹ quamlibet ꝓportioneꝫ temporis ad tempus quod tñ ſupponit dicta rō. Rñdet᷑ ꝙ non eſt de natura corporis mobilis in cōi ꝙ in corporibus ſit determinata raritas. ſed ſolum ex natura formarum naturalium que requirunt in ſua materia determinatā raritatem et denſitatem. et quia in hoc libro ꝯſiderat᷑ de corpore mobili non contracto. iō phūs vtit᷑ illa ſuppoſicōe que nō repugnat corpori mobili vt hic ꝯſiderat᷑. Secūda ratio que ſumit᷑ ex cauſa velocitatis ⁊ tarditatis in motu ſꝫ⁹ ꝙ venit ex parte mobilis. qꝛ ꝑ equale ſpaciū mobile grauius velocius mouet᷑ ceteris paribus. ⁊ in habētib⁹ equaleꝫ ꝯtrarietatē illud quod eſt maioris quātitatis adhuc veloci⁹ mouetur quia citius diuidit mediū. ⁊ in habentib⁹ equalem quantitateꝫ et grauitatem illud quod habet figuram magis diſpoſitaꝫ ad diuidendū motum vtputa rotundam vel acutam velocius mouet᷑ eo ꝙ velocius diuidit mediū. ergo in va

ctuo ſi eſſet nullũ eſſet medium quod diuideret et ſeq̄ret ꝙ ſi fieret motus in illo omnia corpora indifferenter mouerentur per ipm̄ eque cito qđ eſt contra ymaginationem. Ex dictis eſt manifeſtum ꝙ non eſt ponendũ vacuum ad ſaluãduʒ motum. et probatũ eſt ex parte motus et ex velocitate et tarditate in motu. Tercio idem probat phũs ex parte vacui abſolute conſiderati tribus rationibus. Prima eſt ſi hoc mõ ponatur vacuum ſpaciuʒ ſeparatũ ſequeret ꝙ duo corpora poſſent eſſe ſimul et ꝙ penetratio dimenſionum eſſet. ꝯñtia patet. q̄ ſi illo mõ ponatur vacuum non poterit cedere corpori ingredienti ipʒ quia ſi cederet hoc eſſet per motum. et nihil mouetur niſi corpus. ergo dimenſiones vacui penetrarentur a dimenſionibus corporis ingredientis. et cum duo corpora non habeant repugnantiam ad ſimul eſſe in loco niſi ratione ſuaruʒ dimenſionum. ſequit ꝙ ſi dimenſiones corporis et vacui poſſint eſſe ſimul ſequitur ꝙ duo quelibet corpora poterunt eſſe ſimul et etiam tria. nec valet ſi dicatur ꝙ dimenſiones vacui et corpus naturale ingrediens non habet repugnantiã ſecundum qualitates contrarias ſicut alia corpora p̄ ſuas paſſiones et paſſibiles qualitates habent repugnantiã. ideo non eſt ſimile de vacuo et corpore ſicut de duobus corporibus vel trib⁹. Hec euaſio nihil valet. quia corpori non debetur locus ratione ſuarum qualitatũ nec ſue nature niſi ſecundũ ꝙ continetur ſub ſuis dimenſionibus et ideo ꝙ corpora non poſſint eſſe ſimul non eſt ratione ſuarum qualitatum ſed ratione ſuarum dimenſionũ nõ poteſt eſſe diuerſitas. ſi ſint ſimul in eodem ſitu. ideo cum vacuũ habeat tres dimenſiones ſicut corpus ſenſibile tunc ſi duo corpora ſenſibilia non poſſunt eſſe ſimul ita nec corpus ſenſibile poteſt eſſe ſimul cum vacuo. Secũda ratio oē corpus naturale habet ſuas proprias dimenſiones. ergo ponendo vacuum modo predicto cum dimenſiones vacui penetrent dimenſiones corporis ⁊ ſint ſimul. ⁊ per cõſequēs ab eis non diſtinguit. ſequitur ꝙ propter dimēſiones vniuſcuiuſqʒ corporis non erit neceſſe ponere locũ tanq̄ aliud a locato. Tercia ratio ſi vacuũ eſſet alicubi in vniuerſo deberet apparere. ſed nuſq̄ apparet vacuum. ergo non eſt ponēduʒ. et maxime a phico qui nihil cõſiderat niſi cũ motu et materia ſenſibili. Nec valet dicere ꝙ aer nihil eſt et ꝙ locus aeris ſit vacuus. quia lʒ aer non percipiatur viſu tamen percipit tactu.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad vltimã dicit ꝙ poſito caſu illo non eſſet poſſibile illa duo corpora ad inuicem ſeparari eque primo ſecundũ quãlʒ partē. ſed oʒ ea ſeparari primo ſecundũ vnã partē et aerem ingredi. et ſic aer non ſubito intraret ſed ſucceſſiue. vł dicitur ꝙ non contingeret illa ad inuicem ſeparari. Alie ſolute ſunt ex dictis.

## Queritur Decimo: vtrum

Sit ponendum vacuum corporibus imbibitũ naturaliter. Arguitur ꝙ non. q̄ neceſſe eſt condenſationē et rarefactionē fieri in corporib⁹ ſed non poteſt fieri rarefactio niſi per interpoſitionem quarũdã vacuitatuʒ per quas magis diſtant ad inuicem partes plene q̄ ante. nec põt fieri condenſatio niſi per ingreſſum aliarũ partium in quaſdam vacuitates corporis. ergo ⁊c. Maiorē probat phũs ex parte motus localis. quia niſi fieret condenſacio ſeq̄retur ꝙ moto vno corpore localiter totũ vniuerſum moueret et ſic fieret cumulatio celi. pʒ ꝯñtia quia cũ aliquod corpus tendit in aliquē locũ niſi fiat condenſacio corpus preexiſtens cedet in aliuʒ locũ et corpus exiſtens in alio in alium. et ſic ad motum cuiuſlʒ corporis oportebit celum turbari. Secũdo probat eã ex parte generationis. quia cũ ex aqua fit aer. aer genit⁹ eſt decuplo maior q̄ erat aqua. ergo niſi alicubi fiat condenſacio oportet tantũ de aere cõuerti in aquã aut ꝙ totum vniuerſum augeatur. et iſta ſunt impoſſibilia. ergo impoſſibile eſt condēſacionē fieri. 2º ſic in corpore raro partes prius ad inuicē diſtãt q̄ ante. et non per plenũ. ergo per vacuum. ergo ponendum eſt vacuum corporibus imbibitum.

Ad oppoſitũ arguit per phũm in textu.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

q̄ phũs improbauit opinionē ponentiũ vacuũ eſſe tanquã ſpacium ſeparatum a corporibus receptiuũ corporũ que mouentur. ꝯñter impbat opinionē ponentiũ vacuũ corporib⁹ imbibitũ Primo ponendo rõem motiuã illius opinionis que tacta eſt ante oppoſitũ. et ſecundo eandem opinionē. et tercio ſoluendo rõem eorũ. vbi oſtēdit qualiter fit ꝯdēſacio et rarefactio non ꝓpter vacuũ ſed propter alterationeʒ materie per quã mutatur de minori quãtitate in maiorē vel ecõtra fit. Ubi.

## Sciendum eſt Secundo: ꝙ

Ponentes vacuũ corporibus imbibitũ dupliciter diuiſi ſunt. Quidã enim poſuerũt infra corpora quaſdã vacuitates loco et ſitu diſtinctas a partibus plenis ad modũ paruorũ foraminũ: quas poros appellabant per quas dicebant nutritionē. augmentationē. rarefactionē. et cõdenſacionem fieri. et hmõi opinionis fuerunt Democritus Zancos et Leucipus. Alii vero ponentes vacuum corporibus imbibitum non poſuerunt tales vacuitates loco et ſitu diſtinctas a partibus plenis ſed poſuerũt vacuũ eſſe quaſdam dimenſiones quas dixerunt penetrare et continere dimenſiones corporis que ſunt ſecundum ipſos cauſe motus localis corporis. non eo mõ quo poſuit prima opinio ſcilicʒ ꝙ vacuũ ſit in quo et per quod corpora mouētur. ſed per hunc modum ꝙ tale ſpaciuʒ ſic imbibitũ defert corpus in quo eſt ad modũ quo ſecũ deferunt vtres corpora quibus replentur. Sed cõtra primã harũ opinionũ ponitur.

## Concluſio prima. Non eſt

ponendũ vacuum corporibus imbibitum loco et ſitu diſtinctũ a partibus plenis. Patet quia hoc modo ponere vacuum ideʒ eſt ſicut ponere vacuum a corporibus ſeparatum q̄ in illo ponuntur quedã parua ſpacia loco et ſitu diſtincta a partibus plenis. ergo ſi non eſt ponendum vacuum a corporibus ſeparatum vt prius probatũ eſt. ſequitur ꝙ non eſt ponendum vacuʒ in corporibus loco diſtinctũ a partibus plenis vt ſcilicet in corpore poſſint ſubingredi alique partes in illas vacuitates.

## Concluſio ſecunda. Non eſt

ponenduʒ vacuum corporibus imbibitum diſtinctũ a partibus plenis vt ſit cauſa motus localis vt antiqui poſuerunt. Probatur quatuor rationibus phi. Prima eſt ſi hoc mõ ponatur vacuum ſequit ꝙ non erit cauſa omnis motus localis. ergo iſti non ſufficienter aſſignant cauſam cuiuſlʒ motus. añs probat q̄ vacuum ſecundũ ipſos eſt cauſa raritatis. ſed omne rarũ eſt leue. et omne leue ſolũ ſurſum mouetur. ergo vacuum ſolum erit cauſa motus ſurſum. Secũda ratio vacuũ ſecundũ ipos non eſt cauſa motus ſicut in quo et per quod aliquid mouetur. ſed quia vacuum intrinſecũ corpori ſecum defert ipm̄. ergo oportet vacuũ hoc modo poſituʒ moueri ad motũ corporis. et omne localiter motum recipitur in loco. ergo ſequitur ꝙ vacui interioris quod mouetur deferendo corpus erit vacuũ exterius in quo mouetur. et cum vacuũ ſit locus ſequitur ꝙ loci erit locus. quod eſt inconueniens. Tertia ratio. ſi vacuũ ſit cauſa motus ſurſum per hoc ꝙ ſecum defert corpus in quo eſt ſequitur ꝙ non erit aſſignare cauſam quare grauia deorſum mouentur. Quarta rõ ſi vacuum ſit cauſa motus ſequitur ꝙ q̄to aliquid erit magis vacuum tanto velocius mouebitur. ergo ſi totũ ſit vacuũ velociſſime mouebitur. ſed hoc eſt impoſſibile. quia quod eſt oino vacuum moueri non poteſt. quia nulla eſt proportio motus pleni ad motũ factum per vacuũ

## Concluſio tercia. condenſa

tio et rarefactio non fiunt per additionem aut ſubtractionē materie. ſed per alterationem qua mouetur de minori quãtitate ad maiorem vel econtra. Pro cuius probatione ponit phũs quatuor ſuppoſitiones. Prima eſt ꝙ eſt eadem materia contrarioꝝ. quia contraria nata ſunt fieri circa idem. Secunda omne quod eſt actu per ſe fit ex eo quod eſt in potentia. Tertia. materia nunq̄ ſeparatur ab vtroqʒ actu cõtrariorũ. licet ſecundum rationem alia ſit ab ipſis. Quarta eadem materia in numero ſucceſſiue fit ſub ambobus contrariis. Tunc arguitur ſic. materia eſt eadem contrariorũ. ſed magnũ et paruũ ſunt contraria circa quantitatem. ergo eſt eadeʒ materia magni et parui. ſed cum materia maneat eadem numero ſub eiſdem cõtrariis ſequit ꝙ eſt eadem materia numero que numeratur de minori quantitate ad maiorem. et ſuſtinet rarefactionem. et econtra. ergo non fit condenſatio partium per ingreſſum noue materie per vacuitates corporis. Nec rarefactio per abſtractioneʒ quarundam partium ab aliis. ſed per alterationem. Secũdo probat phũs per tria ſigna. Pri⁹ eſt ſi ex aqua fit aer / aer geni⁹ ē maioris q̄titatꝭ q̄ eſſet aqua et ibi fit rarefactio. ſed hoc non cõtingit per additionem aut ſubtractionem partium materie. ſed quia materia exiſtens ſub minori quantitate erat in potentia ad maioreʒ. et fit actu ſub maiori. et econtra. quãdo ex aere fit aqua. Secundum eſt quãdo ex minus calido vel ex minus albo fit magis caliduʒ vel magis album hoc non eſt quia in minus calido fuerint alique partes non calide. vel per additionem partiũ calidarum. ſed per alterationē qua omnes partes ducuntur de potentia ad actum maioris caliditatis. Tercium eſt cum ex maiori circulo fit minor circulus. et ex minus curuo fit magis curuum. non fit per hoc ꝙ in maiori circulo eſſent alique partes recte. ſed quia partes curue erant in potentia ad maiorem curuitateʒ quam recipiunt ſine additione noue materie. ergo ſimiliter cum ex denſo fit rarum et ex paruo magnum non eſt per hoc ꝙ in denſo ſit aliqua pars non quãta. vel quia apponitur noua materia. ſed quia materia condenſata exiſtens ſub parua quantitate erat in potentia ad maiorem et econtra eſt in condenſatione. Tercio patet q̄ condenſatio et rarefactio fiunt per alterationē ex effectibus eorũ. q̄ ad rarum ſequit molle et leue que cauſantur per alterationē. ſed ad denſum ſequitur graue et durũ. ergo ſignum eſt ꝙ rarefactio et condenſatio fiunt per alterationeʒ qualitatum naturalium. Sed ſi queratur an rarefactio et condenſatio ſint motus. Dicit ꝙ non ſunt motus per ſe. ſed bene per accidens pro quanto annectuntur alterationi.

Rarefactio enim et cōdenſatio per ſe ſunt ad raritatem et dēſitatē q̄ ſunt qualitates quarte ſpēi vel ſunt poſitiones. et nec ad qualitates de quarta ſpecie nec ad poſitiones poteſt per ſe eſſe motus vt inferius videbitur.

## Dubitatur primo. Utrum

rarefactio ſit augmentatio. et cōdenſatio ſit diminutio. Dicitur ꝙ non. primo q̄ꝛ augmētatio et diminutio per ſe terminant̄ ad q̄titatē. ſed rarefactio et cōdenſatio terminant̄ ad qualitatē vel poſitionē. 2º in augmentatione proprie dicta additur noua materia. ſed hoc non fit in rarefactione. ſed ſolum partes variantur in ſuis poſitionibus et qualitatibus. 3º augmentatio et diminutio ſunt per ſe motus. non aūt cōdenſatio et rarefactio.

## Ad rationes ante oppoſitum

Ad primā dicitur cōceſſa maiore negando minorē ꝙ ſit cōdenſatio et rarefactio per extractionē partiū ad inuicē vel per ſubingreſſum earū quaſdam vacuitates. ſed per alterationem que immutat̄. q̄ꝛ mutatur materia de minore q̄titate ad maiorē. Ad ſecundā dicitur ꝙ in raro partes plus diſtant q̄ ante. ſed diſtantia maior non eſt per interpoſitionē vacuitatis. ſed per extenſionē materie. Sequitur textus.

Conſequens autem dictis

## Queritur vndecimo. Utrum

Tempus ſit. Arguitur ꝙ non rōnibus text⁹ quia impoſſibile eſt aliquid eſſe cōpoſitum ex his que non ſunt. ſed tēpus cōponitur ex his que non ſunt ſcꝫ ex preterito quod non eſt plus et ex futuro quod nondū eſt tēpus. Secūda ratio. cuiuſlꝫ diuiſibilis neceſſe ē oēs partes aut aliquas eſſe. ſed tēporis nulla pars eſt nec preteritū nec futurū. ergo tēpus non eſt. Nec valet dicere ꝙ nunc ſit pars tēporis quia oīs pars ē mēſurans totū vt binarius ſenariū. vel eſt cōponētes tātum vt quaternarius reſpectu ſenarii. ſed cū nunc ſit indiuiſibile non poteſt mēſurare tēpus quod eſt diuiſibile. nec eſt pars cōponens eius quia nullum cōtinuū cōponitur ex indiuiſibilibus. Tercia rō. ſi tēpus eſt vel eſt idē nunc in toto tēpore vel alterū et alterū. non ſecūdum q̄ꝛ due partes temporis non poſſunt eſſe ſimul niſi vna contineat aliam ſicut menſis cōtinet diem et dies horā. ergo cū in ipſo nunc nihil tcōtineatur quia eſt indiuiſibile ſequitur ꝙ duo nūc nō poſſunt eſſe ſimul. ergo ſi ſit alterū ⁊ alterū nunc in tēpore oꝫ adueniēte vno nūc ꝙ precedens corrūpatur. aut ergo in ſe ipſo corrūpitur et ſic ſimul eſſet et non eſſet. aut corrūpitur in nunc precedēte. ſed hoc non quia illud non prius eſt. aut in poſteriori et tunc vel corrūpitur in mediato vel in immediato. non ſecundū. quia nunc non ſūt in mediato tēpore. nec primū. q̄ꝛ cū inter quelꝫ duo nunc ſit tēpus mediū. et cū in quolꝫ tēpore ſint infinita nunc oꝫ primū nunc eſſe cū illis infinitis quod eſt īpoſſibile. ergo non ē alterū et alterū nūc in toto tēpore. Nec poteſt dici ꝙ ſit idē quia cuiuſlꝫ diuiſibilis finiti oportet adminus eſſe duos terminos. ſed nūc eſt terminus tēporis et poteſt accipi aliquod tēpus finitū. ergo ſunt plura nunc in tēpore. Item probat̄ ꝙ non ſit idē. illa dicunt̄ eſſe ſimul ſecundū tēpus q̄ ſunt in eodē nunc. ſi ergo ſit idem nunc manens in toto tēpore ſequit̄ ꝙ ea que fuerunt vltra mille annos ſimul ſunt cum illis que fuerunt hodie. ſed hoc eſt falſum. ergo nō eſt tantū vnū nunc in toto tēpore. Ad oppoſitū arguit̄ per phūꝫ in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

q̄ phūs in ſecūdo tractatu huius quarti determinauit de vacuo quod ab antiquis ponebat̄ eſſe propter motū. ꝯñter in hoc tercio phūs agit de tēpore quod ē mēſura motus extrinſeca. et lꝫ ſatis manifeſtū ſit tēpus eſſe q̄ꝛ cū motu qui eſt ſenſui manifeſtus ſimul percipit̄. tamen ſecūdū tradita ab antiquis nō eſt manifeſtū que ſit natura tēporis. ymo ſecūdū dicta ipſorū non ſolū dubitare cōtingit quid ſit ſed etiā vtrū ſit ens ideo bene ſe habet apponere ſi eſt vel nō eſt per extraneas rōnes et ſophiſticas ab aliis poſitas et etiā ad inquirēdū quid ſit tēpus. et tales rationes ad inquirēdum quid ſit tēpus poſite ſūt ante oppoſitum.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

de tempore antiqui diuerſimode oppinati ſunt. nam quidam dixerūt ꝙ tempus eſt motus celi qui circulatio dicitur. ⁊ mouebantur. quia videbant tempora quadam circulatōe reiterari ſicut motum celi. Alii dixerūt ꝙ tēpus eſt prima ſpa celeſtis. quia omnia ſunt in tempore et omnia in prima ſpa celeſti. quia celum omnia continet ergo ſpera celeſtis eſt tēpus. Alii dixerunt ꝙ tēpus idem eſt ꝙ motus ſeu mutatio. ⁊ mouebantur. q̄ꝛ non percipitur tempus ſine motu. ymo ſimul cum motu percipitur. ergo tempus eſt idem cum motu. et in preſenti non ponit Ariſtoteles differentiam inter motū et mutationē. ſed illud terminabit in quinto. Iſtis notatis ſit.

## Concluſio prima. Ad philo

ſophum pertinet determinare de tempore. Patꝫ quia ad phūm pertinet determinare de motu. ſed tempus eſt menſura motus. igitur ⁊c.





## Concluſio ſecunda: tempus

non eſt motus qui dicitur circulatio. Probatur duplici rōe phī. Prima eſt quelibet pars temporis eſt tempus. ſed quelꝫ pars circulationis celeſtis non eſt circulatio. igitur. Secunda ratio motus multiplicatur ad multitudinē mobiliū cum ſit ī mobili vt in ſubiecto. ergo ſi eſſent plures primi celi ſecundū ponentes eſſe plures mūdos ſequeret̄ ꝙ eſſent plures primi motus. ⁊ per conſequēs eſſent plura tempora ſimul quorum vnū nō eſſet pars alterius. ſed hoc eſt ꝯtra naturam temporis. quia non poſſunt eſſe plura tēpa ſimul niſi vnū ſit pars alterius.

## Concluſio tercia: Tempus

non eſt ſpera celeſtis. Patet q̄ꝛ oēs partes ſpere celeſtis ſunt ſimul permanētes. ſed partes tēporis non ſimul permanent. ergo tēpus nō eſt ſpa celeſtis. nec valet rō iſtorum. quia cōmittūt fallaciā equiuocationis. nam res ſunt in ſpera celeſti vt in loco. ſed ſunt in tēpore vt menſura motus et durationis iparū. cum ꝯñtia arguendo ex puris affirmatiuis in ſecūda figura ñ valeat

## Concluſio quarta. tempus

non eſt idē ꝙ motus ſeu mutatio q̄uis inter cetera hoc magis poſſit verificari. Probatur in textu primo ſic. omīs motus eſt in mobili et vbi eſt mobile. et ideo multiplicatur motus ad multitudinem mobilium. ſed tempus eſt vnum et idem vbiqꝫ et apud omnia. ergo non eſt mot⁹. 2º ſic omnis motus eſt velox vel tardus ſed tempus non eſt hmōi. quia velox et tardum tēpore diffiniuntur et terminantur. Dicitur enim velox quod in pauco tempore multum mouet̄. Et tardū per contrarium. ſed tempus nec ſecūdū ſuam quātitatem nec qualitatem tēpore determinatur cum idem non ſit menſura ſui ipſius.

## Concluſio quinta tempus

non eſt ſine motu. Probatur quia tēpus nō percipitur ſine motu. et cum motu percipitur gº non eſt ſine motu. añs probat phūs. q̄ꝛ cum homines non percipiunt motum et mutationem. nec in rebus exterioribus nec in ſuis corporib⁹ nec in ſua imaginatione non videtur eis ꝙ trāſeat aliquod tēpus. ſicut patet de his qui in Sardo ſūt que eſt ciuitas Aſie qui fabuloſe dicuntur dormire apud heroas. id eſt apud deos Animas enim deorum deffunctorum heroes vocabant et quaſi deos colebant. vt animam herculis vel bachi. ⁊ per incātationes in tali cultu aliqui inſenſibiles reddebantur et tunc dicebātur dormire apud heroas. et ipi excitati multa mirabilia et futura pronunciabant. tales aūt ad ſe redeuntes non percipiebant tēpus quod preteribat. ſed copulabant primum inſtans in quo inceperant dormire cum vltimo in quo excitabantur. non percipientes tēpus mediuꝫ. quia non percipiebant motum. neqꝫ in aliis neqꝫ in ſe ipis ſecundum corpus vel ſecundum aīam. ergo tempus non percipitur ſine motu.

## Concluſio ſexta Tempus eſt

aliquid ipſius motus. Probatur quia tempus non eſt motus neqꝫ ſine motu. et ſimul cum eo percipitur. ergo eſt aliquid ipſius motus. Ex quo ſequitur correlarie ꝙ tempus eſt. patet q̄ꝛ motus eſt. et tempus eſt aliquid ipſius motus. igitur ⁊c. qualiter autem ſe habeat tempus ad motum videbitur inferius.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur et ad ſecundam ꝙ licꝫ partes temporis non ſint in eſſe permanenti ſic ꝙ vna ſit cum alia. tamen ſunt in eſſe ſucceſſiuo Et hoc ſufficit ad eſſe rei ſucceſſiue. cuius eſſe cōſiſtit in quadam ſucceſſione ſuarum partium.

Ad terciam dicitur ꝙ in toto tēpore eſt vnū et idem nunc ſecundum ſubſtantiam. alterum autem et alterum ſecundum eſſe. Et hoc magis declarabitur in octauo.

## Queritur duodecimo. Utruꝫ

Tempus habeat eſſe extra animam et non ſolū in anima. Arguitur ꝙ non. prius ⁊ poſteri⁹ in tempore non ſunt ſimul ſecundum actum in re ipſa ſed ſolum in acceptione noſtra. ſed tēp⁹ cōſtituitur ex priori et poſteriori ſimul continuatis. ergo tempus ſolum eſt in anima. 2º ſic tempus eſt numerus. ⁊ cauſa numeri eſt materia numerabilis vel anima numerans. ſed materia numerabilis per tempus non eſt niſi prius et poſterius in motu. ⁊ illa non ſunt in re extra aīam ergo tēpus quod eſt numerus ſolum eſt in aīa numerante. 3º nos non percipim⁹ tēpus vt habetur in textu niſi percipiendo motū in mēte vel in aīa. hoc aūt nō eſſet niſi tēpus ꝯſequeretur motū aīe. ergo tēpus eſt in aīa. 4º ſi tēpus inſequitur motum celi et eſſet in celo mediante motu eius tūc eodē mō eſſet tēpus in celo. igit̄ motus celi eſt in ipſo. ſed motus celi eſt in celo ſubiectiue ſecundū omnes eius partes. q̄ꝛ oēs eius partes ſimul mouentur. ergo plures ptes tēporis ſimul eſſent. 5º ſic rōe Galieni. q̄ꝛ ſi tēpus ꝯſequit̄ motū celi et nihil perciperetur de motu celi etiā nihil perciperet̄ de tēpore. ꝯñs eſt falſum. q̄ꝛ multi ſunt nihil percipiētes de motu celi qui tamen percipiunt tēpus eo ꝙ percipiūt ſe mutari vel ſecundum corpus vel ſecundum ymaginationem. vel ſecundum intelligentie virtutem. ergo tēpus non eſt in re extra animā. ſed ſolum in acceptione noſtra.

Ad oppoſitum arguitur. quia tempus eſt menſura motus. ſed motus habet eſſe extra animam in eſſe ſucceſſiuo. ergo tempus ſecundum ſuum eſſe ſucceſſiuum habet eſſe extra animam.

Pro quo.

**Sciendū ē primo. ꝙ propter** rationes factas ante oppoſitum multi ſolennes phi videntes ꝙ tempus non eſt vltima ſpera nec motus eius vt pbatū eſt. dixerunt ꝙ tēpus ſolū habet eſſe in aīa dicētes ꝙ cū mobile eſt in trāſitu ſpacii de priori ad poſterius aīa capit ipm ſecundū ꝙ eſt ante et ſecundū ꝙ ē poſt cōparādo ante et poſt ad inuicē. Et lȝ ante et poſt in re non ſimul remaneant. tamen in aīa cōparante vnum ad alterū. et hec cōparatio qua aīa commenſurat tranſitum mobilis de priori ſpacio in poſterius dicitur tēpus. et ſic tēpus ſecūdū iſtos ſolum hȝ eſſe in aīa. Vltra dicebāt ꝙ tēpus nō eſt aliud ꝙ cōgregatio pluriū momētorū ſe habentium ad inuicē ſecūdū quādā ſucceſſionem idō dixerūt tēpus non habere verā cōtinuitatē ſed modū cōtinui pro ꝗto illā cōgregationē facit aīa ſimul accipiens illa momēta et cōparās vnū ad alterum. nā hmōi momēta in re ipa nō ſimul pmanent. et ſic congregatio ipoꝝ ſolum eſt in anima.

**Sciendum eſt Secundo ꝙ** Auerrois ꝛ ſui ſequaces dixerūt tēpus in primo mobili eſſe extra aīam. ſed ſolū hoc eſt in potentia. ſed cōplementū et ſuā actualitatē capit ab anima et in aīa ita ꝙ tēpus in rerū natura non habet actualitatē eſſendi. cū ſit cōſtitutū ex preterito et ex futuro. ꝛ cū preteritū nō ſit in actu lȝ fuerit. et futurū nondū ſit in actu ſed ſolum in potentia. nec poteſt aliquis ymaginari aliquid exiſtens in rerum natura de tēpore niſi ipm nūc tēporis indiuiſibile quod non eſt tēpus nec ps tēporis. idō dicunt illi ꝙ tempus non debet dici ens in rerū natura niſi in potentia. et ſi habeat aliquā actualitatē hoc ē ab aīa ſimul cōcipiēte preteritū cū futuro et cōtinuante ipa ad inuicē eo mō quo in continuo nature permanentis dicitur eſſe. et hāc ſententiā inſequit doctor ſctūs de cuius mō loquendi in hac materia videbit in fine huius tractatus. Sȝ cōmunior ē opinio Auicenne et Alberti dicentiū ꝙ tēpus habet eē in rerū natura in actu entis ſucceſſiui qui eſt eē in fine ſecluſa operatione aīe et conſideratione Quibus notatis ſit.

**Concluſio prima. Tempus** habet eſſe extra aīam in rerum natura ſecundū actū ſucceſſiuū qui ſolū eſt in fieri et ꝗtum ad ſuum actū. Primū probatur primo manifeſtū eſt ad ſenſum motū eſſe extra aīaȝ. quia ſi nulla eſſet aīa adhuc poſſet eſſe motus. et tempus cōſequit motū vt numerus eius. ergo tēpus eſt extra aīam. 2º ſic illud qđ ē vera ꝗtitas cōtinua non ſolum eſt ens in aīa ſed eſt ens reale extra aīam. tēpus eſt hmōi igit. Tercia rō ſi tēpus eſſet in anima ſolum tunc eſſet paſſio aīe et non motus phici qꝛ talis motus in aīa intellectiua non reperitur. et per ꝯñs motus proprietates et paſſiones continui et diſcreti non participaret.

4º ſic numerus formalis quo res numeratur eſt in ipis rebus preter conſiderationē aīe. ergo cum tēpus ſit numerus ſequit ꝙ eſt in rebus ſecluſa cōſideratione aīe. ſi enim aīa nō numeraꝫ niſi per vnitates formales quas reperit in rebȝ. ſimiliter ſi aīa nunꝗ numeraret adhuc numerꝰ eſſet in tēpore. quia in motu pars precederet ptē et in ipo reperiretur vnde poſſet fieri diſtinctio inter partes. vnde pars contra partē poſſet numerari. Quinta rō prius et poſterius numerata in motu ſunt ipm tempus. ſi tēpus ergo eſſet in aīa motus phicus eſſet in ea. ergo aīa moueret motu phico. Sexta ratio poſſunt eſſe diuerſe aīe numerantes ſimul. ergo ſi tēpus eſſet in anima inꝗtum numerat motū ſequitur ꝙ eſſent plura tempora ſimul. Septima rō cum anima ſimiliter ſe habeat ad omnem motum conſiderandū ſequitur ꝙ etiam tempus ſimiliter ſe haberet ad omnem motum. ſed hoc eſt falſum. quia tempꝰ primo eſt menſura motus primi mobilis et per ipm eſt menſura aliorum.

**Concluſio ſecunda Tempus** ꝗtum ad actum ſecundum eius qui eſt numerare motum eius et quo ad eſſe ſimul ſub modo permanentis et ꝗtum ad eſſe notum eſt in anima. Probatur quia ſolum anima intellectiua numerat. ergo tempus quātum ad hoc quod eſt numerare actu ſolum eſt in anima. et etiam tempus non habet modum permanentis niſi inꝗtum preteritum retinet cum futuro. et vniuntur ſimul per modum continui. et hoc ſolum fit in anima quia tempus in rebus habet eē ſucceſſiuū etiam non eſt notum niſi per hoc quod eſt apprehenſum ab anima tantum.

**Ad rationes ante oppoſitum**

Ad primam dicitur ꝙ prius et poſterius tēporis vel motus non ſimul ſunt in eſſe permanenti extra animam. ſunt tamen ſimul in eſſe ſucceſſiuo que ſimꝉtas in hoc conſiſtit ꝙ vna pars temporis alteri ſuccedit ſine interruptione.





Sicut eniȝ ad eſſe rei permanētis requirit ꝙ ſue partes ſimul permaneāt. ſic ad eſſe rei ſucceſſiue requirit et ſufficit ſucceſſio partis ad partē ſine interruptione. verū eſt tñ ꝙ eſſe rei ſucceſſiue pōt dici potenciale qꝛ ſemper eſt in potentia p mixtū et ſuum eſſe et ſuum fieri et vna pars eius eſt in potencia ad ſucceſſionem alterius. Ad ſecundam dicit ꝙ duplex eſt numerās ſcȝ numerās effectiue et hoc eſt ipſa aīa. et numerās formaliter et hoc mō tempꝰ eſt numerās motuȝ formaliter qꝛ eſt numerus quo anima numerat ptes motꝰ ideo aīa non eſt cauſa tpis niſi quantum ad eſſe notum et ad numerare in actu. Ad terciā dicit ꝙ cuȝ motu percipimꝰ tempus. ſed hoc non ꝯtingit qꝛ tempus ꝯſequit motū anime niſi quantū ad apprehenſionē. Ad quartā dicit ꝙ motus duplices habet partes. quaſdā eniȝ habet a magnitudine mobilis qꝛ motus eſt diuiſibilis ſicut et mobile. et de iſtis partibus ꝯſequitur ꝙ ſimul ſunt. alias habet ptes ex priori ꝛ poſteriori in ſpacio per quod fit motus que ſunt partes durationis. et haꝝ patium tempus eſt menſura et ſic ille ſunt ſimul ſucceſſiue. Ad quintā dicit ꝙ motꝰ celi vnoº pcipit in ſe. alioº in ſuo effectu. vnde motus celi qꝛ eſt prior eſt cauſa alioꝝ motuū. et ſi non eſſet non eſſent alii motus. ideo motus celi in quolibet alio motu pcipit. et ad talem pceptionē requiritur collatio effectus ad ſuā cauſam. et hoc incarcerati percipientes quēcūqꝫ motuȝ cuȝ illo quodāmodo pcipiunt motuȝ celi et eꝰ tēporis. ſequit textꝰ. Accipiendū aūt.

**Queritur Tredecimo. Vtrū** diffinitio tpis ſit bene aſſignata. in qua dicitur tempus eſt numerus motus ſcȝ prius et poſteriꝰ Arguit ꝙ non qꝛ tempꝰ eſt quātitas ꝯtinua. gº tempus non eſt numerꝰ cū ſit quātitas diſcreta.

2º ſic priꝰ et poſteriꝰ diffiniunt p tpꝰ. gº male diffinit p ipſa. ptȝ ꝯña qꝛ videt ꝯmitti circulatio in diffinitionibus. In oppoſitum eſt phūs in 2º capitulo huiꝰ tractatus. Pro reſpōſione.

**Sciendum eſt primo. ꝙ poſt** ꝙ phūs diſputatiue proceſſit querēdo de tempore an ſit et quid ſit. ꝯñter veritatem determinat inveſtigādo veram diffinitionē temporis. p cuius inquiſitione dicit phūs ꝙ volentibus accipere quid ſit tempus accipiendum eſt quid ſit motus cauſam ſubiungit qꝛ ſimul cum motu pcipimus tempus. quare ſequit ꝙ tempus eſt aliquid motus. Circa quod.

**Sciendū eſt ſecundo ꝙ licet** tempus ſit menſura cuiuſlibet motus phiſici/ nō tamen eque primo. ſed tempus eſt in primo mobili mediante motu eius. et ſic primo et per ſe eſt menſura motꝰ primi mobilis. et qꝛ hmōi motꝰ in omnibꝰ motibꝰ pcipit ſicut cauſa in reſpectu ita etiā pcepto quocūqꝫ motu pcipitur tempꝰ ideo tempꝰ eſt menſura omnis motus mediāte motu primi mobilis.

**Sciendum eſt tercio ꝙ omne** quod mouetur ex quodā termino mouet in quēdam terminū et qꝛ motus localis priꝰ eſt. ideo ſequitur ꝙ motus localis eſt ex quodam loco in quendā locū ſecundū quandā magnitudinem Ex quo vlterius ſequitur ꝙ ſicut magnitudo ſcȝ quā fit motus localis eſt cōtinua. ita et motus factus ſcȝ ipſam eſt ꝯtinuꝰ. et quātus eſt motus tantū tempꝰ eſſe videt. ſed qꝛ tempꝰ ꝯſequitur motuȝ. ideo ex cōtinuitate motus cauſatur continuitas in tempore.

**Sciendum eſt quarto ꝙ non** omnis motus habet ꝯtinuitatem a magnitudīe ſpacii eo ꝙ non omnis motus fit ſcȝ talē magnitudinē ſed ſolum motus localis. ſed omnis motus continuitatem habet ex fluxu forme non interrupto ſcȝ quē eſt motus. Ex quo ſequit ꝙ motus localis ꝯtinuitatem habet ex duobꝰ. Primo ex fluxu nō interrupto ipius vbi ſcȝ renouacōeȝ ſuꝰ. et illud eſt proximū ꝛ intrinſecū continuans Aliud eſt principiū licet nō ſit proximū. et illud eſt cōtinuitas ſpacii. niſi eniȝ ſpaciū eſſet ꝯtinuū fluxus ipius vbi interrūperetur. et illud ē ſecūdū fundamentū quod premittit phūs ad venādū quiditatē temporis. ſcȝ ꝙ motus localis continuitatē capit a magnitudine ſecundū quam fit motus. et tempus quātitatem capit a motu. et primum fundamētū ponitur in primo notabili ſcilicet ꝙ tēpus eſt aliquid motus qꝛ ſimul cū eo percipitur

**Sciendū ē quinto. ꝙ magni**tudo ſecundū quam fit motus localis eſt de numero habentium poſitionem in partibus. ideo cum motus localis fiat ſecundum magnitudinē de priori in poſterius neceſſe ē habere motū priꝰ et poſterius. et qꝛ tēpus et motus ſe inuicem cōſequūtur. idō etiā tēpus habet prius et poſterius

**Sciendum eſt ſexto ꝙ prius** et poſterius poſſunt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum id quod ſunt. vt ſcilicet ſtant ſub forma magnitudinis. et ſic non habent ad inuicem diſtinctionē nec numerant magnitudinem. Alio mō ꝯſideraꝉ formaliter. ſcȝ ſub forma prioris et poſterioris. et ſic capiunt vt numerata et diſtincta. et ſic numerant magnitudinē. et ſic accipiunt ſub diuerſis vnitatibȝ ad minus ſecūdum intellectū. nā ptes linee nō intelligunt ad inuicem diſtincte vt ptes linee niſi qlȝ intelligat terminata duobus terminis ſicut ptes linee pūctis. inter que partes continentur linee. et cum ſic accipitur linea accipitur per modum diſcreti

licet ſimpliciter ſit continua. et ita etiam dicẽdũ eſt de partibus motus tẽporis et magnitudinis et ſic patet ꝙ nihil differt aliquid ſimpliciter eẽ continuum. et tamen accipi per modũ diſcreti: et illud eſt tercius fundamentum poſitum ad venandum diffinitionem tẽporis.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ lz

prius et poſterius in motu et motus idem ſint ſubiec.o. differunt tamen ratione ab eo. quia de ratione motus eſt ꝙ ſit actus entis in potentia ſecundũ ꝙ hmõi. et habere prius et poſteri⁹ ſibi cõuenit ex priori et poſteriori ymaginarie Eſt tamen aduertẽdũ ꝙ tẽpus non conſequit̃ motũ inquãtũ motus eſt abſolute. ſed ratione prioris et poſterioris. quod ſic declarat Ariſtoteles. qꝛ ratione illius tẽpus ſequit̃ motũ quo percepto percipitur ipſuʒ tempus. et quo non percepto nõ percipitur. ſic eſt de priori et poſteriori motus. et hoc fit capiendo vnã parteʒ motus vt priorem. et aliã vt poſteriorem terminando ipas partes terminis indiuiſibilibus diſtinguẽtibus parteʒ a parte. igit̃. Unde vt dicit textus ſi capiamus vnum et idẽ nunc in tempore ſiue accipiatur vt fluens ſiue ſtans tum tamen non diſcernimus partẽ a parte per prius et poſterius non percipimus tẽpus. ymo etiam ſi diuerſa nunc acciperẽtur et nihil perciperetur medium inter ipſa. quia non perciperetur. vnum non eſſet prius alio. Si etiam capiatur aliquod nũc vt finis partis precedentis et inicium ſequentis. et vt continuans illas partes et non vt diſtinguens partẽ a parte et priorem a poſteriori non percipitur tempus. Unde ſequit̃ ꝙ partes motus ſic accepte prout ſtant ſub forma prioris et poſterioris capiuntur vt diſtincta ad inuicem et vt ſtant ſub forma cuiuſdam numeri. et hec forma numeri adherens partibus motus ſub forma prioris et poſterioris acceptis. et accepta vt ſic inherens eſt veriſſima natura temporis. et ita tempus eſt numer⁹ motus ſecundum prius et poſterius. et quia oĩs numerus ex aliquibus vnitatibus cauſatur. oʒ ꝙ vnitas ex quibus cauſatur numerus qui eſt tempus ſint vnitates prioris et poſterioris motus ita vt tempus ſit numerus acceptus a priori a poſteriori. Iſtis notatis ponit̃.

## Concluſio reſponſiua ad .q:

Diffinitio temporis eſt bene aſſignata. iam ſatis patet concluſio ex dictis. et iterum eã probat a ſigno. quia illud eſt numerus alicuius per qđ iudicamus ipm̃ plus vel minus. ſed totum motum iudicamus plurem vel minorem per tẽpus

Unde eſt ſciendum cum Ariſtotele ꝙ duplex eſt numerus. Quidaʒ eſt materialis, qui eſt res numerata ſiue numeralis. vt cuʒ dicimus duos vel tres equos. Alius eſt numerus formalis q° numeramus vt duo tria. dicit igitur phũs ꝙ tẽpus non eſt numerus pure formalis. quia numerus cuiuſlibet rei poſſet dici tempus. et eſſet de genere diſcretorum. ſed eſt numerus numerat⁹ quia eſt numerus applicatus priori et poſteriori motus. ideo etiam quia tempus applicamus ipſi motui numerando motum ſecundum prius et poſterius. ideo etiam eſt quodam modo numerus quo numeramus: Et ideo dicit Albertus ꝙ eſt numerus quodam modo medians inter numerum pure materialem et pure formalem ideo quia non eſt numerus pure materialis nõ diffinitur per eſſe numeratum. ſed per hoc quod eſt numerus. et quia non eſt numerus pure formalis ideo etiam non dicitur numerus abſolute. ſed numerus applicatus motui. ideo ſaluat̃ eſſe tempus continuuʒ. Pro quo.

## Sciendum eſt vltimo. ꝙ mo

tus non inq̃tum motus eſt continuus. quia oĩs motus eſſet in genere quantitatis continue. igitur motus continuatõ eſt a continuitate entis fluentis poſt ens fluens ſiue forme poſt formam ſecundum generationẽ talis entis. et hec quantitas numerata eſt tempus. et ideo tempus per ſe quãtum eſt continuũ. quia cum in tali ſucceſſione continui exitus prius et poſterius non diuidũt ideo tẽpus eſt vere cõtinuũ. et habet modũ diſcreti in eo ꝙ numerat. et ſic diſcretio eſt ſibi formalis. et cõtinuitas materialis eſt numerus partiuʒ cõtinui. ideo melius diffinitur tẽpus per diſcretũ ꝙ per continuũ. etiã tẽpus cãm ſue continuitatis habet ex eo ꝙ cauſatur tẽpus ex continuo fluxu ipſius.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primã dicit̃ ꝙ nõ dicit̃ ꝙ tẽpus ſit numerus ſimpliciter. ſed ẽ numerus motus. ita ꝙ illud totũ ponit̃ per modũ generis. nã q̃tuʒ ad id quod ẽ ſimpliciter cõtinuũ eſt. ſed q̃tuʒ ad actũ habet modũ diſcreti. Ad ſecundã dicitur ꝙ lʒ prius et poſterius tẽporis tẽpore diffiniãtur et vt ſic nõ ponant̃ in diffinitione tẽporis. tamẽ prius et poſterius motus ſecundũ ꝙ a magnitudine cauſantur et non ſecundum ꝙ ſunt numerata per tẽpus ponuntur in diffinitione tẽporis. ideo dicit Ariſtoteles ꝙ prius et poſteri⁹ ſũt in magnitudine. deinde in motu vltimo in tpe.

Sequitur textus. Et ſicut motus.

## Queritur Decimoquarto.

Utrum nunc ſit numerus eius quod fertur ſecũdum ꝙ fertur. Arguitur ꝙ non. omnis numerus eſt diuiſibilis nunc eſt indiuiſibile. g°. 2° ſic illud quod fertur ſiue mobile eſt q̃tum et diuiſibile. ergo ipm̃ nunc indiuiſibile non eſt numerus ſiue menſura eius.



3° ſic mobile p ſuuʒ motuʒ tpe mẽſurat̃. ſed nũc non eſt tpus nec ps tpis. g° nõ mẽſurat̃ ipo nũc

4° ſic menſura rei tpalis eſt quãtitas. ſed nũc non eſt q̃titas ꝯtinua nec diſcreta. g° nõ nũc eſt menſura mobilis vel eius quod fert̃ ſʒ⁹ ꝙ fertur In oppo⁹ arguit̃ ſicut ſe habet mobile ad motũ ita ſe habet nũc ad tpus. g° p locũ a trãſmutata proportione ſicut ſe habet tp⁹ ad motũ ita ſe habet nunc ad mobile. ſed tpus eſt numer⁹ motus. ergo nunc eſt numerus eius quod fert̃ ſʒ⁹ ꝙ fertur. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs oñdit quid ſit temp⁹. hic ꝯſiter determinat de ipſo nunc temporis. oñdendo qualiter ſe habet nũc ad ipſuʒ temp⁹. et ſʒ⁹ hoc aſſignãdo aliquas proprietates ipſius nunc. Unde dicit ꝙ ipſuʒ nũc eſt quodãmodo ideʒ in toto tempore ꝛ quodãmodo diuerſuʒ. vnde eſt idem ſubiecto et ſʒ⁹ eſſentiaʒ. et ſʒ⁹ eſſe ſucceſſiuũ eius eſt alteꝝ ꝛ alterũ. quod pbat̃ ſic qꝛ ſicut mot⁹ inſequit̃ magnitudineʒ ita tp⁹ inſequit̃ motũ et in vtroqʒ reperitur prius et poſterius ei⁹. Et ſicut ſe habet mobile ad motum ita nunc ad tempus. ſed mobile quod fertur eſt vnum et idem ſubiecto in toto motu ſiue ſit punctum quod fluxu eius cauſat lineam vel lapis vel aliquid aliud. et tamen eſt alterum et alterum ratione et ſecundum rem. ſicut dicimus coriſcuʒ eſſe alterum in theatro et alterum in foro. ergo aliter nunc in tempore eſt vnum et idem ſecundum eſſentiam. diuerſum tamen ſecundum eſſe inquantum fluit de priori in poſterius eius ſecunduʒ renouationẽ ſitus ipſi⁹ mobilis.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

per ipſuʒ nunc habet menſurari ꝛ cognoſci ipſuʒ tempus. ratio eſt qꝛ vnũquodqʒ habet mẽſurari et cognoſci per illud quod eſt maxime notuʒ ſui generis. ſed nunc eſt maxime notum in tempore ergo per ipſum nunc habet notificari tempus et menſurari. etiã motus habet notificari per ipſuʒ mobile vt loci mutatio per id quod fertur. mobile eſt enim hoc aliquid. motus autem non. idõ mobile eſt notius ipſo motu et habet notificare motum et eſt cauſa motus per hoc ꝙ ſupra magnitudinem continue renouat ſitum de priori in poſterius.

## Sciendum eſt tercio ꝙ Illud

quod fertur poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſecundum ꝙ eſt ſub prima forma eius. Alio modo prout eſt agens motum per hoc ꝙ fertur in ſpacio de priori in poſterius et ſtat ſub forma motus. primo modo non mẽſuratur ipo nunc ſed ſua entitate accepta ſub ratione vnitatis. Secundo modo adhuc poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſecundum ꝙ eſt idem ſubiecto in tota renouatione ſitus. Alio modo ſecunduʒ ꝙ variatur continue ſecunduʒ eſſe ſiue ſecundum rationem de priori parte ſpacii in poſteriorem. primo modo menſuratur vnitate mobilis inquantum mobile eſt que manet eadem in toto motu ſecunduʒ ſubſtantiaʒ. et talis accepta formaliter eſt ipſum nunc temporis. ſed 2° menſuratur tempore.

## Sciendum eſt quarto ꝙ ſicut

ſe habet ad motuʒ illud quod fertur in eo quod fluxu ſuo cauſat motum veniens de priori in poſterius in ſpacio et diſtinguit partem motus precedenteʒ a ſequente. et ita ſe habet nunc ad ipſuʒ tempus quia fluxu ſuo per hoc ꝙ eſt adiacens ei quod fertur inquantum huiuſmodi diſtinguit partes temporis ſcilicet preteritum a futuro. ſicut enim punctus cauſat lineam fluxu ſuo et manet idem ſecunduʒ ſubſtantiã licet varietur ſecũduʒ eſſe ita ſimiliter nunc reſpectu temporis. Iſtis ſic notatis ſit iſta

## Concluſio prima. nunc eſt

numerus ei⁹ quod fertur ſecundũ ꝙ fertur. Iſta concluſio ſatis patet per rationem poſitionum. non tamen eſt intelligendum ꝙ ipſum nunc ſit numerus qui eſt de genere diſcretorum. ſed ibi capitur numerus pro menſura eius quod fertur habet tamen modum pluralitatis ſecundum ꝙ eſt alterum et alterum. Et illo modo accipitur ſub ratione temporis. et tunc ſit iſta

## Concluſio ſecunda ſi non ſit

tempus non erit ipſum nunc. et econtra ſi non ſit nunc non erit tempus. probatur per ſimile quia ſi non ſit mot⁹ non erit illud quod fertur ſecun⁹ ꝙ fertur. et econtra ſi non ſit illud quod fertur non erit loci mutatio. quia ſimul ſunt motus et mobile inquantum fertur. et ipſum nunc ſe habet ſimiliter in tẽpore vt mobile in motu. ꝛ ſicut vnitas in numero. ergo ſimul ſunt nũc ꝛ temp⁹.

## Concluſio Tercia. tempus

continuatur et habet diuidi per ipſum nunc. patet quia motus continuatur per ipſum mobile inquantum manet idem ſubiecto in toto motu. et diuiditur per ipſum inquantum variatur ſʒ⁹ ſuuʒ eſſe renouando ſitum de priori in poſterius. ergo ſimiliter nunc continuat et diuidit tempus Item punctus continuat lineam inquantum eſt principium vnius partis linee et finis alterius et etiam diuidit ſecundum ꝙ variatur ſecundum eſſe. ergo ſimiliter nunc reſpectu temporis. Eſt tamen diſſimile de puncto et de nunc in hoc ꝙ punctus eſt permanens. ideo contingit vti vno

puncto vt duobus bis accipiendo ipſum. ſꝫ nūc non eſt permanēs. ideo nō ꝯtingit vti vno nūc vt duobus bis accipiendo idem nunc. qꝛ ſemꝑ fluit. Ex predictis pꝫ etiā differentia inter nūc et vnitatem. qꝛ nunc continuat tēpus vnitas vero nō cōtinuat numerū.

## Concluſio quarta.

Nunc nec eſt aliqua pars tēporis nec eſt tēpus. Probatur ſicut ſe habet punctus ad lineā ita nunc ad tēpus. ſed puncta non ſunt partes linee. ergo nunc nō eſt pars tēporis. et hoc capiendo ipm nunc vt eſt terminus indiuiſibilis ipſius tēporis Sed ſi caperet' nunc vt eſt fluēs et numerat motum illo mō eſt tēpus et dicit' tota ſubſtātia tēporis. Ex iſtis tribus vltimis cōcluſionibus patent tres proprietates ipſius nunc aſſignate in textu et etiā rationes illarū.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā pꝫ ſolutio ex dictis. Ad ſecūdā dicit' ꝙ lꝫ mobile quod fert' ſecundū ſe ſit ꝗtum et diuiſibile. tamen ſi capiat' vt non variatum per prius et poſterius in motu. ſic hꝫ rōem indiuiſi. et illo mō menſurat' nūc indiuiſibili. Ad terciā pꝫ ſolutio ex dictis. Ad quartā dicitur ꝙ licet non ſit ꝗtitas in actu eſt tamē principiū ꝗtitatis continue et eſt in potentia ꝗtitatis.

## Queritur Decimoquinto.

Utrum tempus menſuret' motu. Arguit' ꝙ non. qꝛ motus menſurat' tēpore. ergo nō ecōtra ꝯñtia tꝫ qꝛ tunc idē eſſet prius et poſterius notius et ignotius cū menſurās debeat eē prius et notius menſurato. 2º ſic. rō menſure ꝗtitati congruit. et ſic ſibi ſoli cōuenit. ſed motus non eſt quantitas. ergo non pōt menſurare tempus. 3º ſic tēpus eſt menſura motus. ſed menſure non eſt menſura alias eſſet procedere in infinitum. ergo tēpus nō menſurat' motu. Ad oppoſitū arguit' per phūm in textu dicentē. nō ſūt ſolum tēpore metimur. ſed motu tēporis. Pro reſpōſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs oſtendit quid eſt tēpus oſtendendo diffinicionē eius. et etiā quid eſt nunc in tēpore et poſuit proprietates eius. hic ꝯñter ex diffinitione tēporis aſſignat rōes quarūdā proprietatuꝫ que tēpori attribuunt'. Inferens primo ex diffinitione tēporis ꝙ tēpus ꝗtuꝫ ad actū eius qui eſt menſurare motū eſt quoddā diſcretum. qꝛ in menſurando motū habet modū diſcreti. iō dicitur ꝙ tēpus eſt numerus. et quia non eſt numerus ſimpliciter. ſed numerus numeratus applicatus motui in quo partes ſimpliciter ſunt cōtinue et diuiſe ſecundū quid. ideo tēpus ſimpliciter eſt cōtinuū. habet tamen modum diſcreti in menſurando. ideo ſecundū quid eſt diſcretum. et ideo paſſiones diſcreti et ꝯtinui ſibi attribuūt'

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

In diſcreto eſt dare numerū minimū. et hº dupliciter vel minimū ſimpliciter. et ē vnitas. vel minimū in genere numeri habēs rōem numeri. vt dualitas. ſed non eſt dare minimū quod ſit in genere cōtinui et habēs rationē cōtinui. cū cōtinuum ſit diuiſibile in infinitū. iō in tēpore inꝗtum diſcretū eſt poteſt dari minimū ſimpliciter ſcꝫ vnū tps et minimū in gñe numeri vt duo tēpora ſiue due partes. et illo mō non eſt dare in eo maximū. ſed in tempore inꝗtum continuū ē non eſt dare minimū propter diuiſibilitatē in infinitū. et hec eſt prima ꝓprietas tēporis. Secunda proprietas eſt. tēpus dicit' eſſe breue et longū inꝗtum ē continuū. qꝛ breue et longū ſunt paſſiones continui. etiā qñqꝫ dicit' multū et paucum et hoc ſibi cōuenit vt diſcretū eſt. qꝛ ille ſūt paſſiones diſcreti. ſed nunꝗ dicit' velox vel tardūꝫ propter rōem prius habitā. Tertia proprietas. tēpus ſimul eſt idē numero vbiqꝫ id eſt reſpectu omniū que mouent'. qꝛ non diuerſificatur ſecundū diuerſa mobilia. eſt tamen diuerſum ſecundū diuerſas ꝑtes eiuſdem motus ſecundum quas accipiunt' prius et poſterius in tēpore. iō tēpus prius et poſterius non ſunt idem. Cauſa primi ē qꝛ prim9 motus cuius tēpus eſt primo ꝛ principaliter numerus eſt vnus. ideo tempus eſt vnū. Ratio ſecūdi eſt qꝛ pars illius motus que iam facta eſt eſt altera ab illa que futura eſt ergº ſimiliter tēpus preteritū ē alterū a futuro. et hoc ideo eſt. qꝛ tempus nō eſt numerus ſimpliciter. ſed numerus alicuius rei certe et numerate ſcilꝫ prioris et poſterioris ī motu. et huic numero motus ſicut et motui ſemꝑ accidit alterū eſſe prius et alterū eſſe poſterius. propter hoc ꝙ ipſa nunc ſecundū ꝙ ſe habēt ſecūdū prius et poſterius ſꝑ ſunt altera et altera. ſi enim tēpus eſſet numerus ſimpliciter tunc eſſet idē tēpus reſpectu motus preteriti et motus futuri. ſicut eſt idem numerus ſimpliciter diuerſorū numeratorū. vt centū equorum et centū hominū ſiue ſimul exiſtant ſiue ſucceſſiue. licet numerus numeratus ſit diuerſus. vt centū equi aliud eſt a centū hominibus. Quarta proprietas eſt. ſicut contingit reiterari vnum et eundem motū in ſpecie. ita contingit reiterari vnum et idem tempus. et qꝛ non reiteratur ideꝫ motus in numero. ſed in ſpē ita non reiteratur idem tēpus in numero. ſed ſecundū ſpēm tātum ſicut yems et ver. Quinta proprietas eſt ꝙ non ſolum numeramus motum per tēpus. ſed etiaꝫ tempus per motus propter hoc ꝙ ad inuicem ꝑcipiunt' oportet accipere ꝗtitatem vnius ſecūdū ꝗtitatē alterius. Unde ꝙ tēpus menſuret motū probatur. qꝛ eſt numerus eius vt prius dictum eſt. ſed ꝙ econtra motus menſuret tēpus Phūs probat dupliciter. Primo ex rōe numeri et numerati. qꝛ quādoqꝫ numerū formalem per numeralia cognoſcimus. vt numerū equorū et ecōtra. Similiter eſt in tēpore et in motu. quia qñ ē nobis nota certa ꝗtitas tēporis et motus ꝗtitas eſt ignota tunc tēpore menſuramus motuꝫ. ſed ecōtra qñ ꝗtitas motus eſt nota et ꝗtitas temporis ignota tunc motu menſuramus tēp9. 2º probat ex ſimilitudine magnitudinis mot9. qꝛ ſicut motus inſequit' magnitudinē in ꝗtitate cōtinuitate et diuiſibilitate. ita tēpus ſequit' motum. ſed magnitudinē menſuramus per motū et motū per magnitudinē mēſuram9. vt ſi motus fuerit multus dicitur viam fuiſſe multam et ecōtra. ergo a ſimili per tēpus mēſuramus motū et per motū tempus dicētes tempus fuiſſe multuꝫ ſi motus fuerit multus. et motū fuiſſe multum ſi tēpus fuerit multū.

## Concluſio prima:

Tempus menſuratur motu a poſteriori tantum. et motus menſuratur tēpore ſimpliciter et a priori. Prima pars patet ex dictis. Et ſecunda pꝫ qꝛ menſurare ſimpliciter et a priori cōuenit illi quod habet rationē quātitatis per ſe. ſed tēpus eſt per ſe quātitas vt inſequit' ipm. ergo menſurat ipm a priori

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicitur ꝙ idē pōt eſſe notius et ignotius alteri ſecundum diuerſas rōes. ita etiaꝫ tēpus menſuratur motu tanꝗ a notiori quo ad nos et motus menſuratur tempore tanꝗ a priori et notiori ſimpliciter. Ad ſecūdā dicitur ꝙ licet motus non ſit per ſe ꝗtitas ſed per accidēs eſt ꝗtitas et pōt ſua ꝗtitas eſſe notior ex parte ꝗtitatis magnitudinis quā inſequit' ꝗ ſit quātitas tēporis. Ad terciā dicit' ꝙ mēſure accepte materialiter ꝗtum ad id quod eſt poteſt eſſe alia menſura. Sequitur textus. Quid aūt tempus.

## Queritur Decimoſexto:

Utrum tempus ſit menſura motus et quietis mobilium et quieſcibiliū. Arguit' ꝙ non. qꝛ q̄ non ſunt ñ menſurant' tēpore. ſed quies non eſt cum ſit priuatio motus. ergo non menſurat' tēpore nec eſt in tēpore. 2º ſic ſi tempus eſſet menſura mobiliū vel eſſet aliquorū tātum. vel omnium. nō primū qꝛ non eſt maior rō de vno ꝗ de alio. nec ſecundū. qꝛ corpus celeſte cū non excellatur a tempore neqꝫ ſub tempore ponatur non eſt in tēpore. Ad oppoſituꝫ arguitur ꝑ phūm in textu. Pro reſpōſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝗ phūs oſtendit que ſit natura tēporis et etiam que ſit natura ipſius nunc et aſſignauit rōnes proprietatū vtriuſqꝫ determinando de ipſis abſolute. hic ꝯñter agit de ipſis per cōparationem ad ea que ſunt in ipſis oſtendendo quid ſit eſſe in tēpore et quo mō motus et alie res a motu differēter dicuntur eſſe in tempore et que non.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Tempus ſic menſurat motū ꝙ primo menſurat vnam partē eius et per ipſam menſuratā menſuratur totus motus. quia vt dicitur in 4º metaphiſice oportet vnūquodqꝫ menſurari per aliquid ſui generis ſicut per tēpus vnius hore mēſuramus motū factū in hora. et per ipm ſic menſuratum menſuramus motuꝫ diurnū. per quem menſuratū mēſuramus motū vnius anni. ſicut per quātitateꝫ vnius vlne menſuramus vnam vlnam panni. et per illā menſuratā menſuram9 totam quātitatē panni. et ſic male dixerunt antiqui dicentes ꝙ totus motus celeſtis menſuratur toto tempore. qꝛ quātitas totius tēporis eſt nobis eque ignota ſicut quātitas totius mot9.

## Sciendum eſt Tercio ꝙ.

Tēpus aliter menſurat motum et alia tēporalia. qꝛ tempus eſt menſura motus et quātuꝫ ad id qđ eſt et quātum ad ſuum eſſe. hoc eſt quātum ad ſuaꝫ durationē. ꝛ ideo dicit textus tēpus eſt metrum motus et eius quod eſt moueri. Sed alie res a motu dicunt' in tempore eſſe et menſurari tempore quātum ad ſuū eſſe et durationē. et nō quātum ad id ꝙ ſunt. ſed quātum ad id quod magis menſurantur nunc tēporis. Ex iſtis pꝫ ꝙ motū eſſe in tempore eſt ipm et ſuū eſſe tēpore menſurari. Patet ſecundo ꝙ alias res eſſe in tēpore eſt ipſas ſecundum ſuum eſſe tempore menſurari. Patet tertio ꝙ eſſe in tempore vniuerſaliter nihil aliud eſt ꝗ quadā parte temporis menſurari. Et ſic ꝓbat phūs qꝛ eſſe in tēpore ſolum poteſt intelligi duobus modis. Uno mō vel qꝛ poteſt eſſe quādo tempus eſt. vel eſſe in tempore vt in numero. et hoc dupliciter. qꝛ vno mō aliquid dicit' eſſe in numero quod eſt aliquid ipſi9 numeri vel principium vel pars vel paſſio eius vt vnitas par et impar. et ſimilia dicunt' eſſe in numero. Alio mō aliquid dicitur eſſe in numero vt in quodā numerante et menſurante quātitatē eius. ſed primo mō res nō poſſunt dici eē in tempore. qꝛ ſequeretur ꝙ quelꝫ res eſſet in quº libet et celum eſſet in grano milii. qꝛ celū eſt qñ granum milii eſt. Item accidit alicui rei eſſe in tēpore qñ alia eſt. ſed tēpus non accidit motui. ymo neceſſario ipm ſequit'. ergo eſſe in tēpore non eſt ipm eſſe quādo tēpus eſt. Nec poteſt dici ſecundū. quia illo modo prius et poſterius ſunt in tēpore. ſed motus ꝛ alie res dicuntur eſſe in tempore non ꝙ ſint alquid ipſius temporis. ergo relinquitur terciū. ſcꝫ ꝙ proprie eſſe in tēpore eſt eſſe in eo vt in numero menſurante eſſe ve

durationem rei temporalis. et hoc mō res mobiles ſecundum ꝙ referunt̄ ad motuz ſunt in tē pore. quia ſecundū quātitatē motus earuz tēpore menſurantur. Tunc ſit.

**Concluſio prima.** Neceſſaria et ea que ſemper ſunt inquātū ſemꝑ ſunt nō ſunt in tēpore. pro cuius probatione ponuntur due ſuppoſitiones. Prima eſt oportet omne qđ eſt in tempore cōtineri et excelli a tempore ſecūdum vtranqȝ ſui extremitatē. quia eſſe in tēpore eſt eſſe in eo vt in numero numerante. ſȝ in omni illo quod eſt in numero poteſt accipi numerus maior. ergo poteſt accipi tempus omnino mai⁹ eo ꝙ eſt in tempore. Secunda ſuppoſitio oportȝ ea que ſunt in tempore aliquid pati ab ipſo. probat phūs ex cōi modo loquendi. quia cōſueuimus dicere ꝙ tempus tabefacit omnia et omīa ſub tempore ſeneſcunt et in tempore fit obliuio. Et cauſa eſt quia tempus eſt numerus motus. ſed motus facit diſtare rem a diſtinctiōe in qua primo erat. ergo tēpus per motum magis eſt cā corruptionis ꝗ̄ generatōis. et obliuionis ꝗ̄ ſcie. Et ne credatur ꝙ contraria horum conueniunt tēpori. Dicit phūs ꝙ nullus didicit. nec nouū factum eſt. neqȝ bonum propter tempus. Tunc probatur concluſio quecunqȝ ſunt in tempore continentur et exceduntur a tempore et aliquid a tempore paciuntur ea que ſemper ſunt ſecundum durationem eorum cum illa ſint infinita non exceduntur a tempore nec paciuntur ſub tēpore: quia nihil amittunt per preteritum. nec aliquid acquirunt pro futuris. ergo illa nō ſūt in tempore.

**Concluſio ſecunde. tempus** eſt menſura quietis et quieſcibilium. Probatur quia non eſt neceſſe moueri omne quod eſt in tempore cum tempus non ſit motus. ſed numerus eius. Sed contingit eſſe in numero motus non ſolum illud quod mouetur ſed etiaȝ quod quieſcit. ergo non ſolum ea que mouentur actu ſunt in tempore. ſed etiā ea ꝗ̄ quieſcunt. Iteȝ non omne immobile quieſcere dicitur. ſed ſoluȝ illud quod eſt priuatum motu et poteſt moueri ergo eſſe quieſcentis eſt eſſe rei mobilis. cum g° eſſe rei mobilis ſit in tempore et menſuretur tempore ſequitur ꝙ eſſe rei quieſcētis menſurabitur tempore. et per conſequens tempus non ſolum eſt menſura motus et mobilium. ſed etiam quietis et eorū que quieſcunt. motus tamen de ꝑ ſe et quietis de per accidens. nam quieſcens menſuratur tempore. non inquātum quieſcens. ſed inquātum mobile. Eſt etiam tempus menſura mobilium et quieſcibilium. non inquātuȝ ſunt equ⁹ homo vel lapis. ſed inquātum mouentur vel quieſcunt. nam iſta menſurantur tempore ſecundum ꝙ quantitas aliqua percipitur. ſed ꝑ tempus accipitur quantitas motus et quietis. et non quantitas hominis vel equi. ergo tēpus non menſurat illa niſi inquātum mouentur vel quieſcunt. Ex dictis infert phūs ꝙ quecūqȝ non mouentur nec quieſcunt. vt ſubſtātie ſeparate non ſunt in tēpore cū tempus non ſit menſura niſi illorū que mouentur. vt motus et quietas. 2° infert ꝙ entia impoſſibilia non menſurantur tempore. ſicut neqȝ ſua oppoſita que ſunt neceſſaria. quia illa non mouentur neqȝ quieſcunt. quia non contingunt aliter ſe habere 3° infert ꝙ gener[...]lia et corruptibilia ſunt in tempore. quia exceduntur a tēpore et aliquid patiuntur ſub tēpore. 4° infert ꝙ non entia que ſunt poſſibilia ſunt in tempore. quia ipſorꝫ aliqua fuerūt in preterito. vt Omerus. et quedā in futuro erunt. Et per hec patet reſponſio ad queſitum:

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primaȝ dicitur ꝙ licet quies non ſit ens poſitiuum eſt tamen ens priuatiuum et menſuratur per accidens ſecundum menſuram ſui habitus. quia eſt eadem menſura oppoſitorū vni⁹ per ſe et alterius per accidens. Ad ſecundaȝ dicatur ꝙ tēpus eſt menſura cuiuſcunqȝ mobilis corrūptibilis et quātuȝ ad durationeȝ et ad motū eius. ſed mobilis incorruptibilis tempus non eſt menſura quantum ad durationeȝ neqȝ ad quid eſt. ſed quantū ad motū localem eius ſic ꝙ quantitas ſui motus tempore menſuratur Sequitur textus. Ipm aūt nunc.

## Queritur Decimoſeptimo.

Utrum tempus ſit magis cauſa corruptionis ꝗ̄ generationis et obliuionis ꝗ̄ ſcientie. Arguitur ꝙ non. quia ſicut aliquid in tempore corrūpitur. ita in ipſo aliquid generatur. ergo tempus eſt cauſa generationis ſicut ⁊ corruptōis. 2° ſic generans per motum intendit ducere formā in mobili. et per actionem eius. nec intendit formā ab eo remouere niſi per accidens. cum ergo tempus ſit numerus motus ſequitur ꝙ eſt magis cauſa generationis ꝗ̄ corruptionis. 3° ſic ſapientia et prudentia requirunt magnam experientiam. ſed illa multo tempore indigēt. ergo tempus eſt magis cauſa ſapientie et prudentie. et debet dici prudētium ſapientium ſicut pictagorici dicebant erit non erit magis cauſa obliuionis ꝗ̄ ſcientie. Ad oppoſitum arguitur per phūm in textu. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo. ꝙ poſt** ꝗ̄ determinatum eſt de tempore per reſpectū ad ea que ſunt in tempore. hic conſequenter phūs determinat de ipſo nunc dicendo ſignificatiōes eius et etiam oſtendendo ſignificationes aliorum que ipſo nunc determinantur. et ꝯñter oſtendit veritatem duorȝ que prius ſuppoſuerat. ſcilicet quomō tēpus ſit cauſa corruptionis et ꝙ oīs motus vel mutatio eſt in tēpore.

**Sciendum eſt Secundo ꝙ** Ipm nunc poteſt dupliciter accipi. Uno modo proprie, put eſt quoddaȝ indiuiſibile tēporis. et hoc modo eſt continuans partes tēporis et ſecūdum potentiā eſt diuidens. alia tamen rōe cōtinuat et alia diuidit. quia ꝓut accipitur vt vnū quod eſt finis preteriti et inicium futuri ſic continuat. et cum accipitur ſeorſum vt finis vnius partis et poſtea vt principium alterius non cōſiderando ipm vt eſt vnum et idē ſic diuidit. et tñ idem eſt nūc indiuiſibile ſecundum ſubſtantiam quod continuāt preteritūȝ cum futuro et diuidit. 2° mō capitur ipm nunc vulgariter ſcilȝ pro paruo tempore propinquo preſenti nunc in diuiſiui ſiue in preterito ſiue in futuro. vt dicit̄ venit nunc quia venit hodie. et nunc veniet qr hodie veniet. ſed non dicimus ꝙ diluuium venit ſiue ſit factū nunc. et ſunt idem realiter nunc et inſtans. ſed differunt ratione. quia nunc nominat ipm indiuiſibile tēporis abſolute. inſtās vero nominat ipm prout eſt in continuo fluxu. ideo dicitur inſtans quaſi non ſtans.

**Sciendum eſt tercio ꝙ Tunc** ſignificat tempus determinatū per aliquod nūc prius preſenti. et ſic importat tempus preteritūȝ ſiue ſit propinquū ipſi preſenti nunc ſiue remotū vt dicimus tunc deſtructa eſt troia. Sed iam dicit tempus propinquū preſenti nunc ſiue preteritum ſiue futuruȝ. vt dicimus iam ibit. vel iam iuit. ſed non dicimus iam deſtructa ē troia. Sȝ modo dicit tempus preteritū propinquū preſenti nunc. vt dicimus iuit modo. Sed olim dicit tempus preteritum remotū a preſenti nunc. Sȝ repente dicit tempus inſenſibile propter ſui paruitatem.

**Sciēduȝ ē quarto. ꝙ Tam** generatio ꝗ̄ corruptio fiunt in tempore. ideo quidam pictagoricorū attribuerunt generationes rerum ipſi tempori et diſciplinā dicentes tēpus eſſe ſapientium. quia generatio fit in tēpore et etiam ſcientia. Sed quidā pictagoricus noīe parus dicit econtra tempus penitus eſſe indiſciplinabile et ꝙ eſt magis cauſa corruptionis ꝗ̄ generationis. quia per longum tempus accidit obliuio. nam de recenti cognoſcimus in memoria manente et ꝓpter diuturnitatē temporis a memoria labuntur. Unde quia nullus efficit̄ ſciens propter tempus. ideo dicit Ariſtoteles ꝙ parus rectius dixit aliis. Ideo ſit.

**Concluſio prima. Tempus** eſt magis cauſa per ſe corruptionis ꝗ̄ generationis. et obliuionis ꝗ̄ ſcientie. Probatur primo ratione. quia tempus eſt numerus motus. ſed omnis motus et mutatio facit rem diſtare a ſuo principio. et ſic remouet eam a naturali diſpoſitione in qua prius erat. ergo motus eſt per ſe deſtructiuus et corruptiuus rei et non generatiuus niſi de per accidens. quia quod acquiratur aliqua diſpoſitio per motum non eſt ratione mot⁹ inꝗ̄tum eſt motus. ſed ſolum ꝗ̄tum eſt ꝓ finis intentionis agentis propter finem. ideo corruptio magis per ſe attribuitur motui ꝗ̄ generatio. et per conſequens tempori. Sȝ generatio et eſſe magis attribuuntur generanti. 2° patet a ſigno quia nihil videtur fieri quin appareat aliquod agens extrinſecum. ⁊ tamen aliquid videtur corrumpi nullo apparente corrumpente extrinſeco. et tunc talis corruptio tempori attribuitur. vt cum aliquis ſeneſcit. cuȝ ergo in generatione ſit aliquod agens extrinſecum generatio nō attribuitur tempori. ſed generanti. Sed in corruptione corrumpens non ſemper eſt manifeſtuȝ. ideo corruptio attribuitur tempori non ꝙ tempus faciat corruptionem. ſed vt dicit Ariſtoteles quia corruptio fit in tempore et latet corrumpens.

**Concluſio ſecunda Omnis** motus vel mutatio eſt in tempore. Probatur duabus rationibus. Prima eſt omne motuȝ velox et tardum ſunt in tempore. ſed in omni motu et mutatione reperitur velocius vel tardius moueri faciendo tamen comparationeȝ motū in velocitate et tarditate ſecundum motum eiuſdem ſpeciei. ergo omnis motus eſt in tempore. Secunda ratio ad omnem motum vel mutatōnem ſequitur prius et poſterius. quia omne mobile variatur de priori diſpoſitione in poſteriorē ſiue ſecundum generationem forme ſiue ſecūdū renouationem ſitus. ſed omne prius et poſteri⁹ ſunt in tempore. quia ſumuntur per diſtantiam ab ipſo nunc quod eſt in tempore. tamen econuerſo ſumuntur in preterito et in futuro. quia in preterito dicitur prius quod eſt longius a preſenti nunc et poſterius quod propinquius eſt. ⁊ econtra eſt in futuro. ergo omnis motus et mutatio eſt in tēpore. Sed contra de gñatiōe ſubſtantiali et de illuminatiōe medii. que ſunt mutationes et non ſunt in tempore. R̄. ꝙ ſicut terminus temporis non eſt tempus nec pars eius. ita eſt de termino motus. et ſi capiatur generatio proprie non eſt motus nec pars eius. et ſic nō eſt in tempore nec in parte temporis. et ſimiliter de illuminatione medii que ſequitur motum localem corporis luminoſi. Si vero capiatur generatio ſecundū eſſe vt eſt admixta alterationi

ſic eſt ſucceſſiua et eſt in tempore ſicut alteratio.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ licet aliquid in tēpore
generetur hoc tamen non eſt ex parte motus ſed
ex parte generantis. ideo tempus non dicitur ꝑ
ſe cauſa illius generationis ſicut et corruptionis
que per ſe ſequitur a motu quem per ſe inſequit
motus tempus. Ad ſecundaʒ et tertiam ſi-
militer patet ſolutio ex dictis.

## Queritur Decimooctauo:

Utrum tempus multiplicetur ad multitudinem
temporalium. Arguitur ꝙ ſic quia tēpus eſt
numerus omnium motuum et mobiliū. ſed nu-
merus multiplicatur ad multitudinē numerabi
lium. ergo tempus multiplicatur ad multitudi-
nem mobilium. 2° ſic tempus inſequitur mo
tum vt paſſio et menſuratio eius. ſed paſſio mul
tiplicatur ad multiplicationem ſui ſubiecti. ergo
tempus multiplicatur ad multiplicationē tēpo-
raliū. Ad oppoſitū eſt phūs i vltimo caplo
huius quarti. vbi poſtꝙ ipſe determinauit de tē
pore et nunc et de proprietatibus eorū ⁊ de his
que ipſis menſurantur. hic ꝯſīter mouet et ſoluit
tres dubitationes. Pro quo.

**Sciēduʒ ē primo ꝙ prima**
harum dubitationuʒ eſt de natura temporis in
omnibus rebus quare ſcilicet tēpus videtur eē
vbiqʒ. videlicet in celo in terra in mari ⁊ in oibʒ
que in eis ſunt. Cuius rei rationē reddit phūs
quia tempus eſt paſſio vel habitus motus cuʒ
ſit numerus eius. ſed hec omnia mouentur po-
tentia vel actu eo ꝙ ſunt in loco. ergo oportet ꝙ
in eis ſit tempus. quia ſimul ſunt tempus ⁊ mo
tus tam motus in actu ꝙ motus in habitu et ſe
cundū potentiam. Secūda dubitatio vtrū
ſi non ſit anima erit temp⁹. Arguit Ariſtoteles
ꝙ non. quia ſi impoſſibile eſt numerantem eſſe
impoſſibile eſt numerabile eſſe. et ꝑ conſequens
ipſm numerū. ſed nihil poteſt numerare niſi aīa
et adhuc anima intellectiua. ergo impoſſibile eſt
tempus eſſe ſi non ſit anima. Hanc dubitationē
ſoluit Ariſtoteles dicens ꝙ ſi non eſt anima nō
eſt tempus. vel ſi eſt eſt vt quodcūqʒ ens. puta eſt
ſi contingat motum eſſe ſine anima. quia ſi ſit
motus erunt prius et poſterius in motu. ſed iſta
ſecundum quod ſunt numerabilia ſunt tēpus.
quod exponit ſanctus Thomas. tēpus eſt ſine
anima vt quodcunqʒ ens. id eſt tempus extra
animam habet eſſe ſecundum quid et imperfec
tum. aut extra animam in actu de tempore non
eſt niſi ipſm nunc indiuiſibile quod non eſt tēp⁹
neqʒ pars tēporis. ſed totalitateʒ ſuā dicit tēp⁹
accipere per operationem anime numerātis. vn̄
ſicut res numerate dependent a numerante ſic et
numerus eorum. ſed prius et poſterius motus q̄
ſunt numerata per tempus non ſunt in re extra
animam. ſed de motu extra aīam non eſt actu
niſi vnum indiuiſibile continuans partes mo-
tus ad inuicem. ſed motus ſuam totalitatem
percipit per comparationem anime comparātis
priorem diſpoſitionem mobilis ad poſteriorem.
Et ꝙuis hec poſitio ſit multuʒ probabilis tamē
communiter tenetur poſitio Auicenne quam in
ſequitur Albertus de modo eſſendi temporis ex
tra que primo fuit recitata. Unde ſecūdum eos
ad numerare tria exiguntur. ſcilicet materia nu-
merata. numerus formalis. et aīa effectiue nu-
merans. et ſi non ſit anima numerās adhuc erit
numerus formalis ſecūdum eſſe formale. et ma
teria numerata. et ad eſſe rei non exigitur in ſe
niſi materia et forma. modo materia et forma
temporis ſine anima reperiuntur. ergo ad eſſe
temporis in ſe non exigitur anima. ſʒ bene verū
eſt ꝙ anima ipſa per actum numerādi cauſat tē-
poris apprehenſionem et effectiuam numeratio
nem. et quo ad hunc actum non eſt tempus ex-
tra animam. et hoc modo vt dicūt illi intellexit
Ariſtoteles ſuum dictum. ſcilicet ſi non eſſet aīa
nō eſt temp⁹. vel eſt vt quodcūqʒ ens. Tercia
dubitatio cuius motus temp⁹ ſit numerus. Re
ſpondebant antiqui ꝙ tempus eſt primo nume
rus motus cuiuſlibet. Nam omne quod fit in tē
pore fit. et quod augmentatur in ipſo augmen-
tatur. et ſic de aliis motibus. Sed eſſe in tēpore
eſt numerari tempore. ergo vt dicebant tēpus ē
numerus cuiuſlibet motus. Sed hoc improbat
quia ſi tempus ſit numerus cuiuſlibet motus
ſequitur ꝙ duorum motuum ſimul exiſtentium
ſit alterum et alterum tempus. et vltra ꝙ duo tē
pora equalia ſint ſimul. et hoc eſt impoſſibile.
quia omne tempus quod eſt ſimul eſt tantum
in numero vnum. et illud quod non ē ſimul nō
eſt vnū in numero. ſed in ſpecie. quod patet per
ſimile. quia ſicut duorum numeratorum equa-
lium vt ſeptem canū vel ſeptem equorum ē vn⁹
numerus. ſic et motuum ſimul terminatorum ē
idem tempus et equale. ſed ſeptem hominum et
ſeptem equorum eſt idem numerus licet non ſit
idem ſeptenarius. quia non differunt per differē
tias numeri ſed per differentias ſeptenarii. Sed
pro vera ſolutione huius dubitationis ponunt
tres ſuppoſitōes. Prima eſt motus localis pri⁹
eſt omniū motuū. ⁊ inter omnes motus locales
motus circularis qui regularis et vniformis eſt
ſimpliciter prim⁹. Secunda eſt. vnūquodqʒ mē
ſuratur vno quodā proprio ſui generis. vt vni-
tas vnitate. et plures equi per vnum equum.
Tercia eſt ꝙ tēpus menſuratur motu et ecōtra.
motus menſuratur tempore. Tunc ſit.

**Concluſio prima. motus**
circularis qui eſt regularis eſt menſura omnium
aliorum motuū. Probatur quia primū in quo
libet genere eſt menſura omniū ſequentium per
ſecundā ſuppoſitionē. ſed motus circularis qui
eſt regularis eſt prius et notiſſimus omniū mo-
tuum per primam. ergo ille eſt mēſura vnigenea
aliorum motuū.

**Concluſio ſecunda. tempus**
eſt per ſe primo menſura primi motus circularis
et per ipſm eſt menſura omniuʒ aliorū motuum.
Patet quia quidam dixerunt tempus eſſe mo-
tum circularem celi. et hoc eſt qꝛ eſt menſura ce
li. et per ipſm menſurantur omnes alii motus.
etiam aliqui dicunt res humanas habere quē-
dam circulum. et hec oīa in tēpore indicantur. et
accipiunt finem et principium ſecundū quādaʒ
circulationē quare tēpus videtur quidā circul⁹
ꝙ non eſt niſi quia tēpus menſuratur per motū
circulareʒ et ex cōſequēti per ſecundū motum tē
pus eſt menſura oīum aliorum motuū.

**Concluſio tercia: tēpus non**
multiplicatur ad multitudinē motuū et mobi-
lium. Probatur concluſio. nam nulluʒ accidēs
multiplicatur numeraliter niſi ſolū ad multitu-
dinem ſui ſubiecti. ſed tēpus ſolum eſt in primo
mobili mediante motu eius vt in ſubiecto. In
aliis aūt eſt vt in numeratis et menſuratis non
immediate ſed mediante motu primi mobilis.
ergo cum non ſint plures primi motus ſequitur
ꝙ eſt tantum vnum tēpus. Item ſi tēpus multi-
plicetur ad multitudinem motuū cum ſimul ſint
plures motus equales quorū vnū non eſt pars
alterius ſequeretur ꝙ ſimul eſſent plura tempo-
ra equalia quorum vnum nō eſſet pars alteri⁹
quod prius improbatum eſt.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ tēpus non eſt primo nu
merus omnium motuuʒ ſed tantum primi mo-
tus. quare nō oportet ipſm multiplicari ad mul
titudinē motuū et mobiliū. Et ſimiliter dicitur
ad ſecundā.

## Queritur Decimonono:

Utrum eternitas que eſt menſura eſſe diuini be
ne diffiniatur. eternitas eſt interminabilis vite
tota ſimul perfectaqʒ poſſeſſio. Arguitur p°
contra ſuppoſituʒ. quia eſſe diuinū eſt ifinitum
ergo eſt immenſurabile. 2° ſic quia menſura
certificat ꝙtitatē menſurati. deus aūt nō habet
ꝙtitatem. ergo ⁊c. 3° ſic menſura differt rea
liter a menſurato cum certificet ꝙtitateʒ eius. ſʒ
eternitas non differt realiter ab eterno qꝛ eſſent
plura eterna quorum neutrū eſſet ab alio. 4°
ſi eſſet menſura eſſe diuini menſuraret ipſm ſicut
tempus motū et nūc illud quod fertur. ſed hoc
nō. qꝛ eternitas ē vnū indiuiſibile ⁊ vno modo
manēs. ergo eternitas non eſt mēſura eſſe diuini

Deinde arguit cōtra queſitum. qꝛ eternitas
eſt quid poſitiuū. ergo male diffinit per priua-
tionē cū dicitur iterminabilis vite. 2° ſic du
ratio magis refertur ad eſſe rei ꝙ ad operationē
ergo male ponit vite. 3° ſic omne totum ha-
bet ptes. ſed in eternitate non ſunt partes. ergo
male dicitur tota. 4° ſic plures dies nunꝙ
ſimul ſunt. ſʒ in eternitate dicunt eſſe dies. ergo
ponitur male ſimul. 5° ſic totū et perfectū idē
ſunt. ergo ſuperflue additur perfectū. Ad o⁹
arguit per Boetiū ponentē illam diffinitionem.

**Sciendum eſt primo ꝙ peri**
patetici nō inueniunt aliquid determinaſſe ſʒ⁹
certitudinē de eternitate ꝙuis qn̄qʒ mentionem
fecerint de ipſa. nā de re qua ſepius vtebantur
debuiſſent tractatū feciſſe. ſed forſan tractatus
eorum de ipſa ad nos non peruenit. ideo difficī-
le eſt de ipſa determinare. quia tamen euum ab
eterno et tempus ab euo fluit iuxta illud Boe-
tii. Qui tēpus ab euo ire iubes. conueniens fuit
vt dicit Albertus ꝙ poſt tractatū de tempore ali
qua mentio fieret de eternitate vt ſciretur quid
eſt eternitas et quid ſit radix temporis.

**Sciendum eſt Secundo. ꝙ**
eternitas dicitur multis modis. Primo modo
dicitur ſpaciū carens principio et fine non hn̄s
in ſe prius et poſterius nec aliquā ſucceſſionem
ex eo ꝙ non menſurat illud quod mutatur. ſed
potius quod ſtat vno et eodem modo nihil a-
mittens in preterito et nihil acquirens in futuro
et hic eſt proprius modus eternitatis de quo ē
ad propoſitū. 2° modo minus proprie dicit
eternitas ſpacium rei immenſurabilis ſiue imu-
tabilis ſecundum omnem ſpeciem motus et mu
tationis licet habeat principium ſui eſſe. et hoc
modo neceſſaria dicuntur eterna. 3° modo
dicitur eternitas adhuc minus proprie ſpacium
variatum quod non habet principiū neqʒ finē
et hoc modo a quibuſdam mundus dicit eter-
nus. licʒ ſecundum veritatem ſit temporalis. qꝛ
corpora que in ipſo ſunt mouentur et mutantur
in tempore quo habent prius et poſterius. ideo
per impoſſibile ſi mundus careat principio et ſi-
ne adhuc eſſet temporalis. 4° modo dicitur
eternitas non ſpacium alicuius eſſe vel ſubſtan
tie. ſed potius delectatio ⁊ poſſeſſio vite intermi
nabilis que ſecundum imperfectiſſimum eſſe in
de reperitur.

**Sciendum eſt tercio ꝙ ſecun**
dum primā acceptionē eternitatis Yſaac phūs
ſirahelita ſic diffinit eternitatem. ꝙ eſt ſpacium

ↄtinuū non interceptuꝫ qꝛ ſuuꝫ totum eſſe ſimul habꝫ et ꝑfecte. ꝑ ↄtinuitatem intelligit indeficiētiaꝫ eternitatis. et per non interceptuꝫ intelligit negationem prioris et poſterioris et ſucceſſionis Sed Gilbertus porretanus dicit eternitatē moram ↄtinuā non interceptam: et ſi vocetur mora non debet intelligi ꝙ ſit mora temporis vel momenti. ſed vocat̄ mora ꝓpter permanentiā eius que eſt indeficiēs. que mora dicit̄ ſpaciuꝫ ſꝫᵒ ꝙ ambit totuꝫ eſſe indeficiēs. et hoc ſpaciū ↄtinuū dicit̄ non ꝙ habeat partes ſicut quātitas continua ſed quia nunꝙ deficit nec deeſt neqꝫ deerit ſed ſemper eſt ſtans incōmutabiliter in ſeipſo. et dicitur non interceptam qꝛ nihil amittit in toto ꝑterito nec aliquid acquirit in futuro. ideo non eſt ibi interceptio vel diuiſio preteriti vel futuri ſicut in tempore. ſicut dicit Boeᵒ ꝙ nunc ſtans ⁊ non mouens ſe facit eternitatē. Et ſic patet ꝙ diffinitiones Iſaac et Gilliberti non differunt niſi ſecundum vocem. qꝛ primus vocat eternitatem ſpacium. ſecundus vero moram.

## Sciendum eſt Quarto ꝙ

eternitas non habet prius et poſteriᵒ ſed eſt tota ſimul et indiuiſibilis. vnde aliqui dubitauerunt qualiter deo qui eſt eternus attribuantur verba preterita et futura. Ad quod dicēduꝫ eſt ꝙ talia deo attributa denotant coexiſtenciaꝫ eternitatis ad tempus. vt cum dicitur deus eſt. ſenſus eſt ꝙ deus nullo tempore pñti deeſt. deus fuit. i. nulli ꝑterito defuit. deus erit. i. nulli futuro deerit.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ eter

nitas dicitur habere ſuum eſſe ſimul et perfecte propter quaſdam ſubſtancias que licet habeant ſimul ſuum eſſe tamen in hoc ꝙ aliquid poſſunt volunt vel intelligunt non habent ꝑfecte ipſum ſimul. non eniꝫ ꝑſencia omnia ſunt intellectibꝰ intelligenciaꝝ ad que extendi poteſt intellectus eaꝝ. ſed pocius ↄtinue illuminant̄ a prima intelligencia. ideo vices quaſdam habent ſꝫᵒ ſuum poſſe et ſꝫᵒ intelligere. Unde licet euiternum ſꝫᵒ id quod eſt ſit ſimul. tamē non poſſidet ſuuꝫ eſſe ſimul ita perfecte ſicut eternum. ſicut omnia ſunt preſentia quo ad eſſe viuere velle et intelligere ⁊ illa non perfecte obumbrantur. nec recipit tranſmutationeꝫ vel viciſſitudineꝫ. ſed ea que ſparſa ſunt in toto tēpore que ab ipſo eterno fluūt ſimul̄ preſentia ſunt. propter quod ōnia preuidet et preſcit anteꝙ fiant. Et iſtaꝫ perfectioneꝫ eterni conſiderans Boeᵒ eternitateꝫ diffiniuit melius omnibus aliis dicēs. Eternitas eſt interminabilis vite tota ſimul perfectaqꝫ poſſeſſio. Ideo cum ipſo Boecio ſit hec

## Concluſio prima. diffinicio

eternitatis poſita a Boecio eſt ſufficiēs. patet ꝑ particulas eius. naꝫ quia eternitas eſt ſimplex indiuiſibilis. et ſimpliciſſima non cognoſcimus niſi ꝑ abnegacioneꝫ cōpoſitoꝝ. et indiuiſibilia ꝑ abnegationē partium. vt dicimus punctus eſt cuius pars non eſt. ideo in diffinitione ponitur interminabilis. Unde interminabiles dicuntur in quoruꝫ duratione non eſt finis neqꝫ principiū et tale eſt eternum quod dicitur extra terminos poſituꝫ. Deinde ponitur vite quia duracio quo ad nos magis ad operationeꝫ refertur ꝙ ad eſſe Et ponitur tota ſimul ad excludendum tempus quod non eſt totū ſimul. neqꝫ dicitur tota qꝛ habeat partes ſed quia nihil ſui eſt extra ipſam. Et additur perfecta eo ꝙ ipſum eternuꝫ eſt perfectuꝫ in eſſe poſſe et operari que omnia ſimul habet. Et dicitur poſſeſſio quia illud ꝓprie dicit̄ poſſeſſum quo aliquis ad nutum ſuum vtitur. et ſic eſt de eterno et de vita eius. quibᵒ notatis ſit

## Concluſio ſecunda et reſpon

ſalis. Eternitas eſt mēſura eſſe diuini. iſta concluſio ſatis patet ex diffinitione Boecii immediate declarata. Etiaꝫ probatur quia menſure ad menſuratum dicitur eſſe proporcio. ſed eternitas ſimul̄ eſt ſꝫᵒ eſſe poſſe et agere cuiuſmodi eſt ipſe deus igitur. ⁊c.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ licet eſſe diuinum vt caret principio et fine ſit infinitum. eſt tamen finitiſſiᵒ per hoc ꝙ eſt ſimpliciſſimū et ſimul ſic ꝙ nihil ſui eſt extra ipſuꝫ. ⁊ hoc modo eſt mēſura eternitatis Ad ſecundaꝫ dicitur ꝙ licet deus non habeat quantitateꝫ magnitudinis habet tamē maximā quantitateꝫ virtutis qua ſe cōtinet et nunꝙ aliquid ſui extra extendatur. ⁊ hec indeficientia ſui ſtans iuxta ſe menſuratur eternitate Ad terciā ꝙ non omnis menſura realiter differt a menſurato. aliquando enim menſuramus totam quantitatem per partes eius que ſimul accepte ab ea non differunt. ideo ſufficit ꝙ differant ratione. et hoc modo eternitas differt ab eterno inquantum habet rationem more vel ſpacii indeficiētis et eternum habet eſſe ſtans ⁊ totum ſimul. Ad quartā dicitur ꝙ eternitas nō menſurat eternuꝫ eo ꝙ nec eius recipiat variationem ſicut nec temporis. ſed menſurat per moduꝫ vnitatis ſtans immobiliter. ideo non eodem modo menſurat eternum ſicut tempus rem temporalem. vel ſicut nūc illud quod fertur ſꝫᵒ ꝙ fertur. et hec de queſtiōe

## Queritur viceſimo Utrum

tantum ſint tres menſure durationuꝫ realiter diſtincte ſcꝫ eternitas/euiternitas/⁊ tempus. Arguitur ꝙ non. quia due forme diſtincte non poſſunt ſimul eſſe. ſed iſte tres mēſure ſunt ſimul. gᵒ non ſunt diſtincte. 2ᵒ ſic euiternitas habet priᵒ et poſterius vel non. ſi ſic tunc non differt a tempore. ſi non tunc nō differt ab eternitate. gᵒ non





ſunt tres menſure diſtincte. 3ᵒ ſic nunc eternitatis et nunc tēporis ſunt idem nunc. ergo eternitas et tēpus idem ſunt. añs patet. qꝛ vt dicit Boetius: ſicut nunc fluens facit tēpus: ita nunc ſtans et permanens eternitatē. ſed idem eſt ſubiecto nunc ſtans et nūc fluens: ergo eternitatis et temporis eſt idem nunc. Ad oppoſitū arguitur per Boetiū et cōes expoſitores peripateticorū ponentes illas tres menſuras realiter diſtinctas. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo: ꝙ pre

dicte menſure in ordine ad menſurata ſe habēt in aliquo ſimiliter ⁊ in aliquo diſſimiliter. Ē eniꝫ proportio in hoc ꝙ ſicut eternū eſt totum ſimul ſecundū eſſe poſſe et agere nihil amittens in preterito et nihil acquirens in futuro: ita eternitas eſt tota ſimul. vt patuit ex ſua diffinitione. Similiter ſicut euiternū eſt totum ſimul ſecundū eſſe. ⁊ non ſecundū poſſe et operari ymo acquirit per viciſſitudinē in actionibus ſuis aliquas perfectiones quas prius non habuit: ita euiternitas ſecundū aliquid eſt tota ſimul et ſecundum aliquid habet prius ⁊ poſterius ſimul iūcta. Similiter ſicut temporale non ſimul participat totum ſuum eſſe poſſe vel agere: ita tempus nunꝙ totū ſimul eſt ſecundum rem. et ita ſicut eternitas eſt menſura adequata eterno: ita euiternitas euiterno. et tempus temporali. et in hoc habēt proportionem iſte menſure ad menſurata. Sed diſſimiliter ſe habent in hoc. quia eſſe in tēpore eſt quadam parte temporis mēſurari. ſed eſſe in eternitate non aliqua parte videtur menſurari. quia non habet partes. Item omne quod menſuratur tempore excellitur a tempore. quod vero eſt in eternitate non excellitur ab ipſa. ſed ſibi ē penitus adequatū. euiternū aūt ſecundum aliquid eſt ſimul et ſecundū aliquid non eſt ſimul idō ſecundū aliquid euū excellit euiternū et ſecū dum aliquid ſibi adequat̄. ſecundum ꝙ excellit vocant euum tempus. ſicut dicit Auguſtinus. quia rationalis creatura propter vices ſue voluntatis et intellectus mouetur per tēpus et nō per locū. corporalis vero mouetur per locum et per tempus.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

triplex diſtinguitur eternum. Quoddā eſt vere eternum quod eſt totū ſimul ſecundū eſſe poſſe et operari. et hoc mō eſt vnū ſolum ſcꝫ prima cā que deus eſt. Alia dicuntur eterna ſoluꝫ per participationē aliquā veri eterni. vt ſunt intelligentie et anime beate que cōtemplātur verū eternū et gloria ſibi influente immutabiles efficiuntur et hec propria natura ſunt mutabilia. diuina tñ voluntate fiunt immutabilia. et ſic ſufficit eternitas. qui quidē ⁊ diuini ordines aliquid participantes in hac vice cōtemplatiōe eterna ſupra tempus quodāmō efficiuntur. ita ꝙ non percipiunt motū nec mutationē naturalē. Hoc etiā modo neceſſaria dicuntur eterna ſiue ſint incōplexa vt celeſtia corpora. ſiue neceſſitatē habeāt ex habitudine incōplexorum ad inuicem vt prime dignitates. Alia dicuntur eterna non quia participent aliquid immutabilitatis qđ eternitati proprium eſt. ſed quia habent ſimilitudinem cū eternitate in carētia finis. vt motus dicitur eternus ab hiis qui ponunt mundū eternuꝫ. et pene infernales dicunt̄ eterne. ſed eternitas ſolū vere cōuenit illi quod eſt primo modo eternū.

## Sciendum eſt tercio ꝙ eterni

tas eſt cauſa exemplaris euiternitatis et tēporis nam ſicut euiternū ab eterno dependet et tēporale ab ambobus. ita euiternitas ab eternitate dependet. et tēpus ab vtraqꝫ. Et hoc ſic dicit Boetius. O qui perpetua mundum ratione gubernas. Terrarū celiqꝫ ſator. qui tēpus ab euo Ire iubes ſtabilis que manēs das cuncta moueri. Cuius dat exempluꝫ. nam ſicut ens frequēter ſub eo quod eſt ſemper currit et ab eo deficit et id quod eſt raro ab eo quod eſt frequenter. ita euiternitas ſub eternitate currit ab ea deficit et tempus ſub euiternitate currit et ab ea deficit. Unde eternitas eſt menſura illius qui ſemper vno et eodem mō et immutabiliter penitus ſe habet. quod vero immediate ab eo dependet per hoc deficit ab eo quod diſtat. et hoc eſt euiternū cuiuſlꝫ eſſe quod eſt ſtabile. habet tamen vices in ſuis potētiis et actionibus ſicut intelligere ⁊ velle. qđ aūt ab eo plus diſtat ab eo plus deficit vt eſt tēporale. cuius nec eſſe nec poſſe nec agere ſtabile eſt. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Tantum

ſunt tres menſure durationum realiter diſtincte. probatur quia omnis talis menſura menſurat eſſe aliciꝰ rei. vel ergo illa res eſt tota ſimul ſꝫᵒ poſſe eſſe et agere. et ſic eſt eternitas. vel eſt tota ſecundum eſſe et non ſꝫᵒ poſſe et agere et ſic eſt euiternitas. vel non eſt tota ſimul in eſſe nec ſꝫᵒ poſſe nec ſꝫᵒ agere et ſic eſt tempus. Vel ſic omnis res vel caret principio et fine et ſic eſt eternū vel habet principiū et non finem et ſic eſt euiternum. vel habet principiuꝫ et fineꝫ et ſic eſt temporale. Hec tamen diſtinctio eſt magis ꝑ accñs ꝙ precedens. quia dato ꝙ mundus nō incepiſſꝫ nec haberet finem adhuc eſſet temporalis et non ſimpliciter eternus.

## Concluſio ſecunda. eternitas

eſt menſura eterni euiterni ⁊ temporalis. et euiternitas euiterni ⁊ temporalis. tempus vero temporalis tantuꝫ. patet quia quicquid eſt menſura ſu

periorum eſt menſura inferiorū. ſed non econtra ergo concluſio vera. Uerum tñ eternitas non eſt adequata menſura euiterni ⁊ temporalis/ſed eſt excedens. nec euiternitas temporalis. Et dicitur menſura adequata dūʒ eſt proporcio menſurati ad eſſe menſure vt prius dictum eſt motum tempore menſurari et ipſum et eſſe eius quia ſucceſſiuum eſt ſicut tempus. Ex illa comparatione eternitatis ad tempus ꝯtingit per accidēs eternitatem diuidere et ipſaʒ habere partes. non ꝙ huiuſmodi partes ipſius ſunt ſed ſpacii quod eſt ſub ipſa. vt quandoqʒ dicitur mille annis fuiſſe deꝰ et ꝙ anni eius non deficiēt. non ꝙ in eternitate ſint dies menſes et anni. ſed quia eternitas continet tempus cuius dies menſis et annus dicunt̄ eſſe partes.

## Concluſio Tercia. Nunc eternitatis differt realiter a nunc euiternitatis ⁊ temporis.

quia nunc eternitatis eſt aliquid ipſius. et nunc euiternitatis eſt aliquid eius. ⁊ ſimiliter de nunc temporis ad tempus. ſed ille tres menſure ſunt realiter diſtincte. ergo etiam nunc ipſarum. Item nunc temporis eſt numerus eiꝰ quod fert̄ ſʒꝰ ꝙ fertur et non ſʒꝰ ꝙ ſubſtancia eius eſt in ſe permanens ſed ſʒꝰ ꝙ fertur. ergo nullam habet ydemptitatem ad nunc quod eſt in ſeipſo permanens cuiuſmodi eſt nunc eternitatis. Item ſicut eternitas precedit tempus ita nūc eternitatis precedit nunc temporis. ergo realiter diſtinguuntur Et ſimiliter argueretur de nunc euiternitatis.

## Concluſio quarta: nunc eternitatis ab eternitate differt ratione tantum.

probatur quia dicitur nūc ſʒꝰ ꝙ adiacet vni indiuiſibili inſtanti nihil amittenti in preterito nec aliquid acquirenti in futuro. ſed eternitatis dicitur ſpacium ſiue mora indeficiencie eius. ergo ratione differunt.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ due menſure eiuſdem generis non poſſunt eſſe ſimul niſi vna ſit pars alterius. ſed mēſure diuerſoꝝ generꝝ cuiꝰ mōi ſunt iſte bene poſſunt eſſe ſimul. Ad ſecundā dicit̄ ꝙ euiternitas ſʒꝰ eſſe eſt tota ſimul. habet tamen prius ⁊ poſterius ſibi adiuncta ſʒꝰ ꝙ in actionibꝰ euiterni ſunt prius et poſterius. Ad terciam dicit̄ ꝙ non preciſe differunt nunc eternitatis et nunc temporis quia vnum eſt ſtans et aliud fluens. ſed quia ſunt principia menſurarum diuerſorum generum. Et hec de queſtione. et per conſequens de toto quarto phiſicorum.

Sequitur textus quinti libri phiſicorum.

**Tranſmutatur autem tranſmutans omne: aliud quideʒ ſecundum accidens. vt cuʒ dicimus muſicum ambulare.**



## Circa quintum Librum phiſicorum Queritur primo.

Utrum motus ſiue mutatio ſint ſubiectiue in ſpecie vel in forma ſecundum quam fit motus. Arguitur ꝙ ſic quia motus eſt fluxus quidam ſed fluxus eſt in forma fluente. ergo motus eſt ſubiectiue in forma vel in ſpecie. Secundo ſic motus eſt ſubiectiue in eo qđ mouetur. ſʒ forma eſt id quod mouetur quia eſt id quod continue variatur de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum. ergo motus eſt ſubiectiue in forma ſecūdū quam eſt motus. Ad oppoſitum arguitur ꝑ phūm in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

quam determinatum eſt de motu ſecundum cōmunem rationem eius et de hiis que inſequuntur motum vt ſunt infinitum locus et tempus. Conſequenter de ipſo philoſophus determinat ipſuʒ diuidendo in partes ſubiectiuas in iſto 5º. In quo principaliter tria facit. Primo enim diuidit motū in ſuas ſpecies oſtendendo in quibus predicamentis eſt per ſe motus et in quibꝰ non. Secundo ponit rationes quorundaʒ dubiorum ſiue quarundam intentionum que ſunt vtiles ad ea que poſtea dicentur. Tercio agit de contrarietate et varietate motuum. et quia motus per accidens non habet diuidi in ſuas partes ſubiectiuas quia infinitis modis variatur. ſed tamen motus per ſe illo modo habet diuidi. ideo antequam diuidat motum per ſe in ſuas ſpecies diſtinguit motum per ſe a motu per accidens reiciendo motum per accidens a ſua conſideratione.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Tripliciter contingit aliquod mobile moueri. Primo modo aliquid mouetur ſecundum accidens vt dicimus muſicum ambulare quia ſubiectum muſice ambulat. Secundo modo aliquid mouetur ſecundum alterum in gracia partis vt corpus dicitur ſanari quia oculus eius vel torax. i. pectus ſanatur. Tercio modo dicitur aliquid moueri per ſe primo ſic ꝙ non ꝑ accidens nec gracia partis vt alterabile i motu alterationis. Et ſimilis ē diſtinctio ex parte mouentis nā aliquid mouet ſecundum accidens vt muſicus edificat. et aliquid mouet ſecunduʒ alterum et gracia partis vt homo percutit quia manus eius percutit. et aliquid mouet per ſe primo vt medicus ſanat primo per ſe. Et ad videndum quomodo eſt ſimilis diſtinctio ex parte termini ad quem.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ In

omni motu quinqʒ requiruntur. ſcʒ mouēs mobile ⁊ tempus in quo eſt motus et duo termini motus. ſcʒ a quo ⁊ ad quem. quia omnis motus eſt a quodam in quoddaʒ. ꝙ autem mobile ſit alterum a termino a quo ⁊ a termino ad quē vt ꝙ lignum quod calefacit ſit alteruʒ a calido ⁊ a frigido ſic probat Ariſtoteles. quia motus ē in ligno vt in ſubiecto ⁊ non in aliquo terminorum. qđ pʒ qꝛ motus eſt in illo vt in ſubiecto quod mouetur. ſed lignum eſt id quod mouet̄ ⁊ non terminus a quo nec terminus ad queʒ. qꝛ ſpecies ſiue forma neqʒ mouet neqʒ mouetur. ergo ſequitur ꝙ mobile eſt alterum ab vtroqʒ terminoꝝ motus. ⁊ ſic taʒ ex parte mobilis ꝙ̄ ex parte terminoꝝ poteſt ſumi diuiſio motus. ſʒ qꝛ magis terminatur a termino ad quem ꝙ̄ a termino a quo eo ꝙ per motum acquiritur terminus ad quem ⁊ auffertur terminus a quo. ideo motus habʒ ꝯueniēciaʒ cuʒ termino ad queʒ et repugnā̄ciam cum termino a quo. ideo magis ſumitur diuiſio ex parte termini ad queʒ ꝙ̄ a termino a quo. Quia etiaʒ tēpus eſt extrinſecuʒ motui. ideo ex parte tēporis nō ſumitur ꝑfecta diuiſio. ideo requiritur ꝙ tā̄tum ſumatur ex parte termini ad quē ſcʒ ex parte mobilis mouētis ad terminū ad quē. Et ſi queratur ex quo forma vel ſpecies vel paſſio nō eſt id quod mouetur vtruʒ poſſit dici motus. Dicit phūs ꝙ non qꝛ cuʒ forma ſpecies vel paſſio ſit terminus motus ſequitur ꝙ ad motū fieret motꝰ qđ poſtea improbatur. ideo forma puta albedo nō ē motꝰ. ſʒ albefactio eſt motus ⁊ albedo eſt terminus eius. Tunc ſit.

## Concluſio prima. motus ſufficienter diuiditur in motū per accidēs in motū per alterū ⁊ motū per ſe primo.

ꝓbat̄ ꝯcluſio ex ꝑte mobilis. qꝛ illis tribꝰ modis aliquid dicit̄ moueri. ⁊ ex parte termini ad q̄ʒ qꝛ motꝰ quandoqʒ terminatur ad aliquid ꝑ accidēs vt albatio ad id quod itelligitur qꝛ accidit albatū itelligi. ſʒ terminat̄ ad colorē ſʒꝰ alterū qꝛ albedo eſt pars coloris ſed per ſe terminat̄ ad albuʒ colorem.

## Concluſio ſecunda. motus

non eſt ſubiectiue in ſpecie vel forma ſecūdum quam eſt motus ſed in mobili. Probat̄ quia motus eſt vt in ſubiecto in illo qđ mouetur. ſed ipſuʒ mobile mouet̄ ⁊ nō ſpecies vel forma gº

maior patet q illud ſolu3 mouetur cui cõuenit
eſſe tãq id q̄d eſt.ſ3 forma nõ ẽ niſi tãq id qd
eſt.g° mot⁹ e in mobili ſubiectiue ꝛ nõ i forma.

**Concluſio Tercia.** mutatio
per accidens non eſt diuidenda in ſuas partes
ſubiectiuas ſiue ſumatur ex parte mobilis vel
mouentis vel termini ad quem. Probatur q
talis mutatio infinitis modis variatur eo q in
finita vni accidunt ꝛ indifferenter eſt in omnib⁹
corporibus.ſed infinita non cadunt ſub arte cũ
indeterminata ſint ergo.

**Concluſio quarta:** motus
per ſe habet diuidi in ſuas ſpecies.patet q mo
tus per ſe non eſt in omnibus indifferenter. ſed
tantum in contrariis quo ad motum ſucceſſiuũ
vel in contradictoriis quantum ad generatio
nem et corruptionem.ſed contraria et contradic
toria ſunt diſtincta termini.ergo motus per ſe ſe
cundu3 illos terminos poteſt diuidi in ſuas ſpe
cies et poteſt cadere ſub arte.et quia medium ẽ
quodãmodo extrema inquantum participat
vtrumq3 et comparatum ad vtrunq3 habet v
triuſq3 rationẽ vt fuſcum comparatur ad albu3
et ſic habet rationem nigri.et comparatum ad
nigrum habet rationem albi. Ideo vniuerſali
ter dici poteſt q omnis motus eſt inter contrari
a vel contradictoria.

**Ad rationes ante oppoſitu3**
Ad primam dicitur q fluxus motus nõ differt
eſſencialiter a forma ſecundum quã mobile mo
uetur. ideo ille fluxus eſt ſubiectiue in mobili
quod mouetur ſicut forma fluẽs. mobile autẽ
variatur ſecundum illam formam de diſpoſitio
ne in diſpoſitionem.ꝛ dicitur forma fluens non
q ſit ad quod fluit. ſed quia ſecundum ipſam
mobile fluere dicitur de non eſſe. Ad ſecun
dam dicitur q forma non eſt id quod variatur
de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum.cum eſſe nõ
ſit ipſius forme tanquam eius quod eſt.ſed mo
bile eſt quod variatur de eſſe imperfecto ad eſſe
perfectum illius forme ſecundum quam eſt mo
tus de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum ꝛc.

**Queritur ſecundo. vtrum**
Sola mutatio q̄ eſt de ſubiecto in ſubiectu3 ſit
motus proprie dictus. Arguitur q non q
in omni motu debet manere idem ſubiectum
ſub vtroq3 terminorum. alias motus non eſſet
vnus.et ſi ſemper maneat idem ſubiectu3 ſequi
tur q talis motus non eſt de ſubiecto in ſubiec
tum.Et per conſequens mutatio de ſubiecto in
ſubiectum non eſt motus. Secundo ſic gene
ratio eſt de non ſubiecto in ſubiectum et corrup
tio e contra.et tamen generatio eſt motus. cum
ſit actus generabilis inquantu3 generabi e et ſi
militer corruptio ergo. Tercio ſic ſicut ſe ha
bet ſubiectum ad ſubiectum ita non ſubiectum
ad non ſubiectum.ergo ſi ſit motus de ſubiecto
in ſubiectum erit motus de non ſubiecto in non
ſubiectu3.ergo non ſola mutatio de ſubiecto in
ſubiectum erit motus. Ad oppoſitum argu
itur per Philoſophum in textu. Pro Re
ſponſione.

**Sciendum eſt primo q poſt**
quam philoſophus diſtinxit motu3 per ſe a mo
tu per accidens et remouit motum per accidens
a ſua conſideratione. Conſequenter incipit
determinare de diuiſione motus per ſe in ſuas
ſpecies et quia mutatio accepta in communi ſe
habet vt quoddam ſuperius ad motu3 proprie
dictum.ideo poſtquam diuidit motum proprie
dictum diuidit mutationem per ſe in communi.
ꝛ poſtea oſtendit que mutationes non ſunt mo
tus et poſtea que mutationes ſint mot⁹ proprie
dictus.

**Sciendum eſt Secundo. q**
omnis motus ſiue mutatio fit ex quoda3 in q̄d
dam vt ſatis manifeſtat nomen mutationis q
connotat aliquid eſſe poſt aliud ꝛ aliquid pri⁹
et aliquid poſterius et ita mutatio ſemper eſt in
ter duos terminos. vnde ſecundum illoꝝ termi
noꝝ variationẽ põt intelligi mutatio fieri qua
drupliter. primo de ſubiecto in ſubiectũ .i. de ter
mino affirmato in terminũ affirmatũ. 2° de
ſubiecto in non ſubiectũ. 3° de nõ ſubiecto in
ſubiectũ. 4° de non ſubiecto in nõ ſubiectũ. ꝛ
vt habet phũs dicitur hic ſubiectũ quod ẽ affir
matiue demonſtratũ.ꝛ illud eſt ens in actu com
pletũ per formã ſubſtãcialẽ. vt cũ dicitur hic ho
mo vel equ⁹. ꝛ cũ hoc accipitur ſub aliqua for
ma accidẽtali q̄ affirmatiue deſignatur tale ẽs
ꝯpletũ put eſt ſub illo eſſe accidẽtali poteſt mo
ueri ad aliud eſſe accidentale ꝛ ita dicitur muta
tio fieri de ſubiecto in ſubiectum. Ex quo p3
q materia in propoſito non eſt ſubiectum ymo
magis dicitur non ſubiectum accipiendo eam
cum priuatione. vt cum dicitur q aliqua muta
tio eſt de non ſubiecto in ſubiectum.

**Concluſio prima.** Ex non
ſubiecto in non ſubiectum nulla eſt mutatio per
ſe licet bene p accidens. Prima pars p3 q õnis
mutatio p ſe ẽ iter ꝯtraria vel iter ꝯtradictoria.
Sed non ſubiectum ad non ſubiectum nullam
habet oppoſitionem ſiue capiatur non ſubiectũ
vt dicit ſimplicem negationem ſiue vt dicit pri
uationem quia negatio negationi non opponi
tur nec priuatio priuationi nec potencia poten
tie nam negationes ſimul de eodem ſubiecto ve
rificari nõ poſſũt. vt idẽ lapis nec eſt ſanus nec
eger nec cecus nec videns. Secunda pars p3
quia cum ex albo fit per ſe nigrum fit per acci
dens ex non nigro non album. pro quanto pri
uatio ſemper ſaluatur in forma contraria. ſ3 id
quod eſt per accidens in aliquo genere nõ põt
eſſe ſpecies eius. ideo ex non ſubiecto in nõ ſub
iectu3 non eſt aliqua ſpecies mutationis per ſe.

**Concluſio ſecunda.** Tantu3
ſunt tria genera mutationis per ſe. patet q di
uiſio mutationis ſecundum variationem ſuoꝝ
terminoꝝ penes affirmationẽ ꝛ negationem at
tenditur.ſed tales termini ſolum variãtur qua
tuor modis ꝛ ſecundum vnum modum non po
teſt fundari per ſe mutatio ſc3 de non ſubiecto ĩ
non ſubiectum.ergo erunt ſolu3 tria genera mu
tationis ſc3 de ſubiecto in ſubiectum. ꝛ de non
ſubiecto in ſubiectũ. ꝛ de ſubiecto ĩ nõ ſubiectũ
Sed ad ſciendum que iſtaꝝ mutationu3 ſit mo
tus. Aduertendum eſt q mutatio de nõ ſub
iecto in ſubiectum dicitur generatio cuius alia
eſt generatio ſimpliciter que fit de non eſſe ſim
pliciter ad eſſe ſimpliciter. ſc3 ad eſſe ſubſtancia
le. alia eſt generatio ſecundum quid q̄ fit de nõ
eſſe ſecundum quid ſc3 de non eſſe accidentali
ad eſſe accidentale vt de non albo in album.et
talis generatio ſecundum rem eſt alteratio vel
motus proprie dictus.ſed ſecundum modu3 de
ſignatur ad modum generationis. ſ3 illa muta
tio que eſt ex ſubiecto in non ſubiectum dicitur
corruptio. cuius quedam eſt corruptio ſimplici
ter. Alia eſt corruptio ſecundum quid quemad
modum dictum eſt de generatione.

**Concluſio tercia.** generatio
non eſt motus. patet duabus rationibus phi.
Prima eſt. illud q̄d non eſt ſimpliciter non põt
moueri neq3 quieſcere. ſed id quod generatur
ſimpliciter eſt non ens. ergo non poteſt moueri ꝛ
per cõſequens generatio non eſt motus. pro de
claratione maioris ſupponit philoſoph⁹ q non
ens dicitur tripliciter. Primo modo dicitur
non ens ſecundum compoſitionem ꝛ diuiſione3
ꝛ hoc modo non ens idem eſt q falſum quod
opponitur enti quod eſt verum. ſed hoc modo
ens ꝛ non ens ſolum in mente ſunt ideo tale ẽs
non poteſt moueri. Secundo modo dicitur
non ens quod non eſt ẽs in actu per quãcunq3
formam ſed eſt in pura potencia. ꝛ tale non ens
non poteſt moueri ſed eſt principium generatio
nis ſimpliciter vel terminus corruptionis. Ter
cio modo dicitur non ens ſecundum quid ꝛ ra
tione oppoſitionis qua3 habet ad aliud prout
prima ſaluatur in forma contraria vt album di
citur non nigrum ꝛ tale non ens contingit mo
ueri per accidens. ſed id quod nõ ẽ ẽs ſimplicit
ꝛ ſimpliciter generatur nullo modo contigit mo
ueri. Secunda ratio omne quod mouetur eſt
in loco. ſed quod generatur ſimpliciter non eſt ĩ
loco ergo quod generatur non mouetur. Ma
ior patet quia motus localis eſt primus omniũ
motuum. ꝛ deſtructo priori deſtruuntur poſteri
ora. ideo ſi aliquid non ſit mobile localiter nec
etiam alio motu. ſed omne mobile localiter eſt ĩ
loco. ideo neceſſe eſt quod mouetur eſſe in loco.

**Concluſio Quarta.** Corrup
tio ſimpliciter non eſt motus. patet quia motui
nichil eſt contrarium niſi motus aut quies. ſed
corruptioni generatio contrariatur que non eſt
motus aut quies vt probatum eſt. ergo corrup
tio non eſt motus ꝛ ſic due ſpecies mutationu3
prius poſite non ſunt motus. ex quibus infert.

**Concluſio quinta.** et reſpon
ſiua ad queſitum. Sola mutatio de ſubiecto in
ſubiectum eſt motus proprie dictus. patet quia
motus ꝓprie dictus eſt aliqua mutatio quia in
tali motu fit aliquid poſt aliud. ꝛ non eſt muta
tio de non ſubiecto in ſubiectum nec econtra.
ergo cu3 non ſint niſi tres ſpecies mutationis ſe
quitur q eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum ꝛ
ipſa ſubiecta ſunt contraria vel media vel inclu
dunt priuationem que ponitur vt vnum contra
rium inquantum affirmatiue monſtratur vt
nudum vel obſcurum.

**Ad rationes ante oppoſitu3**
Ad primam dicitur q in ꝓpoſito nõ ſolũ capit
ſubiectũ pro illo q̄d ſubicit motui. ſ3 capitur p
illo q̄d ſubicit inquãtũ ſtat ſub aliquo termino
affirmato ꝛ hoc modo fit mutatio de ſubiecto ĩ
ſubiectũ. ſ3 mobile quod ſubicitur motui idẽ re
maneat. Ad ſecũdã dicitur q ſi capiatur mo
tus in ꝯmuni vt capitur in preſenti ꝛ in 3° hui⁹.
videlicet vt dicitur act⁹ entis in potẽcia nõ diſtĩ
guẽdo ipſu3 ꝯtra ſimplicẽ mutationẽ ſic genera
tio ꝛ corruptio dicerẽtur mot⁹. ſ3 nõ capiẽdo ip
ſu3 ſpecialiter vt fit de ꝯtrario in ꝯtrariũ ꝛ inter
formas poſitiuas. ꝛ iſto modo accipitur hic.
Ad terciã dicit q ſubiectũ ꝛ nõ ſubiectũ ꝯueni
ũt in negatione ſicut duo ſubiecta in affirmatio
ne. ſ3 ẽ diſſimile i hoc q nõ ſubiecta dicunt ali
quas duas negatiões q̄ nullã habẽt oppoſitio
nẽ ꝛ iter ſubiecta q̄ differũt p formas poſitiuas
põt ẽẽ ꝯtraria oppõ. iõ i ipſis põt fieri mot⁹ ꝛc.

**Queritur Tertio. Utrum In**
ſubſtãcia ꝛ ad aliquid ſit pſe mot⁹. Arguitur q
ſic q forã ſubſtãcialis pri⁹ iducit i vna pte ma
terie quam in alia ergo non eſt poſſibile materi
am ſecundum quamlibet ſui partem ſubici

equaliter virtuti agentis.ergo generatio eſt mutatio ſucceſſiua ⁊ ita eſt motus. Secundo ſic arguitur.in ſubſtancia eſt contrarietas. ergo etiam eſt motus. Antecedens patet quia in vnoquoqꝫ genere ē tantū vna ꝯtrarietas prima Item ignis contrariatur aque vt dicitur in 2° de generatione.⁊ ſi dicatur ꝙ hoc eſt ratione q̄litatis ex hoc infertur ꝙ ignis ſecūdum ſuā ſubſtanciam contrariatur aque quia proprie paſſiones habent proprias cauſas. ⁊ ita cum caliditas ⁊ frigiditas ſint ī ſubiectis ignis ⁊ aque ſeq̄tur ꝙ ille ſubſtancie ſunt contrarie. Tercio ſic arguitur ꝙ in ad aliquid ſit motus.quia per dealbefactionem fit aliquis ſimilis.ſed dealbatio eſt motus. ⁊ ſimilitudo eſt relatio. ergo per motum acquiritur relatio in aliquo ⁊ per conſequens in ad aliquid eſt motus. Ad oppoſitum eſt phūs in textu qui poſtq̄ diuiſit mutationem per ſe in tres partes ſiue ſpecies.ſcꝫ in generationem corruptionem ⁊ motum proprie dictū. Conſequenter inquirit diuiſionem motus proprie dicti in ſuas ſpecies.⁊ quia diuiſio ⁊ diſtinctio motus proprie dicti ſumitur ſecundum diſtinctionem termini ad quem quia motus non eſt ꝑter res ad quas eſt motus.ideo ad inquirendū illam diuiſionem vel diſtinctionem inquirit ad que predicamenta eſt per ſe motus ⁊ ad q̄ non. Et primo oſtendit quibus predicamentis non ē per ſe motus ⁊ inter cetera primo oſtēdit hoc de ſubſtancia ⁊ relatione.

**Sciendum eſt primo.** ꝙ motum eſſe per ſe in aliquo predicamento nichil aliud eſt quam formam illius predicamenti acquiri per ſe in aliquo ſubiecto per motum et eſſe per ſe terminum illius motus.cuius ratio eſt q2 motus eſt actus imperfectus tendens ad vlteriorem perfectionem ⁊ terminus ad quem cuiꝰ eſt forma perfecta· ⁊ perfectio ad q̄ tendit ratio motus non eſt preter res ad quas eſt motus ymo eſt in eodeꝫ predicamento cuꝫ termino ad quem.ideo dicitur per hoc eſſe in illo predicamēto cuius eſt forma per ſe fluens in illo motu. Unde patet ꝙ ſi per motum vnum plures forme acquirantur vt per albefactionem acquirat̄ albedo ⁊ ſimilitudo.motus eſt per ſe ſolum ad illam formam que per ſe fluit in illo motu.et ad alias eſt per accidens nam in vno fluxu per ſe fluit tantum vna forma.

**Sciendum eſt Secundo.** ꝙ Cum omnis motus ſit quidaꝫ fluxus continuus alicuius ſubiecti exiſtentis in actu ſubſtanciali ⁊ in potencia accidentali de vna forma contrariam aliam ſecundum remiſſionem vnius et intenſionem alterius.ideo oportet ꝙ ad hoc ꝙ in aliquo predicamento ſit per ſe motus requiritur ꝙ i illo predicamento reperiantur forme cōtrarie ad inuicem ſecundum perfectaꝫ ⁊ completaꝫ rationem contrarietatis.

**Sciendum eſt tercio.** ꝙ Ad hoc ꝙ in aliquo genere reperiatur talis contrarietas due condiciones requirūtur vt dicit doctor ſanctus in hoc paſſu. Prima eſt ꝙ in eo reperiantur termini maxime diſtātes inter quos cadant omnia illa illius generis ſic ꝙ ab vno non deueniatur ordinate in alterum niſi per media. ⁊ propter defectum huius condicionis in numeris non eſt completa contrarietas quia licet ibi ſit minimum non tamen ibi reperitur maximum. Secunda condicio eſt ꝙ inter illas formas ſit aliqua contrarietas ſecundum quaꝫ de vna in aliam continue deueniatur ſecunduꝫ intenſionē vnius ad remiſſionem alterius. Iſte autem condiciones deſunt formis ſubſtancialibus. primo quia licet in genere ſubſtancie reperiantur differencie contrarie apprehendentes omnia que ſunt illius generis.tamen cuꝫ talis ꝯtrarietas differenciarū ſolū extēdat̄ penes cōmunem radicem contrarietatꝭ que eſt excelīcia ⁊ defectus pro quāto ſcilicet eſt nobilior altera.ſicut contingit in numeris ⁊ ſecundum propriam rationem ſpecificam huius forme ⁊ illius ideo tales forme non ſunt ſecundum ſe contrarie nec etiam deuenitur de vna in aliam per media ymo dum exuitur vna forma ipſa poteſt indifferenter quancunqꝫ aliam recipere quantuꝫ eſt ex parte ſui vt dicitur 2° de generatione. vt cum ex terra fit ignis non oportet ꝙ ſit tranſituꝰ per formas elementorum mediorum.ſed ex quolibet elemento inmediate poteſt fieri quodlibꝫ Secundo q2 eſſe ſubſtanciale conſiſtit in indiuiſibili.ergo inter formas ſubſtanciales non poteſt eſſe continuitas ſic ꝙ fiat motus continuus de vna in alteram ſecundum remiſſionem vnius ⁊ extenſionem alterius.⁊ in ſubſtancia non eſt perfecta contrarietas que requiritur ad motum.

**Sciendum eſt quarto.** ꝙ Secundum Albertum quatuor condiciones requiruntur ad completam ⁊ perfectam contrarietatem que ad motum ſufficit que virtualiter ꝯtinentur in duabus primis. Prima eſt ꝙ tales forme ſint virtualiter actiue et paſſiue ad inuicem vel per ſe vt ſunt qualitates prime.vel cū alio et ſic per alterum vt ſunt qualitates ſecunde cauſate a primis. Secunda eſt ꝙ tales forme non ſunt ſimpliciter ſimplices: ſed i maiori maiores et in minori minores exiſtentes. Tercia eſt ꝙ inter ea ſit medium per quod fit tranſitus de vna in aliam.





Quarta eſt ꝙ tales forme ſe expellant ab eodem ſubiecto actione propria. Unde iſte condiciones formis ſubſtancialibus deficiunt non enꝫ ſunt formaliter actiue et paſſiue. et tante ſunt in maiori quantitate quante et in minore et etiam inter eas non eſt medium.nec etiam ſe expellunt ab eodem ſubiecto actione propria. Iſtis notatis ſit.

**Concluſio prima.** In ſubſtancia nō eſt per ſe motꝰ.ꝓbatur q2 oīs motus eſt de vno ꝯtrario in ꝯtrariuꝫ.ſꝫ in ſubſtācia nō eſt ꝯtrarietas requiſita ad motuꝫ.ergo ibi nō eſt ꝑ ſe motus ⁊ hec eſt ratio phī. Item ſubiectum forme ſubſtācialis eſt ens ī pura potēcia.ſꝫ ens ī pura potēcia nō poteſt moueri.⁊ ita patēt due cauſe quare in ſubſtācia nō eſt motus.ſcꝫ ꝓpter defectum ſubiecti mobilis. Item ſi ibi eſſet motus tūc eſſet generatio ⁊ corruptio.ſꝫ hec nō ſunt motus vt prius dictū eſt ⁊ ꝓbatū eſt g°.

**Concluſio Secunda.** In ad aliquid nō eſt per ſe motus ꝓbat phūs In illo non eſt per ſe motus cuius natura de nouo inuenitur in aliquo ſubiecto non mutato ſed ſic eſt de relatione ergo. Maior patet quia terminus motus acquiri non poteſt niſi per motū primuꝫ quia via prior eſt termino ſibi eſſenciali ⁊ intrinſeco.minor patet quia ſorte exiſtēte albo ⁊ platone nigro ſortes nō eſt ſimilis platoni ſed platone mutato ad albedineꝫ factus eſt ſortes ſimilis platoni.ergo ſimilitudo de nouo reperitur in ſorte ſine mutatione facta in eo. Pro cuius intellectu. Sciendum eſt ꝙ hec regula in quibuſdam relationibus non habꝫ difficultateꝫ. Sunt enim triplices relationes q̄dam ſunt relationes rationis in vtriſqꝫ extremis vt relatio ydemptitatis.alie vero ſunt quarum vna eſt realiter in vno extremo ⁊ alia tantum ſecūdum rationem in altero. ſicut ſciencia refertur ad ſcibile.ſcibile autē nō refertur ad ſcienciam niſi quia ſciencia refertur ad ipſum vt dicitur 5° methaſiſice.alie ſunt relationes que realiter ſunt in vtroqꝫ extremoruꝫ vt equalitas vel ſimilitudo. In illis ergo que non ponūt aliquid niſi in vno extremorꝫ facile eſt intelligere ꝙ mutato extremo in quo relatio realiter exiſtit de nouo dicatur aliquid relatiue de altero ſine ſui mutatione cum nichil ei realiter adueniat.ſꝫ in illis que ſunt realiter in vtroqꝫ extremorꝫ difficile eſt intelligere ꝙ relatio in vno eſt ſine mutatione illius cui aduenerit. ſed ſoluꝫ cum mutatione alterius cum nichil de nouo reale adueniat alicui ſine mutatione illius cui aduenit vt innuit vnus articulus pariſienſis. Ad hoc reſpondet doctor ſanctus ꝙ ſi aliquid per ſuam mutatationem michi fiat equales me non mutato prius erat in me quodam modo ſcilicet in ſua radice in qua habet ſuum eſſe.ex eo enim ꝙ habeo talem quantitatem competit michi ꝙ ſiꝫ equalis omnibus qui talem quantitatem habent.Cum ergo aliquid de nouo accipit illam quantitatem illa radix communis equalitatis que fuit in me determinatur ad illum et ideo nichil reale aduenit de nouo michi cum incipio alteri eſſe equalis per eius mutationem.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ**

Ad primam dicitur ꝙ forma eque primo inducitur in omnem partem materie determinate ad ſuſceptionem forme ſubſtancialis.⁊ ſi ī generatiōe ē aliqua ſucceſſio hoc ē per accidens ſcilicet ratione alterationis quare generatio inmixta eſt. Ad ſecundam dicitur ꝙ contrarietas differenciarum primo diuidentium aliquod genus non eſt completa contrarietas q2 non ſemper attenditur ſecundum propriam rationem huius forme vel illius.ſed ſolum ſecundum radiceꝫ contrarietatis.⁊ ſecunda ſufficit ad hoc ꝙ in illis formis cauſentur paſſiones vere contrarie quia non requiritur diuerſitas tanta in cauſis quāta in effectibus reperitur. Ad terciam dicitur ꝙ relatio extrinſeca ex conſequenti ſolum acquiritur per motum. de albo enim ꝑ ſe ⁊ intrinſece terminatur ad albedinem ad q̄ ex conſequenti ſequitur aliqua relatio vt diſſimilitudo aut ſimilitudo.ſicut etiam ad motum in quantitate poteſt ſequi equalitas vel inequalitas.ſed primo modo per ſe nulla relatio poteſt terminare motum. Sequitur textus.

**Queritur Quarto.** Utrum Ad actionem et paſſionem ſit per ſe motus. Arguitur ꝙ ſic vbicunqꝫ eſt contrarietas poteſt reperiri motus.ſed in actione et paſſione reperitur contrarietas vt patet in ꝑdicamētis g°. Secundo ſic ad omnem motum ſequitur q̄dam affectio cauſa in mobili.ſed talis affectio eſt paſſio quedam. ergo ad paſſionem eſt per ſe motus. Tercio ſic ſi ad actionem et paſſionem non eſſet per ſe motus hoc eſſet quia motꝰ non eſſet motus.ſed hoc non.nam omne quod de nouo et ſucceſſiue acquiritur in aliquo ſubiecto acquiritur per motuꝫ.ſed motus de nouo et ſucceſſiue acquiritur in ſubiecto.ergo ad motum fit motus. Ad oppoſitum arguitur per phūm in textu. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ phūs oſtendit ꝙ ad ſubſtanciam ⁊ ad relationem non eſt per ſe motus. Hic conſequēter oſtēdit ꝙ non eſt per ſe motus ad actionem ⁊ paſſionem. in qua oſtenſione ſupponit ꝙ licet actio ⁊ paſſio differant a motu ratione formali dicente quod quid erat eſſe. motus enim ſecundum propriam rationem eius eſt actus entis in potētia tendentis ad vlteriorem perfectionē. ⁊ eſt reductiue in eodem predicamento cum ſuo termino ad quem. actio autem ⁊ paſſio vltra motum diuerſas habitudines includunt. tamen actio ⁊ paſſio idem ſunt ſubiecto cum ipſo motu ⁊ vnū non poteſt eſſe ſine alio nec ecōtra. ideo ad probandum ꝙ in actione ⁊ paſſione non eſt per ſe motus ſufficit probare ꝙ motus non eſt motus nec generationis generatio.

**Sciendum eſt Secundo.** ꝙ dupliciter poteſt intelligi ꝙ motus ſit motus vel mutationis mutatio. vno modo ꝙ motꝰ ſit motus tanꝙ ſubiecti ſic ꝙ motus ſecundum aliquem motum moueatur vt ꝙ augmentetur vel diminuatur. alio modo ꝙ motꝰ ſit motus tanꝙ termini ita ꝙ vnus motus terminetur ad aliū motum ⁊ hoc iterum poteſt intelligi dupliciter. vno modo ꝙ per accidens ad motum ſit motus vt ſi contingat vnam mutationem fieri ad aliam. alio modo ꝙ ad motum ſit motus per ſe tanꝙ ad terminum intrinſecum ⁊ eſſencialem motus Tunc ſit.

**Concluſio prima.** motus non eſt per ſe motus nec tanꝙ ſubiecti. nec tanꝙ termini. Prima pars patet quia motus ⁊ mutatio non ſunt de natura ſubiectorum cum neutrum ſit ſubſtancia actu ens nec ens permanēs quod permanere poſſit ſub motu. ergo motꝰ non eſt motus tanꝙ ſubiecti. Secūda pars patet ſeptem rationibus. Prima eſt omnis motus ē de vna ſpecie in aliam ſpeciem. vt inter ꝯtraria vel ꝯtradictoria ſi ſit mutatio ſimplex. ergo ſi motus ſit motus tanꝙ termini ſequeretur ꝙ mobile ſimul moueretur de vna ſpecie in aliam ſpeciem vt ex ſanitate in egritudinem. ⁊ ex ipſa ſecūda in primā ⁊ ex hac ī aliā. ſed hoc eſt falſum. quia in termino motus ſemper contingit mobile quieſcere in forma acquiſita per motum. Secunda ratio omnis motus vel mutatio eſt ex oppoſito in oppoſitum ꝯtrarie aut ꝯtradictorie. ergo ſi motus per ſe terminetur ad motū ⁊ mutatio ad mutationem tunc ille motus fit inter motus oppoſitos. ⁊ quia mobile in motu partim eſt in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem ergo oportebit ꝙ in iſto motu qui fit inter motus cōtrarios ſimul ſint in fieri illi duo motꝰ ꝯtrarii ⁊ ꝙ vterqꝫ motus ſit ſimul in fieri. ergo idem ſubiectum ſimul mouebitur ad oppoſita ⁊ idem ſimul generabitur ⁊ corrumpetur vel ſimul ſanabitur ⁊ egrotabitur. Tercia ratio ſi mutationis eſſet mutatio per ſe ⁊ generationis generatio tunc alicuius particularis generationis eſſet iterum alia generatio per ſe cuius eſſet terminus. ⁊ iterum illius eſſet alia generatio ⁊ ſic in infinitū tam a parte ante ꝙ a parte poſt. ergo nō eſſet dare primam generationem nec vltimam. ⁊ per cōſequens nichil reperiretur factū. quia ſi ſit aliquid genitū oportet dare generationem inmediatā ipſi genito que tamen non eſſet dabilis cum qualibet dependeret ex infinitis generationibus precedentibus ⁊ ex infinitis ſequētibꝰ. Quarta ratio eiuſdē ſubiecti ſunt motus ꝯtrarii vt quies ꝯtrariatur motui. ſed generatio ⁊ corruptio ꝯtrariantur. ergo ſi generationis ſit generatio ſic ꝙ generetur ſequitur etiam ꝙ corrumpetur. ſed hoc eſt īpoſſibile quia oportet illud eſſe quod corrumpetur ⁊ quādo corrūpitur. ſed eſſe generationis eſt ſuū fieri. ergo oportebit ꝙ quādo generatio ꝙ fiet corruptio fiet ⁊ nec priꝰ neqꝫ poſteriꝰ ⁊ ſic idem ſimul generabitur ⁊ corrūpetur. erit et nō erit. Quita ratio in omni generatione oꝫ eſſe materiā ex qua fit illud quod generatur q̄ ſubiciatur motui ⁊ ī qua acquiratur forma geniti. ⁊ iterū requiritur aliquis terminꝰ qui ſit hoc aliquid. ſꝫ generatio nō habet materiā ex qua ſit nec eſt hoc aliquid ergo ipſa nō pōt generari et ſic generationis nō erit generatio. Sexta ratio ſicut ſe habet genus ad generationē ita ſpecies ad ſpeciē. ſꝫ doctrina q̄ eſt quedā generatio nō eſt generatio alterius doctrine. ergo nec generationis eſt generatio. neqꝫ motꝰ eſt per ſe motus. Septima ratio triplices ſūt ſpēs motꝰ ſcꝫ ad quātitatē. qualitatē. ⁊ vbi. ergo ſi motꝰ ſit per ſe motus oportebit vnū illorū eſſe ad alterū ⁊ ſic loci mutatio alterabitur. vel alteratio augebitur quod eſt īpoſſibile. Eſt tn̄ aduertēdū ꝙ tripliciter ꝯtingit aliquid moueri ſcꝫ per accidēs ſꝫ partē. ⁊ per ſe primo. ⁊ lꝫ motꝰ nō ſit motꝰ per ſe tn̄ pōt eſſe per accidēs vt ſi quis ſanetur ⁊ currat ſanatio mouebitur per accidēs ſꝫ de illo motu nō ē hic ad propoſitum.

**Concluſio ſecunda:** Ad actionē ⁊ paſſionē nō ē per ſe motꝰ. probatur quia actio ⁊ paſſio ſūt idē ſubiecto cū motu. ſed motus non eſt motus ergo ⁊c.

**Dubitatur primo. vtrū Ad** quando ſitū ⁊ habitū ſit per ſe motꝰ. R. ꝙ nō patꝫ primo de quando quia quādo debꝫ eſſe ī tēpore ſꝫ tēpus eſt menſura motꝰ ergo eadē ratione qua non eſt motus ad actionē ⁊ paſſionē eo ꝙ pertinet ad motū et ſūt quedā ſucceſſiua. nec eadē ratione ī quādo. 2° patꝫ de ſitu quia ſi eēt motꝰ ī ſitu ille eēt ſꝫ locū aut ergo ille motus eque primo terminabitur ad vbi et ſitum. vel ad vnū per prius et ad reliquū per poſterius. non primū quia idē motꝰ nō poteſt inmediate terminari ad diuerſos terminos. ſi ſecundū vel prius terminabitur ad vbi et ex ꝯſequenti ad ſitum. et ſic ad ſitum non erit per ſe motus. vel primo ad ſitum et ex conſequēti ad vbi ergo ad vbi ſolū erit motus per accidens et non per ſe quod eſt contra omnes phōs ponentes ꝙ ad vbi fit per ſe motus ergo ad ſitū fit per ſe motus quia in mobili prius acquiritur eſſe in loco ꝙ ordo partiū ad totū et ad locū. ideo ſitus ſolum per accidens acquiritur per motum. Tertio patet de habitu quia habitus dicit quandam habitudinē corporis ad hoc ꝙ ſibi adiaceat ergo eadē ratione qua in relacōe non eſt per ſe motus nec in habitu.

**Ad rationes ante oppoſitū**

Ad primam dicitur ꝙ in actione et paſſione non eſt per ſe primo motus contrarietatis. quia due forme non ſunt actiue et paſſiue inter ſe ſꝫ tātū per alterū et ex conſequēti ſcꝫ ratione qualitatum a quibus fiunt. vt calefactio et frigefactio rōe caliditatis et frigiditatis Ad ſecundā dicitur ꝙ lꝫ iſta affectio in mobili cauſata ſequatur motū ſꝫ naturā vt effectus eius. non tn̄ ſꝫ tempꝰ et per modū termini motus ſed ſimul fiunt et deſinunt eſſe motus et talis paſſio. Ad tertiā dicitur ꝙ motus non acquiritur in ſubiecto tanꝙ id quod acquiritur ſed ſolum tanꝙ id quo aliquid acquiritur et de tali non oportet ſemper ꝙ acquiratur per motū. alias eſſet proceſſus ī infinitū. Sequitur textus Quoniā aūt neqꝫ ſubā ⁊c.

**Queritur Quinto Utrum** ſolū ad tria predicamenta ſcꝫ quantitatē qualitatem et vbi ſit per ſe motus Et arguitur ꝙ non quia in quātitate non eſt contrarietas vt dicitur in predicamētis ergo neqꝫ motus. 2° ſic diſtincte ſpēs quantitatis in indiuiſibili conſiſtunt ergo ſꝫ quantitatē diſcretā non eſt motus. ſimiliter quātitas ꝯtinua eſt in infinitū diuiſibilis; ergo non eſt in ea dare minimū ⁊ per conſequens non eſt ibi contrarietas quia contraria maxime diſtare debent ergo ſꝫ quantitatē continuā non eſt per ſe motus. 3° in vbi non eſt ꝯtrarietas ergo neqꝫ motus. antecedens patꝫ quia ſi ſic maxime videretur contrariari concauum celi ex vna parte concauo eiuſdē ex altera parte dyametraliter oppoſito cū illa duo vbi maxime a ſe inuicē diſtēt. ſꝫ duo vbi nō ꝯtrariantur nec fit motus de vno in aliud ergo in vbi nō eſt ꝯtrarietas. In oppꝰ eſt phūs in textu

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ phūs oſtendit ad que predicamēta non eſt per ſe motus. hic ꝯſequēter oſtendit ad que ⁊ quot predicamēta ſit motꝰ ad hūdū diuiſionē eiꝰ. vnde cū motꝰ de quo hic inquiruntur ſpēs ſit de ꝯtrario in ꝯtrariū mutatio que eſt de ſubiecto in ſubiectum ad hoc ꝙ in aliquo genere reperiatur talis motus oportet ꝙ in illo reperiantur contraria habētia ꝯditiones ſupradictas. et quia de ratione contrariorū eſt adinuicē maxime diſtare oportet ꝙ in tali genere ſint reperibiles termini maxime diſtātes inter quos cadat mediū per quod poſſit fieri motus de vno in alterum Eſt tn̄ aduertendum ꝙ non eſt neceſſe huiuſmodi diſtāciā terminorū ſimpliciter vel abſolute ſemper accipere. quia hoc fit ſolū in genere qualitatis ſꝫ ſufficit ꝙ ſit maxima diſtātia in ordine ad aliquā naturā diſtinctā ⁊ determinatā phiſicā vt ī quātitate ꝯtinua. aut ad aliquid extrinſecꝰ vt in vbi.

**Sciendum eſt Secundo.** ꝙ Quantitas ꝯtinua pōt dupliciter ꝯſiderari. vno modo ſꝫ ſe et abſolute. alio modo vt eſt terminꝰ corporis ſiue corporū naturaliū. primo modo ꝯſideratur a logico et mathematico. licet adhuc diuerſimode. et illo modo in quantitate nō reperitur ꝯtrarietas. 2° conſideratur a phiſico. et illo modo in quātitate reperitur ꝯtrarietas et maxima diſtancia terminorū ꝯtrariorū. non tamen ſimpliciter et abſolute ſed in ordine ad aliquā naturā determinatam que ſibi determinat ī materia maxiꝰ in quantitate quod tranſcendere non poteſt. et minimū a quo deficere non poteſt. ideo hoc modo in quantitate eſt ꝯtrarietas ſufficiens ad motum. Ex quo patꝫ ꝙ in quantitate non reperitur contrarietas ſꝫ proprias rationes ſuarū ſpecierū prout continentur ſub genere quātitatis. et propter hoc motus ad quantitatem non habet vnum cōmune nomē ſecundū genus ſed habet nomen ſecundū ſuas ſpecies prout in quantitate reperitur cōtrarietas que eſt imperfecti ad perfectū ſecundū vnam et eandē eſſentiā quātitatis. ⁊ ita motꝰ qui eſt ad perfectā quātitatē dicitur augmentꝰ. ſi vero ex hac decrementꝰ

**Sciendū eſt tercio: ꝙ In** genere vbi non reperitur contrarietas ſecundum proprias rationes aliquarū ſuarū ſpecierū. nec etiam ſꝫ aliquod quod ſit aliquo modo pertinens ad ipſas ſpēs. ſed dumtaxat in ordine ad motū grauium et leuiū corporū reperiuntur in vbi duo termini maxime diſtantes. ſi enim vt arguitur antecedens oppoſitū in vbi attenderetur contrarietas ſꝫ maximam diſtantiam ſimpliciter ⁊ abſolute tunc magis contrariaretur concauū concauo celi dyametraliter oppoſito ꝙ concauū medio mundi. quia ergo in vbi attenditur contrarietas per habitudinē ad aliquid quod eſt extrinſecū ipſi graui vbi non nominatur motus ad vbi nec ſꝫ genus nec ſꝫ ſpeciem. licet ſꝫ aliquos vocetur latio ſed hoc nomen non eſt ſatis cōmune quia ſolū ferri dicuntur illa in quorū poteſtate nō eſt ſtare ſine ceſſare motū quia ſcꝫ a ſeipſis nō mouentur ſꝫ ab aliis.

## Sciendum eſt Quarto ꝙ
in genere qualitatis reperiuntur aliqúe ſpecies
ad inuicem contrarie ſꝫ ſuas ꝓprias rationes
ſecundu3 quas reponunt ſub genere qualitatiſ
ideo motus ad qualitatem habet nomem cōe
ſumptum ſecundū genus qualitatis ſcꝫ nomē
alterationis quod huic generi qualitatis allu
dit. nam proprie illa altera ri dicunt que diffe
runt ſecundū qualitatem. et hic capit qualitas
non ꝓ differēcia ſubſtanciali que in quale ꝑdi
catur. ſed ſolū pro qualitate que nata eſt infer
re paſſionem vel inferri a paſſione. quia vt po
ſtea videbit ſꝫ qualitatē de tertia ſpecie ſolu3
eſt alteratio. Et ſi queratur qualiter vocet motus
qui eſt ſꝫ eandem ſpeciē qualitatis de magis
in minus vel econtra quia poſſet credi ꝙ redu
ceretur ad motū augmenti vel decrementi. Re
ſpondet Ariſtot. ꝙ vocat alteraͦ quia omnis
motus de contrario in contrariū ſꝫ qualitatē
eſt alteraͦ. mō talis motus eſt de ꝯtraria qua
litate in contrariam ſed non ſimpli ſed in reſpe
ctu et ſecundu3 quid. quia in qualitate cauſat
ex permixtione contrarii et magis ex ſeparacōe
a contrario. ideo quod ad magis ſꝫ qualita
teꝫ accedit recedit a ꝯtrario. quod vo ad minꝰ
tendit in contrariu3. Ex quibus patet qualiter
denominent motus qui ſunt ad illa ꝑdicamen
ta. Et tunc ſic Ponit concluſio.

## Concluſio prima ꝙ Solum
ad quantitatem qualitatem et ad vbi eſt ꝑ ſe
motus proprie dictus. patet quia in iſtis generi
bus reperitur cōtrarietas ſufficiens et requiſita
ad motum et ſolum in hiis vt patet ex ꝑceden
tibus quia in aliis ſeptem generibus non repe
ritur ergo ſolum ad illa tria eſt ꝑ ſe motus.

## Concluſio ſecunda Tantu3
ſunt quattuor ſpecies motus ꝓprie dicti. patet
quia omnis motus vel eſt ad formā vl ad vbi
ſi ad vbi non habet nomen impoſitum necſꝫ
genꝰ nec ſꝫ ſpēꝫ. ſed vocat loci mutatio Quis
non proprie dici debeat motꝰ ad locum quia
locus eſt extrinſecus mobili et etiā locus eſt im
mobilis. Si ad formam hoc eſt dupliciter. vel
ad ſubſtancialem vel accidentaleꝫ. non ad ſub
ſtantialē quia in ſubſtantia non eſt ꝑ ſe motus
ſi ad accidentalem vel ad reſpectiuā vel ad ab
ſolutā. non primū quia ad aliquid nō eſt ꝑ ſe
motus. Si abſolutā. vel fit ad qualitatem ꝛ ſic
eſt alteraͦ. vel ad quantitatē et hoc dupliciter
vel ad ꝑfectaꝫ et ſic dicitur augmentaͦ vel ad
imperfecam et ſic dicitur diminutio.

## Dubitatur Quot modis
dicitur immobile quia cū mobile immobili op
ponatur et oppoſitoꝝ ſit eadem diſciplina. con
uenienter agitur de modo immobilis ſicut de
modo mobilis ꝛ motus. Reſpō dicit ꝙ immobile
dicitur tripliciter. vnoͦ ꝑ negacōeꝫ actus et po
tencie quod ſcꝫ omnino impoſſibile eſt moueri
vt deus eſt immobilis et ſonꝰ eſt inuiſibilis q2
non eſt de genere viſibiliu3. 2ͦ dicit immo
bile quod vix aut tarde mouetur. ſiue poſtꝙ in
cepit moueri vt claudus. ſiue quod vix incepit
moueri vt mons vel ſaxum. 3ͦ dicitur imobile
quod natu3 eſt ñ moueri. et hoc ſolu3 imobile
dicit quieſcens. ex quo patet quid ſit quies. eſt
enim priuatio motus in mobili vbi quando et
ſꝫ quod natum eſt moueri. Ex iam habitis
in hoc libro patet quid ſit motꝰ. quid ſit quies
et quot ſunt ſpecies motus. ꝛ quot mutationis
et quales et quot ſunt modi immobilis. Ra
tiones ante oppoſitū iam ſolute ſunt ex dictis.
Sequit textus Poſt hec autē dicamꝰ ꝛc

## Queritur ſexto. Vtrum
omnia continua ſint tangentia et tangentia cō
ſequēter ſe habentia et nō econtra. et arguitur
ꝙ non quia non omniū ꝯtinuoꝝ vltima ſunt
vnum et tangentiū vltima ſunt ſimul. ſꝫ illa q̄
ſunt vnum non dicunt ſimul ergo ꝯtinua non
ſunt tangencia. 2ͦ ſic omnia conſequenter ſe
habentia ſe habeant ſicut prius et poſterius. ſed
in tangentibus vnum non eſt prius alio cu3 tā
gentia ſint ſimul gͦ non omnia tangentia ſunt
ſequenter ſe habentia. ad oppoſitum arguitur
ꝑ phūm in textu. Pro reſponſione

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt
ꝙ phūs in precedenti tractatu inquiſiuit de di
uiſione motus et mutationis in ſuas ſpecies
ꝯñter in hoc tractatu 2ͦ agit de vnitate motꝰ
et de cōtrarietate motus ad motū et ad quietē
et quietis ad quieteꝫ. et quia ad cognoſcendū
vnitatem motus et etiam multa que in ſexto li
bro dicentur neceſſe eſt cognoſcere intentiones
ſicut rationes quarundaꝫ intentionū que ſunt
ſimul ſꝫ locum extractim ſiue ſeparati3 tange
re medium conſequenter habitum et continuū
ideo phūs ꝑmittit diffinitionem iſtoꝝ. vbi

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ
ſimul ſecundum locum dicūtur quecunqꝫ ſunt
in vno loco primo. vnde adhoc ꝙ aliqua ſint
ſil ſꝫ locū non ſufficit ea eſſe in eodē loco cōi
alis oīa q̄ ſunt i mūdo eēnt ſil. ſꝫ oꝫ ea eē i eodē
loco ꝓprio nō quidē ꝓprio vni q2 tunc eſſet pe
netratio dimenſionum et duo corpora eſſent v
num corpus ſed in loco proprio ambobus. et
ꝑ oppoſitum ſimul ſeparatum ſꝫ locu3 dicunt
quecunqꝫ ſunt in alio et alio loco. ſed tangere
vel tangentia dicuntur quoꝝ vltima ſunt ſiml
ꝑ carentiā cuiuſcunqꝫ medii. que alio nomine
dicunt contigua quaſi ſimul tangentia.

## Sciendum eſt Tertio ꝙ
medium dicit in quod aptum natu3 eſt prius
pertingere ſꝫ naturam continue mutans ꝙ in
vltimu3 quod mutat. i. in quod mutatur quia
omnis motus eſt de termino in terminu3 ꝑ me
dium. et in medio eſt motus et non in termino
quia in vltimo eſt finis motus et in primo inci
pit. et vltimū in motu eſt contrarium primo. et
dicitur aliquid continue motū cum nichil aut
pauciſſimū deficit rei ꝛ nō tēporis. vnde omnis
interruptio temporis interrumpit continuitatē
motus. ſꝫ nō oīs interruptio rei. i. ſpacii in qͦ
eſt motus. ſi enim poſt ypatum. i. primā cordam
cithare tangatur vltima dum tū ſonus vltime
iungatur ſono prime non fit interruptio ſoni ſꝫ
aliquo modo rei ſupra quam fit motus. ſimlr
ſupra lapides ſeparatos poteſt aliquid moueri
continue. Et quia dictū eſt ꝙ vltimu3 in motu
eſt ꝯtrariu3 primo quod poſſet eſſe dubium de
motu locali. iō diffinit ariſtoteles cōtraria ſꝫ
locum ſunt que ſecūdu3 rectitudinē plurimū di
ſtant. et dicit ſꝫ rectitudinē quia inter duo pū
cta ſola linea eſt certa quia inter ipſa non pōt
fieri niſi vna recta tantū et pūt fieri infinite cur
ue. modo omnis mēſura debet eſſe certa et fini
ta. et debet attendi contrarietas loci non ſecun
du3 ſimplicē eſſentiā loci. ſed ꝑ habitudinē ad
mouentia et mobilia que mouentur ſecundu3
ꝙ ibi eſt maxima diſtātia reſpectu virtutis mo
uentis vel nature mobilis. vt centꝝ et concauū
celi maxime diſtant quo ad mouētia naturalia

## Sciendum eſt Quarto ꝙ
conſequēter dicit quod eſt poſt primū poſitiōe
vel ſpecie ſine medio eiuſdem generis. vt vna li
nea ſequens aliaꝫ ꝯſequenter ſe habet ad ipſaꝫ
et vnitas ad vnitatē et domus ad domum qū
non eſt mediū vel ſi ſit non eſt eiuſdem generis
vnde ad cōſequenter requiritur ꝙ ſit poſterius
quia prius non dicit ꝯñter ad poſterius. nec v
num nō eſt ꝯñter duobus ſꝫ econtra. 2ͦ ꝙ ñ
ſit mediu3 eiuſdeꝫ generis. ſed habitum dici
quod eſt ꝯñter cum tangit aliud. vnde habi
tum eſt ſpecies conſequenter quia ſecludit omē
mediū tam eiuſdeꝫ generis ꝙ alterius ab hiis
que habita dicuntur Ex dictis infert phūs ꝙ
omne mediu3 eſt inter contraria quia medium
eſt per quod fit motus ſed omnis motus eſt in
ter ꝯtraria vel cōtradictoria et in ꝯtradictoriis
nichil eſt medium gͦ eſt in contrariis.

## Sciendum eſt Quinto ꝙ
continua ſunt quoꝝ vltima ſunt vnu3 ꝯtinuū
hoc autem ſonat nomen continui quia dicitur
a continendo. i. ſimul tenēdo quod tñ fieri non
poſſet ſi vltima eſſent duo. vnde eo modo quo
vltima poſſunt fieri vnu3 eodē modo illa dicū
tur continua. ſi eni3 illa vltima fiant vnu3 ſim
pliciter fit continuu3 ſimpliciter. et ſi fiat vnum
colligatione vel tactu ſic fiet continuū capien
do large continuū ꝓut ſe extendit ad contiguū
ſed ad continuu3 ſimpliciter oportet ꝙ vltima
ſint vnum ſimpliciter. Tunc ſit

## Concluſio prima ꝙ Diffini
tiones intentionu3 ꝑdictaru3 prius poſite ſunt
ſufficienter aſſignate. probatur quia ſufficienter
explicant naturam ſuorum diffinitorum.

## Concluſio ſecunda. omnia
tangentia conſequenter ſe habent et omnia cō
tinua ſunt contigua ſed non eſt econtra. primū
patet quia in ſeparatis a materia ꝛ in numeris
reperit conſequenter. ſed non reperiuntur tan
gentia. ſed ſemper in tangentibus vnu3 ſequit
aliud et non habent mediū eiuſdeꝫ generis. ſe
cunda pars patet quia quorumcunqꝫ vltima
ſunt vnum etiam illa vltima ſunt ſimul cū idē
non ſit ſeparatu3 a ſeipſo ſed non econtra. ergo
omnia continua ſunt contigua ſed nō econtra
Ex quibus infert phūs contra Platonē ꝙ ſi v
nitas ꝛ punctus eſſent ſeparata a rebus ſenſibi
libus vt Plato poſuit adhuc vnitas non eſſet
punctus. pat3 quia punctꝰ eſſet de genere illoꝝ
que ſe tangunt ſcꝫ de genere magnitudinū. vni
tas vero non. licet ſit de genere illoru3 quibus
eſt conſequenter ſcꝫ numeroꝝ. 2ͦ patet quia in
ter quecūqꝫ duo pūcta cadit linea intermedia
et ſic inter pūcta cadit mediu3. ſꝫ inter quaſcun
qꝫ vnitates non ſemper cadit mediu3. ſicut nō
eſt mediū inter dualitateꝫ et vnitateꝫ et ſic vni
tas non eſt punctus.

## Ad rationes ante oppoſitu3
Ad prima3 dicitur ꝙ ſi capiatur ſimul vt dicat
habitudineꝫ aliquoꝝ diſtinctoꝝ in actu ſic vl
tima ꝯtinuorū non ſunt ſimul. ſed ſi dicat habi
tudinē diſtinctoꝝ in potentia vel eiuſdeꝫ ad ſe
ipſum vt capitur in ꝓpoſito illa vltima ſunt ſil
Ad ſecunda3 dicit ꝙ licet tangentia ſint ſimul
in loco ꝓprio ambobꝰ non tamē in loco ꝓprio
vni eoꝝ. ideo ſecundū loca propria cuilibet poſ
ſunt dici prius et poſterius. ideo reſpectu diuer
ſoru3 dicuntur ſimul eſſe habere conſequenter.

## Queritur ſeptimo: vtrum
Ad vnitatē motus requiratur vnitas mobilis
vnitas termini ad quem et vnitas temporis.
Arguitur ꝙ non quia ſi canis vnus cadat de

oꝛſum et cadendo deoꝛſum moꝛiatur totus ille motus eſt vnus et continuus et tamen mobile non eſt vnum in toto motu.igitur. 2°ſic ſi aliquis poſt curſum incipiat febꝛicitari ideꝫ erit inſtans quod erit finis curſus et pꝛincipium febꝛicitationis.ergo curſus et febꝛicitatio erunt vnꝰ motus continuus et tamen ibi non erit vnitas termini ad quem.ergo. 3°ſic tempus ē extrinſecum motui.ergo vnitas ſimpliciter motus nō requirit vnitatem tempoꝛis.ergo.⁊c̄. Ad oꝫ arguitur per pꝛiloſophum dicentem.Tria enim ſunt ſecundum naturam ſꝫ que dicimus motū vnum.quod.in quo et quando. Pꝛo reſponſione.

## Sciendum eſt pꝛimo ꝙ poſi

tis rationibus quarūdā intentionuꝫ valentibus ad vnitatem et diuerſitatem motus cognoſcendas.cōſter pħūs determinat de vnitate et diuerſitate motus.Et pꝛimo de vnitate et diuerſitate motus ſecundum ſubſtātiam. Et ſecundo de quibuſdā modis vnitatis et diuerſitatis motus ſecundum accidens.et:cōſter de quadā ſpē diuerſitatis ſcilicet de contrarietate motus ad motum. Et in pꝛeſenti queſtione ſolum videbitᷣ de vnitate et diuerſitate motus ſꝫ ſubſtātiaꝫ.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

motus ſecundū ſubſtātiā tripliciter dicitᷣ vnꝰ ſicut et ipſum vnuꝫ ſcꝫ genere ſpē et numero.nā vnitas motus vel ſumitur ab eſſe motus et ſic eſt vnitas numeralis.vel ab eſſentia et hoc dupliciter.q2 vel a pte eſſētie ⁊ ſic eſt vnitas ſꝫ genus vł a tota eſſentia ⁊ ſic ē vnitas ſꝫ ſpēꝫ.

## Concluſio pꝛima ꝙ illi mo

tus dicuntᷣ vnus ſꝫ genus qui terminantᷣ ad foꝛmas eiuſdeꝫ generis pꝛedicamentalis. et ſic omnes motus locales ſunt vnus in genere.ſed motus localis et alteratio differunt genere pꝛobatᷣ quia motus diſtinguitᷣ ſꝫ diſtinctionē ſui termini ad quem.et ab illo termino capiūt vnitatem et diuerſitatem. ergo illi motus qui ſunt ad eūdeꝫ terminū in genere ſunt vnus ſꝫ ſpēꝫ.

## Concluſio Secunda. vnitas

motus ad motuꝫ ſꝫ ſpeciem ſumitᷣ ab vnitate foꝛme ad quā eſt motus ſecundum ſpeciem indiuiſibilem in alias ſpecies. Pꝛobatur ſicut pꝛecedens.Unde omnis dealbatio omni dealbationi eſt vna ſpecie.ſed dealbatio et denigratio ſpecie differūt. Ex quo ſequitur ꝙ ſi aliqua foꝛma ſit ſpecies et genus.motus cōuenientes in illa foꝛma ſunt vnus in ſpecie non ſimpliciter ſed ſecundum quid. Sed argueretᷣ ꝙ ſi concluſio ſit vera magis videretᷣ ꝙ motus qui fuerit ad eundem terminū in numero eſſent vnus motus in ſpecie. cum igitur ad eundem locum in numero poſſint fieri plures motus per coꝛdam et per arcum.ſequitur ꝙ motus circularis et rectus eſſent vnus motus ſecundum ſpeciem Reſpondet ariſtoteles ꝙ ad vnitatem motus ſꝫ ſpēꝫ non eſt ſolum attendēda ydentitas ſiue vnitas termini ad quē motus.ſed etiam ſpacii vel medii in quo fit motus.cum ergo rectum et circulare ſecundū ſpeciem differant illi duo motus de quibus eſt facta mentio ſunt differentes ſecundum ſpeciem.

## Concluſio Tercia Ad vnita

tem numeralem motus que eſt vnitas ſimpliciter requiritur vnitas mobilis tēpoꝛis et termini ad quem. Pꝛobatur quia vnum ſimpliciter vel dicitur vnum indiuiſibilitate vel continuitate. ſed motus non dicitur vnus indiuiſibilitate cū omnis motus ſit diuiſibilis. ergo dicitur vnus continuitate.et per cōſequēs motum eſſe vnum ſimpliciter eſt ipm̄ eſſe continuum.ſed ad continuitatem motus illa tria requiruntur. ergo ad vnitatē numeralem motus. Minoꝛ pꝛobatur. nam continua ſunt illa quoꝛū vltima ſunt vnū ſed diuerſe foꝛme ſecundū quas eſt motus non poſſunt eſſe vna.et ad continuitatē motꝰ requiritur ꝙ foꝛma ſecundū quā foꝛma eſt motus ſit vna et eadem.ſimiliter omis motus habet pꝛincipium medium et finē.in tempoꝛe et eſt pꝛopoꝛtio tempoꝛis ad motum in ſubſtantia et eſſe vt dictū eſt in 4°ergo ad continuitatem motus requiritur vnitas tempoꝛis.et hec vnitas tēpoꝛis attenditur quando non interrūpitur tempus in quo fit motus per quietē intermediā . deficiēti enim tempoꝛe neceſſe eſt mobile quieſcere.ſimiliter quia omne accidens numeratur a numeroſitate ſui ſubiecti. ideo ad vnitatem numeralem motus requiritur vnitas mobilis quod eſt ſubiectum eius.et non ſufficit vnitas mobilis ſecūdum accidens tantum. ideo dealbatio que eſt in coꝛiſco non eſt vna ſecundū numerum cū denigratione que eſt in coꝛiſco albo.quia coꝛiſcus albus eſt tantū vnum mobile ſecundū accidēs Nec ſufficit vnitas mobilis ſecundū ſpecieꝫ vel ſecundū genus quia poſſibile eſt duos homies eadem ſanatione ſecundū ſpeciē ſanari.non tū eadem ſanatione ſecundū numerū.ideo requiritur vnitas mobilis ſimpliciter et per ſe ſecundū numerū.. Sed hic ſecūdū Ariſtotelem.

## Dubitatur.ſi Socrates pꝛi

us alteretur aliqua alteratione et poſtea ceſſet. et deinde reincipiat alterari eadem alteratione in ſpecie.vtrum poſterioꝛ alteratio ſit vna in numero cū pꝛima. Rꝫ.ꝙ ſi poſſibile ſit coꝛruptum idem in numero reiterari erit vna cum pꝛima.ſi vero non ſit poſſibile non erit vna.modo ſecūdum naturam non eſt poſſibile coꝛruptum ideꝫ





numero reuerti ideo ille alterationes non erunt vna alteratio ſecundum numerum.

## Dubitatur Secundo. vtruꝫ

ſit eadem ſanitas in homine de ſero que fuit in mane ſuppoſito ꝙ nō veniat egritudo.Si dicatur ꝙ ſic cuꝫ ſubſtācia hominis ſit in cōtinuo fluxu ⁊ in cōtinua mutatione tunc pari ratione poſſet dici ꝙ ſanitas amiſſa per egritudinem et iterum recuperata eſſet vna ſanitas in numero. Et ſimiliter itineratio interrupta per quietē.
Hoc dubium non ſoluit Phūs in hoc paſſu q2 queſtiones de eodē ⁊ diuerſo ad methaphiſicū pertinent. Sꝫ eam ſoluit Albertus diſtinguens de duplici ſubiecto ſanitatis.quoddaꝫ ē cōmune ⁊ mediatum ſecūdum partes materiales coꝛpoꝛales de quibus veruꝫ eſt ꝙ cōtinue fluunt ⁊ refluūt.Aliud eſt pꝛopꝛiuꝫ ⁊ immediatum ſecūdū partes foꝛmales coꝛpoꝛis ⁊ ſic non ſunt in continuo fluxu.ideo bene eſt eadeꝫ ſanitas in numero de mane ⁊ ſero ſi non interuenerit egritudo. Nec ſequitur ꝙ ſanitas amiſſa ⁊ recuperata ſit vna numero.quia per cōtrariū ſēſuꝫ per egritudinem interueniētem interruptum eſt eſſe ſanitatis.Nec ſequitᷣ ꝙ alteratio pꝛioꝛ ⁊ poſterioꝛ ſint vna ſi fuerit interruptio per quieteꝫ.quia per talem quietem interueniētem eſt actualiter diuiſa alteracio pꝛioꝛ a poſteriori. Hec autem dubitacio oꝛtuꝫ habet ex dicto Eracliti ponentis omia naturalia eſſe in continuo fluxu ⁊ mutatione et nichil in ipſis eſſe permanens.ex quo inferebat ꝙ de naturalibus non eſt ſciēcia.ſed hec poſitio eſt falſa.vt patuit in pꝛimo libꝛo.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad pꝛimaꝫ dicitur ꝙ aliqui antiqui dicunt ꝙ canis nō mouetur deoꝛſuꝫ inquātum canis.ſꝫ ſecūdum ꝙ eſt coꝛpus graue.⁊ licet coꝛrumpatur canis manet tamen idē coꝛpus graue.⁊ ſic manet idem ſubiectum pꝛopꝛium motus.Ideo dicunt illum motum eſſe cōtinuuꝫ.Sed hec reſpōſio impꝛobatur quia licet nō moueatur deorſū vt eſt canis ſed vt coꝛpus graue.tamen dūꝫ coꝛrumpitur canis nō manet ideꝫ coꝛpus graue numero ideo nō poteſt eſſe idem motus numero ꝓpter qđ dicitur ꝙ motꝰ canis viuentis ⁊ motus canis moꝛtui nō ſunt vnus motus numero nec eſt motus cōtinuus ſimpliciter ſed ſoluꝫ eſt continuitas ex parte tempoꝛis ſed illi motus dicūtur habitꝰ vel conſequenter ſe habentes.
Ad ſecundaꝫ dicitur ꝙ licet idem inſtans tēpoꝛis ſit finis tempoꝛis menſurātis curſum ⁊ punctum alterius ꝙ menſurat febꝛicitationē. tamen nō eſt idem terminus itriſecus cōmunis reſpectu curſus ⁊ febꝛicitationis ſi vnum ſtatim incipiat poſt alterum. Ad terciam dicitur ꝙ tēpus non eſt penitus extrinſecum omni motui quia idem ſecundum ſubſtanciam cauſat motum et tempus. Nam vnitas pꝛimi mobilis agit motū ⁊ vnitatem motus ⁊ conſequēter agit tempus et vnitatem tempoꝛis.eſt etiam pꝛopoꝛtio tempoꝛis ad motum ⁊ quātum ad ſubſtanciam ad ēē ideo tempus menſurat motum ſecūdum id qđ eſt ſecūdum durationem eius.ideo ad vnitateꝫ numeralem eius aliquid facit vnitas tempoꝛis ⁊ quia pꝛimus motus eſt in omnibus aliis vt cauſa in effectu. ideo tempus non eſt oino extrinſecum aliis motibus.ideo ad vnitatem numeralem motus facit aliquod tempus ⁊ non ſoluꝫ vt ſignificatuꝫ vt aliqui voluerūt dicere ⁊c̄.

## Queritur Octauo: vtrum

Sit poſſibile aliqua ſpecie differencia ad inuicem continuari. Arguitur ꝙ ſic.albedo ⁊ nigredo ſpecie differunt ⁊ tamen ad inuicem continuātur quando ſunt in eodē ſubiecto continuo ergo ⁊c̄. 2° ſic. foꝛme ſubſtanciales differentes ſecundum ſpeciem continuantur vt virga ꝓ media parte viridis ⁊ ꝓ media parte crocea g° differencia ſpecie poſſunt ad inuicem continuari. Ad oppoſitum arguitur per phūm dicentē motus ſpecie differentes ad inuicem continuari non poſſunt quia differencia ſpecie nō poſſūt facere vnum. Pꝛo Reſponſione.

## Sciendūꝫ eſt pꝛimo. ꝙ Con

tinuitas pꝛimo ⁊ per ſe quātitati conuenit. ⁊ ſi in aliqua re alterius generis reperitur hoc eſt per accidens quia eſſencie pꝛedicamentoꝛum ſunt impermixte.quia ſi albedo vel aliqua alia foꝛma dicatur continua vel extenſa hoc erit ſolum per accidens videlicet ad continuitatem vel extenſioneꝫ materie in qua eſt .quare dicit Ariſtoteles ꝙ ad inuicem aliqua cōtinuari non poſſe contingere poteſt duplici de cauſa.nam cum continuū ſit cuius vltima ſunt vnuꝫ ad hoc ꝙ aliqua poſſint cōtinuari opoꝛtet ꝙ habeant vltima quod nō contingit in īdiuiſibilibus nec qualitatibꝰ aut foꝛmis ſubſtancialibus niſi per accidens.
2° requiritur ꝙ illa vltima ſint vniuoca id ē nomine ⁊ ratione generis ita ꝙ ſint eiuſdem ſpeciei quia alias ex ipſis non poſſet fieri vnuꝫ ſimpliciter.ideo dicit textus ꝙ linea ⁊ ambulatio cōtinuari nō poſſūt lꝫ habeāt eadē vltima q2 nō ſunt vniuoca.ſed que habēt eadeꝫ vltima ſi genere aut ſpecie differant illa poſſunt eſſe habita vel conſequenter ſe habencia ſicut curſus ⁊ febꝛicitatio qui ſunt motus genere differentes Tunc ſit.

## Concluſio pꝛima. Differen

cia ſpecie non poſſunt ad inuiceꝫ per ſe cōtinuari ⁊ ſimpliciter ſed tantuꝫ per accidens ⁊ ſecūdū

quid. Primum patet quia continua ſunt quoꝝ
vltima ſunt vnum. modo diuerſoꝝ ſecundum
ſpeciem vltima non poſſunt eſſe vnum ſimplici
ter. Secunda pars patet per rationes ăte op
poſitum. albedo enim ⁊ nigredo exiſtentes in v
no ſubiecto continuo licet per ſe non continuĕꝛ
quia non habent per ſe vltimă. tamen continu
antur per accidens ratione ſue extenſionis que
conuenit eis ad extenſionem ſubiecti. ⁊ ſic albe
do ⁊ nigredo non faciant vnum ſimpliciter.
Sed tantum faciunt vnum per extenſiones
earum quas habent ⁊ per accidens ſunt indiui
ſe ſicut ⁊ extenſio ſubiecti. ⁊ ſimiliter forme ſub
ſtanciales ſpecie differentes non ſunt per ſe con
tinue. ſed ſecundum extenſionem eaꝝ quaꝫ ha
bent per accidens poſſunt eſſe continue quădo
ſunt adeo imperfecte ꝙ vna non diſtinguit na
turam quam informat proprijs terminis a ma
teria alterius. Sꝫ circa textum.

## Dubitatur primo. vtruꝫ mo

tus irregularis ſit vnus. Arguitur ꝙ ſic quia ꝯ
tingit aliquem motum irregularem eſſe continu
um ergo ſimiliꝛ vnum. Pro reſponſione. Sci
endum eſt ꝙ aliqui ponunt differentiam inter
motum vniformem ⁊ regularem per hoc ſcilicꝫ
ꝙ vniformis attenditur ex parte mobilis. quă
do ſcilicet omnes partes mobilis equa veloci
tate mouentur. ideo dicunt ꝙ impoſſibile eſt ali
quod corpus ſpericum moueri vniformiter qꝛ
ptes ꝓpinq̃ polis ſemꝑ tardius moueren̄tur ꝙ̃
remotiores. ſed regularitas in motu attenditur
ex parte temporis in quo fit motus quando ſcꝫ
motus eſt eque velox in vna parte temporis ſi
cut in alia. Sꝫ Ariſtoteles in preſenti capitulo
nullam facit mentionem de differencia inter v
niformitatem ⁊ regularitatem. ſed dicit ꝙ vni
formitas ⁊ regularitas in motu ex duobus attĕ
di poſſunt ſcilicet ex parte magnitudinis ſupra
quam eſt motus ⁊ hoc in motu locali. ⁊ ſecun
dum hoc dicit ꝙ impoſſibile eſt motum regula
rem fieri ſupra magnitudinem irregularem. ⁊ di
citur magnitudo regularis cuius omnes partes
ſe inuicem conſequũtur ſecundum eădeꝫ diſpo
ſitionem vt eſt magnitudo pure recta aut pure
circularis. ⁊ per oppoſitum dicitur magnitudo
irregularis vt ē magnitudo reflexa vel obliqua.
Alio modo attendi poteſt irregularitas in mo
tu ex parte mobilis ſecundum ꝙ poteſt velociꝰ
vel tardius moueri ⁊ ſecundum hoc motus re
gularis dicitur cuius eſt eadem velocitas in to
to motu. ⁊ irregularis per oppoſitum. ⁊ hoc mo
do attendendo regularitatem in motu in omni
ſpecie motus reperiri pŏt regulare ⁊ irregulare

## Sciendŭ eſt ſecundo ꝙ Du

plex poteſt attendi vnitas in motu ſcilicet ſecun
dum ſubſtanciam motus. ſecundum quam mo
tus dicitur vnus genere ſpecie vꝉ numero vt vi
ſum eſt in queſtione precedenti. Alio modo
poteſt attendi vnitas ſecundum aliquod acci
dens conſequens motum ⁊ ſic contingit motuꝫ
qui eſt vnus ſecundum ſubſtanciam habere in
ſe ipſo aliquam diuerſitatem accidentalem.
Reſpondetur ergo ad dubium ꝙ licet aliquis
motus irregularis ſit vnus ſecundum ſubſtanci
am inquantuꝫ eſt continuus ⁊ habet omnia re
quiſita ad vnitatem motus. eſt tamen minus v
nus quam regularis. probatur quia motus irre
gularis habere poteſt in ſuis partibus aliquam
diuerſitatem accidentalem pro quanto in vna
parte eſt velocior ⁊ in altera tardior. ⁊ hoc mo
do attendendo irregularitatem ſecundo modo
vel etiam pro quanto in vna parte eſt rectus et
in alia reflexus vel obliquus attendĕdo irregu
laritatem. Primo modo ſcilicet quantum habꝫ
de diuerſitate tantŭ deficit ab vnitate. ergo mo
tus irregularis eſt minus vnus ꝙ̃ regularis qꝛ
regularis eſt vnus ſecundum ſubſtanciam ⁊ ac
cidens. alius vero ſecundum ſubſtanciam tan
tum. Ex dictis infertur ꝙ motus primi mobi
lis eſt maxime vnus. quia regulariſſimꝰ eſt vtro
qꝫ modo attendendo regularitatem. ⁊ etiam ꝑ
fectiſſimus. ergo eſt maxime vnus. conſequĕcia
tenet quia vt dicitur in textu. ſicut ſe habet ali
quid ad eſſe perfectum ita ad eſſe vnum. ideo ſi
aliquis motus ſit inperfectus ꝙ̃uis ſit continu
us. tamen non eſt vnus ſimpliciter. ⁊ ſecundum
hoc attenditur tercius modus vnitatis motus
ſecundum ſubſtanciam. Ex concluſione patent
duo modi vnitatis in motu qui ſumuntur ſecŭ
dum accidens. Ex iſtis infert Ariſtoteles duo
correlaria. Primuꝫ eſt ꝙ velocitas aut tarditas
nŏ ſunt ſpecies aut differencie motꝰ. quia in ŏ
ni ſpecie motus poſſunt reperiri velox ⁊ tardum
modo ſpecies ⁊ differencia alicuius generis nŏ
reperiuntur in ſpecie alterius generis. ergo non
ſunt ſpecies nec differencie motus. ſed ſunt qui
dam modi accidentales ſeu paſſiones motuum
conſequentes. Secundum eſt ꝙ velocitas et
tarditas non ſunt grauitas ⁊ leuitas. quia velo
citas ⁊ tarditas reperiuntur in omni motu. ſed
grauitas ⁊ leuitas ad determinatos motus ſe
habent vt ſatis notum eſt. ſcꝫ ad motus graui
um ⁊ leuiuꝫ. Ex omnibus iſtis patent modi vni
tatis ⁊ diuerſitatis motus tam ſecundum ſub
ſtanciam ꝙ̃ ſecundum accidens.
Ad rationes ante oppoſitum Patet ſolutio
ex dictis.

## Queritur Nono: vtrum

Motus contrarietur motui et quieti et quies
quieti. Arguitur ꝙ non. quies eſt priuatio mo
tus. ergo non contrariatur motui. 2º ſic tan
tum vnum vni contrarium eſt. ergo ſi motus ꝯ
trarietur motui non contrariabitur quieti. 3º
ſic. quies eſt priuacio. ſed priuatio priuationi
non contrariatur. ergo quies non eſt contraria
quieti. Ad oppoſitum arguitur per phŭꝫ in
textu. Pro reſponſione.

## Sciendŭ eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ̃ Ariſtoteles tractauit de vnitate ⁊ diuerſitate
motus. Conſequenter agit de contrarietate mo
tus ad motum ⁊ quietis ad quietem ⁊ quietis
ad motum. ⁊ hoc facit quia cōtrarietas eſt que
dam ſpecies diuerſitatis.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Contrarietas motuum poteſt quinqꝫ modis y
maginari. Primo ꝙ illi motus dicantur con
trarij quoꝝ vnus eſt ab vno termino ⁊ alter eſt
in eundem terminum vt motus qui eſt de ſani
tate contrariatur illi qui eſt in ſanitatem. Se
cundo modo ꝙ illi ſunt contrarij qui ſunt ex ter
minis contrarijs vt qui eſt ex ſanitate illi qui ē
ex egritudine. Tercio modo ꝙ illi ſint contra
rij qui ſunt ad terminos contrarios vt qui eſt ī
ſanitatem illi qui eſt in egritudineꝫ. Quarto
modo vt illi contrarientur qui ſunt de vno con
trario in aliud contrarium vt qui eſt in ſanita
te et qui eſt in egritudine. Quinto modo ꝙ
illi contrarientur qui ſunt de terminis contrarij
is in terminos contrarios. vt qui eſt ex egritudi
ne in ſanitateꝫ ei qui eſt ex ſanitate in egritudi
nem. vnde ſolum his quinqꝫ modis poteſt y
maginari contrarietas motuum. Tunc ſit.

## Concluſio prima. motus

non habet contrarietatem eo ꝙ ſit de termino
contrario ad terminum contrarium. patet quia
ſic vnus ⁊ idem motus ſcꝫꝰ rem eſſet ſibi cōtra
rius. conſeq̄ntia tenet quia vnus ⁊ idem motꝰ
ſecundum rem eſt de contrario in contrariuꝫ ter
minum. licet ſit alius ſecundum eſſe ſecŭduꝫ ꝙ
eſt a termino a quo ⁊ ſecundum ꝙ eſt in termi
num ad quem. ergo motus non poſſunt dici ꝯ
trarij quia terminus a quo vnius contrariatur
termino ad quem alterius.

## Concluſio Secunda. motus

non debent dici contrarij eo ꝙ ſunt ex terminis
contrarijs. probatur quia motus tendentes in
eundem terminuꝫ non contrariantur. ſed motꝰ
qui fiunt ex terminis contrarijs vt ex albo et ni
gro quandoqꝫ tendunt in eundem terminum
vt in rubeum. ergo ⁊c̄. 2º in omni motu abi
citur terminus a quo ⁊ acquiritur terminus ad
quem. ergo motus incipientes a terminis con
trarijs ſunt deſtructiui huius contrarietatis. 3º
non debent dici contrarij propter contrarietateꝫ
terminoꝝ a quibus ſunt. 3º contrarietas ē
oppoſitio ſecundum formam ⁊ ſpeciem. ſed ad
ſpeciem requiritur terminus a quo ⁊ terminus
ad quem ſimul quia fit de ſubiecto in ſubiectŭ.
ergo ad contrarietatem motuum non ſufficit ꝙ
ſint a terminis contrarijs. ⁊ ſic quartus ⁊ ſecun
dus modoꝝ predictoꝝ non cauſant contrarie
tatem motuum.

## Concluſio tercia. primus et

tercius modus valent ad ſumendum contrarie
tatem in mutationibus. primus valꝫ in mutati
onibus que ſunt ad ſubſtanciam quia in muta
tione que eſt ſecundum ſubſtanciam non poſſŭt
reperiri duo termini poſitiui ad inuicem contra
rij. ergo ad habendam contrarietatem mutati o
nis in ſubſtancia ſufficit ꝙ ſit receſſus ab vno
termino in vna mutatione ⁊ acceſſus ad eundē
in alia. vt generatio que eſt ex non eſſe contrari
atur corruptioni que eſt ad non eſſe. Sꝫ tercius
modus non valet ad ſumendum contrarietatē
in mutationibus reꝝ habencium contrariuꝫ. pꝫ
quia in talibus mutationibus termini a quibꝰ
ſunt ſemper ſunt negatiui vt ex non albo fieri al
bum ⁊ ex non nigro fieri nigrum. ergo contrarie
tas cum ſit inter poſitiua non attenditur ex par
te terminoꝝ a quibus ſunt ſed ex parte termino
rum ad quos ſunt. ⁊ ꝙ ſecundum illos modos
non dicantur motus contrarij patet quia om
nis motus eſt de termino a quo in terminuꝫ ad
quem quia non ſemper reperitur acceſſus ad v
num terminum ⁊ receſſus ab eodem. nꝫ ſemꝑ re
peritur quomŏ termini a quo ſunt contrarij.

## Concluſio quarta. Solum

illi motus ſunt contrarij qui ſunt a terminis cŏ
trarijs in terminos contrarios. probatur ſillogiſ
mo ſic. contrarietas que eſt oppoſitio ſecunduꝫ
formam ⁊ ſpeciem ſumenda eſt in motibꝰ penes
illa a quibus ſumitur completa ratio motus. ſꝫ
illa ſumitur ex parte vtriuſqꝫ terminoꝝ qꝛ motꝰ
eſt mutatio de ſubiecto in ſubiectum. ergo con
trarietas motuum debet attendi ex parte vtriuſ
qꝫ terminoꝝ. 2º patet inductiue quia ſanari
contrariatur ei quod eſt egrotari ⁊ hoc quia ſŭt
ex contrarijs in contraria. ⁊ ſimiliter addiſcere
⁊ decipi ⁊ moueri ſurſum ⁊ moueri deorſum con
trariantur ⁊ ſimiliter in omnibus motibus con
trarijs reperitur ꝙ fiunt ex contrarijs in contra
ria. ⁊ ſi arguatur de motibus qui ſunt ab eodeꝫ
medio colore in extremos colores ſcilicet i album
⁊ nigrum illi ſunt contrarij ⁊ tamen non ſunt a
terminis contrarijs. Reſpondet Ariſtoteles ꝙ

ſunt a terminis contrariis non ſimpliciter ſed ſecundum quid quia medium quodãmodo participat rationem vtriuſq; extremoꝝ. ideo a medio fit motus in ambo extrema tanꝙ ex contrario in contrarium.

**Concluſio quinta.** Quies contrariatur motui. probatur nam quies eſt priuacio motus. ſed priuacio eſt quodãmodo contraria habitui ergo quies contrariatur motui. Aduertendũ eſt tamen ꝙ hic capitur contrarietas cõmuniter prout ſe extendit ad priuatiuam oppoſitionem. quia in contrariis ſemper vnum ſe habet ad alterum in ratione priuationis. ſi tamen capiatur quies non ſecundum ſuã ſimplicem ⁊ propriam rationem. ſed ſecundum ſuum eſſe quod habet in mobili quia omne illud ꝙ quieſcit ſub aliqua forma quieſcit que eſt contraria motui qui fit ab illa forma in oppoſitam hoc modo quies non ſolummodo opponeretur motui priuatiue ſed etiã contrarie. Et eſt ſciendũ ꝙ non omnis quies indifferẽter omi motui contrariatur. ſed determinata quies determinato motui. vt quies ſecundum locum motui ſecundum locum. Aduertendum eſt inſuper ꝙ quies in termino ad quem non contrariatur motui qui eſt ad illum terminũ qꝛ talis quies eſt ꝯplemẽtum ⁊ finis illius motus. ſed quies ĩ termino a quo contrariatur motui qui eſt ab illo termino.

**Concluſio ſexta.** Quies contrariatur quieti. Probatur nam in omni motu terminus a quo eſt contrarius ad terminum ad quem. ergo quies in termino a quo eſt cõtraria quieti in termino ad quem.

**Concluſio ſeptima:** Quies non contrariatur mutationi que eſt ſecundum ſubſtanciã. probatur quia talis mutatio eſt ſubitanea. quies vero ẽ tẽporalis ⁊ ſucceſſiua ſicut motus vt demonſtratur in 8° h⁹. ſed in tali mutatione eſt proceſſus de non ſubiecto ſimpliciter in ſubiectum. ſed non ſubiectũ ſimpliciter non contingit quieſcere ſicut neq; moueri. Item ſi quies vt ait phũs eſſet contraria mutationi ſequeretur vel ꝙ non omnis quies eſſet cõtraria motui. vel ꝙ generatio ⁊ corruptio eẽt motus quod prius improbatum eſt.

**Concluſio octaua.** Immutatio contrariatur mutationi. patet quia inmutatio ad mutationem ſe habet vt quies ad motũ ſed quies contrariatur motui. ergo inmutatio contrariatur mutationi. Unde non ꝯtingit nõ ſubiectum ſimpliciter quieſcere. ſed bene contingit ipſum non mutari. ideo inmutatio bene opponitur mutiatoni ſed non quies. quia contraria habent fieri circa idem ſubiectum. ⁊ hic capitur contrarietas communiter ſicut dictum eſt de motu ⁊ quiete. Ex dictis apparet qualiter eſt accipienda contrarietas inter duos motus. inter duas mutationes. inter motum ⁊ quietem. inter duas quietes. ⁊ inter inmutationem ⁊ mutationem. Ad rationes ante oppoſitum. Soluũtur ex dictis.

**Queritur decimo.** Utrum Quietis violente ſit aliqua generatio. Arguitur ꝙ ſic. quia omne ꝙ quãdoq; eſt ⁊ quãdoq; non eſt generatur. ſed nullum violentum ſemper eſt. ergo quietis violente eſt aliqua generatio. Secundo ſic. ſicut ſe habet motus naturalis ad quietem naturalem ita motus violentus ad quietem violentam. ſed motus naturalis eſt generatio quietis naturalis quantum ad vltimam partem eius quia mobile dicitur ſtare ergo etiam motus violentus eſt generatio quietis violente. Ad oppoſitum eſt philoſophus in vltimo capitulo huius quinti. qui poſtquã determinauit de contrarietate eſſenciali motus ad motum ⁊ motus ad quietem ⁊ quietis ad quietem. Conſequenter circa determinata mouet tres dubitationes quarum. Prima eſt an ſicut in motu locali reperitur oppoſitio motus naturalis ⁊ violenti vt terra naturaliter mouetur deorſum ⁊ violente ſurſum an ita reperiatur in omnibus aliis motibus. Arguit phũs ꝙ non quia vna alteratio non eſt magis ſecundum naturã ꝙ alia vt ſanacio ꝙ egrotatio quia principium vtriuſq; eſt ab intellectu. ſimiliter augmentum non eſt plus ſecundũ naturam ꝙ decremẽtum quia vterq; motus eſt a principio intrinſeco. nec generatio eſt magis ſecũdũ naturam ꝙ corruptio nã ſenium eſt via in corruptionẽ ꝙ tamen eſt. Pro ſolutione huius dubitationis.

**Sciendũ ẽ primo. ꝙ motus** dicitur ſecundũ naturã qui fit a principio intrinſeco paſſo ꝯferẽte vi. ⁊ violentus per oppoſitum eſt qui fit a principio extrinſeco paſſo nõ ꝯferente vim. vnde etiã põt dici aliquid naturale vno modo ſ᷒ ꝯpletã rationẽ naturalis. ſcꝫ a principio intrinſeco paſſo ꝯferẽte vi ſecundũ ordinem ⁊ tẽpus ⁊ alias circunſtãcias quib⁹ natura particularis inferior apta eſt moueri a ſuperiori ita ꝙ deueniat tã ſecundũ curſum nature vniuerſalis ꝙ particularis. ⁊ innaturale in omnibus illis deficiens ẽ innaturale ſimpliciter. ⁊ ſimpliciter violẽtũ. Alio modo dicitur aliquid naturale nõ ſecũdũ ꝯpletã rationẽ naturalis ſed in aliqua ꝯditione deficit. puta ꝙ eueniret ſecũdũ curſũ ⁊ ſ᷒ ordinẽ nature vniuerſalis et non particularis particulariter accepte ꝙ in aliquo deficit ⁊ nõ in oĩbus a naturali ſupradicto vt eſt corruptio. ſi enim ꝯſideretur natura ꝓpria eius quod corrũpitur ſecũdũ ꝙ ẽ ordinata ad bonũ ⁊ ꝯſeruationẽ eius tunc nõ eſt ſibi naturalis. ſi tamẽ ꝯſideretur inquantum eſt pars totius vniuerſi ſ᷒ quã modũ nata eſt obedire ſuperiori motori ⁊ ſic hec corruptio eſt naturalis.

Tunc reſpondetur ad primã dubitationẽ. dicit ꝙ ſicut reppertur aliquis motus localis ſ᷒ naturã ⁊ aliquis ꝑter naturã. ſic ⁊ reppeꝛit in aliis motibus vt augmẽtatio infanti nimis velox ꝓpter humoꝝ ſuꝑhabũdanciã eſt ꝑter naturã. et quandoq; etiã augmẽtatur ſecũdũ naturã. ⁊ ſimiliter de diminutione. ⁊ etiã aliquis dimitꝛ a febre in die cretica ⁊ talis ſanatio eſt ſ᷒ naturam. ſi vero dimittatur non in dieb⁹ creticis eſt ꝑter naturam. Similiter generatio ꝙ fit ſecũdũ ſolitũ curſum nature eſt ſ᷒ naturã. ꝙ autẽ generatur ꝑter ſolitũ curſũ nature hoꝝ generatio eſt extra naturã. ſimiliter cũ aliquis ſenio deficit naturaliter corrũpitur. ⁊ violenter cũ gladio ꝑimitur. ⁊ ſic in õni ſpecie mot⁹ reperitur oppoſitio naturalis ⁊ inaturalis. etiã talis oppoſitio reperitur inter motum ⁊ quietẽ. quies enĩ terre ſurſũ opponiꝛ motui terre deorſũ nõ ſolum oppoſitione q eſt ſecũdũ cõmunẽ rationẽ quietis ⁊ motus ſiue priuationis ⁊ habit⁹. ſꝫ etiã oppoſitione q eſt naturalis ⁊ innaturalis. ⁊ quies terre deorſum opponitur quieti terre ſurſum eadem oppoſitione. Et ſi queratur cũ ignis moueatur ſecũdũ naturã ſurſũ ⁊ extra naturã deorſũ. Utrum motus ignis ſurſum opponatur motui eius deorſũ aut motui terre. Reſpõdet phũs ꝙ vtriq; ſꝫ diuerſimode quia opponitur motui ipſius ignis deorſũ ſicut naturale inaturali. ⁊ oppõiꝛ motui terre deorſũ ſicut naturale naturali. ⁊ ſic patet ꝙ ĩ motib⁹ duplex ẽ oppoſitio. ſcꝫ eſſencialis que ſumiꝛ ex oppoſitiõe terminoꝝ mot⁹ de qua dictũ eſt in queſtione precedẽte. ⁊ accidẽtalis q ſumitur ſecũdum quoſdam modos accidẽtales motus qui ſunt ex ſe ſecũdũ naturam ⁊ extra naturam de qua eſt hic ad propoſitum. Secunda dubitatio eſt de qua eſt hic titulus queſtionis ꝓ qua ſit hec Concluſio Quietis violente nõ ẽ aliqua generatio per ſe. eſt tamen aliqua eius cauſa vl' generatio per accidens. Primũ pꝫ nam quies violenta per ſe opponitur motui naturali qꝛ motus naturalis ⁊ generatio quietis ad ꝙ eſt ſunt idẽ ſubiecto. qꝛ finis motus naturalis eſt eſſe in loco naturali. ſꝫ ſi eſſe naturale ⁊ quieſcere idem ſunt ſubiecto. ergo motus naturalis ⁊ generatio quietis naturalis. ſed quies violenta non per ſe generatur a motu violento qꝛ quod ꝑ ſe generatur ab aliquo ẽ finis ⁊ ꝑfectio eius. ſꝫ quãto aliquid plus accedit ad finem ſuum ⁊ ꝑfectionem tãto magis intẽditur. ob hoc motus naturalis velocior eſt in fine ꝙ in principio. ergo ſi motus violentus eſſet per ſe cauſa quietis violente tunc eſſet velocior in fine ꝙ in principio vel medio cuius oppoſitum patet per ſenſum. Secunda pars patet nam quies violenta cauſatur per accidens a virtute mouentis violente ſecũdum ꝙ illa virtus eſt deficiens. vnde virtutis huius eſt quadruplex ſtatus ſcꝫ generatio. augmentatio. ⁊ diminutio. ⁊ ceſſatio. ⁊ ſecũdum vltimũ ſtatũ eſt cauſa quietis violente que ſcꝫ non plus ſufficit mouere ipſum mobile. ſufficit tamen ipſũ detinere per aliquod tempus contra inclinacionẽ ad motum naturalem eius ⁊ tunc mobile quieſcit quiete violenta. Tercia dubitatio eſt circa id ante dictum. ſcꝫ ꝙ quies in termino a quo contrariatur motui qui eſt ab illo termino ſi ita ſit cum illud quod mouetur nõ recedat ſubito a termino a quo nec ſubito acquirat terminum ad quem. ſed ꝙ dum eſt motus habet aliquid de termino a quo ⁊ aliquid de termino ad quem. videtur ꝙ idem quieſcat ⁊ moueatur ⁊ ꝙ oppoſita ſint ſimul in eodem. Reſpondet phũs ꝙ non eſt inconueniens contraria ſecũdũ eſſe imperfectum ſe compati ſimul in eodẽ ſubiecto. quia omne quod mouetur habet aliquid de termino a quo ⁊ aliquid de termino ad quẽ qui termini ſunt cõtrarii. ſꝫ nec totaliter ẽ in termino ad quem. ſimiliter nec eſt inconueniens idem mobile ſimul eſſe quod quanto durante motu manet aliquid de termino a quo ⁊ moueri pro quanto tendit in terminum ad quem. ſed debꝫ ſimpliciter moueri ⁊ quieſcere ſecũdũ quid Ex quo infert phũs ꝙ motus magis eſt contrarius motui ꝙ quies motui qꝛ duo motus contrarii non ſe ꝯpatiuntur ſimul in eodem ꝙ tñ contingit de motu ⁊ quiete. Ex dictis patet de contrarietate motus ad motum ⁊ motus ad quietem ⁊ quietum inter ſe tam ſecundum ſubſtanciam ꝙ ſecundum accidens. Rationes ante oppoſitum ſoluuntur ex dictis. Et ſic eſt finis huius quinti.

## Sequitur Liber Sextus.

**Si autem eſt continuum et quod tangit et conſequenter ſicut diffinitũ eſt prius etc.**

# Irca ſextuʒ libꝛuʒ phiſicorum Queritur primo.

Vtrum ſit poſſibile aliquod continuum ex indiuiſibilibus cōponi. Arguitur primo ꝙ ſic vt habetur primo poſterioꝝ ꝙ ſubſtancia linee ex punctis eſt. 2ᵒ ſic in omni continuo eſt neceſſe eſſe aliquod primum continuans partes eius. ſed primuʒ continuans non poteſt eſſe diuiſibile. ergo in omni continuo oportet eſſe aliquid indiuiſibile continuans partes eiuſdem. 3ᵒ ſic perfecte ſpericum ſupra perfecte planum tangeret ipſum in indiuiſibili alias rectum curuaretur vel rectum fieret curuum. ergo ſi moueretur ſupra ipſum motu ſuo faceret lineam ex indiuiſibilibus conſtitutam. Ad oppoſitum arguitur per philoſophum in primo Capitulo. huius ſexti. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo: ꝙ poſt

quā phūs i quinto determinauit de diuiſione mutationum ⁊ motus in ſuas ſpecies ſubiectiuas. Conſequenter in hoc Sexto phūs determinat de diuiſione motus in ſuas partes integrales. ⁊ quia motus eſt de genere continuoꝝ ideo anteꝙ agat de diuiſione motus oſtendit nullum continuum poſſe componi ex indiuiſibilibus. preſupponendo diffinitiones continuoꝝ et contiguorum ⁊ ꝯſequenter ſe habentiū. ex quibus preſuppoſitis diffinitionibus arguit ad ſuā concluſioneʒ. ⁊ quia in ordine continuoꝝ linea eſt primum. ideo concluſionem ſuam manifeſtat phūs in linea ⁊ puncto oſtendens nullā cōponi ex punctis. et ſimili ratione probatur de aliis continuis vt de tempore ⁊ de motu ſuperficiei ⁊ corporis. Tunc ſit hec.

## Concluſio prima. Impoſſi

bile eſt aliquod continuum ex indiuiſibilibus ꝯponi puta lineam ex punctis. Probatur nam ſi ex punctis componeretur linea. vel illa puncta eſſent continua contigua vel conſequenter ſe habencia. non primuʒ quia continua ſunt quorum vltima ſunt vnum. ſed indiuiſibilium non ſunt vltima quia que habent vltimum habent ipſum vltimuʒ ⁊ illud cuius dicitur eſſe vltimū. ergo omne quod habet vltimum eſt diuiſibile. ⁊ ſimiliter oſtenderetur ꝙ non eſſent cōtinuaqꝫ tangentia ſunt quoꝝ vltima ſunt ſimul. Sʒ hoc aliter probat phūs quia ſi punctum tangeret punctum vel totum tangeret totum vel pars vnius partem alterius. vel pars tangeret totuʒ. non poſſunt dici duo vltima quia punctuʒ non habet partem cum ſit indiuiſibile. neqꝫ primuʒ quia ſi totum tangeret totum tunc illa duo nō eſſent duo ſed vnum cum inter ea nulla eſſet diſtinctio aut ſeparatio ordinis ⁊ ſitus. Modo de ratione continui eſt habere partes ſitu ⁊ ordine diſiunctas. iō ſi totum tangeret totum tūc ex illis punctis non conſtitueretur aliquod continuum. nec poteſt dici terciuʒ membrum prime diuiſionis. nam illa conſequenter ſe habent inter que non eſt medium eiuſdem generis. modo inter quecunqꝫ duo puncta mediat linea ⁊ per cōſequens mediat punctum. ⁊ inter quecūqꝫ duo nūc mediat tempus ⁊ ſic mediat nūc quod oſtēdit Ariſtoteles nam cum duo puncta ſe tangere nō poſſunt vt probatum eſt oportet ꝙ inter ipſa mediet aliqd. vel ergo illud medium eſt indiuiſibile ⁊ ſic cum non poſſit tangere puncta inter que mediat oportebit iterum dare mediuʒ inter ipſum ⁊ illa puncta ⁊ ſic procederetur in infinitū ſi vero illud quod mediat ſit diuiſibile. vel eſt diuiſibile in indiuiſibilia ⁊ ſic argueretur de medio illoꝝ vt argumentatū eſt de principali. vel mediuʒ ⁊ ſic cū tale eſt diuiſibile in diuiſibilia cū inter duo puncta non poſſit cōcipi aliud a linea. nec inter duo nunc aliud a tempore ſequitur ꝙ inter quecunqꝫ duo puncta mediat linea ⁊ inter duo nunc tempus ⁊ ſic non poſſunt conſequenter ſe habere duo puncta in linea. Secunda ratio eſt quia ſi aliquod continuum conſtitueretur ex indiuiſibilibus oporteret ꝙ diuideretur in indiuiſibilia quia vnumquodqꝫ diuiditur in ea ex quibus componitur ſed conſequens eſt contra diffinitionem continui in qua dicitur ꝙ eſt diuiſibile in infinitum ⁊ in ſemper diuiſibilia. Vnde ꝙ nullum continuum ſit diuiſibile in indiuiſibilia. probat Ariſtoteles alia ratione quia ſic ſeqꝫretur ꝙ duo indiuiſibilia ſe tangerent in continuo ad hoc ꝙ poſſent conſtituere continuum. et cuʒ impoſſibile ſit duo indiuiſibilia ſe tangere vt ꝓbatum eſt ſequitur ꝙ impoſſibile eſt continuuʒ diuidi in indiuiſibilia.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ in illa auctoritate phī accipitur ſubſtācia pro diffinitione ꝛ ſic. ꝙ ſenſus eſt ꝙ de diffinitione linee ſunt duo puncta cuius ratio eſt quia punctum in linea intelligitur ſe habere vt principians continuans ⁊ terminās que omnia ſunt actus forme ⁊ ideo intelligitur punctus ad lineam ſe habere vt forma. ideo bene dicunt antiqui ꝙ pūctus eſt pars eſſencialis linee ſʒ nō quātitatiua. nec inde ſequitur ꝙ pūctus de linea predicetur quia forme vt forma eſt non conuenit priori ſed ſecunduʒ ꝙ eſt determinata ad eſſe completum generis aut ſpeciei.

Ad ſecundaʒ dicitur ꝙ primuʒ continuans partes continui debet capi ab intellectu vt aliquod indiuiſibile. quoniaʒ ſi acciperetur vt diuiſibile iam haberet partes continuatas ⁊ ſic non eſſet primum continuans. dicitur tamen ꝙ indiuiſibile continuans non habet eſſe actu tale in continuo. ſed ſoluʒ ſecunduʒ potenciaʒ nec eſt pars continui. Ad terciam dicitur ꝙ illud ſpericuʒ tangeret rectum in indiuiſibili ſecunduʒ profundum. ſed non eſt indiuiſibile ſimpliciter.



## Queritur ſecundo. vtrum

Si magnitudo componatur ex indiuiſibilibus ſit neceſſe motum factum ſuper eam ⁊ tempus in quo fit ex indiuiſibilibus componi. Arguitur ꝙ nō. quia poſſibile eſt ſpacium aliquod eſſe quātum motu facto per ipſum exiſtente non quāto. ergo magnitudo per quam fit motus et ipſe motus non ſimiliter ſe habent ad eſſe quantum. et per conſequens neqꝫ componi ex indiuiſibilibus vel diuiſibilibus. Antecedens patet per illud cōmune dictum quod dictum eſt in quarto. ꝙ ſi eſſet vacuum ſecundum ymaginationem ponentium vacuum ſeparatum per ipſum fieret motus in indiuiſibili temporis cuiuſcunqꝫ diſtācie eſſet vacuum. Ad oppoſitum arguitur per phūʒ dicentem eiuſdem autem rationis eſt ⁊ magnitudinem ⁊ tempus et motum ex indiuiſibilibus ꝯponi et diuidi in indiuiſibilia aut nichil.

Pro Reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ quia

demonſtrationes poſite in precedenti queſtione manifeſtiores ſunt de continuis habentibus poſitionem quia in ipſis eſt proprie contactus. ideo conuenienter oſtendit phūs ꝙ ſimilis eſt ratio de aliis continuis ſcilicet de motu ⁊ tempore ⁊ primo de motu. dictuʒ eſt eniʒ in 4ᵒ ꝙ hec tria ſe inuicem conſequuntur. ſ. magnitudo motus ⁊ tempus. nam prius ⁊ poſterius in motu cauſātur ex priori ⁊ poſteriori i magnitudine. ⁊ tēpus capit ipſa a motu. ſ. prius et poſterius. ideo hec tria ſimiliter ſe habent ad componi vel non cōponi ex indiuiſibilibus et diuidi in indiuiſibilia vel diuiſibilia.

## Concluſio prima Si magni

tudo ſit compoſita ex indiuiſibilibus. motus factus per ipſam componeretur ex indiuiſibilibus vt ſit magnitudo. a.b.c. ſupra quam mouetur o. et motus ſit. d.e.ʒ. dicitur ergo ꝙ ſi ille tres partes magnitudinis date ſunt indiuiſibiles. ita ille tres partes motus. pro cuius probatione ponit phūs duas ſuppoſitiones. Prima eſt ꝙ preſente aliqua parte motus neceſſe eſt per ipſuʒ motum aliquid moueri et econuerſo. ſi aliquid moueatur neceſſe eſt ꝙ ſit aliquis motus quia cauſa formalis et ſuus effectus ſimul ſunt et nō ſunt vt albedo et eſſe album. Secunda ſuppoſitio eſt ꝙ impoſſibile eſt aliquid ſimul moueri ad aliquem terminum ⁊ iam eſſe motum in illo termino. vt īpoſſibile eſt aliquid ire ſimul thebas ⁊ iam eſſe ibidem. Tunc arguitur ſic. ad cōcluſioneʒ ſi. o. moueretur ſupra magnitudinē datam ⁊ motu ꝓprie dicto. aut ergo prius mouebitur ſupra vnam partē magnitudinis ⁊ vna parte illius motus ꝙ ſupra totaʒ magnitudinē ⁊ toto motu. aut prius moueretur ſupra totā magnitudinē ⁊ ſʒ nullaʒ partē magnitudinis prius mouebatur. Si dicatur primū tūc vel ſimul moueretur ſecūduʒ. a. ⁊ iam motū eſt in. a. vel prius mouetur 2ᵒ. a. ꝙ ſit motum in ipſo. nō primum quia hoc eſt cōtra ſecūdaʒ ſuppoſitioneʒ. nec pōt dici 2ᵒ quia tunc oporteret in. a. eſſe aliquid ſecūdum quod prius mouebatur anteꝙ eſſet motuʒ. ⁊ aliquid aliud ſecundum quod motum eſſet in. a. ⁊ ita. a. iam eſſet diuiſibile quod eſt cōtra ſuppoſitum. ergo ipſum. o. non poteſt moueri per. a. ⁊ ꝑ cōſequens prima pars motus que eſt correſpondens prime parti magnitudinis que eſt. a. non eſt motus. alias preſente motu aliqui illud non moueretur quod eſt contra primaʒ ſuppoſitionē. ſi ergo partes magnitudinis ſint indiuiſibiles oportebit partes motus eſſe indiuiſibiles et ita non erit motus. Si vero dicatur ꝙ. o. mouetur primo ſecundum totam magnitudinem ſic ꝙ ſecundum nullam partem eius prius mouebatur. tunc ſequitur ꝙ motus erit cōpoſitus ex momētis ꝙ eſt impoſſibile vt probatur. ⁊ patet conſequencia quia vel prima pars motus ſcilʒ d. eſt motus vel non. non primum quia tunc oporteret ſecundum ipſum mobile moueri in prima parte magnitudinis quia partibus motus correſpondent partes magnitudinis. modo iaʒ dictum eſt ꝙ ſecundum impartibile nichil pōt moueri. Si vero dicatur ꝙ non ſit motus quia erit ſimile de aliis partibus ſequitur ꝙ motus erit compoſitus ex non motibus ſcilicet ex momētis ſecundum que momēta aliquid dicitur eſſe motum ſicut ſecundum motum aliquid dicitur moueri. ſic enim ſe habent momenta ad motuʒ ſicut punctus ad lineam ⁊ nunc ad tempus.

## Concluſio Secunda. Impo

ſſibile eſt motum eſſe compoſituʒ ex momentis. Probatur concluſio ducēdo ad aliqua icōueniencia. quorum. Primum eſt ꝙ aliquid eſſe motuʒ in aliquo termino quod tamen prius non mouebatur ad ipſuʒ quod eſt impoſſibile. ſicut impoſſibile eſt aliquid eſſe preteritum quod numquam fuit preſens. Et patet conſequencia quia ſi motus. d.e.ʒ. eſſet ſic compoſitus ex illis tribus tanquam ex momentis tunc ipſum. o. per. d. motū eſt in. a. et tamen prius nō mouebatur alias oporteret ipſuʒ. a. eſſe diuiſibile vt probatum eſt.

Secundum inconueniens eſt ꝙ aliquid ſimul

mouerctur et quieſceret ſecundum aliquam magnitudinem. Probatur quia omne quod natuꝫ eſt moueri ⁊ non mouetur quieſcit. ſed ipſum .o. natum eſt moueri et non mouetur ſecunduꝫ aliquam partem magnitudinis .a.b.c. ergo ſecundum illas partes quieſcit. ſed quod quieſcit ſecundum omnes partes totius quieſcit per totuꝫ ergo .o. quieſcit per totam magnitudinem et tamen ponebatur moueri per totam. ergo etc.

Terciuꝫ inconueniens eſt ꝙ motus eſſet cõpoſitus ex non motibꝰ qḋ non eſt poſſibile propter eaſdem rationes quibus demonſtratum eſt ꝙ impoſſibile eſt lineam componi ex punctis. et patet conſequencia qꝛ ſi ille partes .d.e.ꝫ. eſſent motus oporteret ꝙ ſecundum eas .o. moueatur per partes magnitudinis que ſunt indiuiſibiles qḋ iaꝫ probatuꝫ eſt. et ita oporteret dicere ꝙ nõ fuit motus et per conſequens ꝙ motus ſit compoſitus ex non motibus ſed hoc eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt motum componi ex momentis quod ſequitur ad hoc quod eſt magnitudinem componi ex indiuiſibilibus. de continuitate autem tempis ad motuꝫ et ad magnitudineꝫ videbitur in ſequenti lectione.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Alias oſtenſum eſt in 4º vbi determinatum ẽ ſecundum oppinionem ſancti Thome ꝙ ſi poneretur vacuum eodemmodo quo ymaginabãtur antiqui et remota ſuppoſitione ſcilicet ꝙ vacuum ſit tota cauſa motus adhuc fieret motus in vacuo per tempus propter ordinem ſitus ad ſitum partiuꝫ mobilis ⁊ ſpacii. ſed ſi capiatur cū ymaginatione eoruꝫ illa ſuppoſitio ſcilicet ꝙ neceſſe eſt poni vacuum vt ſit tota cauſa motus tunc fieret ſubito motus per vacuū. ⁊ quia hoc eſt impoſſibile ideo infert Ariſtoteles ꝙ impoſſibile ſit eſſe vacuum vt ſit tota cauſa motus.

Sequitur textus.

## Queritur Tercio. Utrum

Magnitudo et tempus cõſimiliter diuidantur. Arguitur ꝙ non quia in tempore eſt dare minimum et non in magnitudine. ergo magnitudo ⁊ tempus non ſimiliter ſe habent ad diuiſioneꝫ. Ad oppoſitum arguitur per phῦm diceteꝫ eiuſdem nanqꝫ diuiſionis magnitudo et tempus ſunt. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phũs oſtendit magnitudinem ⁊ motum conſimiliter ſe habere ad diuiſionem. Conſequenter in Tercio capitulo primi tractatus huius ſexti. ideꝫ oſtendit de magnitudine ⁊ tempore ſcilicet ꝙ ſi magnitudo ſit diuiſibilis per idiuiſibilia ſic ⁊ tempus. ⁊ ſi per diuiſibilia tempus etiam diuiditur in ſemper diuiſibilia.

## Concluſio prima et reſponſalis ad queſitum.

Magnitudo ⁊ tempus conſimiliter ſe habent ad diuiſioneꝫ. Probatur per phῦm tribus rationibus quaꝝ. Prima ſic formatur aſſumendo duo mobilia eque velocia. Et ſecundo aſſumendo duo mobilia vnuꝫ velocius ⁊ aliud tardius. Et tercio accipiendo vnuꝫ mobile eque velociter motum. Prima ratio ſi duo mobilia eque velociter mouerẽtur ſi vnū pertranſeat aliquod ſpaciuꝫ in aliquo tempore reliquū minus ſpacium in minori tempore tranſibit. alias non eſſent eque velocia. ergo in eq̄ velocibus condiuiditur magnitudo ⁊ etiam tẽpus. ⁊ cum augeretur magnitudo ⁊ etiaꝫ tẽpus augeretur ⁊ per conſequens duoꝝ motuum eq̄ velocium magnitudo ⁊ tempus conſimiliter diuiduntur. Pro ſecunda ratione ponuntur tres ſuppoſitiones. Prima eſt omnis magnitudo eſt diuiſibilis in magnitudines quia impoſſibile ẽ continuum ex athomis componi. Secunda eſt qꝛ de ratione mobilis velocior̄ tria ſunt. ſ. ꝙ in equali tẽpore trãſit maius ſpaciū. in minori maius ⁊ in minori equale. Primū ꝓbatur ſic ſumãtur duo mobilia. ſ. a. velocius ⁊ .b. tardius ⁊ ptrãſeat .a. totaꝫ magnitudinẽ .c.d. in tẽpore .ꝫ.i. cuꝫ ergo .a. venit ad pūctuꝫ .d. in tẽpore .ꝫ.i. ad ipſuꝫ pūctuꝫ nõdum ptingit .b. alias eque velociter moueretur. ergo .b. ptigit vſqꝫ ad aliquod pūctuꝫ inter .c.⁊.d. ⁊ illud ſit .e. tūc arguitur ſic. a. in tẽpore .ꝫ.i. trãſit totã magnitudinẽ .c.d. ⁊ in eodeꝫ tẽpore .b. trãſit magnitudinẽ .c.e. ſꝫ .c.d. ẽ maius ꝙ .c.e. qꝛ totū maius eſt ſua parte. gº a. i equali tẽpore ptranſit maius ſpacium ꝙ .b. qḋ erat primum probandum. Secunduꝫ probatur retento eodem caſu ⁊ diuidatur eadem magnitudo inter .e.⁊.d. in puncto .t. ita ꝙ .c.t. ſit maiꝰ ꝙ .c.e. ⁊ minus ꝙ .c.d. tunc arguitur ſic .a. pertrãſit totã magnitudinẽ .c.d. in tẽpore .ꝫ.i. ergo cuꝫ idẽ mobile equaliter motū pertranſeat maiorẽ magnitudinem in minori tempore .a. pertrãſibit magnitudinẽ .c.t. in minori tẽpore ꝙ .ꝫ.i. diuidatur illud tẽpus in pūcto .h. ergo .a. in tẽpore .ꝫ.h. quod ẽ minus ꝙ .ꝫ.i. ptranſibit .c.t. ſꝫ .c.t. eſt maius ꝙ .c.e. gº a. in minori tẽpore ptranſit maius ſpaciū ꝙ .b. Deinde ꝓbatur terciū retẽto eodẽ caſu nã cū .b. ptranſeat totū ſpaciū .c.e. in tẽpore .ꝫ.i. vel ergo in eodem tempore .a. pertranſit ideꝫ ſpacium vel in maiori vel in minori. nõ in equali quia tunc eque velociter moueretur. neqꝫ in maiori quia tunc .a. tardius moueretur. ergo relinquitur ꝙ in minori. et ſic mobile velocius in equali tempore pertranſit maius ſpacium et in minori maiꝰ ⁊ in minori equale. Tercia ſuppoſitio ẽ ꝙ omis motus ẽ in tẽpore. ⁊ in omi tẽpore poſſibile eſt aliquid moueri. ⁊ in equali tẽpore cõtigit aliquid tardiꝰ ⁊ velocius moueri.





Sed tunc obicit Alexander de motu primi mobilis ꝙ non eſt dare velocioreꝫ. Ad quod dicitur ꝙ licet ſecundum materiam non ſit motus velocior eo. tamen non eſt determinata velocitas aut tarditas motus in communi. Eſt ergo ſecunda ratio pro qua ſumantur duo mobilia vt prius .a. velocius ⁊ .b. tardius. ⁊ trãſeat .b. totam magnitudinem .c.d. in tempore .ꝫ.i. cum ergo velocius in minori tempore tranſeat equale ſpacium ſequitur ꝙ .a. tranſibit magnitudinem .c.d. in tempore minori quam .ꝫ.i. ſit ergo illud minus tempus .ꝫ.d. tunc conuertatur argumentum .a. velocius in minori tempore ſcilicet .ꝫ.d. tranſiuit totum ſpacium .c.d. ergo .b. tardius in illo tempore .ꝫ.d. non pertranſibit niſi parteꝫ magnitudinis .c.d. quia tardius in equali tempore minus ſpacium tranſit. ſit ergo illa .c.e. et iterum conuertatur argumentum .b. tardius in tẽpore .ꝫ.d. tranſibit magnitudineꝫ .c.e. ergo .a. velocius tranſibit eandem magnitudinem in minori tempore. et ſit illud tempus .ꝫ.h. et iterum conuertatur argumentum vt prius. cum ergo ſit conuerſio tardioris et velocioris et ſecundum velocius ſemper diuidatur tempus / ſecundū vero tardius magnitudo. ſequitur ꝙ tempus ⁊ magnitudo conſimiliter diuiſibilia ſunt. Tercia ratio eſt quia ſi aliquod mobile equaliter motum tranſeat aliquod ſpaciuꝫ in aliquo tempore tunc in medio temporis tranſibit mediuꝫ ſpacium et in medio medietatis tranſibit mediuꝫ medietatis et ſic deinceps. ergo ſecundum motum eiuſdem mobilis equaliter moti conſimiliter diuiduntur magnitudo pertranſita et tempus mẽſurans motum quo pertranſitur. et ſic patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Dico ꝙ licet in tempore eo modo quo eſt diſtictum et diſcretum ſit dare minimuꝫ. tamen vt eſt continuum non eſt dare in eo minimum ſecūdū rem ſicut nec in magnitudine. ſed ſolum in potẽcia et ſecundum rationem ſicut datur punctus ĩ linea et eſſe in tempore.

Sequitur textus.

## Queritur quarto. vtrum

Magnitudo et tempus conſimiliter ſe habeant ad eſſe finitum et ad eſſe infinitum. Arguitur ꝙ non quia tempus eſt infinitum. vt probatur in 8º huius. ſed nulla magnitudo eſt infinita vt probatuꝫ eſt in tercio. ergo non ſimiliter ſe habent magnitudo et tempus ad eſſe finitum et infinitum. Ad oppoſitum eſt phῦs in tercio capitulo primi tractatus. qui poſtꝙ oſtendit magnitudinem et tempus conſimiliter diuidi. Conſequenter oſtendit ꝙ ſimiliter ſe habent ad finitatem ⁊ infinitatem. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ infinitum

ne mutari eſt mutatum eſſe. Probatur nam omne mutari eſt diuiſibile: ergo ante omne mutari eſt mutatum eſſe ſecundum partem illius mutari. ⁊ declaratur in literis. ſit enıꝫ magnitudo. h. l ſupra quam moueantur. a. ⁊. b. eque velociter ⁊ ſimul incipiant moueri. ſed. a. quieſcit in medio illius magnitudinis. b. vero moueatur vſqꝫ ad finem. ⁊ ſit totuꝫ tempus in quo. b. mutatur vſqꝫ ad fineꝫ. io. quod etiam diuidatur per medium in. z. Tunc arguitur quando. a. venit ad medium magnitudinis date actu mutatum eſt cum ibi quieſcat. ergo cum. b. ſimul īcipiat moueri ⁊ eque velociter moueatur quando ibi venit etiam ibi mutatum eſt. ⁊ cum poſtea moueatur adhuc ſe9uitur ꝙ mutatuꝫ eſſe in illo puncto p̄ceſſit mutari ſupra illam medietetem illius magnitudinis. ⁊ cum prima medietas iterum ſit diuiſibilis in infinitum ſequitur ꝙ ante omne mutari erit dabile aliquod mutatum eſſe reſpectu partis precedentis. ⁊ cum non poſſit dari aliqua pars magnitudinis quin detur alia prior propter diuiſibilitatem eius in infinituꝫ. ſequitur ꝙ non dabitur mutari quin ante ipſum ſit aliquod mutatum eſſe. Aduertendum eſt tamen circa hanc concluſionem ꝙ mutatum eſſe ante vltimum terminuꝫ motus non eſt in ipſo motu niſi ſecundum potenciam ſicut nec ſunt puncta intermedia actu in linea niſi ſint actu diuiſa. ⁊ potēcia nō cognoſcitur niſi per actum. ideo in preſenti ratione phūs notificat vnum mutatum eſſe quod non eſt niſi potencia in motu p aliud mutatum eſſe quod eſt actu terminus motus. ſicut ſi oſtenderetur aliquod punctum ſecundum potenciam eſſe in aliqua parte linee diuidendo lineam actu in illud punctum. Secundo probatur concluſio ex parte temporis. quia quod mutatur primo in aliquo toto tempore mutatur in qualibet parte illius temporis. partes autem in tempore diuiduntur ab inuicem per nunc. gº quod mutatur in aliqua parte temporis mutatuꝫ eſt in nūc terminā te illam partem ⁊ diſtinguēte eam ab alia parte. ⁊ data qualibet parte temporis ipſa eſt diuiſibilis in infinitum. ergo in qualibet parte temporis ſunt infinita nūc. ⁊ per conſequens ſunt infinita mutata eſſe in motu. quare non poteſt dari primum mutatum eſſe. 3º probatur ex parte motus continui. quia quod ↄtinue mouetur ſic ꝙ nō corrumpitur neqꝫ pauſat a mutatione vel mutatur in nūc vel mutatū eſt. ſꝫ in nūc non poteſt mutari vt oſtenſuꝫ eſt prius. ergo nec in quolibet nūc mutatuꝫ eſt. ſed ipſa nūc in tempore ſunt infinita. ergo etiam ipſa mutata eſſe ſunt infinita. ⁊ per conſeqnens non eſt dabile primum mutatuꝫ eſſe quare ante ōne mutari eſt mutatum eſſe.

## Concluſio ſecunda: Ante

omne mutatum eſſe eſt mutari. Probatur cōcluſio pro qua ſupponitur ꝙ omne quod mutatur ex quodam in aliud in tempore mutatur.

Tunc arguitur ſic. mutetur aliquid ex. a. in. b. vel mutatur ex. a. in. b. in vno ⁊ eodem nūc. ſed

hoc non quia tūc in eodē nūc eſſet in.a.⁊ in.b. qḋ ē īpoſſibile.gͦ in alio ⁊ ī alio nūc ē ī.a.⁊ ī.b Sed inter quecunqꝫ duo nūc mediat tempus. ergo dum mutatum eſt in.b.prius mutabatur ī illo tempore intermedio.quare ante omne mutatum eſſe in.b.erat mutari.⁊ cum tempus ad hoc intermedium diuiſibile ſit.⁊ diuiſio temporis ſ fiat in nunc ſequitur ꝙ ante mutatum eſſe in nūc diſtinguente partes illius temporis ē mutari in parte precedenti.⁊ cum non ſit dabile primum nunc anteꝙ̄ ſit aliqua pars temporis ſequitur ꝙ non eſt dabile mutatum eſſe niſi ante ipſum ſit mutari. Et ſi arguitur de generatione et corruptione que non menſurantur tempore et ſic non videtur ꝙ ante genituꝫ eſſe ſit generari. Dicitur ꝙ generatio ⁊ corruptio ſi ſumātur ſecundum ſuas rationes menſurantur in inſtanti temporis.⁊ ita generari ⁊ genituꝫ eſſe ſimul ſunt.ſi tamen capiantur ſecundum eſſe ꝙ habēt in materia ſecunduꝫ quem motum habent alterationem ſibi adiūctam ſic tempore menſurantur ⁊ hoc modo intelligit phūs cum dicit. omne quod genitum eſt prius generabatur ⁊ ꝙ prius corruptum eſt prius corrumpebatur.quia omne quod alteratur alterabatur prius.qꝛ hoc modo capitur generatio non ſolum pro receptione forme ī materia iam diſpoſita. ſed pro tota tranſmutatiōe ad formam que includit diſpoſitioneꝫ materie.

Secundo patet concluſio ex parte magnitudinis quia omnis magnitudo eſt in infinitum diuiſibilis ⁊ ſic nō eſt in ea dabilis pars prima. ergo nec poteſt dari primuꝫ mutari in motu.⁊ ſimiliter oſtenderetur concluſio in aliis motibus Sꝫ nocꝰ oſtenduntur iſte concluſiones in motu facto ſupra magnitudinem qꝛ magnitudo eſt ꝑ ſe diuiſibilis. qualitas autem per accidens ſolum.vnde vt ait phūs iſte concluſiones in iſtis principiis fundantur qꝛ impoſſibile eſt in continuo indiuiſibile eſſe indiuiſibili immediate coniunctum.⁊ hoc modo omne continuuꝫ in infinitum eſt diuiſibile.cum ergo motus quilibet continuus ſit in infinitum diuiſibilis ⁊ ſic nō eſt dabilis prima pars motus.ideo nec terminus prime partis quare non eſt dare primum mutari nec primuꝫ mutatum eſſe.⁊ per conſequens ante mutari eſt mutatum eſſe ⁊ econtra.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam conceditur ꝙ poteſt dari prima medietas extra ꝙ̄ totum nichil eſt de motu diuidēdo motum per partes eiuſdem quantitatis. ſed illa medietas non eſt ſimpliciter prima pars qꝛ diuiſibilis eſt ⁊ ſic dabilis eſt pars prior ipſa.ymo quacunqꝫ parte data in motu dabilis ē prior. Ad ſecundam dicitur ꝙ in motu a parte ante non eſt dabilis terminus poſitiuus in quo ſit verū dicere ꝙ mobile primo mouetur in quo mutatuꝫ eſt. licet ſit bene dabile nunc quod eſt a parte ante terminus temporis menſurantis.ſꝫ in illo nunc mobile nec mouetur nec mutatum eſt ſed incipit moueri. Ad terciaꝫ dicitur ꝙ conceditur ꝙ mutatuꝫ eſſe eſt terminus illiꝰ mutari qḋ eſt via ad ipſuꝫ.nec precedit illud mutari.ſed quia illud mutari eſt diuiſibile.ideo mutatum eſſe quod eſt terminus partis precedētis mutari precedit ſequentem illius mutatum eſſe.

Sequitur textus.

## Queritur decimo. vtrum

Magnitudo ⁊ mobile motus ⁊ tempus conſimiliter ſe habeant ad eſſe finitum vel infinituꝫ. Arguitur ꝙ non quia motus celi eſt infinitꝰ tēpore.⁊ tamen tam mobile.ſ.celum ꝙ̄ ſpaciū trāſitum finita ſunt ergo. Secundo ſi ſic hoc eſſet qꝛ mobile in maiori tempore maius ſpaciuꝫ tranſit.ſed hoc non eſt verum vt patet in diuerſis mobilibus quoꝝ vnuꝫ alio velocius mouetur.⁊ ſimiliter in eodem mobili moto per diuerſa media in denſitate ⁊ raritate. Tercio ſic iſta quatuor ſunt ad inuicem ſeparata ⁊ diſtincta.ergo ad finitatem ⁊ infinitatem vnius non ſequeretur finitas vel infinitas alterius. Ad oppoſitum arguitur per philoſophum in textu.

Pro Reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs determinauit de diuiſione motus ⁊ eorum que motui ſimiliter condiuiduntur. Cōſequenter oſtendit qualiter motus ⁊ ea que ſibi condiuiduntur ſimiliter ſe habeant ad eſſe finituꝫ ⁊ infinituꝫ premittens duas ſuppoſitiones. Prima eſt ꝙ omnis motus eſt in tempore. Secunda eſt ꝙ idē mobile regulariter motuꝫ in maiori tempore maius ſpaciuꝫ tranſit.⁊ debet intelligi de ſpacio non reſumpto.licet enim celum tēpore infinito moueatur hoc tamen contingit qꝛ reiterat ſpacium quod prius tranſiuit. debꝫ etiā intelligi vbi minꝰ ſpaciū eſt pars maioris ſic ꝙ nō differt ab eo ꝑ rarum ⁊ denſuꝫ .ſed ſoluꝫ ꝑ magis ⁊ minus ⁊ per hoc ſoluuntur due prime rationes ante oppoſitum.Tunc ſit.

## Concluſio prima. Tempore

īfinito tranſiri non poteſt magnitudo finita.nec magnitudo īfinita tempore finito quare ſi vnū eſt infinitum ⁊ reliquum ⁊ ſi vnum eſt finitum ⁊ reliquuꝫ.hanc ꝯcluſionem diffuſe deducit Ariſtoteles in preſenti capitulo ⁊ cum prius poſita fuerit pro nunc dimittitur repetitio probatiōis concluſionis.

## Concluſio ſecunda: Tempore

⁊ magnitudine finitis neceſſe eſt mobile eſſe finitum. Probatur quia cum mobile non tranſit ſubito magnitudinem ſed ſucceſſiue ſequitur ꝙ prima pars mobilis prius tranſit vnam partem magnitudinis ꝙ̄ ſecunda ⁊ ſecunda ꝙ̄ tercia ⁊ ſic de inceps.ergo cum totū mobile tempore finito pertranſeat primam partem magnitudinis.ſequitur ꝙ ipſius mobilis non poſſunt eſſe partes infinite ⁊ per conſequēs neqꝫ mobile poteſt eſſe infinitum.Si enim partes mobilis eſſēt infinite non poſſent tranſire primam parteꝫ magnitudinis tempore finito quia cum illa tranſeant ab eadem tranſeuntur. modo magnitudo infinita tempore finito tranſiri non poteſt.vt dicit prima concluſio.ſic ergo tempore ⁊ magnitudine finitis neceſſe eſt mobile finitum eſſe. Et eodem modo probaretur ſua conuerſa.ſ.ꝙ mobili exiſtēte finito neceſſe eſt magnitudinem ⁊ tēpus eſſe finita.nam hec eſt vna regula ꝙ ſi vna magnitudo infra aliā moueatur ſic ꝙ alia quieſcat eque cito ſe inuicem pertranſeunt ille due magnitudines ita ꝙ ſi magnitudo mota pertrāſeat quieſcentem in aliquo tempore in eodem tempore ab eadem pertranſitur .ſi ergo mobile ſit finitum ⁊ magnitudo infinita ponatur ergo ipſum mobile quieſcere ⁊ magnitudo moueri īfra ipſum tunc fieret argumentum ſicut factum eſt nunc. Item cum mobile pertranſeat aliquā magnitudinem.prima pars mobilis prius attingit terminum magnitudinis ꝙ̄ ſecunda ⁊ ſecunda ꝙ̄ tercia.⁊ ſic deinceps.ergo ſi totum mobile pertingit ad terminum magnitudinis tempore infinito.ſequitur ꝙ prima pars mobilis prius pertingit ad eundem terminum tempore finito ⁊ ſic argueretur de ſecunda ⁊ tercia ⁊ ſic de īceps. oportet ergo ſi totuꝫ mobile pertingat ad terminum magnitudinis tempore finito ⁊ cuꝫ partes mobilis ſint finite vt ſupponit cōcluſio que ponit mobile eſſe finitum.ſequitur etiaꝫ ꝙ partes tēporis quibꝰ omnes partes mobilis huiꝰmōi terminum attingant erunt finite.⁊ per cōſequēs tempus quo totum mobile pertingit ad terminum erit finitum. ſed ſi tempus eſt finitum neceſſe eſt magnitudinem eſſe finitam.vt dicebat prima concluſio.ſi ergo mobile eſt finitum neceſſe eſt magnitudinem ⁊ tempus eſſe finita.

## Concluſio tercia.mobile ſiue

finitum ſiue infinitum tempore infinito moueri nō poteſt. patet ſatis de mobili finito in ratione immediate facta.ſed de infinito patet quia nunꝙ̄ compleret ſuum motum.modo quod impoſſibile eſt factum eſſe impoſſibile eſt fieri.⁊ ſic impoſſibile eſt mobile infinitum tempore infinito moueri.

## Concluſio quarta.Tempore

⁊ mobili exiſtentibus finitis neceſſe eſt motum finitum eſſe. Probatur quia magnitudo ⁊ motus conſimiliter ſe habēt ad eſſe finitum ⁊ infinitum quia quantum eſt ſpacium pertranſituꝫ tātum oportet eſſe motum.ideo dicit Ariſtoteles ꝙ nichil differt motum aut magnitudinem infinitam facere.ſed magnitudo ad eſſe finitum vel infinituꝫ conſimiliter ſe habēt ad tempus ⁊ mobile vt probatum eſt.ergo etiaꝫ motus conſimiliter ſe habebit. Ex quo patet concluſio reſpōſiua ꝙ iſta quatuor conſimiliter ſe habent ad ēē finitum ⁊ infinitum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam et ſecundaꝫ patet ſolutio ex dictis. Ad terciam dicitur ꝙ ꝗuis illa quatuor ſint realiter diſtincta.tamen quantum ad eſſe quātuꝫ et continuum habent neceſſariam connexionem et habitudinem ad inuicem quia motus ſuam continuitateꝫ capit a magnitudine et tempus a motu vt dictum eſt in 4ͦ. ideo etiam quo ad ēē diuiſibile et quo ad eſſe finitum et infinitum habent ad inuicem connexionem et habitudineꝫ.

Sequitur textus.

## Queritur vndecimo. vtruꝫ

In ſtatu et quiete detur primum. Arguitur ꝙ ſic.quia dabile eſt primum non eſſe motus a parte poſt.ſed in illo inſtanti mobile non mouetur ⁊ a parte āte mouebatur.ergo in illo īſtanti primo ſtat et quieſcit ergo in ſtatu et quiete pōt dari primum. Ad oppoſitum arguitur per phūm in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ Ariſtoteles egit de diuiſione motus et ordine partium eius. Conſequenter agit de diuiſione ſtatus et quietis et de diuiſione partium eorundem

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

per ſtatum in propoſito non intelligitur quies ſed generatio quietis ſiue tendencia ad quieteꝫ. nā communi vſu dicimus hominem ſtare quia rectus eſt et non ſedentem aut iacentem. Veruntamen motus et ſtatus ſic differunt quia motus dicit reſpectuꝫ ad queꝫ. ſtatus vero dicit reſpectum ad quietem in illo termino. Item motꝰ importat reſpectuꝫ ad illud quod adhuc eſt acquirenduꝫ quia nichil mouetur ad id quod iaꝫ habet.ſed ſtatus dicit habitudineꝫ ad id quod iam habitum eſt quia importat habitudinē ad quietem.ꝙ autem quieſcit quieſcit ſub iam habito et non habendo.ſic ergo motus et ſtatus idem ſunt realiter.differunt tamen ratione ⁊ hoc eſt qḋ dictuꝫ eſt in fine quinti libri.ꝙ generatio

quietis et motus ſunt idem re ſed differunt rati
one. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Omne ꝙ

ſtat mouetur. patet quia quod mouetur quādo
natum eſt moueri vbi quando et ſecūduȝ ꝙ na
tum eſt moueri non quieſcit quia ſimul tenderȝ
ad quieteȝ et eſſet in quiete. cum ſtatus dicat tē
denciam ad quietem. hoc auteȝ eſt impoſſibile.
ergo quod ſtat mouetur. Ex hac concluſione
ſequitur ꝙ omne quod ſtat ſtat in tempore. pa
tet quia quod ſtat mouetur. ſed omne mobile
mouetur in tempore. g° ⁊c. Iteȝ contingit ſta
re velocius et tardius. ſed velox et tardum tem
pore terminantur vt dicitur in 4° ergo. Ul
terius ſequitur ꝙ illud quod mouetur primo in
aliquo toto tempore etiam mouetur in qualibȝ
eius parte vt prius probatum eſt. ita etiam qd̄
ſtat primo in aliquo toto tempore ſtat etiam in
qualibet parte illius temporis quod in preſenti
capitulo demonſtrat Ariſtoteles de ſtatu comō
quo prius demonſtrauit de motu.

## Concluſio ſecunda: In ſtatu

non eſt dare primum. patet quia ſtatus non eſt
in indiuiſibili temporis ſicut neqȝ motus. ſed ī
tempore diuiſibili eſt diuidere in infinitum. ⁊ in
infinito non eſt dare primum. ergo in ſtatu non
eſt dare primum.

## Concluſio Tercia. In quiete

non eſt dare primum. patet qꝛ omīs quies eſt in
tempore. mō in tempore et in quolibȝ continuo
non eſt dare primū. ergo ⁊c. ꝙ autē ōnis quies
ſit in tempore phūs probat hic reſumēdo primā
et terciam ratiōes ad hoc prius poſitas. ex qui
bus et maxime ex tercia Ariſtoteles ponit hic v
nam differenciam inter motum et quietem. ſ. ꝙ
impoſſibile eſt id quod mouetur cōtinue ſecun
dum ſe totum ꝙ̄ diu mouetur manere per aliqd̄
tempus quātumcūqȝ ſit paruum ſub eodem eē
ſe. i. ſub eadem diſpoſitione rei ſecundū quā eſt
motus. et notanter dicitur ꝙ mouetur ſecunduȝ
ſe totum quia ſi vna pars quieſceret illa mane
ret ſub eadem diſpoſitione per totum tēpus ſue
quietis. etiam notanter dicitur ꝙ mouet' conti
nue quia ſi interueniret aliqua quies per tēpus
illius quietis maneret ſub eadem diſpoſitione.
quod probatur quia niſi ſic eſſet ſequeretur ꝙ i
dem ſecundum idem ſimul moueretur ⁊ quieſce
ret. probatur conſequencia quia illud quieſcere
dicitur ꝙ ſecundum ſe totuȝ et ſuas partes ſimi
liter ſe habet nunc ſicut prius. ergo ſi aliquod
mobile ſecundum ſe totum continue motuȝ ma
neret ꝙ̄ diu mouetur per aliquod tēpus ſub ea
deȝ diſpoſitione rei ſecundū quā eſt motus. cuȝ
illud tempus ſit diuiſibile ſecunduȝ prius et po
ſterius ſequitur ꝙ per illud tempus quieſceret ⁊
per ꝯſequens in illo tempore moueretur ⁊ quie
ſceret. qd' ē īpoſſibile. Ex iſto ſequit' ꝙ īpoſſibile
ē aliquid cōtinue motū per aliquod tempus ſe
cundum ſe totuȝ manere per duo nunc illius tē
poris ſub eodeȝ eſſe rei illius ſecundum quā eſt
motus. patet qꝛ inter quelibȝ duo nunc mediat
tempus diuiſibile. modo probatum eſt quod p
aliquod tempus non poteſt manere ſub eodem
eſſe ergo ⁊c. Sed illud quod mouetur in vnico
nunc eſt ſub vna ⁊ eadē diſpoſitione rei ſecūduȝ
quā eſt motus. vt mobile localiter in quolibet
nunc eſt in loco ſibi equali. nec inde ſequitur ꝙ
mobile in vno nunc quieſcat quia in nūc non ē
natum moueri. Ex hoc patet differencia mo
tus ad quietem quia quieſcens per totum tem
pus ſue quietis manet in eadem diſpoſitione.
Si vero queratur an primum eſſe rei ſecundum
ꝙ eſt motus maneat cum ſecundo ſi ſic videtur
ꝙ mobile per totum tempus manebit ſub eodē
eſſe. Dicitur ꝙ nec totaliter manet nec totaliter
quieſcit nec totaliter corrumpitur. non enim ma
net eodeȝ modo quo prius erat ſȝ ſaluatur ſub
eſſe perfectiori. nec eſt ymaginandum ꝙ ſint di
uerſa eſſe materialiter vel realiter diſtincta ymo
ſicut vna eſt eſſencia forme ⁊ eſſencia motus vſ
qȝ ad fineȝ. ſic eſt vnum eſſe diuerſum ſecundū
rationem diſtinctum ſecundum rem ⁊ differens
ſecundum perfectum ⁊ imperfectum. ſ. ſicut ma
gis permixtum cum priuatione ⁊ potencia quia
in pricipio motus forma eſt in mobili ſub eſſe
permixto priuationi ⁊ potencie. ⁊ completo mo
tu eſt ſub eſſe puro ⁊ perfecto.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primam conceditur ꝙ eſt dabile primū nō
eſſe motus a parte poſt. ſed in illo inſtanti mobi
le non ſtat nec quieſcit. quia in īſtāti non eſt na
tum moueri quare neqȝ quieſcere. ſed in illo in
ſtanti q° mobile mutatum eſt incipit quieſcere.
Sequitur textus.

## Queritur duodecimo. vtruȝ

motus ſit. Arguitur ꝙ non ſex rationibus zeno
nis quarum quatuor procedunt de motu locali
recto. quinta de motu ad formaȝ. ⁊ ſexta de mo
tu circulari. Prima ſi poſſibile eſſet aliquid
moueri de loco ad locū prius pertingeret ad me
diuȝ ſpacii ꝙ̄ ad terminū. ⁊ adhuc prius ad me
dium medii ꝙ̄ ad medium. ⁊ cum ſpacium diui
ſibile ſit in infinitum oporteret mobile infinitas
partes pertranſire. ſed hoc eſt impoſſibile g° ⁊c.
Secunda ratio ſi poſſibile eſſet aliquid mo
ueri de loco ad locum ſequeretur ꝙ velociſſime
motū nūꝙ̄ attigeret tardiſſime motuȝ. ꝯſequēs
eſt falſum. ⁊ patet conſequencia quia ponatur
velociſſime motum in principio alicuius ſpacii
⁊ tardiſſime motum in medio ⁊ ſimul incipiant
moueri. cum ergo velociſſime motum nō perue
niat ad illud medium niſi in tempore. vel ergo
cum illic peruenerit adhuc ibi erit tardiſſime mo
tum. vel in aliquo puncto anteriori. ſi ſit adhuc
ibi. cum adhuc prius eſſet ſequitur ꝙ quieuit et
tamen ponebatur ipſa ſimul incepiſſe motum. ſi
ergo ſit in aliquo puncto anteriori cum velociſſi
me motum a medio ad illud punctum non ve
niat niſi in tempore argueretur vt prius. ⁊ ſic ve
lociſſime motum nunꝙ̄ poterit coniungi cū tar
diſſime moto. Tercia ratio nichil mouetur
dum eſt in aliquo loco ſibi equali. ſed ſagitta ꝙ̄
maxime apparet moueri in quolibet nunc tēpo
ris eſt in loco ſibi equali. ergo non mouetur nec
ſimiliter quodlibet mobile. Quarta ratio ſi
poſſibile eſſet aliquid moueri ſequeretur ꝙ tem
pus dupluȝ eſſet equale dimidio ⁊ econtra. con
ſequens eſt falſuȝ ergo. patet cōſequencia ſumē
do tres magnitudines equales vnaȝ quieſcen
teȝ que ſit. a. a. a. ⁊ duas contra ſe mōtas equa
li velocitate ⁊ ſimul incipiant moueri quarum
vna ſit. b. b. b. ⁊ alia ſit. c. c. c. ⁊ ponatur princi
piuȝ magnitudinis. b. b. b. ſupra principiū magni
tudinis. a. ⁊ principium magnitudinis. c. ſupra
principiuȝ magnitudinis. b. tunc arguitur Cum
principiuȝ magnitudinis. b. peruenit ad mediū
magnitudinis. a. tranſibit totaȝ magnitudinem
c. ⁊ non tranſibit niſi medium magnitudinis. a.
ſȝ magnitudo. c. eſt dupla medio magnitudinis
a. ⁊ creſcente magnitudine creſcit tēpus ſuppoſi
ta equali velocitate. ergo tempus in quo. b. trā
ſit magnitudineȝ. c. eſt duplum ad tēpus in quo
tranſit mediuȝ magnitudinis. a. ⁊ tamē in eodē
tempore hec duo tranſeūt. ergo dupluȝ eſt equa
le dimidio. Quinta ratio ſi poſſibile eſſet ali
quid moueri ad formam puta de non albo ad
album cum id quod mouetur cum mouetur ſit
in neutro terminoꝝ ſequeretur ꝙ inter album ⁊
non album oportebit dare medium ⁊ ſic erit da
re medium inter cōtradictoria quod eſt impoſſi
bile. Sexta ratio illud non mouetur locali
ter quod ſemper eſt in eodeȝ loco. ſed corpus cir
culare puta celum ſemper eſt in eodeȝ loco. ergo
non mouetur. ⁊ per iſtas rationes Zeno probat
omneȝ motum ⁊ ponuntur in fine huius libri et
ſecundum predicta faciliter ſoluuntur. Ad op
poſitum arguitur auctoritate omnium naturali
um. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs determinauit de diuiſione motus ⁊ infi
nitate eiuſdem ⁊ etiam ſtatus ⁊ quietis. Conſe
quenter in iſta parte remouet aliquos errores ā
tiquoꝝ circa motum. primo ſoluendo rationes
Zenonis volentis negare motum eſſe. Secū
do probando ꝙ non contingit impartibile mo
ueri contra democrituȝ qui poſuit athomalia mo
ueri. Tercio oſtendendo ꝙ nulla mutatio ē
infinita contra Eraclitum ponentem ꝙ omnia
ſemper mouerentur.

## Sciènduȝ ē ſecundo. ꝙ Natu

rales dicuntur illi vt dictū eſt in primo libro qui
nō negant motum eſſe. quia motum eſſe in ſciē
cia naturali tanꝙ̄ principium ſupponit'. ideo cō
tra negantes motum eſſe non habet phiſicus ar
guere. tamen rationes per eos inductas bene hȝ
ſoluere ſi aliquid de naturalibus accipiāt. Uñ
iſti negantes motum eſſe diſtingunt duplicia en
cia. quedam vera ⁊ alia apparencia. dicūt ergo
motum eſſe de apparentibus. ⁊ ꝙ ſenſus iudicā
do aliquid moueri decipit'. Sȝ iſti decipiuntur
ſuppoſita diſpoſitione ſenſus ⁊ debita diſpoſiti
one medii ⁊ ſenſibilis ad ſenſum iudicio ſenſus
de per ſe ſenſibili credendum eſt. ymo querere ra
tionem vbi ſenſus viget ſuppoſitis illis circun
ſtanciis eſt infirmitas ⁊ debilitas rationis. cum
ergo ſuppoſitis illis circunſtāciis ſenſus iudicet
aliquid moueri ſequitur ꝙ motus eſt. ⁊ hec ē cō
cluſio reſponſalis ad queſitum que non indiget
alia probatione.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primam reſpondebatur prius ꝙ ſicut omis
magnitudo eſt infinita ſecundum potenciam di
uiſionis finita tamen ſecundum actum. ita tran
ſitur tempore infinito ſecundum potentiaȝ diui
ſionis finito tamen ſecunduȝ actuȝ. ⁊ ſic ad hoc
ꝙ aliquis moueatur de loco ad locum non oȝ
ꝙ tranſeat infinita in actu quia inter extrema a
licuius magnitudinis non ſunt infinite partes
actu ſed potencia tantum. Ad ſecundam
dicendum eſt ſimiliter quia procedit ſupponen
do ꝙ inter duos terminos alicuius magnitudi
nis ſint infinita puncta intermedia ſecundum
actum. Nec illud ſuperadditum de velociſſime
moto aliquid veritatis affert in ratione. ſed dū
taxat additur ad tragediaȝ. i. ad admirationeȝ
inducendam. Ad terciam dicitur ꝙ mobile ī
quolibet nunc eſt in loco ſibi equali. ſed non ſe
quitur inde ꝙ quieſcat quia in nunc nō eſt qui
es neqȝ motus. non ſequitur etiam ꝙ non mo
ueatur in toto tempore quia ad hoc ꝙ aliquid
moueatur in toto tempore ſufficit ꝙ moueatur
in qualibet parte temporis. nūc auteȝ non eſt tē
pus nec pars temporis quia tempus non cōpo
nitur ex ipſis nunc. nec ipſa nunc ſunt actu in tē
pore quod tamen ſupponebat illa ratio. Ad
quartaȝ dicitur ꝙ creſcente magnitudine creſcit
tempus ſuppoſita equali velocitate ⁊ ꝙ cetera
ſint equalia. ſed ſic nō eſt in propoſito quia ibi

ſunt due magnitudines mote contra ſe inuicem
⁊ tercia quieſcens. modo regula eſt ſi aliqua du
o contra ſe inuicem moueantur cicius in duplo
ſe inuicem abſoluunt ꝙ ſi vnum moueretur ⁊ a
liud quieſceret ⁊ hoc ſuppoſita equali velocita-
te. Ad quintaꝫ reſpondet Ariſtoteles ꝙ mo
bile dum mouetur ſecundū ſe totum eſt in neu
tro terminorum. quia cum omne quod mouetur ē
diuiſibile ſecundum vnam parteꝫ eſt in vno ter
mino ⁊ aliā in alio. ſed hec reſponſio eſt ad ho-
norem quia contingit aliquod totū ſimul mu
tari de vno termino in alteruꝫ ⁊ non parteꝫ poſt
partem. Ideo in 8° huius aliter ſoluit phūs di
cens ꝙ in mutatione ſecundum formam que eſt
inter extrema inter que non eſt medium inſtans
mutationis attribuendum eſt poſteriori mutati
oni hoc eſt termino ad queꝫ. ſicut in mutatione
ſecundum ſubſtanciam res dum generatur eſt.
et dum corrumpitur non eſt. ſed in generatione
ſecundum quid vt cum aliquid mutatur de nō
albo in albuꝫ. ſi conſideratur talis mutatio ſub
ratione mutationis ⁊ non motus etiam inſtans
mutationi attribuendum eſt poſteriori mutatio
ni tamen quia talis mutatio realiter ē motus.
nec eſt ſimpliciter inter contradictoria ymo inter
contraria inter que eſt medium. ideo quod mu
tatur tali mutatione dum mutatur eſt realiter in
medio inter terminum a quo ⁊ terminum ad qꝫ
quod quidem medium participat naturaꝫ vtri
uſqꝫ termini. Ad ſextaꝫ dicitur ꝙ celum ſecū
dum ſe totum non mutat locum ſubiecto ſed ra
tione tantum. tamen quelibet pars ſubiecto et
ratione mutat locum. non quidem locum toti⁹
ſed partis ⁊c.

## Queritur tridecimo vtrum

impartibile poſſit moueri. Arguitur ꝙ ſic qꝛ
ſortes per ſe eſt vnum indiuiſibile. ⁊ poteſt per ſe
moueri ergo ⁊c. Secundo ſic puncta ſunt in
diuiſibilia ⁊ tamen mouentur motis corporib⁹
in quibus ſunt ⁊ ſimiliter albedo ⁊ nigredo. ⁊ a
nima rationalis que omnia ſunt indiuiſibilia ⁊
tamen mouentur motis corporibus in quibus
ſunt ergo. Tercio ſic intellectus noſter moue
tur de ignorancia ad ſcienciam ⁊ voluntas no-
ſtra de viciis ad virtutes ⁊ tamen indiuiſibiles
ſunt ergo. Ad oppoſitum eſt phūs in textu.
Pro Reſponſione.

**Sciendum eſt primo. ꝙ poſt**
ꝙ Ariſtoteles remouit errorem Zenonis ſoluen
do rationes eius. Conſequenter procedit cōtra
democritum ponentem athomos poſſe moueri
⁊ demonſtrat impartibile non poſſe moueri. Et
deinde contra Eraclituꝫ qui poſuit corpora phi
ſica eſſe in continua tranſmutatione. demōſtrat
etiam nullam tranſmutationem eſſe infinitam.

**Sciendum eſt Secundo. ꝙ**
Aliquid contingit eſſe impartibile ſeu indiuiſi-
bile dupliciter. Uno modo ſecundum ſpecieꝫ
⁊ formam. licet diuiſibile ſit ſecundum quanti-
tatem vt ſortes. Alio modo dicitur indiuiſi
bile ſecundum quantitateꝫ vt punctus vel vni
tas ⁊ de tali hic loquitur phūs.

**Sciendum eſt tercio ꝙ Ali**
quid dicitur moueri dupliciter. Uno modo per
ſe vt quodcunqꝫ corpus phiſicum. Alio modo
per accidens et hoc dupliciter. Uno modo ali-
quid mouetur per accidens quod tamen eſt per
ſe natum moueri vt partes integrales alicuius
corporis. Alio modo aliquid mouetur per acci
dens quod tamen non eſt natum per ſe moueri
vt albedo nigredo ⁊ cetere qualitates ⁊ forme
ſubſtanciales linee ſuperficies puncta ⁊ huiuſ-
modi que non ſunt partes actu integrales ſiue
integrantes aliquod totum integrale. Tūc ſit.

**Concluſio prima. Indiuiſi**
bile ſecuddum formam ⁊ ſpeciem. diuiſibile ta-
men ſecundum quantitatem per ſe mouetur. pꝫ
concluſio per primaꝫ rationem āte oppoſitum.

**Concluſio ſecunda: Indiuiſi**
bile ſecundum quantitatem per ſe moueri non
poteſt. licet bene per accidens. Probatur tribus
rationibus phi. Prima eſt ſi impartibile po
ſſit moueri tunc moueatur ex. a. b. in. b. c. vel er
go cum moueretur eſt totum in. a. b. vel totum i
b. c. vel habet partem in. a. b. et partem in. b. c.
non poteſt dici tercium quia indiuiſibile eſſet
diuiſibile. nec ſecūdum quia dum mobile ſecun
dum ſe totum eſt in termino ad quem non plus
mouetur ſed motum eſt. nec primum quia dum
aliquid ſecundum ſe totuꝫ eſt in termino a quo
nondū mouetur ſed quieſcit. nec differt ī propo
ſito an. a. b. ⁊. b. c. capiantur vt loca diſtincta in
motu locali vel vt quantitas in augmento ⁊ de
cremento vel vt quālitas vt in alteratione. quo
niam ſimiliter in omnibus ratio procedit.
Secunda ratio impoſſibile eſt in motu loca
li mobile tranſire ſpacium maius ſe quam prius
tranſeat equale ſibi vel minus. ſed indiuiſibile
non poteſt tranſire minus ſe quia iam eſſet diui
ſibile. ergo ſi moueatur localiter tranſibit equa
le ſibi. ⁊ ſi moueatur per aliquaꝫ totam lineam
motus erit equalis linee quia numerabit ⁊ mē-
ſurabit totam lineam per puncta indiuiſibilia ⁊
per conſequens linea erit compoſita ex punctis
quod eſt improbatum. nō poteſt ergo indiuiſibile
moueri localiter. ergo nec alio motu. Tercia
ratio omne quod mouetur in tempore mouetur.
ſed in omni tempore in quo aliquid mouetur ē
dare maius in quo etiam maius mobile primo
pertingit ad ſignum quam ipſum totum ſuppo
ſita equali velocitate. ſicut videmus partem ali
cuius totius prius peruenire ad aliquod ſignuꝫ
quam ipſum totum. ergo ſi indiuiſibile mouea-
tur cum moueatur in tempore erit dare minus a
liquid impartibile quod prius pertingeret ad
terminum ad quem quam totum. et ſic erit mi-
nus indiuiſibili et minimo. vel dicetur indiuiſi-
bile non eſt minimum et ſic erit diuiſibile. ergo i
poſſibile eſt indiuiſibile per ſe moueri. nec poteſt
dici ꝙ moueatur in nunc quia oporteret tempuſ
componi ex ipſis nunc et motum ex momentis.
Secunda pars pꝫ ex dictis. Sed contra
Eraclitum iterum dicendum ꝙ mutatio aliqua
poteſt dici infinita dupliciter. Uno modo ſe
cundum ſpeciem quia ſcꝫ non ſit infra prefixos
et determinatos terminos nam motus capit ſpe
ciem a terminis. ſed alio modo poteſt dici infini
ta ſecundum tempus et hoc dupliciter. Uno
modo ꝙ ſit vna et eadem mutatio in numero ⁊
ſecundum rationem ſit infinite durationis.
Alio modo quia mutatio ſit infinita per conti-
nuam ſucceſſionem pluriuꝫ mutationum diſtinc-
tarum aut ſecundum ſpeciem aut ſecundum nu
merum. Ulterius eſt ſciendum ꝙ mutatio-
nes ſunt in duplici differencia quedam ſunt ad
formam vt que ſunt ad ſubſtanciam quantita-
tem et qualitateꝫ. Alie ſunt mutationes ad
vbi et ſic differunt quia omnis mutatio ad for-
mam eſt inter certos terminos ſecundum natu
ram. ideo eſt inter contradictoria aut contraria
ſimpliciter. ſed in motu locali etiam reperitur ī
quibuſdam maxima diſtancia ſecundum natu
ram vt in motibus naturalibus grauium et le-
uium. ideo eſt ibi contrarietas ſimpliciter quia
non mouentur ſecundum vltimum ſui poſſe. ſꝫ
in motibus voluntariis ⁊ violentis non repperi
tur maxima diſtancia ſimpliciter inter terminos
illorum motuum. ſed ſolum ſecundum quid ſcꝫ
ſecundum ꝙ vult aut non poteſt mouens moue
re ad maiorem diſtanciam. ideo ad oſtendendū
finitatem in illis motibus alia ratione vtitur
Ariſtoteles quam in aliis. Tunc ſit

**Concluſio prima. Contra**
Eraclitum omnis mutatio ad formam finita eſt
ſecundum ſpeciem. Probatur quia omnis ta
lis eſt inter contraria vel inter contradictoria. ſꝫ
contradictio vel contrarietas eſt inter terminos
determinatos et non inter quoſcunqꝫ indifferē
ter ſeu indifformiter. ergo omis mutatio ad for-
mam finita eſt et ſecundum ſpecieꝫ. Ex eodē me
dio ſequitur ꝙ eſt finita ſecundum durationem
quia inter contraria vel contradictoria eſt maxi
ma diſtancia. ergo finita eſt. ergo omne mobile
ad formam tempore finito tranſit de termino a
quo ad terminum ad quem.

**Concluſio ſecunda: Contra**
Eraclitum impoſſibile eſt motus naturales eſſe
infinitos ſecundum ſpeciem vel durationem.
Probatur vt precedens. quia tales ſunt inter cō
traria vel inter contradictoria ſimpliciter et ſecū
dum naturam.

**Concluſio Tercia. Impoſſi**
bile eſt quemcunqꝫ motum localeꝫ eſſe infinituꝫ
ſecundum ſpeciem ſiue ſecundum durationem ⁊
hoc loquēdo de vno motu in numero. patet qꝛ
ſi aliquis talis motus eſſet infinitus numquaꝫ
mobile haberet mutatum eſſe. ſed quod impoſſi
bile eſt factum eſſe impoſſibile eſt fieri quia fac-
tum eſſe eſt finis ipſius fieri. modo ſi finis eſt im
poſſibilis ea que ſunt ad fineꝫ ſunt impoſſibilia
ergo vnus motus in numero non poteſt eſſe in
finitus.

**Conluſio quarta: mutatio**
nes poſſunt eſſe infinite ſecundum tempus per
ſucceſſioneꝫ plurium mutationum ſiue diſtincta
rum ſecundum ſpeciem vel generationes et cor-
ruptiones perpetue poſſunt eſſe infinite. ſiue ſꝫ
numeruꝫ vt completa vna circulatiōe celeſti ſubi
ſubſeruit alia tamen circulatio vna infinita eſt.
nulla etiam generatio aut corruptio eſt infinita
ſecundum tempus quare concluſio vera eſt.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ**
Ad primam et ad ſecundaꝫ patet ſolutio ex dic
tis. Ad terciam dicitur ꝙ illi non ſunt mot⁹
niſi methaphorice dicti. ⁊ hic intelligitur de mo
tu proprie dicto qui eſt phiſicus ſiue ſit motus ſi
ue mutatio. Et hec de toto ſexto phiſicorum.

## Sequitur liber Septimus.

**Omne autem quod moue
tur neceſſe eſt ab aliquo mo
ueri. et cetera.**

# Jrca ſeptimum Librum phiſicoruʒ Queritur primo. Utrum Omē quod mouetur ab aliquo moueatur.

Et arguitur primo ꝙ nō. animata mouētur a ſe ipſis naʒ per hoc diſtiguūt ab inanimatis. g° ꝛc.

Secundo ſic graue ſurſum ſupra trabem de tectum grauitate ſua frangens trabeʒ mouetur deorſum et non ab alio. ergo a ſe ipſo. Ad oppoſitum arguitur per Ariſtotelem in primo capitulo primi tractatus huius ſeptimi phiſicorum. Pro Reſponſione.

Sciendum eſt primo ꝙ poſtquam philoſophus determinauit de motu ſecūdum ſe et conſequentibus motum ipſum. et de ſuis partibus tam ſubiectiuis quam integralibus. Conſequenter in hoc ſeptimo tractat de motu in comparatione ad mouencia et mobilia oſtendendo ꝙ non eſt procedere in īfinitū in motibus et mouentibus et motis. ſed eſt dare primum motorem. primum mobile et primuʒ motum. et quia ad determinationem huius oʒ ſcire an aliquid a ſe moueatur aut nō. ideo hāc queſtionem primo terminat Ariſtoteles. ꝛ quia illa que ſunt vnius ordinis comparabilia ſunt ideo ob hoc in ſecundo tractatu huius libri agit de comparatione motuum. et deinde oſtendit in octauo quis ꝛ qualis ſit primus motus et primus motor. et hec eſt intencio reſidui huius operis

Sciendum eſt Secundo. ꝙ circa hanc queſtionem contradicere voluit galienus Ariſtoteli in quodam tractatu vbi dicit aīal a ſe et per ſe moueri quoniam mouetur a calore naturali qui eſt aliquid de ſubſtancia aīalis. ſed quod ab aliquo ſue ſubſtācie mouetur a ſe et per ſe mouetur. et ſic concludebat animal a ſe ꝛ per ſe moueri. ſed deceptus fuit Galienus in equiuocatione huius quod eſt per ſe. Opponitur autem per ſe ad per accidens et ſic eſt ideʒ per ſe quod eſſencialiter. et iſto modo verum eſt animal a ſe et per ſe moueri. opponitur etiaʒ per ſe ad per aliud vt idem ſit per ſe quod primo et ſic non mouetur animal a ſe et per ſe ſic ꝙ pri°

Sciendum eſt Tercio. ꝙ vt dicit philoſophus in hiis que mouentur ab aliquo extrinſeco ſicut ſunt violenter mota in his facile eſt videre ꝙ ab alio moueantur. ſed in his que habent in ſe ipſis principium mouendi intrinſecuʒ difficultas eſt. quoniam in ipſis difficile eſt videre partem mouentem et partem motam. ꝛ per hoc decipiuntur opinando talia moueri a ſe ipſis per ſe primo. Et ſimile eſt vt dicit Ariſtoteles ac ſi diceremus totum mobile d.e.ʒ. cuius vna pars ſcilicet. d.e. aliam moueat ad per ſe primo moueri. cum tamen ita non ſit licet ita oppiniari contingat. quia vt dictum eſt quandoqʒ pars mouens non percipitur diſtingui a parte mota. ſic enim contingit decipi in animatis corporibus que ab aliquibus creduntur a ſe primo moueri quia non percipiunt diſtinctionem partis mouentis a parte mota cū tamen inter illas partes ſit diſtinctio. ideo non mouetur totum animal a ſe ipſo. ſed denominatur mouere ſe ratione vnius partis et moueri a ſe ratione alterius. ideo nō mouetur a ſe primo. Tunc ſit.

Concluſio prima: Licet aliquid mouetur a ſe per accidens ſiue per alterum. tamen nichil mouetur per ſe a ſe primo. pro cuius probatione ponit philoſophus duas ſuppoſitiones. Prima eſt ꝙ ſi aliquid a ſe ipſo primo moueatur nullo modo pauſabit. i. quieſcet altero quieſcente in cauſando alteruʒ. quia quod conuenit alicui primo non conuenit ſibi per alterum. ideo per ablationem cuiuſcunqʒ alterius non poteſt ab eo auferri. Ex hac ſuppoſitione ſequitur alia que ſumitur a deſtructione conſequentis prime ſuppoſitionis ad deſtructionem antecedentis ſcilicet ꝙ ſi aliquid quieſcit altero quieſcente illud non mouetur a ſe per ſe primo. Tūc arguitur ſic nichil quod pauſat ad quietem alterius mouetur a ſe per ſe primo. ſed omne mobile quieſcit altero quieſcente ſcilicet aliqua parte eius que eſt altera a toto. ergo nullum mobile mouetur a ſe per ſe primo.

Minor probatur quia ponatur aliquod mobile a ſe et per ſe primo moueri et ſit. a.b. et diuidatur per. c. nam omne mobile eſt diuiſibile. vel ergo parte. b.c. quieſcente totuʒ. a.b. quieſcit vł non. ſi dicatur ꝙ non tunc totum non mouetur primo ſed ſolum gracia partis. ergo. b.c. quieſcēte oportet totum. a.b. quieſcere. ſed. b.c. eſt alterum a toto quia pars eſt altera a toto. ergo totum. a.b. quieſcit altero quieſcente. ꝛ per conſequens non mouetur a ſe primo et per ſe. Et ſimiliter arguit' de omni mobili q2 omē mobile ē diuiſibile ꝛ pte quieſcēte neceſſe ē totū quieſcere quia ſi dicatur adhuc totum moueri vna parte quieſcente hoc erit ratione vnius partis. g° nō mouetur primo a ſe ipſo.

Dubitatur primo. An demonſtratio dicta ſit a priori. Reſpōdet commentator ꝛ Auicenna ꝙ non. ſed ſolum vt dictum eſt demrō a ſigno. aliquid enim quieſcere ad quietem ſue partis non eſt cauſa ꝙ non mouetur a ſe primo. ſed eſt ſignuʒ huius. Sʒ videtur dicere ſanctus Thomas ꝙ ſit demonſtracio a priori aſſumens cauſam huius quod eſt nō moueri a ſe primo. Ubi eſt aduertenduʒ ꝙ aliquid mouere ſe primo eſt ipſum eſſe per ſe primo ſibi cauſam motus. quod autem eſt per ſe cauſa alicuius oportet ꝙ illud primo ſibi conueniat. quia primum in quolibet genere eſt cauſa omnium eorum que ſunt poſt. vt ignis qui ſibi ꝛ aliis eſt cauſa caloris eſt primo calidus. Jn ſexto autem huius oſtenſum eſt. ꝙ in motu non eſt dabile primum nec ex parte temporis nec ex parte magnitudinis nec ex parte mobilis propter eorum diuiſibilitatem in infinitum. ideo nō eſt dabile primum mobile cui primo conueniat motus. quia motus totius deſcendit a motu partiuʒ que ſunt priores toto. ꝛ quia non eſt dare priorem partem mobilis. ideo non eſt dare aliquid cui primo conueniat motus. Sic ergo oſtendit Ariſtoteles nichil mouere ſe primo quia non eſt dabile primum mobile cui primo conueniat motus. ſicut diceremus ꝙ nullum mobile eſt primū ens quia eſſe totius dependet ex partibus que ſunt priores toto. ideo Ariſtoteles ponit hanc conditionalem ꝙ ſi pars non moueretur totum non moueretur. ſicut hec conditionalis eſſet vera ſi pars non eſſet alba nec totum. quare eſt argumentum a cauſa ad effectum cuʒ arguitur. ſic parte cuiuſlibet mobilis quieſcente totum non mouetur. ergo nullum mobile mouetur a ſe ipſo primo. Ob hoc licet Plato ponens animam a ſe primo moueri cum ſe amat aut intelligit tamen poſuit nullum corporeum a ſe ipſo poſſe primo moueri. nec contradicit Ariſtoteli ponendo animam a ſe moueri quia Plato ōnem operationē aīe vt velle et intelligere vocat motum. ſed in preſenti capit Ariſtoteles motum proprie vt ipſe eſt actus entis in potencia.

Sed contra demonſtrationem Ariſtotelis arguit Auicenna dicens ꝙ procedit ex quodam impoſſibili quia ibi ſupponit Ariſtoteles ꝙ cuiuſlibet mobilis aliqua pars quieſcere poteſt ꝙ eſt impoſſibile de celo. Reſpondent aliqui ꝙ licet parti alicuius mobilis ſecundum ꝙ eſt determinate ſpeciei et nature repugnet quieſcere. non tamen repugnat parti alicuius mobilis ſecunduʒ ꝙ mobile eſt in communi quia mobili ſecunduʒ ꝙ mobile eſt non repugnat quieſcere, licet ei repugnet ſecundum ꝙ eſt tale mobile. Sed replicat Auicenna quia ſi predicatum alicuius propoſitionis repugnet ſubiecto ratione forme ſpecifice quanuis non ratione generis nichillominꝰ illa eſt falſa et impoſſibilis. vt hec ē falſa homo eſt irrationalis quantuis homini ſecundum ꝙ ē animal non repugnet eſſe irrationale. Jdeo aliter reſpondet Auerrois ꝙ aliqua condicionalis eſt vera et neceſſaria cuius tamen antecedens ꝛ cōſequens ſunt impoſſibilia. vt iſta ſi homo eſt aſinus homo eſt irrationalis. modo vt patet in textu demonſtratio non ponit partem cuiuſlibet mobilis poſſe quieſcere. ſed condicionaliter loquitur dicens equiualenter ꝙ ſi pars alicuius mobilis quecunqʒ ſit illa quieſcat neceſſe eſt totum quieſcere ſic ꝙ totum non mouebitur. nam ſi vna pars quieſcat iam totum non mouebitur.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam patet ſolutio ex dictis. Ad ſecundam dicitur ꝙ illo caſu graue mouetur a ſe ſecundum accidens inquantum accidit ſibi met remouere prohibens. ſʒ per ſe mouetur a generante vt in octauo patebit.

Sequitur textus.

# Queritur ſecundo. Utrum In mouentibus et motis ſit proceſſus in infinitum.

Et arguitur primo ꝙ ſic quia omne mouens phiſicum mouetur quia mouencia nō mota non ſunt amplius phiſice conſiderationis. ſed omne quod mouetur ab alio mouetur vt oſtenſum eſt. ergo in mouentibus et motis phiſicis eſt proceſſus in infinitum. Secundo ſic generationes et corruptiones ſunt infinite: ergo generata et generancia corrupta et corrumpencia erunt infinita et per conſequens mouencia et mota. Ad oppoſitum arguitur per philoſophum in ſecundo capitulo primi tractatus huius ſeptimi ſic dicentem. quoniam auteʒ omne quod mouetur ab alio mouetur vt mouens. ergo ab alio quoniam eſt et ipſum mouetur. et dico tamen ab altero non autem in infinitum abibit ſed ſtabit alicubi et ſic erit aliquid quod primo erit cauſa motus.

Sciendum eſt primo ꝙ poſtquam Ariſtoteles demonſtrauit omne mobile ab alio moueri. Conſequenter oſtendit ſuū principale intentum videlicet ꝙ in ordine mobilium deueniendum eſt ad vnum primum ꝛ ſimiliter in ordine motuum. ergo in ordine mouentium erit vnum primum mouens.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

aliter oſtendit Ariſtoteles eſſe ſtatum in cauſis mouentibus hic et in ſecundo methaphiſice. nã hic agit de ipſis ſecundum ordinem quem habent ad motuʒ quantuʒ ad principia eius. ideo ex parte motus concludit huiuſmodi ſtatum oſtendendo ꝙ eſt vnum primum mobile. vnus primus motus. et vnus primus motor. ſed in ſecundo methaphiſice ꝯſiderat cauſas efficientes in ratione efficientium abſolute. et ideo ſtatum concludit inquantum ſunt efficientes tali medio. quia ſi non eſt dare primum efficiens cũ ſecundum non efficiat niſi in ratione ſiue virtute primi ſequit᷑ ꝙ nõ efficeret. ⁊ hoc habet veritatem in eſſencialiter ſubordinatis in quibus ſecundum habet a primo ꝙ ſit et ꝙ ſit efficiẽs. ergo ceſſante primo ceſſat ſecundum licet non e conuerſo. ſʒ in accidẽtaliter ſubordinatis iſtud non eſt veruʒ quia ſecunduʒ non habet a primo ꝙ ſit et ſit efficiens. ideo poteſt cauſare non cauſante primo. ideo ſecundum iſtud dicitur ꝙ in cauſis accidentaliter ſubordinatis nõ repugnat proceſſus in infinitum. ſed aliunde repugnat. qꝛ que ſunt accidentaliter ſubordinata in vno ordine eſſencialiter ordinantur in alio. et ſecundũ hoc repugnat eis abire in infinituʒ. ⁊ qđ dicitur de efficientibus poteſt dici de aliis cauſis.

Tunc ſit.

## Concluſio reſponſalis ad .q:

In mouentibus et motis non eſt proceſſus in infinitum. ſed dandum eſt vnum primum mobile ⁊ vnũ primum mouens intelligendo in eſſencialiter ſubordinatis. Pro cuius probatione ſupponit phƀs ꝙ ſi aliquid mouetur ab aliquo ꝑ hoc ꝙ ipſum mouens mouetur tunc motus eoꝝ erunt ſiml᷑. vt ſi .a. moueretur a .b. per hoc ꝙ motus .b. mouetur illi motus erunt ſimul. Probatur ergo concluſio. quia ſi non concedatur et detur oppoſitum et ponatur ꝙ .a. moueatur a .b. ⁊ b. ab ipſo .c. et .c. ab ipſo .d. ⁊ ſic in infinitum. deinde accipiatur motus cuiuſlibet et ſit motus .a b. e. et motus .b. i. et motus .c. d. ſunt .ʒ. e. quia ergo ipſum .a. finitum eſt motus eius eſt finitus et licet ponantur infinita mobilia quodlibet tamen eſt finitum. et ſic motus cuiuſlibet eſt finit⁹ ergo erunt in tempore finito vt probatum eſt in ſexto. ſit ergo tẽpus in quo mouetur .a. ʒ. b. tunc arguatur ſic per ſuppoſitionem factam. cum motus ipſius .a. ſimul eſt motus ipſius .b. et ſic de aliis omnibus que infinita ſunt. ergo cum motus ipſius .a. ſit in tempore finito quod eſt .ʒ. b. ſequitur ꝙ in illo tempore finito eſt infinitus motus illorum infinitorum mobilium. nec differt an motus eorum ſint eque veloces vel non. Sʒ quia hec deductio cõcludere videtur ꝙ motus infinitus ſit in tempore finito. non tamen propter ea que in ea expreſſe poſita ſunt efficaciter concludit. ſed ſolum efficaciter videtur concludere ꝙ in tempore finito erunt infiniti mot⁹ infinitorum mobilium quod non videtur incõueniens nec reprobatum eſt in ſexto huius. ſed ſolum ꝙ in tempore finito non poteſt eſſe infinitus vnus motus. ideo ſuperaddit Ariſtoteles id vnde efficaciaʒ habeãt dicta de eo ſcʒ ꝙ omne mouens ſimul eſt cum moto. quare ſi ſuit infinita mouentia et mobilia ſic ordinata vt ſuppoſitum eſt poſſunt ad inuicem cõtinuari. ergo ex ipſis fiet vna magnitudo infinita. et ex motibus eorum fiet vnus motus infinitus et continuus qui erit in tempore finito. et quia hoc eſt impoſſibile ſequitur ꝙ impoſſibile eſt eſſe infinita mouẽcia ⁊ mobilia eſſencialiter ſubordinata. Sed contra illud ſuperadditum obicitur. ſi eſſent infinita mouencia et mobilia eſſencialiter ſubordinata adhuc ſpecie differrent ad inuicem. ergo cõtinuari non poſſunt quamuis vnum alteri eſſet contiguum. Reſpondetur ꝙ licet illis mouentibus et mobilibus ratione ſuarum formaruʒ ſpecificarum repugnet continuari et facere vnũ. tamen inquantum mobilia ipſis non repugnaret Et hic agitur de mobili in communi et non contracto ad aliquam ſpeciem. et ibi demonſtratur de mouentibus ſub ratione communi eorum et non ſub rationibus cõtractis. quare in ipſis nõ eſt procedere in infinitum. ideo ponit Ariſtoteles accipere illa infinita mobilia et mouẽcia ad inuicem poſſe continuari. quo ſuppoſito ſequitur impoſſibile illatum. Et cum poſſibili poſito in eſſe nulluʒ ſequitur impoſſibile. tunc illud impoſſibile illatum non ſequitur ex illo contingenti poſito in eſſe ſcʒ ꝙ illa mouencia et mobilia continuantur. ⁊ licet ſequatur ex illo aſſumpto ſcʒ ꝙ ſint infinita. ergo impoſſibile eſt ꝙ ſint infinita mouencia mobilia. et ſic patet qualiter ex parte motus concludit Ariſtoteles ſtatuʒ eſſe in mouentibus et motis eſſencialiter ſubordinatis. Et ſi in eis eſt ſtatus ita et in aliis. nam licet ſi vnuʒ mouens accideret et ordinaretur accidẽtaliter ad aliud vt vnus eſt generans ad aliuʒ. tamen que habent accidentalem ordinem inter ſe habent eſſencialiter ordinem ad aliquod mouens vt quilibet homo generans ad ſolem. Unde vniuerſaliter concludi poteſt ꝙ in mouentibus et motis non eſt proceſſus in infinitum.

Sed iterum poteſt argui contra illud quod dicitur ꝙ in per ſe ordinatis ceſſante primo ceſſat ſecundum. Nam vt narrat Albertus viſus eſt aries qui poſt deciſionẽ capitis ceſſante ſiue quieſcente adhuc modicum ambulabat cum tamen in illo capite ſit principium motus.

Recitat etiam de cicada que poſt deciſionem capitis modicum cantauit. Reſpondetur ꝙ in illis mouentibus quandoqʒ bene imprimitur alia virtus per quam moueri poſſunt quieſcente primo. nunꝙ tamen incipiunt moueri niſi per virtutem mouentem primu.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primã conceditur ꝙ omne mouens phiſicum mouetur. nec inde ſequitur ꝙ in mouentibus phiſicis procedatur in infinitum quia datur vnum primum mouens mobile. quod lʒ nõ moueatur a ſe primo. tamẽ mouetur a ſe per alterum et illud eſt celum. ſed primũ mouens ſimpliciter non mouetur a ſe nec ab alio nec per ſe nec per accidens et illud eſt conſiderationis phiſici in ratione mouentis acceptum. Ad ſecũdam conceditur ꝙ generationes et corruptiones ſunt infinite non ſimul ſed per ſucceſſioneʒ plurium indiuiduorum accidentaliter et eſſencialiter ſubordinatorum. ideo in ipſis bene eſt infinituʒ non ſecundum actum ſed ſecundum potenciam ſucceſſionis.

## Queritur Tercio: Utrum

Omne mouens ſimul ſit cum eo quod mouetur Et arguitur ꝙ non quia celum mouet hec inferiora et tamen non eſt ſimul cum ipſis ergo.

Secundo ſic color mouet viſum et tamen non eſt ſimul cum viſu ergo ⁊c. Tercio ſic quidam piſcis ſtupor vocatus ſtupeſcit manum piſcatoris quamuis rethe interponatur et ſic nõ eſt ſimul. ergo non omne mouens eſt ſimul cum moto. Ad oppoſitum eſt Ariſtoteles ſic dicens. Primum autem mouens non ſicut quod cuius eſt cauſa. ſed vñ pꝛĩcipium motus ſimul eſt cum eo quod mouetur.

Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

quam Ariſtoteles oſtendit eſſe ſtatum in mouẽtibus et motis. Hic conſequenter oſtendit vnum quod in illa probatione ſuppoſuerat ſcʒ ꝙ omne mouens ſimul eſt cum moto. ſupponendo tamen ꝙ duplex eſt mouens. nam quoddaʒ eſt methaphoricuʒ vt eſt finis. ⁊ tale quandoqʒ diſtans eſt ab eo quod mouetur nec propter hoc impeditur motio eius. et de tali non eſt ad propoſitum. Aliud eſt mouens proprie dictum qđ eſt principium vnde motus. quod eſt duplex. Nam quoddam eſt inmediatum et de iſto intelligitur hic. Aliud eſt remotum et de iſto non intelligitur. ideo dicit textus. Primum autem mouens. i. proximum non ſicut cuius cauſa. i. non ſicut finis. ſed vt vnde principium quod eſt efficiens ſimul eſt cum eo quod mouetur ſiue ſint q̃dam que ſint in eodem loco adequate aut ſiml᷑ ſecunduʒ tempus ſed ſic ſunt ſimul quod nichil mediat inter mouens et motum ſed ſunt compoſita.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

tantum ſunt tres ſpecies motus proprie dicti. vt habetur in Quinto. ſcʒ motus ad quantitatem motus ad qualitatem et motus ad vbi qui dicitur loci mutatio. De generatione autem et corruptione ad preſens non ſit menſio quia nõ ſũt proprie motus ſed termini motus ſcʒ alterationes. ideo dum probatum fuit ꝙ in alteratione alterans ſimul eſt cum alterato ſufficienter probatum erit in generatione et corruptione ꝙ ſiliʒ generans ſimul eſt cuʒ genito et corrumpens cũ corrupto. et quia motus localis eſt primus omnium motuuʒ vt probatur in octauo. ideo Ariſtoteles primo probat propoſitum ſuum in motu locali.

## Sciendum eſt tercio ꝙ omĩs

motus localis aut eſt a principio intrinſeco ita ꝙ illud quod mouetur a ſe ipſo mouetur lʒ non primo. aut a principio extrinſeco ita ꝙ mobile a principio extrinſeco mouetur et õnes motus locales qui ſunt a principio extrinſeco tantum ſũt quatuor. ſcʒ pulſio. tractio. vexio. et vertigo. et omnes alii motus locales ad illos reducuntur. Pulſio auteʒ ſic diffinitur ꝙ eſt motus a mouẽte aut ab aliquo quo tamen vtitur mouẽs vt ſe ipſo ad aliud. vel ſic pulſio eſt motus violentuſ quo violentatum a violentante recedit. et diuiditur per impulſionem et expulſionem. Impulſio eſt quando mouens ei quod mouetur non deficit ſed ſemper eſt cum eo ſimul. Expulſio eſt qñ mouens deficit ei quod mouetur ita ꝙ ipſum non ſemper concomitatur vſqʒ ad fineʒ motus.

Tractio vero eſt motus violentus quo violentatuʒ a trahente vel intentione trahentis mouetur. et oppoſito modo ſe habet ad pulſionem et differt ab ea quia in pulſione mouens ſe habet ad mobile vt terminus a quo motus. ſed in tractione ſe habet vt terminus ad quem.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ Duplex

eſt tractio. quedaʒ fit a trahente quod eſt ſicut finis ſʒ⁹ illud virgilii in bucolicis. Trahit quemqʒ ſua voluptas. et ſic poteſt dici ꝙ locus trahit id quod naturaliter mouetur ad ipſum. Alia eſt tractio que fit a principio vnde motus quod poteſt eſſe dupliciter. Uno modo quãdo tractum a trahente primo alteratur vt ad ipſũ moueatur et hoc modo magnes dicitur attrahere ferrũ. et ꝙ ibi ſit alteratio pʒ qꝛ nõ ex quacũqʒ diſtancia trahit vt locus locatũ ⁊ hoc mõ

generans quod dat formã ad ſe trahit genitum.
Alio modo fit tractio non alterando ſed ta
men mouendo localiter vel ad ſe ipſum vt in
motib⁹ nõ volũtariis. vel alterũ vt ĩ volũtariis
trahens eni voluntariũ põt vti altero ꝙ ſe ipſo.
Et de prima tractione non eſt hic ad propoſitum
quia poteſt eſſe trahens diſtans a tracto ⁊ põt
trahere ſine eo ꝙ moueatur. Similiter ne
qꝫ de ſecunda que non eſt ſimplex tractio. ſed ſe
quitur alterationem. ideo cum probatum erit de
alterante ꝙ eſt ſimul ſufficienter probat᷑ de trac
to ⁊ trahente ſecũdum iſtum modum. Unde
tractio ſic diffi᷑. Tractio eſt cuꝫ ad ſeipſum vel
ad alterum velocior fit motus trahentis non ſe
paratus ab eo quod trahitur. vnde patet quid
ſit pulſio. quid tractio. ⁊ omnes alii mot⁹ q̃ ad
iſtos reducuntur ſicut reſpiratio ad expulſio
⁊ generaliter omnis motus qui eſt emiſſiuus vl᷑
receptiuus corporis. emiſſiuus quidem ad pulſi
onem ⁊ receptiuus ad tractionem. Ad illos
etiaꝫ reducuntur ſpateſis et carqueſis. vnde ſpa
teſis eſt motus factus cum enſe pellendo. ⁊ carq̃
ſis eſt motus factus cũ iſtrumẽto textoris quod
dicitur radius. Similiter cõgregatio ⁊ diſgrega
tio ſeu ſineſis ⁊ dieneſis ad iſtos reducun᷑. ⁊ cũ
omnis motus localis ſit congregatio aut diſgre
gatio ſequitur ꝙ eſt pulſio aut tractio. Ad iſtos
etiaꝫ reducitur vertigo qui eſt motus violentus
compoſitus ex tractione et pulſione vt eſt mo-
tus rote aut mole. et etiam vectio qui eſt motus
violentus quo aliquid in ſe quieſcens mouetur
ad motum alterius. quia omne quod vehit ve
hit trahendo vel expellendo ⁊c̃.

## Sciendu3 eſt quinto ꝙ omis

alteratio fit ſecundum aliquam paſſibilem qua
litatem vel aliquam paſſionem. et omnis paſſio
fit ſecundum aliquam paſſibilem qualitatem ſe-
cundum quas paſſibiles qualitates ad inuicem
diſtiguũtur corpora ſenſibilia ⁊ ĩter ſe agunt ⁊ pa
tiuntur. vnde iſte paſſiones poſſunt dupliciter
conſiderari. Uno modo ſecundum eſſe reale qd᷑
habent in natura et materia et iſto modo ſecun
dum iſtas fit alteratio naturalis et phiſica. ⁊ per
iſtas patiuntur tam animata quam inanima-
ta licet hoc magis lateat in corporibus ĩanima
tis. vt cum fit alteratio ſecundum partes inſenſi
biles. Alio modo conſiderantur iſte qualita
tes ſecundum eſſe intentionale quo diffundun᷑
per medium et ſunt forme ſimplices et ſic ſolum
ab ipſis patiuntur animata corpora ſecundum
potencias ſenſitiuas. ideo dicit philoſophus ꝙ
non ſecundum hec omnia patiuntur inanima-
ta. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Omne

mouens proximum et inmediatum ſimul eſt cuꝫ
eo quod mouetur. Probat philoſophus in
ductiue. Primo in motu locali. quia omnis ta-
lis vel eſt a principio intrinſeco et ſic manifeſtũ
eſt ꝙ omne mouens ſimul eſt cum eo ꝙ moue-
tur. vel eſt a principio extrinſeco et tunc vel eſt
pulſio vel tractio. ſi primum hoc eſt dupliciter
vel eſt inpulſio et ſic eſt manifeſtum per diffini-
tionem eius ꝙ mouens ſimul eſt cum moto. vel
eſt expulſio et tunc licet mouens primum non
ſimul ſit cuꝫ eo quod mouetur. tamen mouens
proximum ſcꝫ virtus ipſius mouentis ſemper ẽ
cum eo quod expellitur quamdiu expellitur. et
vt dicit textus quando virtus expellentis defi-
cit et virtus expulſi vel proiecti forcior eſt tunc
mouetur ſecundum propriam naturam. ſed pri-
us velocius mouebatur quam ſecundum natu
ram propriam. ſi motus ille ſit tractio per diffi-
nitionem patuit ꝙ mouens eſt ſimul cuꝫ eo qd᷑
mouetur. Secundo manifeſtum eſt de alte
ratione quia omnis alteratio eſt realis et phiſi-
ca vel intentionalis. ⁊ in omni tali alterans pro
ximuꝫ ſemper eſt ſimul cum alterato. Tercio
ſimiliter manifeſtum eſt de augmento et decre-
mento. quia augmentum fit per appoſitionem
alicuius quãti quod in ſubſtanciã augmentati
conuertitur et ſic augens ſimul eſt cum eo quod
augetur. Sed decrementum fit cum aliquid au
fertur ab aliquo. modo quod aufertur ab ali-
quo ſimul eſt cum eo a quo aufertur. ergo ĩ de
cremento motus ſimul eſt cum eo quod moue-
tur. et ſic patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ licet celum non ſimul ſit
cum iſtis inferioribus. tamen virtus eius que ẽ
mouens proximum ſimul eſt. Ad ſecundam
dicitur ꝙ licet color in eſſe reali non ſimul ſit cũ
viſu. tamen ſpecies eius intentionalis que eſt
mouens proximum ſimul eſt cum viſu. Ad
terciam dicitur ꝙ ſtupor non ſimul eſt cum ma-
nu piſcatoris ſecundum locum. tamen virtus e
ius ſimul eſt. Et ſi arguitur ꝙ rethe magis ſtupe
ſcit quia omne agens fortius agit in proximum
quam in diſtans. dicitur ꝙ rethe talem motum
non poteſt ſuſcipere. et auctoritas intelligitur
qñ proximum eſt ſuſceptiuum talis operacionis
ſicut diſtans. propter hoc etiam ſol non calefacit
corpora celeſtia adueniente ſuo lumine ſicut cor
pora inferiora.

Sequitur textus.

## Queritur quarto. vtrum

Ad ſolam terciam ſpeciem qualitatis ſit per ſe
alteratio.



Et arguitur ꝙ non. nam habitus et diſpoſiti
ones forme ⁊ figure de nouo acquiruntur in ali
quo ſubiecto et etiam remouentur. ſed hoc non
fit niſi per mutationem. omnis autem mutatio
ad qualitatem dicitur alteratio ergo. Secũ
do ſic. duruꝫ et molle ſunt de ſecunda ſpecie qua
litatis. ſed aliquid tranſmutatur de vno in alte
rum. ergo ſecundum naturales potencias vel in
potencias eſt alteratio. Tercio ſic ira timor ⁊
cetere paſſiones anime ſunt de tercia ſpecie qua
litatis. et tamen ſecundum eas non eſt alteratio
ergo non ſecunduꝫ omnes qualitates tercie ſpe
ciei qualitatis eſt per ſe alteratio. Minorem pro
bant nominales. nam ira et timor reſpectum im
portant. homo enim iratus dicitur et non lapis
quod non eſſet niſi ira haberet reſpectum ad ho
minẽ. ſꝫ in ad aliquid non eſt per ſe motus. ergo
neqꝫ in iſtis qualitatibus. Ad oppoſituꝫ ar
guitur per phũm dicentem. quoniam auteꝫ que
alterantur a ſenſibilibus alterantur et ſolum ho
rum eſt alteratio. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ Ariſtoteles oſtendit ꝙ mouens proximum ſi
mul eſt cum moto et omne alterans cum altera
to. Conſequenter in hoc capitulo oſtendit v
num quod in illa probatione ſuppoſuit ſcꝫ ꝙ ſo
lum ad qualitates tercie ſpeciei et non ad alias
eſt per ſe alteratio.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

iſtarum qualitatum quatuor ſunt principales
⁊ prime. inter quas primo ⁊ principaliter eſt alte
ratio et etiam contrarietas. ſ. calidum. frigidũ.
humidum. ⁊ ſiccum. ⁊ iſte ſunt cauſe aliarum et
dicuntur prime. alie vero ſecunde. Et ſi obicia᷑
de ſono qui ſolum videtur cauſari a ſonante ſi-
ue percutiente ⁊ percuſſo. Dicitur ꝙ ſi ſonus con
ſideretur per comparationem ad medium in q°
cauſatur ⁊ ſecundum cuius proportionem fit cõ
trarietas et diuerſitas in ſonis. tunc patet cla-
re ꝙ ab iſtis qualitatibus cauſatur puta ſecun-
dum diuerſam proportionem humidi cum ſicco
aut calido fit diuerſitas in ſonis.

## Sciendum eſt Tercio. ꝙ hic

Ariſtoteles non facit mentionem de naturalib⁹
potenciis vel impotenciis. quia naturales potẽ
cie vel impotencie ſunt principia agendi vel pa-
tiendi. et cum res agant per ſuas formas ſubſtã
ciales et patiantur per ſuas materias. et natura
lis potencia oritur ex victoria forme ſupra ma
teriam. naturalis vero impotencia ex victoria
materie ſupra formam. et immediate fundantur
in principiis naturalibus et ſubſtancialibus rei
non poſſet fieri permutatio ſecundum natura-
les potencias vel impotẽcias quin fieret in ſub
ſtancialibus rei. et quia non fit in ſubſtanciali-
bus. ideo nec in illis qualitatibus. Unde dici-
mus ꝙ ille qualitates per generationem inſunt
ab inſtanti natiuitatis.

## Sciendum eſt quarto ꝙ Du

plex eſt terminus generationis. quidam eſt pri-
mus et principalis. ad quem primo terminatur
generatio ſcꝫ forma ſubſtancialis que per gene-
rationem acquiritur. Alius eſt ſecundarius
ſequens primum terminum. et ſic naturales po-
tencie vel impotencie per generationem acquirũ
tur ſcꝫ ex conſequenti et non primo. et ſicut dic-
tum eſt de naturalibus potenciis ita dicendum
eſt de forma et figura. nam ille ↄſequuntur for-
mam ſubſtancialem ideo non poſſet in eis fieri
mutatio quin fieret in ſubſtancialibus rei. et iõ
inter cetera accidencia forma et figura que con
ſequuntur formam ſubſtancialem maxime indu
cunt nos in cognitionem formarum ſpecificarũ
et inde eſt ꝙ in quibuſdam animalibus et plan
tis vbi non cognoſcimus formam ſpecificam iu
dicam⁹ de diuerſitate ſpecieruꝫ per diuerſitatem
formarum et figurarum et etiam potius quam
per diuerſitatem colorum et alioꝝ accidencium.
Iſtis notatis ſit.

## Concluſio prima. Ad quali

tates ſecunde ſpeciei non eſt ꝑ ſe alteratio. patet
quia alteratio eſt quando ſubiecto manente eo
deꝫ in ſubſtancialibus fit mutatio in aliquib⁹
qualitatibus. ſed ſecunduꝫ qualitates ſecunde
ſpeciei que ſunt naturalis potencia vel impoten
cia non poteſt fieri quin ſit in ſubſtancialibus
rei. ergo in ipſis non eſt per ſe alteratio. Item
qualitates que ab inſtanti natiuitatis inſunt ꝑ
generationem non poſſunt acquiri per alteratio
nem ſubiecti. ſed naturales potencie vel impotẽ
cie ſunt huiuſmodi. ergo ⁊c̃. Item inter iſtas
qualitates nõ eſt ↄtrarietas. ergo nec alteratio.

## Concluſio ſecunda. Ad qua

litates de ſecũda ſpecie qualitatis non eſt per ſe
alteratio. Probatur vt precedens. Et etiam pro
batur duabus rationibus phi. Prima ẽ. qua
litates ad quas eſt per ſe alteratio ſunt que ꝑ al
terationeꝫ in ſubiecto acquirũ᷑ ⁊ ĩ recto de ſubiec
to ꝑdicãtur ⁊ ecõuerſo. ſicut dicim⁹ hõ ẽ alb⁹ et
albũ ẽ homo. ſꝫ forme ⁊ figure ĩ recto nõ ꝑdicã
᷑ de ſubiecto. vt nõ dicim⁹ ꝙ e ſit figura vl᷑ ecõ
tra. ſꝫ ſolũ ꝑdica᷑ de nomiatiue vt es ẽ figuratũ
vas ẽ lineatũ ⁊ ↄtra. g° ſꝫ⁹ ipſas nõ ẽ ꝑ ſe alte
ratio. Secũda ratio ridiculũ ẽ dicere aliquid
alterari quando ꝑficitur. ſꝫ qñ acquirit formã
vl᷑ figurã ꝑficit᷑. g° ſꝫ⁹ formas ⁊ figuras nõ ẽ ꝑ
ſe alteratio. Et hec ↄcluſio maifeſta ſit in figuriſ
q̃ per ſe ⁊ inmediate inſequuntur formam rei.

Non tamen eſt manifeſta in figuris accidenta
libus que mutari poſſunt ſine hoc ꝙ res mutet
ſubſtancialiter. ſicut eſt in figura que per rarefac
tionem ⁊ cõdenſationem acquiritur. ideo in tali
bus probatur concluſio quia tales figure ſimpli
citer ⁊ non per ſe acquiruntur per alteratione͂. ſʒ
ſolum ex conſequenti. ⁊ ſunt termini mutationū
que fiunt ſecundum alias qualitates vel inſe-
quūtur motuʒ localem. ⁊ ꝙ non ſit alteratio ad
habitus ⁊ diſpoſitiones videbitur in ſequenti
queſtione.

## Concluſio tercia. et reſponſa

lis ad queſituʒ. ad ſolaʒ terciā ſpēʒ qualitatis ē
per ſe alteratio. Probatur quia qualitates de
tercia ſpecie qualitatis ſunt vere contrarie ⁊ per
ſe intenſibiles et remiſſibiles ⁊ extrinſecus ſubiec
to aduenientes. ergo ad ipſas eſt per ſe motus.
et cum omnis motus ad qualitatem ſit alterati
o. ſequitur ꝙ ad ipſas eſt per ſe alteratio. ⁊ ſoluʒ
ad ipſas quia non fit in aliis vt dictum eſt.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ habitus ⁊ diſpoſitio ac
quiruntur ⁊ perduntur non ſine mutatione. ſed
dicitur ꝙ illa mutatio non per ſe terminatur ad
huiuſmodi habitus ⁊ diſpoſitiones. Sed primo
terminatur ad aliquas qualitates ad quas ē
per ſe alteratio que ſunt quodāmodo cauſealia
rum. ideo mutatione facta in ipſis ſequitur mu
tatio ex conſequenti in aliis facta. Ad ſecun
dam dicitur ꝙ ſi durum ⁊ molle conſiderantur
ſecundum ꝙ cauſantur a ſiccitate ⁊ humiditate
extrinſecis nõ ſunt naturales potencie. ſed ſi cõ
ſiderentur inquātum ab humiditate ⁊ ſiccitate
intrinſeca cauſantur ſunt naturales potēcie. ⁊ de
ipſis dicitur vt de habitibus ꝙ nõ primo per al
terationem acquiruntur. ſed ſolum ex conſequē
ti. ſicut ſanitas ⁊ egritudo cõſequūtur mutatio
nem qualitatum primarum ſiue humoꝝ ex quo
rum proportione vel inproportione cauſantur.

Ad terciam dicitur ꝙ ſecundum ſentenciaʒ
cõmētator ſuper illud dictum Ariſtotelis ꝙ in
ſenſibilibus qualitatibus ⁊ in ſenſibili parte aīe
ſolum eſt per ſe alteratio. per ſenſibilia intelligū
tur qualitates ſenſibiles que ſunt obiecta ſenſu
um. ⁊ per ſenſibilem partem intelliguntur paſ-
ſiones que ſunt in parte ſenſibili anime. ſ. in ap
petitu iraſcibili ⁊ concupiſcibili. ⁊ eodem modo
exponit ſanctus Thomas. Ideo dicendum ꝙ
non ſecundum qualitates que ſunt obiecta ſen
ſuum exteriorum eſt alteratio. ſed etiam ſecun-
dum paſſiones appetitus iraſcibilis ⁊ concupi-
ſcibilis ſiue ſecundum obiecta ipſaꝝ. ⁊ cum dice
batur ſunt ad aliquid negetur. ⁊ ad probatione͂
dicitur ꝙ homo dicitur iratus ⁊ non lapis. ſed
hoc non eſt ꝙ ira importet reſpectum ad homi-
nem. ſed quia lapis non eſt ſuſceptiuus ire aut
gaudii. Sequitur textus.

## Queritur quinto. vtrum

Ad habitus ⁊ diſpoſitiones ſit per ſe alteratio.

Et arguitur primo ꝙ ſic. ſanitas eſt habitus
corporis. ⁊ tamen ad ſanitatem eſt per ſe altera
tio. ergo ⁊c. Secundo ſic virtutes morales
ſunt in parte ſenſitiua anime in qua eſt per ſe al
teratio. ergo ad huiuſmodi virtutes eſt per ſe al
teratio. Tercio ſic cum aliquis procedit de
ignorancia ad ſcienciā mutatur. ⁊ non alia mu
tatione ꝙ̄ alteratione. ergo ⁊c. Ad oppoſi-
tum arguitur per philoſophum in textu. Pro
Reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ Du

plices ſunt habitus. nam quidam ſunt corporis
vt ſanitas. pulcritudo. macies ⁊ huiuſmodi. alii
ſunt anime ⁊ iſti ſunt duplices. nam quidā ſunt
mobiles ⁊ iſti ſunt in parte appetitiua vt fortitu
do temperancia ⁊ cetera huiuſmodi. Alii ſunt ī
tellectuales vt que ſunt in intellectu vt ſciencia
⁊ de his omnibus ſiue ſint boni ſiue mali intel
ligitur preſens queſtio.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Omnis habitus eſt virtus vel malicia. Omnis
autem virtus ⁊ malicia ſunt ad aliquid. eſt eniʒ
alicuius vel aliquoꝝ ad aliquid. Declarat phi-
loſophus de habitibus corporis vt ſanitas ē ca
lidoꝝ vel frigidoꝝ ⁊ coꝝ que ſunt circa corpus
ſiue infra conmenſuratio. ⁊ eſt ad aliquid ſcʒ ad
continens hoc eſt ad totum corpꝰ aīalis naʒ ꝯ
menſuratio humoꝝ que in homine eſt ſanitas. ī
leone non eſt ſanitas. ⁊ ſimiliter turpitudo ⁊ ma
cies corporis alicuius eſt ad aliquid. ⁊ ita de õ
nibus aliis habitibus. nam ⁊ omnis virtus eſt
diſpoſitio perfecti ad optimum hoc eſt ad finem
rei que eſt eius operatio. ſi ergo ī ad aliquid nõ
eſt per ſe motus tunc ſequitur ꝙ nec etiaʒ ad ha
bitus ⁊ diſpoſitiones nõ erit per ſe motus. verū
tamen per accidens et ex conſequenti acquirūt
aut remouentur per motum. ſicut relatio etiam
ex conſequenti in aliquo acquiritur aliquo fun
damento in eo acquiſito. ſed nunꝙ̄ aliquis mo
tus terminatur per ſe ad aliquam formam rela
tionis. ſed ad aliquem terminuʒ ad queʒ ſequi
tur relatio. vt per alterationem que terminatur
ad caliditatem vel frigiditatem qua reducun-
tur qualitates ad temperamentū bene in aliquo
ex conſequenti acquiritur ſanitas. Tūc ſit.

## Concluſio prima. ad habi

tus corporis non eſt per ſe alteratio. licet bene ex
conſequenti. Probat phūs quia tales habitus
ſunt ad aliquid. in ad aliquid autem non eſt p
ſe motus. ergo ⁊c. Non tamen debet intelligi ꝙ
tales habitus quantū ad id quod ſunt ſint ad
aliquid quia tunc eſſent de genere relationis. ſʒ
dicūtur ad aliquid dici eo. ſ. ꝙ eoꝝ rationes a
relatione dependent. Secunda pars conclu
ſionis pʒ in vltimo notabili.

## Concluſio ſecunda. Ad vir

tutes morales non eſt per ſe alteratio. ſequūtur
tamen ad alterationeʒ que eſt in parte ſenſitiua
ſecundum paſſiones eius. et probat phūs quia
ille virtutes ſunt quedam perfectiones. cum om
nis virtus ſit perfectio quedam. modo vnumquod
qʒ perfectum dicitur cum attingit virtutem per
ꝙ̄ poteſt in ſuum opus. perfectum enim ſecūduʒ
naturam dicitur ꝙ habet proprie forme ſpecifice
virtutem per ꝙ̄ poſſit in opus ſue nature. vt per
fectum vnumquodqʒ dicitur cum poteſt facere
alterum tale quale ipſum eſt. E. ſimiliter per
fectus dicitur aliquis moraliter cuʒ attingit vir
tutem moralem per ꝙ̄ prompte moraliter opera
tur. ſic ergo omnis virtus eſt quedam perfectio
et malicia corruptio. modo incõueniens eſt dice
re ꝙ aliquis alteretur dū perficitur. Secūdā
partem probat phūs dupliciter. Primo per dic-
tum ſtoycoꝝ qui nominabant virtutes impaſſi
bilitates quia tollūt omnem motum paſſionis
et dicebant malicias eſſe paſſibilitates quia ſūt
abilitates ad conſequendum omnem motum
paſſionum. Ariſtoteles vero dicit virtutes conſi
ſtere in quadam temperata moderatione paſſio
num. ideo ponit virtutes morales eſſe medium
duarum paſſionum. cum ergo ſecundum paſſio
nes que ſunt in parte ſenſitiua ſit per ſe alterati
o et ad remotiõeʒ huiuſmodi paſſionum acqui
runtur virtutes. ſequitur ꝙ ad alterationeʒ par
tis ſenſitiue ſequuntur huiuſmodi virtutes.
Secunda ratio omnis virtus moralis circa de
lectationem et triſticiaʒ conſiſtit. vt iuſtus gau-
det de iuſtis operationibus et triſtatur de iniu
ſtis et ita eſt de oppoſita malicia virtuti. ſed de
lectatio et triſticia nõ eſt ſine motu facto in par
te ſenſitiua. ſicut dum aliquis actu apprehendit
aliquod delectabile aut triſtabile aut remiſcitur
alicuius vel de aliquo ſperat. ergo omnis virtꝰ
moralis et etiam malicia conſequitur ad aliquē
motum factum in parte ſenſitiua.

## Concluſio Tercia. Ad ha

bitus intellectuales nõ eſt per ſe alteratio. poſſʒ
probari concluſio ſicut precedens. ſed aliter pro
batur. nam ſciens maxime dicitur ad aliquid et
etiam ſciencia ad aliquid dicitur. ſʒ ad aliquid
non eſt per ſe motus. ergo neqʒ per ſe alteratio
ad habitus intellectuales. licet aliqui eoꝝ cõſe
quantur aliquem motum factum in parte ſenſi
tiua et non intellectiua. Item illud non aduenit
alicui per motum quod in eo acquiritur per reſi
denciam et quietationem omnium paſſionum
corporiſ. ſed ſic eſt de ſciencia et aliis habitibus
intellectualibus. quia ſedendo et quieſcendo ef
ficitur anima prudens et ſapiens. ergo ad habi
tus intellectuales non eſt per ſe alteratio. Mino
reʒ probat textus. nam infirmus ebrius aut dor
miens habens ſcienciam in habitu per motum
cerebri vel perturbationem organoꝝ ſenſuum ⁊
per conſequens inordinationem fantaſmatum
impeditur ab vſu ſciencie ſue. et poſtea ſedatis
illis paſſionibꝰ ⁊ ſolutis ſenſibus vtitur ſciencia
et poteſt acquirere ſcienciam de nouo. ergo ſcien
cia de nouo acquiritur per quietationem paſſio
num et motuum corporalium nulla facta muta
tione in parte intellectiua. Item declarat phūs
de puero in acceptione ſciencie. nam propter hu
midum habundans et calidum faciens fluere
ipſum humidum quia puer etiam eſt de facili ī
ſectator paſſionuʒ. ideo impeditur ne fantaſma
ta reꝝ ſenſibilium poſſit ordinate recipere medi
antibus quibus fantaſmatibus in intellectu
retinentur ſpecies intelligibiles. ſed ſedatis hu-
iuſmodi paſſionibus et fluxibus humoꝝ vel per
naturam vel per voluntatem ordinate agit ſiue
accipit fantaſmata et acquirit ſcienciaʒ. nec pro
pter hoc eſt mutatio facta in intellectu. ſed ſoluʒ
eſt in parte ſenſitiua. ergo ſciencia acquiritur in
intellectu ſine motu facto in ipſo ſed per ſedatio
nem perturbationuʒ que ſunt in parte ſenſitiua
Sed contra Ariſtotelem arguitur quia videtur
fauere poſitioni Platonis ponētis ſcienciaʒ nõ
de nouo acquiri in anima noſtra. ſʒ a principio
haberi per participationem ydeaꝝ ſeparataruʒ
et cum anima noſtra recipitur in corpore obliui
ſcitur eorum que preſciuit. ſed ſedatis motibus
et ſedatis paſſionibus partis ſenſitiue anima re
miniſcitur eoꝝ ꝗ̄ preſciuit. Poſſet dici ꝙ Ariſtote
les nondum reprobauit hanc opinionem ideo
more ſuo poteſt vti ipſa. Sʒ tamen ad veritatē
rei eſt intelligendum ꝙ receptiuum ad receptibi
le põt ſe habere tripliciter. Uno mõ in vltima
diſpoſitione ad receptibile ſine īpedimento nec
in ſe nec in alio et tunc tale receptiuuʒ reducitur
in actum per preſenciam proprii actiui. ſicut aer
lucidus efficitur per preſenciaʒ corporis lumino
ſi. Alio modo ſe poteſt habere ſicut quod eſt
indiſpoſitum per aliquam diſpoſitionem cõtra
riam receptibili et tunc anteꝙ̄ ipſuʒ recipiat ne-
ceſſe eſt ipſum per alterationem diſponi. ſicut eſt
de materia exiſtente ſub forma aeris anteꝙ̄ po-
ſſet recipere formā ignis. Tercio modo ſe po
teſt habere receptiuuʒ in vltima diſpoſitione ad
formam ita ꝙ in eo non eſt impedimentum. eſt
tamen impedimentum in altero quo mediante

oportet ipſum recipere formam et receptibile venire ad ipſum. ⁊ illo impedimento remoto efficitur receptiuum in actu per preſenciaꝫ eius q̃ recipi debet ſine mutatione facta in ipſo. ſed ſolū fit mutatio in illo in quo erat impedimētum. ſicut domus illuminatur per apertioneꝫ feneſtre ſine facta mutatione in medio illuminato. ſꝫ ſolum in eo in quo erat impedimentuꝫ. Et hoc 3º modo ſe habet intellectus noſter ad ſcienciaꝫ. ē enim in vltima diſpoſitione quantū eſt de ſe ad receptionem forme intelligibilis et ad acquiſitionem ſciencie. ſed quandoqꝫ impeditur propter indiſpoſitionem partis ſenſitiue in qua oportet motum fieri vt diſponatur. ſed ipſa diſpoſita et fantaſmatibus in ea receptis per virtutem intellectus agentis ſtatim ſine alteratione relucet ſpecies illoꝝ fantaſmatum in intellectu et efficitur intellectus ſciens. et ſic non fauet poſitioni Platonis. vnde patet ꝙ nō fit alteratio niſi ad qualitates de tercia ſpecie. Tunc reſpondetur.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ ſanacio dupliciter conſideratur. Unomodo ſecundum ratioñeꝫ ꝓpriam eius et ſic nō eſt motus ſed terminus motꝰ. Alio modo ſecunduꝫ eſſe et ſic eſt motus qui ex conſeqenti ad ſanitatē terminatur et non per ſe. Ad ſecundam dicitur ꝙ virtutes ex conſequēti acquiruntur et remouentur per motum quiꝰ per ſe terminatur ad paſſiones circa quas eſt virtus moralis. Ad terciam dicitur ꝙ ibi non eſt ꝓprie motus dictus. ſed tantum mutatio ſpiritualis. non ſuceſſiua nec menſurata tempore. ſed eſt de genere quantitatis. nam intellectus noſter ē inmaterialis et incorporeus. ideo moueri non poteſt motu proprie dicto. et ī hoc finitur primꝰ tractatus huius ſeptimi.

## Queritur Sexto vtrum

Omnis motus omni motui ſit cōparabilis ſecūdum velocitatem et tarditatem. Arguitur ꝙ ſic. omnis motus eſt in tempore. ſed in quolibet tempore contingit aliquid velocius et tardius moueri. ergo omnis motus eſt omni motui comparabilis. Ad oppoſituꝫ arguitur per phūꝫ in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ Ariſtoteles probauit ꝙ in īmouentibus ⁊ motis eſt ſtatus. Conſequēter q2 illa que ſunt vnius ordinis cōparabilia ſunt agit de cōparatione motuum ad inuicem.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

duplex eſt comparatio. quedam eſt proprie dicta. alia eſt inproprie dicta. vnde ad cōparationem proprie dictam requiritur vniuocacio comparabilium in natura ſecunduꝫ ꝙ fit cōparatio ita ꝙ illa natura in cōparatis per ipſam ſit ſecūdum eandem rationem ⁊ non equiuoce. et illud eſt primum quod ad cōparationem proprie dictam requiritur.

## Sciēduꝫ ē tercio ꝙ Aliqua

bene dicuntur vniuoca ſecundum ſimplicem et abſolutam cōſideratioñeꝫ logici que tamen nō ſunt vniuoca ſecunduꝫ cōſiderationem cōcretā phī. vniuoca enim dicuntur quoꝝ ratio ē vna ⁊ quia logicus et phūs diuerſimode diffiniunt. ideo diuerſimode aliqua ſunt vniuoca ſecūdū logicum et ſecundum phiſicum. logicus eniꝫ diffinit per intentiones communes et abſolutas idō ad hoc ꝙ ſecunduꝫ ipſum aliqua ſint vniuoca ſufficit conueniētia ipſius forme abſtracte ⁊ abſolute conſiderate. ſed phiſicus ea que conſiderat concrete et ſecunduꝫ eſſe conſiderat. ideo diffinit per motum et materiaꝫ ſenſibilem. quapropter ad vniuocationem forme ſecundum phiſicum requiritur ꝙ illa forma ſit vna ſecunduꝫ eſſe naturale quod habet in materia. et quia ad vniuocatioēꝫ forme in eſſe naturali requiritᷣ vnitas primo ⁊ per ſe ſuſceptiui. ideo requiritᷣ vnū primum et per ſe ſuſceptiuum. et tercio requiritᷣ ꝙ forma ſit vna vnitate ſpecifica in diuiſibili ſpecie in alias ſpecies. Iſta phūs probat. naꝫ defectu prime condicionis vinum vox et ſtilus nō comparantur in acutie quia in ipſis acutū nō eſt eiuſdem rationis. et tamen vltima corda cithareꝫ et penultima ſecunduꝫ magis et minus ꝯparantur in acutie quia acuties in ipſis eſt eiꝰdem rationis. Secundum declarat quia equus et canis in magnitudine comparantur q2 in ipſis eſt vnitas primi ⁊ per ſe ſuſceptiui quod eſt ſubſtancia corporea. ⁊ tamen vox et aqua in magnitudine non comparantur. quia licet magnitudo ſit in ipſis vniuoca. tamen primum ſuſceptibile in ipſis non eſt eiuſdem rationis. nam in aqua ſuſceptiuum magnitudinis eſt ſubſtancia eius. in voce vero ſonus eſt ſuſceptiuum. Tercium etiam declarat quia equus ⁊ canis in colore non comparantur. Quis color ſit eiuſdeꝫ rationis in ipſis et non dicatᷣ equiuoce de ipſis et licet ſit etiam vnitas primi et per ſe ſuſceptiui quod eſt ſuperficies tamen comparantur in albedine. et hoc ideo eſt quia albedo eſt vna vnitate ſpecifica indiuiſibilis in alias ſpecies. color vero nō eſt vna forma ex parte rei ideo inter colorata vnum non dicitur magis coloratum altero ſecundum cōparationem proprie dictā. Et ſic patet ꝙ ad conparationem tria requiruntur. 1º vniuocacio forme in qua eſt cōparatio. 2º vnitas primi et per ſe ſuſceptiui. 3º vnitas ipſius forme ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam. Ex





iſtis condicionibus ⁊ maxime ex tercia ſequitur ꝙ genus non eſt ſimpliciter aliquid vnum. ſpecies vero eſt aliquid vnuꝫ ſimpliciter. nam vt dictum eſt illa que ſunt vnius generis non poſſunt ad inuicem comparari. ⁊ tamen dictum eſt ꝙ ad compationem proprie dictam requiritur vnitas nature ſpecifice. ſi ergo ſecundum genus non poſſit fieri comparatio ſequitur ꝙ genus ſecunduꝫ ſe non eſt aliqua vna natura. cuius ratio eſt q2 ſpecies ſumitur a forma vltima que eſt vna in reꝝ natura. genus vero ſumitur ab aliqua natura que non eſt vna in reꝝ natura ſed ſolum ſecunduꝫ rationeꝫ. non enim eſt alia forma a qua homo eſt homo et a qua eſt animal. et ſimiliter de equo. ſed ab eadem forma habet homo realiter ꝙ ſit homo et ꝙ ſit animal. et ſimiliter equus. cum ergo non ſit vna forma generis puta vna anima que conſtituat hominem ⁊ equū preter illam que conſtituit hominem et equum et aſinum. ſequitur ꝙ genus non eſt aliquid vnum ſecundum naturaꝫ. ſed ſi eſſet vna natura generis qua homo eſſet animal et etiam equus alia a formis ſpecificis tunc ſecundum genus fieret comparatio ſicut ſecundum ſpeciem ſpecialiſſimam. vnde licet genus non dicat vnam formam ſecundum rem. tamen illa forma vnitateꝫ habet ſecundum communem rationem acceptaꝫ per ablationem ſiue abſtractionem a formis ſpecificis. ideo diuerſe ſpecies in reꝝ natura exiſtentes vnius generis recipiunt predicationeꝫ. ideo genus eſt vnum ſecundum vnitatem logicalem et non ſecundum vnitatem phiſicam. ideo dicit Phūs ꝙ in genere latent multa. quod ſolet communiter dici ꝙ in genere latent equiuocatiōes.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ que

dam ſunt equiuocationes maxime diſtantes. ſ. quando eſt ſolum conueniencia ſecūdum nomē vt in cane latrabili et ſidere celeſti. Alie ſunt q̃ ſunt ſecundum quandaꝫ ſimilitudinem. ſicut homo dicitur equiuoce de homine viuo et de homine picto. Alie ſunt equiuocationes proxime et hoc poteſt eſſe etiam aut propter conuenienciam in genere logico. vt ſi corpus dicatur de celo et de corpore corruptibili quia conueniūt ī genere logico. et propter illam conueuenciam multa videntur vniuoca que tamen ſunt equiuoca. etiam quedaꝫ videntur comparabilia que tamē non poſſunt ad inuicem comparari. aut poteſt eſſe quia proxima ſunt propter aliquam proportionem vt ille qui preeſt in ſcolis dicitur magiſter et etiam ille qui preeſt in domo. vbi eſt equiuocatio propinqua ſecundum ſimilitudineꝫ. q2 quilibet eſt rector vnus tamen ſcolarum et alter domus. et eſt equiuocatio ſecundum analogiā.

## Sciendum eſt quinto ꝙ vt

ad propoſitum ſufficit triplex eſt analogia. Q[illegible] quedam eſt ſecundum intentionem tantuꝫ ſicut ſanum ſecundum intentioneꝫ in multis eſt ⁊ ſolum habet ſub eſſe in vno ſcꝫ in animali. Alia eſt ſecundum eſſe et non ſecunduꝫ intentionem ſicut in genere logico. intentio enim ſeu ratio eſt eadem et eſſe eſt aliud et aliud. Alia eſt ſecundum intentionem et ſecundum eſſe ſicut intentio entis et etiam eſſe a quo ſumitur reſpectu ſubſtancie et accidentis. quia nec eſſe nec ratio entis eodeꝫ modo conuenit ſubſtancie et accidēti. et ſic patet ꝙ multiplex eſt analogia vel equiuocatio. patet etiam quid impedit cōparationē et quid non. et ꝙ vna equiuocatio poteſt magis impedire ꝙ̃ alia. quia maior cōueniencia minꝰ impedit cōparationem. ſed tamē quando fit ꝯparatio in analogia fit ſolum per magis et minus. et quando eſt cōueniencia in genere logico cōparatio fit per equale. Tunc ſit.

## Concluſio prima. non omīs

motus omni motui eſt cōparabilis. patet quia quidaꝫ ſunt motus genere differentes vt alteratio. loci mutatio. ergo ad inuicem cōparari non poſſunt. cōſequēcia tenet per conditiones prius poſitas. Iteꝫ ſi alteratio et loci mutatio in equalitate cōpararentur cum equale ſit quod in eodem tempore equale ſpacium pertranſit ſequeretur ꝙ paſſio eſſet equalis magnitudī. Iteꝫ velocitas non ſecunduꝫ eandem rationem conuenit alterationi et loci mutationi quia loci mutationi conuenit ſecundum renouationem ſitus. et alterationi ſecundum intētionem ⁊ remiſſionē forme. ergo loci mutatio et alteratio in velocitate comparari non poſſunt.

## Concluſio Secunda Non

omnis motus localis omni motui locali eſt cōparabilis. patet nam aliqui motus locales ſunt ſpecie differentes ergo ⁊c. Item ſi ſic ſequeretᷣ ꝙ magnitudo recta eſſet equalis magnitudini circulari. conſequens eſt falſum. ergo. Nec valet ſi dicatur ꝙ ratio bene probat ꝙ in equalitate non poſſunt comparari. tamen ſecūdum magis et minus bene poſſunt cōparari. Contra hoc replicat phūs quia ſi ſic eſſet ſequeretur ꝙ ī equalitate compararentur. Probatur conſequēcia quia velocius eſt quod in equali tēpore maius ſpacium pertranſit et in minori equale. ſi gº motus circularis ſit velocior motu recto vt puta motus qui fit ſupra circulum ſit velocior illo qui fit ſupra lineam rectaꝫ. tunc pars circuli erit equalis magnitudī recte que eſt linea. pꝫ ſic q2 mobile in aliquo tempore pertranſit magnitudinem rectam. ergo mobile velocius motū in parte temporis parteꝫ circuli pertranſit et quia velocius motum in equali tempore maius ſpacium

pertranſit et in minori equale ſpacium.ſequitur
ꝙ illa pars circuli quam pertranſit in minori tē
pore eſt equalis magnitudini recte et etiaꝫ ſi mo
tus factus ſupra lineā rectam ſit velocior ſequi
tur ꝙ pars linee recte erit equalis circulo vt pa
te ex eadem ratione. Etſi queratur vtrum diuer
ſitas inſtrumentoꝝ puta ſi moueatur cum pedi-
bus et aliud cum alio impediat cōparationeꝫ.
ſuppoſito tamen ꝙ illi motus ſunt ſupra eandē
magnitudinem et eundem terminum. Reſpō
det Ariſtoteles ꝙ non quia inſtrumenta ſe tenēt
ex parte mobilis ex parte cuius non eſt impedi-
mentum in cōparatione qꝛ cōparatio eſt ex par
te magnitudinis et etiam ex parte terminoꝝ.
Si vltra queratur vtrum impedimentum cōpa
rationis inter motum circularem et rectum ſit ex
parte temporis vel ex parte magnitudinis vl' ex
parte motꝰ. Dicitur ꝙ non eſt ex parte tēporis
quia tempus quantū eſt de ſe eſt vnum et idem
ſecundum ſubſtanciam.ſꝫ impedimētum primo
eſt et cauſatur ex parte magnitudinis. nā ſi ma
gnitudines ſupra quas fiunt motus ſpecie diffe
rant etiam ſpecies motus ſpecie differunt.et hoc
eſt ꝙ dicit textus.ſi id ſupra quod mouetur ha-
bet ſpecies loci mutatio habet ſpecies. Ex dic
tis patet ꝙ motus ſurſum ⁊ motus deorſuꝫ ſunt
magis cōparabiles ꝙ̄ motus circularis et motꝰ
rectus quia ſolum differunt ex parte terminoꝝ
quia tamen illi termini ſpecie differunt.ideo illi
motus non ſunt ad inuicē proprie cōparabiles.

## Concluſio Tercia. non omīs

alteratio eſt omni alterationi cōparabilis. patet
quia multe ſunt alterationes ſpecie differentes
que tamen ſunt ad eandem formam ad inuiceꝫ
comparabiles.

## Concluſio quarta. non omīs

generatio eſt omni generationi cōparabilis.⁊ ſi
militer eſt idem de corruptione.patet quia non
quelibet generatio eſt ad eſſe vnius forme ſpeci
fice et ſimiliter dicendum eſt de corruptionibus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam negetur conſequencia et ratio eſt
quia tempus non impedit neqꝫ iuuat cōparabi
litatem motuum vt dictum eſt.

## Queritur Septimo vtrum

Septem regule de cōparabilitate motuum ſint
vere. Quaruꝫ prima eſt ſi aliqua virtus mo
ueat aliquod mobile per aliquod ſpacium et in
aliquo tempore.eadem virtus vel ſibi equalis
mouebit medietatem mobilis per duplex ſpaciū
et in equali tempore. Secunda ſi aliqua vir
tus moueat aliquod mobile per aliquod ſpaci-
um et in equali tempore.eadem virtus vel ſibi
equalis mouebit medietateꝫ mobilis per equa
le ſpacium in medio temporis. Tercia eſt ſi
aliqua virtus moueat aliquod mobile per ali-
quod ſpacium et in aliquo tempore eadem vir
tus vel ſibi equalis mouebit idem mobile ꝑ me
dium ſpacii et in medio tempore. Quarta ē
ſi aliqua virtus moueat aliquod mobile per ali
quod ſpacium et in aliquo tempore mediuꝫ vir
tutis mouebit medium mobilis per equale ſpa
ciuꝫ ⁊ in equali tēpore. Quinta eſt ſi due vir
tutes diuiſiꝫ ſumpte moueāt duo mobilia diſiꝫ
ſumpta ꝑ aliquod ſpaciū ⁊ in aliquo tēpore.cō
iūctū ex illis duabꝰ virtutibꝰ mouebit ꝯiunctuꝫ
ex illis duobꝰ mobilibꝰ per equale ſpaciuꝫ ⁊ in e
quali tēpore. Sexta eſt ſi aliqua virtus mo
ueat aliquod mobile per aliquod ſpaciū ⁊ in a
liquo tēpore nō oꝫ eādem virtutē vel ſibi equa
lē mouere duplex mobile ꝑ equale ſpaciū in du
plici tēpore vel ꝑ mediū ſpacii in equali tēpore
nō oꝫ etiā medietatē illiꝰ virtutis mouere idem
mobile ꝑ equale ſpacium in duplici tēpore nec
ꝑ mediū ſpacii in equali tēpore ⁊ hec pars eſt re
gula ſeptima. Sꝫ ꝙ ille regule nō ſunt vere pꝫ
primo qꝛ ſupponūt oīa mouētia ⁊ mobilia poſ-
ſe diuidi qđ falſuꝫ eſt de motoribꝰ ⁊ mobilibus
celeſtibꝰ. Iteꝫ mobilia ⁊ mouētia ſunt libera.gͦ
ſi moueāt aliqđ mobile ꝑ aliquod ſpaciū in ali
quo tēpore nō oꝫ ꝙ moueāt mediū mobilis ꝑ
duplex ſpaciū in equali tēpore. Iteꝫ multa mo-
uētia ⁊ mobilia fatigabilia ſunt.ergo ī ipſis nō
oꝫ eſſe regulas veras. Iteꝫ ſi diuidatur mobile ⁊
nō ſubtiliet mediū vel ſi. ſi nō ſeruet eadē figu-
ra mobilis ⁊ ſic de aliis circunſtāciis q̄ poſſunt
iuuare vel ipedire velocitatē motꝰ nō oꝫ illas re
gulas eſſe veras. vt ſi aliquis moueat ſtofuꝫ ꝑ
aliqđ mediū in aliquo tēpore nō oꝫ ꝙ medieta
tē ſtofi moueat ꝑ duplex ſpaciū in equali tēpo-
re. Ad oppoſitū argr ꝑ phūm in fine huius
ſeptimi ponēteꝫ illas ſeptē regulas. Pro R.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs oſtēdit qui motꝰ ſunt ꝯparabiles in ve
locitate ⁊ tarditate ⁊ qui nō.⁊ q̄ requirūt ad ꝯ
parationē ꝓprie dictā. Cōſequēter ponit ſepteꝫ
regulas generales ꝑ quas accipiūtur ꝓportioēs
motuū ad inicē in velocitate ⁊ tarditate. primo
ſupponēs ꝙ in motu locali ī quo declarat iſtas
regulas ⁊ ſimiliter in aliis ꝯcurrūt quatuor.ſcꝫ
mouēs mobile ſpaciū ꝑ qđ fit motꝰ.⁊ tēpus in
quo fit.⁊ ſꝫ ꝓmiſſas ꝓportiones iſtoꝝ quatuor
ſumūtur ꝓportiones motuū q̄ ſignificantur per
iſtas regulas.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

mouētia ſunt in duplici differēcia.q̄daꝫ ſunt pe
nitꝰ inmaterialia vt motores orbium celeſtium
⁊ in talibꝰ nō itelligūtur regule qꝛ in ipſis non
creſcit virtꝰ motiua creſcēte corpore nec diminuē
te diminuente.nec oꝫ etiā in mouētibꝰ volūtariis
regulam obſeruari qꝛ nō ſemꝑ mouētur ſꝫꝰ vlti
mū ſui poſſe.ſꝫ ſꝫꝰ ꝙ itelligūt ⁊ volūt.ſꝫ potiſſi-
me obſeruantur regule in mouētibus pure natu
ralibꝰ que ſemꝑ mouēt ſꝫꝰ vltimū ſui poſſe ⁊ eo
rū virtutes creſcūt corpore creſcēte ⁊ diminuente qꝛ
ſunt pure naturales vt ſunt grauitas ⁊ leuitas.

## Sciendum eſt tercio ꝙ Lꝫ

alicui mouēti ⁊ mobili in propria ⁊ ſpeciali natu
ra accepto repugnet diuiſio.nulli tamē ſub vni-
uerſali ratione mouentis vel mobilis repugnat
⁊ qꝛ in hoc libro agitur de motu in cōmuni ⁊ ꝑ
ꝯparatioēꝫ ad mouēs ⁊ mobile in cōmuni.ideo
etiā regule ſunt vniuerſaliter itelligēde de illis.⁊
ſi quis eas ꝯtrahere velit ad particularia caue-
at ne motiua virtus aut etiā mobile per diuiſio
nē corrūpatur.caueat etiā ꝙ per diuiſionem mo
bilis ē iuuatur reſiſtencia eiꝰ ⁊ ꝙ remaneat idē ꝑ
titas figure mobilis.⁊ ꝙ remaneat eadeꝫ analo
gia medii ad mediū in raritate ⁊ dēſitate.⁊ vni
uerſaliter cuꝫ diuiditur vel diminuitur mobile de-
bet accipi diminutio eoꝝ q̄ poſſunt iuuare reſiſten
ciā mobilis.⁊ ſimiliter ex parte mouētis cum di
uiditur virtus motiua dꝫ accipi diminutio oium q̄
poſſunt iuuare victoriam potēcie motiue ſupra
mobile.⁊ ita debꝫ ſemꝑ manere equalis analo-
gia ex parte omiuꝫ q̄ poſſunt iuuare velocitateꝫ
⁊ tarditatē.⁊ per hoc ſoluerētur multa q̄ poſſent
obici cōtra regulas ꝓpter vniuerſalitateꝫ earuꝫ
qn̄ fit deſcenſus ⁊ applicatio earum ad ſpecialia
mobilia ⁊ mouētia.

## Sciendum eſt Ulterius: ꝙ

omnis actio cauſatur ex victoria agentis ſupra
paſſuꝫ.ideo omis actio eſt a ꝓportione inequa
litatis maioris.ſꝫ nunq̄ fit actio a proportione
equalitatis vel inequalitatis minoris.ſꝫ ſemꝑ
oportet virtutem agentis excedere reſiſtenciam
patientis. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Quinqꝫ

prime regule que affirmatiue ſunt ſeruatis pre-
tactis circunſtanciis ſunt vniuerſaliter vere.
Probatur quia omnis accio cauſatur ex victori
a agentis ſupra paſſuꝫ.ergo quanto virtus mo
tiua plus agit ⁊ excedit reſiſtēciā mobilis tanto
velocius ipſuꝫ mouet.quare ſi in duplo excedat
velocius mouebit in duplo.ſed mouere velociſ-
ſimuꝫ in duplo eſt per duplex ſpacium in equa-
li tempore aut per totum ſpacium in medio tem
pore.cuꝫ ergo due prime regule dicāt iſtaꝫ ꝓpor
tionem.ſequitur ꝙ ſunt vere. Si etiam virtus e
qualiter excedat reſiſtenciaꝫ mobilis ſequitur ꝙ
equaliter mouebit.⁊ cum hec analogia in aliis
tribus regulis ſeruetur.ſequitur ꝙ ſunt vere.

## Concluſio ſecunda. Due

vltime regule que ſunt negatiue ſunt vniuerſali
ter vere.patet nam alias a proportione inequa
litatis minoris fieret actio.quia reſiſtencia mo-
bilis excederet virtuteꝫ mouētis. Ex illis regu
lis infert phūs falſiatem dicti Zenonis dicētis
ꝙ ſi modium milii deſcendendo per aerem cau-
ſaret ſonum quodlibet granum per ſe deſcendē-
do cābit ſonum.hoc enim falſum eſt quia totuꝫ
modium tanta velocitate mouetur ꝙ ideo ci-
tius cauſat ſonum ꝙ non oportet de quolibet
grano per ſe ſumpto. Nec valet ſuum argumē
tum.totum cauſat ſonuꝫ.ergo quelibet pars.qꝛ
pars cum eſt in toto non agit niſi in potencia.
ſed ſolum totum eſt illud quod agit. pars enim
in toto eſt in potencia.ſic enim ſe habet res ad eſ
ſe ſicut ad eſſe vnum.vnuꝫ autem dicitur qđ eſt
indiuiſum in ſe et diuiſum a quolibet alio. ſed
pars cū eſt in toto nō eſt diuiſa a toto.ergo nō
eſt aliquid vnum ſecundum actuꝫ.ergo nō agit
quia nichil agit niſi ſecundum ꝙ eſt in actu.
Similiter nō ſequitur. iſti homines trahunt na
uem.ergo quilibet trahit nauem propter ſimilē
cauſā. Et ſic patet ꝙ ille regule ſunt vere ⁊ ſicut
intelliguntur in motu locali ſi ſumantur ſecun-
dum analogiam illoꝝ quatuor que dicta ſunt
ita itelligūtur in aliis motibus in quibus etiaꝫ
illa quatuor concurrunt.vnde ſupra iſtas regu-
las fundatur tota ars ingenioruꝫ quia ſecundū
diuerſas applicationes ponderum motus fiunt
velocius aut tardius. Rationes ſoluuntur
ex dictis.

Et ſic eſt finis huius ſeptimi.

# Sequitur liber Octauus.

## Utrum autem factus ſit aliquando motus cum non eſſet prius.et corrumpitur iterum ſic ꝙ moueri nichil ſit. et cetera.

# Irca octauum Librum phiſicorum Queritur primo.

Utrum prima cauſa que deus eſt preceſſerit mū
dum eternitate ſue durationis. Arguitur ꝙ
non quia bonum eſt ſui ipſius diffuſiuuʒ vt Dy
oniſius dicit. ergo maxime et infinite bonum eſt
maxime et infinite ſui ipſius diffuſiuum. ergo ē
maxime et infinite ſui diffuſiuus. ſed non maxi
me ſe diffundit niſi producendo eternitatem in
infinitum et ab infinito tempore: ergo mundus
debuit ab eterno produci. Secundo ſic ſi de
us preceſſerit mundum tunc fuit ante mundum
et cum ante importat tempus vel aliquid tem
poris: ergo ſequitur ꝙ ante mundum fuit tem
pus. Tercio ſic deus in tempore mundum ꝓ
duxit ſecundum potenciam que infinita eſt. ſed
potencia infinita producit infinitum effectum
et infinite durationis: ergo deus mundum pro
duxit ab eterno. Quarto ſic ſi deus a deter
minato quodā temporis principio mundum ꝓ
duxerit ſic ꝙ ante non fuerit cum agat per volū
tatem ſequitur ꝙ eius voluntas in mundi pro
ductione fuiſſet dilatoria ꝙ non eſt dicendum.

Ad oppoſitum arguitur ſecundum plures
phōs et ſecundum fidem noſtram ſecundum ꝙ
primo reſpondebitur et ſecundo ponentur moti
ua quorūdam qui voluerunt reprobare creatio
nem reꝝ ex nichilo et mundi inceptionem,

Pro Reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ om

nes phī per nomen dei intellexerunt vniuerſalē
prouiſorem et gubernatorem omnium rerum a
quo omnia reguntur et ordināturin ſuos fines
debitos. a quo vt dicitur primo de celo. deriua
tū eſt omib⁹ eſſe et viuere hiis quidem clarius
hiis autem obſcurius. quem autem principē ap
pellat phūs in fine vndecimi methaphiſices cū
dicit ꝙ encia non volunt male diſponi ſed plu
ralitas principatuuʒ mala. vnus ergo princeps
ſed per nomen mundi intelligitur tota encium
vniuerſitas excepto primo prouiſore.

## Sciendum ē ſecundo ꝙ illud

dicitur precedere alterum quod ſuum eſſe ſecun
dum aliquam durationem habet ante alteruʒ.
per quod tamen ante vel precedere non intelli
gitur in propoſito aliquod tempus continuum
quo deus precеſſerit mundum. ſed ſolum preceſ
ſit ipſum eternitate que eſt indiuiſibilis et tota
ſimul. ſed per ante intelligitur ordo eternitatis
ad tempus et eſſe efficientis ad ſuum effectum.
vnde dicunt aliqui ꝙ ordo cauſe efficientis ad
ſuum effectum exigit vt ipſa cauſa aliqua du
ratione precedat ſuum effectum. ita ꝙ impoſſibi
le eſt ſecundum eos aliquid eſſe ab alio effecti
ue et ſibi eſſe coeternum. dicentes hoc implicare
contradictioneʒ. ideo dicunt ꝙ non potuiſſet de
us mundum ab eterno producere quia non po
teſt facere aliquid quod contradictionem impli
cat. omne autem aliud facere poteſt. nec eſt prop
ter hoc intelligendum in deo eſſe aliquam im
potenciaʒ. ſed hoc rebus ipſis repugnat infinite
agi eo ꝙ omnis res facta agit ſecunduʒ aliquā
finitam formaʒ per quā finitur et determinatur
ſecūdum eſſe ⁊ ſʒ⁹ virtutem ⁊ ſecundum durati
onem. ⁊ ideo ad extra non produxit deus aliq̄m
effectum ſibi vniuocum. quia non producitur ef
fectus vniuocus ab aliquo agente niſi ipſe effec
tus actum agentis recipiens poſſit recipere totā
virtutem ipſius. ideo dicunt iſti cauſam quam
quidam aſſignant de dilatione dei in producti
one mundi eſſe friuolam hoc eſſe ne mundus ip
ſi deo coequaretur in duratione. hoc tamen eſt
impoſſibile ſecunduʒ eos ſcʒ ꝙ mundus deo co
equetur. ideo propter hoc non debuit. Unde ve
rum eſt ꝙ non fuit dilatio. quia dilatio ſolum ē
reſpectu futuri. ſed in eternitate qua deus mun
dum preceſſit non eſt preteritum nec futurum. et
hec eſt oppinio multoꝝ ſcʒ quod implicat cōtra
dictionem mundum ab eterno eſſe productum
quare neceſſe fuit deuʒ precedere munduʒ ⁊ mū
dum incepiſſe. Alia eſt oppinio dicencium ꝙ
non implicat contradictionem aliquid eſſe pro
ductum effectiue ab alio ⁊ eſſe ſibi coeternuʒ. ex
emplum dant de pede ⁊ de veſtigio pedum in ci
nere ⁊ de corpore luminoſo et lumine egrediente
ab eo. ⁊ ita ſecundum eos non implicat contra
dictionem mundum eſſe productum ab eterno
quare deus potuiſſet ipſuʒ producere ab eterno
cum non implicet contradictioneʒ. Quare autē
hoc non fecit dicunt quia non agit modo natu
re ſed voluntate. ideo non produxit mundū taʒ
cito ſicut potuiſſet nec quēcunqʒ ⁊ qualēcunqʒ
potuiſſet. ſed quātum ⁊ qualeʒ ⁊ quando volu
it. Et ſi queratur quare deus non voluit mū
dum ſemper eſſe ab eterno. Dicit Thomas ꝙ ſi
cut deus res propter ſe ipſum fecit vt in eis ſimi
litudo ſue bonitatis manifeſtaretur. ita nō vo
luit res ſemper eſſe vt ſua ſufficiencia manife
ſtaretur in hoc ſcʒ quia rebus exiſtentibus in ſe
ipſo habet omnem ſufficienciā beatitudinis ma
gnitudinis et virtutis ad reꝝ productionem. et
hoc dicit Thomas ſecundum ꝙ humana ratio
de diuinis capere poteſt ſaluo tamen diuine ſa
piencie ſecreto qđ a nobis apꝓhendi non pōt.
et quicquid ſit de illo probleumate. an mūdus
potuit ab eterno produci vel non. tamen conſor



miter ad fidem noſtram in cuius obſequium in
tellectum quiſqʒ captiuare debet. Tunc ponit.

## Concluſio prima. Deus pre

ceſſit mundum. Probatur auctoritate fidei ⁊ ſic
probant illi de prima oppinione. quia nulla res
adequari poteſt ipſi deo nec in eſſe nec in virtu
te. ergo nec in duratione. ⁊ per cōſequēs oportu
it deum precedere mundum. Item omne qđ
ab alio producitur effectiue producitur de non
eſſe ad eſſe. ſed in omni eo quod ſic producitur
in eſſe ſecūdum aliquam durationem preceſſit
eſſe alias idem eſſet ſimul ⁊ non eſſet vt argutuʒ
eſt. ergo oportuit deum precedere mūdum.

## Concluſio ſecunda: Deus

non preceſſit munduʒ duratione temporis. patʒ
quia deus eſt ante euum ⁊ tēpus. quia duratio
eius eternitate menſuratur que eſt tota ſimul.
Item mundus non fuit ante tempus quia ſimul
ſunt creata celum ⁊ motus eius ⁊ tempus. Ex
quo ſequitur ꝙ deus preceſſit mundum ſue du
rationis eternitate. naʒ preceſſit munduʒ vt dic
tum eſt. ⁊ non tēpore neqʒ euo quia non menſu
ratur illis menſuris. ergo preceſſit mundum eter
nitate que eſt eius propria menſura Deinde
pro ſecunda parte illius poſitionis in qua ponē
de ſunt concluſiones ſiue rationes quorūdam fi
dei aduerſancium. Eſt aduertenduʒ ꝙ ex hac
ſuppoſitione Ariſtotelis infertur ꝙ in omni mo
tu ⁊ mutatione neceſſe eſt ſubiectum ſiue mobi
le ⁊ etiam mouens eſſe prius ſaltem ſecundū na
turaʒ. qua ſuppoſitione Ariſtotelis in hoc libro
ad probandum mūdū non incepiſſe cepit Auer
rois occaſionem loquendi contra id quod ſecū
dum fidem de reꝝ creatione tenemus. Primo
ſic arguens. omne fieri eſt mutari quoddam. ſed
omnis mutatio prerequirit ſubiectuʒ vt dicit il
la ſuppoſitio Ariſtotelis. g° cuʒ nichil pōt fieri
ex nichilo quare creatio eſt impoſſibilis. Se
cundo ſic cum dicimus aliquid fieri ex cōtrario
vel ex oppoſito vt album ex nigro aut nō albo
hoc ſoluʒ fit per accidens. ſed omne per accidēs
reducitur ad aliquod per ſe. ergo in omi fieri ne
ceſſe eſt preſupponere aliquod ſubiectum intrās
ſubſtāciaʒ rei facte ex quo fiat per ſe quicquid
fit ⁊ per conſequens eſt impoſſibile aliquid ex ni
chilo fieri ⁊ ita mundum creari. Tercio ſic
ad hoc adducit omnium naturalium oppinio
nem dicencium ꝙ ex nichilo nichil fit. Quar
to ad ſue poſitionis confirmationeʒ adduxit du
as cauſas ex quibus repugnat illam poſitioneʒ
eſſe ortaʒ ſcʒ ꝙ ex nichilo aliquid fit. Prima
cauſa eſt quia vulgus non reputat encia niſi q̄
ſunt viſu apparēcia. quia ergo vulgus videt a
liquod factum viſibile quod prius viſibile non
erat. ideo reputat id fieri ex nichilo. Secūda
cauſa eſt quia vulgus ex diminutione virtutis
agentis credit prouenire ꝙ īdigeat materia ſub
iecta ad agendum cum tamen ex hoc non proue
niat. ſed ex ratione motus qui de ſua natura re
quirit ſubiectum. quia ergo prima cauſa nullaʒ
virtutis diminutionem patitur dicit vulgus ab
ea ex nichilo aliquid fieri. Sic ergo propter has
cauſas dicit Auerrois poſitionem hanc ꝙ ex ni
chilo aliquid fit a vulgaribus ſumpſiſſe exordi
uʒ. Sʒ ſi quis recte conſideret vt dicit Thomas
ex ſimili cauſa videbitur Auerrois fuiſſe decep
tus ex qua credidit nos deceptos fuiſſe. decept⁹
enim fuit ex conſtitutione ſola particularium qꝛ
enim virtus actiua particularis agentis ſubiec
tum aliquod preſupponit ꝙ ſubiectuʒ non agit
ſcʒ tale ſubiectum ſubicitur actioni. ſed agens v
niuerſalius agit ſiue operatur ſicut artifex qui
materia vtitur quam natura facit. quia natura
producit ferrum quo vtitur faber in ſua operati
one. Oppinatus eſt Auerrois primum ⁊ vniuer
ſale agens quod eſt cauſa totius entis in actio
ne ſua ꝓſupponere aliquid quaſi ab eo non cre
atum. ⁊ in hoc deceptus fuit nec eſt hoc ſecundū
menteʒ Ariſtotelis 2° methaphiſice dicentis id
quod eſt maxime verum et maxime ens eſſe cau
ſam eſſendi omnibus aliis. Ex quo ſequitur
etiam ꝙ illud eſſe potenciale quod habet mate
ria deriuatum eſt a primo eſſendi principio
quare non oportet ſue actioni aliquid preſuppo
nere ab eo non productum ſicut in actione agen
tis particularis. ſed quia omnis motus preſup
ponens eſt ſubiectum vt dicit phūs in ſuppoſiti
one premiſſa. ideo bene ſequitur ꝙ vniuerſalis
reꝝ productio non eſt motus neqʒ mutatio. ſed
eſt quedaʒ emanatio reꝝ a principio eſſendi pri
mo. ⁊ ita fieri ⁊ facere equiuoce dicuntur in vni
uerſali reꝝ productione ⁊ in productione parti
cularis agentis. Ex quo patet ꝙ non eſt cō
tra fidem ꝙ omnis motus ſubiecto preſuppoſi
to indigeat quia vniuerſalis reꝝ productio nō
eſt motus neqʒ mutatio eo ꝙ in motu vel ī mu
tatione neceſſe eſt aliquid quod nūc aliter ſe ha
beat quaʒ prius. Et per hoc ſoluitur prima ob
iectio Auerrois. Ad ſecundam dicitur ꝙ cū
dicimus aliquid fieri per accidens ex oppoſito
⁊ ex ſubiecto per ſe hoc habet veritatem in facti
onibus particularibus in quib⁹ requiritur ſub
iectum ab agente particulari non productū. ſed
hoc non oportet eſſe verum in vniuerſali rerum
productione. ymo ibi eſt impoſſibile. vnde ſi po
namus mundum ab eterno fuiſſe productum ſi
cut ponunt Ariſtoteles ⁊ multi phōꝝ impoſſibi
le eſt huic productioni aliquid preſupponi a pri
mo non productuʒ. alias primum non eſſet cau
ſa totius entis. Similiter ponendo mundum
ſecundum fidem fuiſſe ab eterno productum

non eſt neceſſarium ymo impoſſibile eſt huic pro
ductioni ſupponi aliquod ſubiectum ab eterno
non productum tunc non eſſet vniuerſalis toti⁹
entis productio. et hoc conſonat cuidam dicto
Ariſtotelis in primo hui⁹ vbi dicit ꝙ ſi fiat hoc
animal inquantum hoc animal tunc ex non a-
nimali non fiet inquantum animal. ſʒ fiet ex nõ
animali. vt puta equus ex hoc non animali qđ
eſt equus. ſed ſi fiat animal inquantuʒ animal
oportet ꝙ fiat ex non animali. ergo a ſimili ſi fi-
at ens inquantuʒ ens vniuerſaliter oportet ꝙ fi
at vniuerſaliter ex non ente. ⁊ ſic nichil in tali fi
eri preſupponi poteſt. Et ꝑ hoc patet quid ſit di
cendum ad commune dictum omnium naturali
um dicentium ꝙ ex nichilo nichil fiat. naturaleſ
enim phi ſolas cauſas particularium factionuʒ
conſiderauerunt. et adhuc primi ſolum conſide-
rauerunt mutationem accidentium dicentes fie
ri nichil aliud eſſe quam alterari. Alii vero con
ſiderauerunt cauſas mutationum ſubſtanciarũ
particularium. Plato vero et Ariſtoteles conſi-
derauerunt cauſam vniuerſalem totius entis. et
per iſta etiaʒ patet ꝙ nos non ponimus aliquid
ex nichilo fieri quia ſola viſibilia credimus ẽcia
eſſe vt nobis imponit Auerrois. ſed non ſolum
conſideramus particulares productiones que
ſunt ab agentibus particularibus ſed vniuerſa
lem rerum productionem que eſt ab vniuerſali
et a primo ſimpliciter eſſendi pricipio. Nec poni
mus ex nichilo aliquid fieri quia credimus ꝙ i
digere materia ad agendum ꝓueniat ex imperfec
tione agentis deficientis ſcʒ in virtute naturali
vt nobis imponit Auerrois. ſed quia ponimus
hoc venire ex imperfectione agentis naturalis
particularis ꝙ diximus habere virtuteʒ determi
natam et particularem reſpectu agentis vniuer-
ſalis. ideo non poteſt eſſe cauſa totius entis. ſed
ſue actioni ſemper aliquid preſupponit. ideo pʒ
ꝙ rationes Auerrois non improbant creationẽ
⁊ per conſequens neqʒ inceptionem mundi.
Sʒ ſunt adhuc aliqui contra inceptionem mun
di inſtantes ſic arguentes. quia ſi primum prin-
cipium nunc non aliter ſe haberet quam prius
non videtur quare nunc produxerit mundũ
prius ⁊ ita videtur ꝙ non produxit mundum a
determinato principio temporis ſed ab eterno.
Reſpondetur ꝙ ſi primum agens ageret per na
turam tantum et non per intellectum ⁊ volunta
tem ratio de neceſſitate concluderet. ſed quia a
git per voluntatem eternam ideo poteſt produce
re effectum non eternum. ſicut poteſt intellectu e
terno intelligere rem non eternam. naʒ forma in
tellectiua in agentibus per voluntatem eſt prin
cipium actionis ſicut forma naturalis in agenti
bus naturalibus. Sed replicãt ipſi qꝛ non vide-
mus ꝙ volũtas poſtponit aliquid facere quod
vult facere niſi quia expectatur aliquid in futu-
ro quod nonduʒ eſt in preſenti. ſi ergo deus poſt
poſuerit facere mundum ſequitur ꝙ expectabat
futurum tempus quod nondum erat in preſenti
⁊ ſi ita ſit oportuit ꝙ ante mundi productionem
fuiſſet aliqua productio per quam id quod nõ
dum erat preſens expectabatur vt efficeretur pre
ſens. Dicitur ꝙ hec replica tantuʒ procedit de a
gente quod tantum agit tempore preſuppoſito
quia tale habet conſiderare determinataʒ habi-
tudinem eoꝝ que ſunt in tempore ad hoc tẽpus
vel illud vt melius fierent in illo tempore quaʒ
in alio. ſʒ non procedit de agente vniuerſali qđ
tempus ⁊ omnes res ſimul produxit in eſſe poſt
ꝙ non fuerant. Nec eſt intelligenduʒ cuʒ dicim⁹
munduʒ non ſemper fuiſſe ab eo productuʒ ꝙ in
finituʒ tẽpus preceſſerit ante mundi inceptionẽ
per quod deus ceſſauerit agendo ⁊ poſtea mun
duʒ producere cepit. ſed intelligendum eſt ꝙ de-
us munduʒ ⁊ tempus ſimul in eſſe produxit. ⁊ ſic
in diuina voluntate non reſtat conſiderandum
cur voluerit res producere non tunc ſed poſtea
quaſi tempore preexiſtente ante mũdi produc
tionẽ. ſed ſolum reſtat conſideranduʒ quare res
⁊ durationes eaꝝ in eſſe voluit producere poſtꝙ
in illo non fuerant. Et ſi queratur quare tunc
voluit producere ⁊ non ab eterno Reſponſum ẽ
in primo puncto queſtionis dupliciter ſecunduʒ
duplicem ſectaʒ. prima ꝙ inſequitur Albertus ⁊
ſecunda ꝙ inſequitur Auerrois.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ ſecunduʒ Albertuʒ deus
quantuʒ eſt de ſe maxime ſe cõmunicat. ſʒ ꝙ ab
eterno extra ſe non cõmunicauerit hoc prouenit
ex parte rerum ⁊ nõ ex parte ipſius quia ipſis re
bus cõmuniter repugnat produci ab eterno. Se
cundum Thomam dicendum eſt ꝙ bonum ſe
diffundens ⁊ cõmunicans per naturaʒ ſe diffũ
dit ⁊ cõmunicat ꝙtũ poteſt. ſed non aliud qđ ſe
cõmunicat per intellectuʒ et voluntateʒ quia ta
le ſe diffundit ꝙdiu et inquantum intelligit et
vult ea que ordinantur ad finem ſue cõmunica
tionis ⁊ diffuſionis. Ad ſecundam dicitur ꝙ
ante non importat tempus in tali locutione ſed
ſolum ordinem eternitatis ad tempus. Ad
terciam dicitur ſimiliter ſicut ad primam. Ad
quartaʒ negetur ꝙ propter hoc voluntas debu
erit dici dilatoria quia non preceſſit munduʒ du
ratione temporis ſed eternitatis que eſt diuiſibi
lis ⁊ tota ſimul. Sequitur textus.

## Queritur ſecundo. Utrum

Motus non inceperit nec deſinet eſſe. Argu
itur ꝙ non inceperit rationibus phi. pro quaruʒ
prima ſupponit ꝙ ſi motus eſt neceſſe eſt mobile
preexiſtente ſecundum naturam vel ſecundum
tempus. quam ſuppoſitionem probat per diffini
tionem motus. eſt enim motus actus mobilis.
ſed actus preſupponit id cuius eſt actus. probat
etiam ex conſenſu omnium dicencium ꝙ nichil
mouet niſi poſſibile fuerit moueri. gº i omi mo
tu oportet mobile preexiſtere et etiam mouens a
forciori. Tunc arguit ſic Ariſtoteles ſi motus in
ceperit eſſe tunc detur primus motus ante queʒ
nõ fuerit alius motus. neceſſe ẽ ergo mouens et
mobile preexiſtere. vel ergo perpetuo preceſſerũt
vel quandoqʒ facta fuerũt. ſi quandoqʒ facta ſũt
cum neceſſe ſit vnumquodqʒ fieri ſeu generari
antequaʒ moueri inceperit. ſequitur ꝙ ante mo
tum qui ponebatur prim⁹ fuerunt mutationes
ſcʒ generatio mouẽt ⁊ mobilis que non poſſunt
eſſe ſine motu. ergo ante primum motum fuiſſet
motus. Si dicatur ꝙ perpetuo preceſſerunt
ſine motu hoc eſt irrationabile. et maxime cum
mouencia et mobilia naturalia ſint. ergo non
potuerunt eſſe ſine motu. Iteʒ ſi perpetuo pre
ceſſerint ſine motu tunc quieſcebant. ſed quies
eſt priuatio motus. cuius priuationis oporteret
eſſe aliquam cauſam ex parte mouentis vel mo
bilis vel vtriuſqʒ. et hanc cauſam oportuit au-
ferri antequam mobile inceperit moueri. quia ſi
ſemper manſiſſet cauſa illius priuationis ſemper
fuiſſet priuatio. oportebit ergo antequam mo-
uere et moueri inciperent preexiſtere aliqueʒ mo
tum vel ex parte mouentis vel ex parte mobilis
vel vtriuſqʒ per quem remoueret cauſa quietis
ergo ante primum motum fuit motus. etiam in
hiis que ſunt ad aliquid de nouo oportuit hec
fieri per mutationem vnius vel amborum. ergo
ſi ab eterno fuerũt mouẽcia et mobilia ſine mo
tu et poſtea inceperint motum neceſſario facta
ſunt in aliqua habitudine in qua prius non e
rant. quod non potuiſſet fieri ſine mutatione ali
cuius illoruʒ. Sed pro ſecunda ratione ſup
ponit Ariſtoteles duo. Primum eſt ꝙ prius ⁊
poſterius non ſunt ſine tẽpore qđ patet. qꝛ pri-
us et poſterius numerata in motu ſunt ipſum tẽ
pus. Secunduʒ eſt ꝙ tempus non eſt ſine mo
tu quia tempus eſt numerus et paſſio motus.
Tunc arguitur ſic tempus non eſt ſine mo-
tu. ſed tempus ſemper fuit nec incepit eſſe. ergo
motus ſemper fuit. Minorem probat ex teſtimo
nio omnium phõꝝ qui omnes dempto Plato
ne tempus ingenitum eſſe dixerunt. ſed Plato
ſolus generauit tempus ſicut et celum. Item
de ratione ipſius nunc eſt ꝙ ſit medietas duoꝝ
temporum. ſcʒ finis preteriti et inicium futuri.
ergo non poteſt dari primum nunc. et per conſe-
quens neqʒ inicium temporis. Et ſi dicatur ꝙ
bene datur primum punctum in linea. ergo etiã
poteſt dari primum nunc in tempore. Contra
arguit Ariſtoteles per primam ſuppoſitionem
quia ſi detur primum nunc. cum primum ſit an
te quod nulluʒ. tunc ſequitur ꝙ erit tempus pri-
us illo nunc. ſed prius et poſterius non ſunt ſine
tempore. ergo illud nunc preceſſit tempus et per
conſequens non erit primum nunc. Et illis
rationibus quibus probat Ariſtoteles motum
non incepiſſe eiſdem rationibus concludit ſeu
concludi poteſt ꝙ nunquam deficiet. quia ſi fi-
at motus et deficiat motus alicuius mobilis
neceſſe eſt prius deficere motum quam corrum
pi mobile vł mouens. ⁊ ita ſicut arguitur ex par
te inceptionis ꝙ ante primum motum eſſet mo
tus. ita ex parte deſinicionis põt cõcludi ꝙ poſt
vltimum motum eſſet motus vel ꝙ mouens et
mobilia naturalia perpetuo manerent ſimul ſi-
ne motu qđ eſt irrationabile. Similiter ſicut per
illam rationem argutum eſt. ꝙ ante primuʒ nũc
eſſet aliud nunc ſi inciperet tempus. ita arguere
tur ex parte deſinicionis ꝙ poſt vltimũ nunc eſ
ſet aliud nunc quod eſt inconueniens. ergo nõ
incepit nec finem habebit. Ad oppoſitum
arguitur per philoſophum et vt tenetur ſecundũ
fidem. Pro reſponſione ad queſitum.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

quam Ariſtoteles monſtrauit in ſeptimo ꝙ ne-
ceſſe eſt dare primum mobile primum motorem
et motum primum. Conſequenter in hoc li
bro inquirit quis ſit primus motus qualis ſit
primus motor. ⁊ quale ſit primum mobile. et qꝛ
in acquiſitione iſtorum neceſſario oportet preſci
re an motus ſit perpetuus vel non. Dicit ta-
men Auerrois ꝙ non intellexit de motu in com-
muni. ſed de motu primo ita ꝙ querit Ariſtote
les an primus motus ſit perpetuus aut non. ſʒ
oppoſitum videtur ex verbis philoſophi vbi nõ
loquitur de primo motu. ſed de motu in commu
ni cum dicit. vtrum factus ſit aliqñ motus cum
non prius eſſet et corrumpitur iteruʒ ſic ꝙ nichil
moueri poſſit. Secundo motis eſt apud phi-
loſophum deuenire ex premiſſis ad propoſitum
ſuuʒ. ſʒ i rationibus iaʒ factis nichil ponitur ma
gis proprium primo motui quam aliis motib⁹
ergo ⁊c. Tercio quia poſtquaʒ cõcluſit Ari
ſtoteles in principio huius libri motum eſſe per
petuum. inquirit de modo per quem perpe-
tuatur. an ſcʒ per hoc ꝙ eſt vnus ⁊ ideʒ motus ꝑ
petuus. vel quia ſunt infiniti motus ſibi inuicẽ
ſuccedentes vt in ſequenti queſtione videbitur
et tamẽ hoc inquireret phũs ſi iam concluſiſſʒ
primum motum eſſe perpetuuʒ. ergo hic Ariſto
teles inquirit de motu in communi. Et hui⁹ que
ſtionis determinatio vtilis eſt vt ducat non ſo-
lum ad cognitionem veritatis in ſciencia natu-
rali. ſed ad ſcienciam de primo rerum principio
que tractatur in methaphiſica. nam ſi ponatur

ꝙ motus ſit perpetuus neceſſe eſt ꝙ ſit vnum primum principium quod ſit perpetuum ꝛ penitus immobile. et etiam ſi non ponatur motus perpetuus nichilominus oportet primum principium eſſe perpetuum et immobile quia ſi res inceperit eſſe oportet ꝙ ab aliquo eſſe inceperint. vnde ſiue motus ſit perpetuus ſiue non oportet primuꝫ principium eſſe perpetuum et immobile.

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ Licet

Ariſtoteles incipiat determinare de motu quodãmodo applicando ad res mobiles cum inquirit an ſemper ſit motus vel non. tamẽ hic non habuit inueſtigare an motus habeat eſſe ꝙuis aliqui negauerint motum. Cauſaꝫ aſſignat quia omnes qui de natura aliquid dixerunt affirmauerunt motum eſſe. Philoſophi enim plures dixerunt mundum eſſe factum per generationem et deficere per corruptionem quod non poteſt fieri ſine motu. ideo omnes naturaliter loquentes poſuerunt motum eſſe in rebus. tamen de duratione huius tam a parte ante quam a parte poſt diuerſimode locuti ſunt. Democritus enim poſuit motum ſemper eſſe ponendo mundũ fieri per aggregationem athomalium et corrumpi per diſgregationem et ponit plures mundos fieri et corrumpi. Sed Anaxagoras et Empedocles oppoſitum dixerunt ſcꝫ mundum nõ ſemper eſſe. differunt tamen quia Anaxagoras poſuit per infinituꝫ tempus omnia preexiſtere in vnum chaos preter intellectum agentem ꝛ poſt mundum intellectus agens in aliqua parte temporis incepit ipſa ſegregare et mundum cõſtituere ꝛ motum incipere. et poſtea nunquã deficiet quia intellectus nunquam ceſſabit ſegregare. ꝛ ſic poſuit tempus non conſequi motũ ſed ſequi illud chaos quod preceſſit motum et munduꝫ. ſed Empedocles poſuit munduꝫ et motum pluries fieri et pluries corrumpi. ideo adueniente vniuerſali amicicia ponit elementa congregari et mundum corrumpi et poſtea vniuerſali adueniente inimicicia ponit elementa ſegregari et mundum generari et corrumpi. ꝛ quibuſdã temporibus intermediis ponebat motum deficere eſſe et elementa quieſcere. et ſic patent oppiniones de inceptione motus. Et quia oppinio democriti ponit motum ſemper eſſe. ideo illam non reprobat Ariſtoteles ſed ſoluꝫ alias que nõ ponunt motũ ſemper eſſe. Iuxta quod ſit.

## Concluſio prima: poſitio

Anaxagore eſt nobilior et rationabilior quam Empedoclis. Probatur quia cum natura ſit principium ordinationis in rebus nichil in natura debet a philoſopho poni inordinatum. ſed infiniti temporis quod preceſſit motum ad infinitũ tempus quo durauit motus poſtquam incepit eſſe nulla ratio eſt. quare neqꝫ vllus ordo. quia omnis ordinatio eſt ratio quedam. ergo ꝛc̃.

Item aſſignari non poteſt ratio quare intellectus magis nunc quam prius vel poſterius incepit ſegregare res ab illo chaos et mundum et motum cõſtituere. cum tempus precedens inceptionem mundi et tempus ſequens ſint eiuſdem rationis. ergo et cetera.

## Concluſio ſecunda. poſitio

Empedoclis eſt irrationabilis. Probatur quia philoſophus ponens aliquod principium, debet illud manifeſtare a priori per rationem. vel a poſteriori per inductionem. ſed Empedocles ponẽs litem ꝛ amiciciam eẽ principia aggregationis ꝛ diſgregationis elementorum et per hoc generare et corrumpere munduꝫ per diuerſa tempora nullo modo manifeſtat. ergo ꝛc̃. Quamuis eniꝫ manifeſtaret ꝙ lis et amicicia ſint principiuꝫ aggregationis et diſgregationis per hoc ꝙ videmus homines congregari per amiciciam et per litem diſgregari. tamen non manifeſtauit quare amicicia plus eſt principium congregationis in vno tempore quaꝫ in alio. ꝛ lis diſgregationis. neqꝫ manifeſtauit quare per equale tempus ſit congregatio et manent elementa congregata et etiam diſgregacio ꝛ manent diſgregata. Nec valet quod dicebat ita fuit. ita eſt et erit. ergo hoc eſt neceſſe et eternuꝫ. ergo nõ erit querenda cauſa. Contra arguitur. quia ſimiliter ſe habent res ad eſſe ꝛ ad veritatem. ſed ſunt alique perpetue veritates vt triangulũ habere tres angulos que tamen in ſe veritatis cauſam habent. ergo ſi aliqua ſint neceſſaria vel eterna non propter hoc ſequitur quin habeant cauſam et poſſet eorum cauſa inquiri. ideo licet dictum Empedoclis ſit neceſſarium vel habeatur tanꝙ dignitas prima. debuit tamen manifeſtare illud a poſteriori per inductionem. vel ſi non eſt principium debuit manifeſtare a priori naꝫ illo modo bene habet cauſaꝫ ſue veritatis. Ex hac ratione manifeſtare poteſt Ariſtoteles ꝙ licet poſuerit motum et mundum et tempus fuiſſe ab eterno ꝛ habere principium ſue durationis. voluit tamen ꝙ haberet principium ſui eſſe. quia ſecundum ipſũ nichil prohibet aliquid eſſe eternuꝫ et habere cauſam ſui eſſe. Unde patet qualiter impugnãtur oppiniones illoruꝫ que a philoſopho figmẽta dicuntur quia dicunť ſine ratione. Dimiſſa tamen ratione Ariſtotelis ſit.

## Concluſio Tercia: Firma

fide eſt tenendum mundum incepiſſe per creationem. ꝛ ſimul cũ mundo inceperũt motꝰ ꝛ tẽpus.





Hec cõcluſio ꝑbatione nõ indiget q2 auctoritati diuine credẽdũ eſt q̃ m̃to, vꝫ rõe cuiuſcũqꝫ phi. Ideo ficticium reputari non debet. auctoritati eniꝫ diuine credimus mirabiliter approbate. i. operibus que ſolus deus facere poteſt. Eſt aduertendum tamen ꝙ licet concluſio Ariſtotelis ſcꝫ ꝙ motus non incepit nec deſinet eſſe quantũ ad vnam partem fidei noſtre repugnet ſcꝫ quantum ad hoc ꝙ ponit motum ſemper fuiſſe. nichil enim ponitur ſecunduꝫ fidem ſemper fuiſſe niſi ſolus deus qui eſt perpetuus immobilis. niſi diuinum intelligere vocetur motus ꝙ diceretur equiuoce. nec de tali motu eſt hic ad propoſitum tamen quantum ad illam parteꝫ que ponit motum nunꝙ deficere non eſt fidei noſtre contraria. quia vt dictum eſt hic non loquitur Ariſtoteles de motu celi. ſed de motu in communi. Sed ponimus ſecunduꝫ fidem ſubſtanciam mundi incepiſſe ꝛ ꝙ nunꝙ deficiet. ꝛ etiam ponimus motum infinitum ꝛ ſemper eſſe in hominibus qui erunt corruptibiles vitam miſeraꝫ habentes vel beatam. Unde aliqui fruſtra ponentes Ariſtotelem non fuiſſe locutum contra fidem Dixerunt ꝙ non voluit aſſerere ꝙ motus ſit perpetuus. ſed tamẽ voluit rationes adducere ad vtrãqꝫ partem quaſi ad rem dubiaꝫ. ſed iſtud in ſuo modo precedendi appꝫ formaliter. nam perpetuitate motus ꝛ temporis pro medio vtitur ad ꝓbandum primuꝫ principium eſſe perpetuum in iſto octauo ꝛ duodecimo methaphiſice. ſupponẽs illud medium eſſe probatum tanꝙ verum.

Sed ſi quis ſuas rationes conſideret recte videbit ꝙ fidei veritas illis impugnare non poteſt. ſunt enim efficaces ad probandum ꝙ motꝰ non incepit per viam nature vt ab aliquibus incepiſſe dicebatur. ſed ꝙ non iceperit quaſi rebꝰ de nouo productis a primo principio eſſendi illis rationibus probari non poteſt. Ad illas rationes reſpondetur cum queritur ſi motus nõ ſemper fuit ſed incepit vel mouencia et mobilia ſemper fuerunt vel inceperunt. Dicitur ꝙ primũ mouens ſemper fuit ꝛ cetera mouẽcia ꝛ mobilia inceperunt eſſe ab vniuerſali cauſa. ꝛ alii motus inceperunt per creationeꝫ que ſimplex emanatio dicitur. ꝛ non motus vel mutatio. niſi equiuoce diceretur. ideo non ſequitur ꝙ ante primuꝫ motum fuerit motus. ſed bene ſequitur ſi ab aliquo agente particulari incepiſſet quia agit neceſſario aliquo ſubiecto preſuppoſito ꝙ ab eo trãſmutatur de non eſſe ad eſſe. vel de priuatione ad formam. Et ſi dicatur primum mouens ſemper fuit in eadem diſpoſitione. ergo ſemper debuit producere mundum. ꝛ ſi non fuerit in eadem diſpoſitione ſequitur ſaltem ꝙ mutatio que eſt ex parte ipſius fuerit prior motu qui ponitur primus. Reſponſum eſt in precedenti queſtione.

Ad ſecundam dicitur ꝙ ſolum probat tempus non incepiſſe ab aliquo particulari agente quod eſt agens in tempore. ſed non cõcludit ꝙ non incepit ab agente vniuerſali. quia tempus ꝛ alias res ſimul in eſſe produxit. et cum arguit ꝙ non eſt dabile primum nunc. negatur illud. fuit enim dabile primuꝫ nunc qd̕, ſic fuit primum principium temporis ꝙ non finis alicuius precedentis. Et cum arguebatur quia primum eſt ante quod nullum tempus eſt. ſed ante dicit tempus ꝛ cetera. dicitur ꝙ ibi ante non ſignat aliquod tempus in natura exiſtens quod preceſſerit illud primuꝫ nunc. ſed ſolum ſignat tempus ſecundum ymaginationem. ſicut dum dicitur ꝙ extra celum ſunt encia immaterialia. extra dicit locum ymaginatũ eſſe. Sꝫ circa illud dictum Ariſtotelis in prima ratione eius ꝙ nichil quieſcens incipere poteſt de nouo moueri niſi aliquo alio motu preueniente ab aliquo exteriori agente mouente. Obicit ipſemet Ariſtoteles de animali quod a ſeipſo mouetur. ꝛ ſic videtur incepiſſe moueri nullo alio motu precedente. Reſpondetur ꝙ in animali duplex reperitur motus ſcꝫ naturalis et animalis. et naturalis eſt duplex quidam fit penitus ab extrinſeco continente ſicut ab aere continente ꝛ corpore celeſti. vt cum per frigus exterius vel calidum animal alteratur. Alius eſt motus naturalis qui fit ab intrinſeco. et dicitur naturalis eo ꝙ non eſt per appetitum ſequentem apprehenſioneꝫ. ſed eſt per vires potencie vegetatiue. et adhuc in tali motu concurrit mouens exterius quo iuuatur vel impeditur calor naturalis intrinſecus per continens exterius. motus enim animalis dicitur progreſſiuus in quo videtur animal per ſe moueri maxime. ſed tamẽ adhuc ille motus preſupponit motum factum ab exteriori mouente. quia propter aliquam paſſionem in corpore factam et per cõſequens in potenciis ſenſitiuis que organice ſũt inclinatur appetitus animalis ad proſequendũ vel fugiendum motu progreſſiuo illud quod apprehenſum eſt et eſt cauſa talis paſſionis. Hoc etiam declarat de ſomno in quo videtur maxime quies in animali. poſtquam tamen non incepit a ſe moueri animal niſi motu aliquo facto ab aliquo mouente per quem remouetur cauſa talis quietis puta per calorem naturalem digerentem et conſumentem humores que ſunt cauſa ſompni vel per aliquod pellens dormientem per cuius pulſum incitatur. Ideo bene dicebat Ariſtoteles ꝙ nichil quieſcens prius poſtea incepit moueri niſi aliquo motu exteriori facto per quẽ tolliť cauſa quietis. nõ tñ ꝓpter hoc ſequiť cõcluſio Ariſtotelis vꝫ ꝙ añ primuꝫ motũ fuerit

motus vel mutatio. quia vt dictum eſt mouentia ⁊ mobilia dempto primo mouente non fuerunt ante inceptionem motus. dictum eſt etiam ꝙ inceperunt non per motum ⁊ mutationem ſed per creationeꝫ. Ultra obicit Ariſtoteles contra concluſionem ſuam per determinationeꝫ factam in ſeptimo huius. cum omnis motus ſit ex quodam ⁊ quoddam nullus motus poteſt eſſe infinitus in. per conſequēs nō poteſt dici ꝙ motus ſit perpetuus. Hec obiectio animalis ſoluta eſt in ſexto. Sequitur textus.

### Queritur Tercio. Utrum

Omnia ſemper quieſcant. vel ſemper moueantur. vel aliqua ſemper quieſcant. ⁊ aliqua ſemp̄ moueantur ſic ꝙ nihil qn̄doqꝫ moueatur ⁊ quandoqꝫ quieſcat. vel omnia quandoqꝫ moueantur ⁊ quandoqꝫ quieſcat. vel aliqua ſemp̄ ſint immobilia ⁊ aliqua ſemper moueantur ⁊ aliqua quādoqꝫ moueantur ⁊ quandoqꝫ quieſcant. Arguitur primo ſic. ꝙ hec diuiſio non ſit ſufficiens quia non eſt bimembris. Secundo ſic quia primum membruꝫ deſtruit motum. ⁊ ſecundum deſtruit quietem. ⁊ tercium deſtruit generationeꝫ ⁊ corruptionem ⁊ omnem motum violentum. et quartum deſtruit neceſſitateꝫ aliquoꝝ motuuꝫ. et quintuꝫ cōmittit nugationem ponendo q̄dā encia immobilia ⁊ omnia quieſcibilia. In oppoſitum arguitur per philoſophum in textu.

Pro Reſponſione.

### Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs probauit motum in cōmuni non incepiſſe neqꝫ defeciſſe. Conſequenter inquirit moduꝫ quo perpetuatur motus. an ſcꝫ ꝙ omnia encia ſemper moueātur. vel per hoc ꝙ aliqua ſemper moueantur. vel per hoc ꝙ infiniti motus ſibi inuiceꝫ ſuccedunt. vel per hoc ꝙ aliquis vnus motus ſemper fuit ⁊ erit. ⁊ hoc modo perpetuatur motus vt oſtēdetur infra. quo oſtenſo oſtendetur quis ⁊ qualis ſit motor primus a quo eſt ille primus motus. ⁊ etiam quale ſit mobile cuius eſt. et hec eſt tota intencio huius negocii.

### Sciendum eſt Secundo. ꝙ

licet in predicta diffinitione ſint quinqꝫ mēbra tamen poſſunt reduci ad bimembrem diuiſionem. quia omnia encia ſunt vnius diſpoſitiōis vel plurium. Si vnius hoc ē tripliciter vel omnia ſemper quieſcunt ⁊ ſic eſt primuꝫ membrum. vel omnia ſemper mouentur ⁊ ſic eſt ſecundum. vel omnia quandoqꝫ mouētur ⁊ quādoqꝫ quieſcūt ⁊ ſic ē quartū mēbruꝫ. Si ſint pluriū diſpoſitionū hoc eſt dupliciter vel diuerſificantur ſꝫᵒ duplicē diſpōeꝫ ⁊ ſic eſt tercium membruꝫ. vel ſꝫᵒ tres ⁊ ſic eſt quintuꝫ mēbruꝫ quod ponit aliqua ſemper immobilia vt ſunt intelligencie. ⁊ aliqua ſemper moueri vt ſunt corporea celeſtia. ⁊ aliqua quādoqꝫ moueri ⁊ quandoqꝫ quieſcere vt ſūt generabilia ⁊ corruptibilia. Et notāter in hoc mēbro ponitur quedam ſemper immobilia ⁊ non dicitur quieſcibilia quia illa ſolum quieſcere dicuntur que nata ſunt moueri. ⁊ iſtoꝝ quinqꝫ mēbroꝝ ſolum quintum habet veritatem. ideo poſito ⁊ probato ſoluerentur omnes dubitationes de primo motu et de primo motore et de primo mobili ad hanc ſcienciam pertinentis. Sed in preſenti queſtione reprobabuntur tria prima mēbra ⁊ in ſequentibus videbitur de aliis quia reprobatio quarti ex aliquibus determinandis dependet. Sit ergo:

### Concluſio prima. Dicere omnia

ſemper quieſcere ⁊ nichil moueri ē irrationabile. Probatur nam manifeſtum eſt ad ſenſum aliqua moueri. mō querere rationem contra iudicium ſenſus eſt infirmitas ſeu debilitas intellectus vt dicitur in textu. ideo dicitur 1° Thopicorum ꝙ contra indigentem ſenſu non eſt diſputādum ergo ⁊c. Iteꝫ quia ſic dicere eſt dubitare non de vno particulari ente. ſed de toto ente ⁊ eſt inducere errorem contra omnes ſciencias. nam omnes ſciencie quodāmodo motu vtūtur patet in ſciētiis practicis que dirigunt aliquos motus. patet etiam de phiſica que naturam motus ſpeculatur. ⁊ etiam mathematica aliquociens motu vtitur. vt cum dicit ex fluxu ymaginato puncti cauſare lineam. etiam dyaletica ⁊ rethorica vtuntur oppinionibus ⁊ oppiniones iudicant. ſed oppinio eſt quidam motus vel non eſt ſine motu. ergo negans motum errorem inducit contra omnem ſcienciam ⁊ dubitationē de toto ente. ſed talem errorem improbare ſpectat ad methaphiſicam et non ad phiſicam. g°.

Tercio nullus ſpecialis artifex habet diſputare contra negantes ſua principia. ſed motum eſſe eſt principium in phiſica. nam phiſicus ſupponit naturam eſſe principium motus. Quarto ita dicentes vt fuit Melliſſus ponunt motuꝫ ſaltem in anima. quia licet dicant motum non eſſe realiter. tamen dicunt ipſum eſſe ſecūduꝫ oppinioneꝫ et fantaſiam. ſed oppinio eſt motus rationis ex aliquibus exterioribus proueniens. et fantaſia eſt motus a ſenſu ſecūduꝫ actuꝫ factus ergo ſic negantes motuꝫ ponūt motum eſſe.

### Concluſio ſecunda. Dicere

omnia ſemper moueri et nichil quieſcere eſt contra naturalem philoſophuꝫ. Patet quia ad ſenſum manifeſtum eſt aliqua quieſcere. Item natura eſt principium motus et quietis. ergo quies naturalis eſt. et per conſequens omnino negare quietem eſt dicere cōtra pricipia phiſice

Uerum eſt tamen ꝙ natura prius eſt principiuꝫ motus ꝙ̄ quietis. ideo hec poſitio eſt minus irrationabilis ꝙ̄ precedens. etiaꝫ quia ſunt aliqui parui motus latentes ⁊ ſic dubitamus aliqua quieſcere que tamen mouentur. quia tamē Eraclitus non determinauit qui motus nos latent ⁊ qui non. ſed dixit vniuerſaliter omnem motuꝫ nos latere. ita ꝙ omne ens continue ⁊ ſemp̄ mouetur ⁊ nichil quieſcit. idō in hoc irrationabiliter locutus eſt. Et hoc improbat phūs. Primo de augmentato ⁊ decremento in quibus magis aufert Eraclitus ſuam poſitionem. dicit enim omne quod augetur continue augeri ſecundum quanlibet parteꝫ proportionabilē tēpori in quo augetur. quod oſtēdit Ariſtoteles eſſe falſuꝫ per duo exēpla. nam ſi multitudo guttaꝝ cauet lapidem non oportet quālibet guttaꝫ aliquid remouere de lapide. ſed bene diſponit ad cauationeꝫ ⁊ tota multitudo cauat. Similiter ſi arbor naſcens inter lapideꝫ per aliquod tempus diuidat lapidem non oportet ꝙ in qualibet parte tēporis aliquid diuidat. ſꝫ bene diſponit ad diuiſionem ⁊ in toto diuiditur. ergo ſimiliter ſi aliquid in aliquo augeatur ſecunduꝫ quantitatem digitalem non oportet ꝙ augeatur in qualibet parte proportionali illius anni ſecundum partem illius quantitatis. ſed bene in qualibet parte vel diſponitur vel augetur. Similiter idem oſtendit de alteratione. nam ſi aliquid alteretur in aliquo toto tempore quamuis illud quod alteratur diuiſibile ſit in infinitum non tamen oportet ꝙ ſecundum quālibet partem proportionalem illius quod alteratur diuidatur alteratio ita ꝙ in prima parte proportionali alteretur prima pars corporis ⁊ in ſecunda parte alia pars ⁊ ſic in infinitum. poteſt enim alteratio eſſe ita velox ꝙ ōnes partes alterabiles ſimul alterantur vt in cōgelatione aque. Et ſi arguatur ꝙ dictuꝫ eſt in ſexto ꝙ motus cōdiuiditur mobili tempori ⁊ rei ſecunduꝫ quā eſt motus. Reſpondetur ꝙ in ſexto agitur de motu in cōmuni non applicando ad aliqua particularia mobilia. ideo ibi dicta ſunt de motu quantuꝫ ad ea que ſibi nō repugnant ſecūdum cōmuneꝫ rationeꝫ motus. Hic autem agitur de motu ipſuꝫ applicando ad aliqua ſpecialia mouencia ⁊ mobilia quibus repugnat ſemper ⁊ cōtinue moueri. quod ſatis patet per tuas rationes poſitas in ſeptimo. Item cuꝫ aliquid ſanatur tendit ad ſanitatem ⁊ non ad aliud. ergo cuꝫ ad eam peruenit neceſſe eſt quieſcere. nā vt dicitur in ſexto. mutatio inter cōtraria non poteſt eſſe infinita. Similiter dum lapis īduratur non ſemper fit durus ſꝫ terminatur motus. ergo illud quod alteratur non ſemper ⁊ continue alterantur. Ideꝫ patet ex parte motus violenti quia nullus motus violentus perpetuo durat. Item omne corpus habet locum naturalem vel proprium in quo dum eſt quieſcit. et a quo non remouetur niſi per violenciam. ſed manifeſtum eſt ad ſenſum aliqua corpora eſſe in ſuis locis naturalibus. ergo manifeſtum eſt ipſa quieſcere. ergo irrationabile eſt dicere omīa ſemper moueri ⁊ nichil quieſcere.

### Concluſio Tercia. Irrationa

bile eſt dicere omnia que mouentur ſemper moueri ⁊ que quieſcūt ſemper quieſcere. Patet primo ex precedentibus. quia ſenſus iudicat oppoſitum. Item ſic dicens deſtruit augmentum. quia ſi ita eſſet oporteret augmentationem eſſe quantitatem infinitam. et etiam deſtruit motum localem violētuꝫ. deſtruit etiam generationeꝫ ⁊ corruptioneꝫ. nam generatio eſt motus de non eſſe ad eſſe ſed corruptio per oppoſitum. ideo quod corrumpitur per precedens tēpus fuit ens. ⁊ quod generatur per aliquod tempus fuit non ens. ſed quod per aliquod tempus eſt ens vel non ens quieſcit vniuerſaliter loquendo de quiete. ergo ſi eſt impoſſibile omē quod quieſcit moueri. erit impoſſibile aliquid generari vel corrumpi. ⁊ cuꝫ ī omni motu ſit generatio ⁊ corruptio vel ſimpliciter vel ſecundum quid. ſequitur ꝙ ſic dicēs deſtruit motuꝫ. ⁊ vt habet phūs querere rationem contra illud quod patet ad ſenſuꝫ eſt ſignuꝫ hominis non potentis diſcernere inter melius ⁊ peius. ⁊ credibile ⁊ incredibile. ⁊ principiū ⁊ nō principiū. manifeſtuꝫ ⁊ nō manifeſtū. ideo dicit. p. ꝙ precedens concluſio ⁊ iſta vna cuꝫ fide probari nō poſſunt. quod patet ad ſenſuꝫ. Nec oportet omīa que mouentur ſemper moueri. nec omīa quieſcencia ſemper quieſcere. ſed manifeſtum eſt aliqua quandoqꝫ moueri ⁊ quandoqꝫ quieſcere. ⁊ ſic tria membra predicte diuiſionis dici nō poſſunt. Quartum membrum improbatur poſterius. et vt dicit phūs coincidit cum poſitione Empedoclis prius improbata de vniuerſali amicicia et inimicicia.

### Ad rationes ante oppoſitum

Ad primam patuit ſolutio qualiter illa diuiſio eſt reducibilis ad bimēbrem. ⁊ etiaꝫ auctoritas illa intelligitur de diffinitione data per oppoſita et non per modos diuerſos vt eſt preſens.

Ad ſecundam patet etiam ſolutio ex dictis. quia quatuor prima mēbra ſunt irrationabilia. ⁊ ad hoc quod dicebatur contra quintum dicitur ꝙ immobile et quieſcens non conuertuntur: ſed immobile ſe habet vt ſuperius. Sequitur textus.

### Queritur Quarto. Utrum

Omne quod mouetur moueatur a motore diſtincto ſꝫᵒ eſſe ⁊ diffinitionē vel ſꝫᵒ diffinitiōeꝫ tātuꝫ.

Arguitur ꝙ non. quia animata mouentur a ſe ipſis per ſe ⁊ naturaliter. ergo in ipſis mouēſ non diſtinguit᷑ a moto nec ſecūdū rem nec ſecūdum diffinitionem. Ad oppoſitum arguit᷑ per phūm in ſecundo capitulo ſecūdi tractatus huius octaui. Pro reſponſione.

**Sciendum ē primo. ꝙ poſt** ꝙ Ariſtoteles improbauit tria prima mēbra diuiſionis poſite in queſtione precedenti. Conſequenter manifeſtat aliqua neceſſaria ad ꝓbationem quarti mēbri ⁊ ad probationem quīti membri in quo vt dicebatur ſtat tota intentio reſidui huiꝰ operis. ſcʒ in demōſtrōe ꝙ ī ordine encium eſt dare aliquod omnino inmobile et aliquid qḋ ſēper mouetur ⁊ aliquid qḋ quādoqʒ quieſcit ⁊ quādoqʒ mouetur. ad cuius demrōeʒ oportet ꝑcognoſcere ꝙ ōne quod mouetur ab alio moueatur. ⁊ licet in ſeptimo quadaʒ ratione cōmuni ſumpta ex parte motus in cōmuni ⁊ abſolute cōſiderati illud probatum fuerit. quia tamen in hoc libro iam incepit agere de motu per cōparationem ad mouencia ⁊ mobilia. ideo merito oſtendit Ariſtoteles illam ↄcluſioneʒ eſſe veram vniuerſaliter in omnibus mobilibus et mouentibus. Pro cuius oſtenſione in litera ponit tres diuiſiones mouentium ⁊ mobilium. Prima. mouentium ⁊ mobiliū q̄dā mouent ⁊ mouētur per ſe. quedā vero per accidens. vnde per accidens mouere vel moueri contingit dupliciter vt patet in principio quinti. Secunda diuiſio eorum que mouentur quedam mouentur a ſe ipſis vt animata. quedam vero ab aliis vt inanimata. Tercia diuiſio eſt eoꝝ que mouētur quedam mouentur ſecundum naturam. quedam vero extra naturam ⁊ violente. ⁊ hanc diuiſionem manifeſtat Ariſtoteles in his que a ſe mouentur ⁊ in hiis que ab aliis mouentur. cum omnis motus naturalis ſit a principio intrinſeco. ea que a ſe ipſis mouentur manifeſtuʒ eſt naturaliter moueri vt ſunt animalia que mouent᷑ ab anima que eſt eoꝝ natura et forma intrinſeca. veruʒ eſt tamen ꝙ ſi referatur corpus animalis ad animam que eſt forma totius animalis ſic motus ab ea ſibi influxus eſt naturalis. quia vnumquodqʒ naturaliter mouetur ab eo ad cuius actum eſt in potencia naturali. ſi vero referatur corpus animalis ad quatuor elementa cōponencia ipſum tunc moueri poteſt ſecunduʒ naturam et violente. nam ſi in eo dominetur terra naturaliter deorſum mouetur et violente ſurſū.

**Sciendum eſt ſecundo ꝙ pre**ſens diuiſio repperiri poteſt ī partibus aīaliuʒ ſecunduʒ diuerſas diſpoſitiones ⁊ modos motuū ipſaꝝ partium. homo eniʒ naturaliter flectit brachia anterius ⁊ tibias poſterius. equus vero tibias anteriores flectit poſteriꝰ. ⁊ poſteriores flectit anterius. ⁊ ſi cōtrariuʒ accideret in iſtis partibus hoc fieret violēte. In hiis vero que ab alio mouentur manifeſte reperitur preſens diuiſio vt terra naturaliter mouetur deorſum ⁊ violēte ſurſuʒ. ⁊ ſic patet ꝙ naturale ⁊ violentum repperiūtur in aliquibus que per ſe mouentur ſiue a ſe ſiue ab alio moueātur. Oſtēſo ergo ꝙ in omi motu tam naturali ꝙ͂ violento mouens diſtīguitur a motu vel ſecundum diffinitionem vel ſecūdū eſſe. vel ſecundū eſſe ⁊ diffinitiōeʒ ſimul oſtenſū eſt ſufficienter ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur. de hiis vero que per accidens mouentur. non fit menſio quia talia non mouerētur niſi quia quedam mouentur per ſe. Eſt tamen aduertenduʒ ꝙ mouens diſtīguitur a moto ſʒꝰ diffinitionem tantum quādo cōiuncta ſunt ſʒꝰ eſſe mobile et mouens. tamen illius quod mouet ⁊ illiꝰ quod mouetur rationes formales ſūt diuerſe ſicut de anima ⁊ corpore. ſed diſtīguntur ſecundum eſſe ⁊ diffinitioneʒ quando ſeparata ſunt mouens ⁊ mobile loco ⁊ ſubiecto ⁊ rationeſ eorum ſunt diuerſe. Tunc ſit.

**Concluſio prima:** ea que mouentur violente mouentur a motore diſtincto ſecundum eſſe ⁊ diffinitioneʒ. patet per diffinitionem motus violenti. violentuʒ enim dicitur cuius principium eſt extra non conferente vim paſſo.

**Concluſio ſecunda. Ea que** naturaliter ⁊ a ſe ipſis mouētur mouētur a motore diſtīcto ſecūdū diffinitionē tātuʒ. pʒ q2 in talibꝰ mouēs eſt ipſa aīa ⁊ motū eſt corpus. ſʒ rationes eoꝝ ſunt alie ⁊ alie. ergo cōcluſio vera. Utruʒ autē anima vniatur corpori vt forma vl᷑ vt motor mobili vt nauta in naui videbitur in libro de anima. ſed pro pñti ſufficit ꝙ in aīatis mouēs diſtīguit᷑ a moto ratiōe. ⁊ ſic maīfeſta ſūt duo mēbra diuiſionis. ſʒ de tercio. ſ. de motu naturali inaīatoꝝ grauium ⁊ leuium vt dicit Ariſtoteles eſt maius dubiū an a ſe vel ab alio moueantur. pro quo ſit.

**Concluſio Tercia. grauia et** leuia ſimplicia in ſuis motibus ſimplicibus nō mouētur a ſe ipſis. Probatur quatuor rationibus phī. Prima eſt mouere ſe pertinet ad rationem vite et eſt ꝓprium aīatoꝝ quia motu et ſenſu animatuʒ ab animato diſtīguimus. ſʒ grauia et leuia ſimplicia nō ſunt aīta ergo. Secūda ratio ōne mouēs ſe ipſuʒ localiter poteſt ſibi ipſi eſſe cauſa ſtatus et quietis. vnde ſicut animata per appetitum ſuum moueri incipiunt ita et quieſcunt. ſed grauia et leuia et ſimplicia nō poſſunt ſibi ipſis eſſe cauſa quietis. nā ipſa exiſtēcia extra locū naturalē nō q̄eſcūt niſi ab extriſeco detineātur gᵒ a ſe ipſis nō mouētur.

Tercia ratio irrationabile eſt dicere ea que a ſe ipſis mouentur moueri tantū ad vnaʒ differenciam pōnis. quia ab ea non determinatur eis motus. ſʒ ad motū ſe ipſa determināt. idō hoc modo vel alio moueri poſſunt. ergo ſi grauia et leuia ſimplicia moueantur a ſe ipſis mouētur ſecūduʒ plures differencias poſitionuʒ qḋ falſuʒ eſt ergo. Quarta ratio nulluʒ vere cōtinuū ſecunduʒ quantitatem ⁊ formaʒ ꝙ ſcʒ eſt penitꝰ eiuſdem rationis in omibus ſuis partibus moueri poteſt a ſe ipſo. ſed grauia ⁊ leuia ſunt huiꝰ modi ergo. Maioreʒ probat phūs q2 mouēs ſe habet ad mobile vt agens ad patiens. agēs vero eſt quodāmodo diuerſum ſeu contrarium ipſi paſſo. ergo ea que ſunt penitus eiuſdem diſpoſitionis in ſe inuicem agere non poſſunt. ideo aīalia que a ſe ipſis mouentur magis dicuntur contacta ꝙ͂ cōtinua propter diuerſitatem diſpoſitionuʒ partium animalis vt ſi grauia ⁊ leuia ī ſuis motibus naturalibus non mouerentur a ſe ipſis. a quo vero moueantur videbitur in ſequēti queſtione. Ex iſta cōcluſione ſequit᷑ ꝙ mixta inanimata non mouentur a ſe ipſis. patet q2 non habent motum niſi virtute elementi predominantis.

**Ad rationes ante oppoſitum** dictuʒ eſt de li per ſe. qḋ vel accipitur vt opponitur ad per accidens tantuʒ ⁊ ſic animata mouētur a ſe ipſis ⁊ per ſe. vel accipitur vt opponitur ad per accidens ⁊ per alterum vt idem eſt per ſe ꝙ eſſencialiter ⁊ primo. ⁊ ſic non mouentur animata a ſe ⁊ per ſe ſed ſecundum alterum:

Sequitur textus.

**Queritur Quinto. Utrum** grauia ⁊ leuia ſimplicia per ſe moueantur a generante ⁊ per accidens a remouente prohibens.

Arguitur ꝙ non grauia poſſunt moueri a generante corrupto. ergo ab ipſo non mouentur.

Secundo ſic motus naturalis eſt a principio intrinſeco. ſed generans eſt extrinſecum genito. ergo ⁊c. Contingit graue ſua grauitate moueri prohibens puta frangere trabem. cum ergo grauitas ſit per ſe principium generis ſequitur ꝙ in illo caſu graue per ſe mouetur a remouente prohibens. Ad oppoſitum eſt phūs in litera.

Pro Reſponſione.

**Sciendum eſt primo: ꝙ poſt** ꝙ͂ phūs probauit grauia ⁊ leuia non moueri a ſe. Conſequenter oſtendit a quo moueantur. Pro quo ſciendum eſt ꝙ ſicut mobilium quedā mouentur ſecundum naturaʒ ⁊ quedaʒ extra naturam. ita eſt de mouentibus. vnde illa mouent ſecunduʒ naturam que ſuas formas imprimūt mobili naturaliter ſuſceptiuo ad quas naturaliter ſequuntur tales motus naturales. ſicut actu calidum mouet potencia caliduʒ. ſed extra naturam mouent illa mouencia que nō imprimunt mobili formas naturales ad quas ſequūtur naturaliter tales motus. ſicut corda arcus mouet ſagittaʒ. vnde pʒ ꝙ illud dicitur violente moueri cuius motus eſt extra naturalem potēciaʒ eiꝰ ſicut graue qḋ mouetur ſurſum. ſʒ ſecūduʒ naturam dicūtur moueri q̄cunqʒ mouentur in proprios actus ad quos ſunt in potencia ſecūdum naturam propriam. Ex quo iterum patet ꝙ ad hoc ꝙ aliquis motꝰ ſit naturalis oportet ꝙ in ipſo mobili ſit potencia naturalis ad talem motū Nec ſequitur ꝙ in ſe habeat principium actiuuʒ illius motus ſed ſufficit paſſiuuʒ inclinatiuū naturaliter ad talem motum. Tercio patet ꝙ cum omē qḋ mouetur ſit in potencia ⁊ in actu ſequitur ꝙ nichil a ſe per ſe primo mouetur. quare ſequitur ꝙ grauia ⁊ leuia ⁊ generaliter omne quod mouetur ab alio mouetur.

**Sciendum eſt Secundo. ꝙ** aliquid dicitur eſſe in potencia dupliciter. ſiue ī potencia eſſenciali ſicut ad actum primum qui ē forma. ⁊ in potencia accidentali ſiue ad actuʒ ſecundum qui eſt operatio cōſequens formam. aliter eſt eniʒ in potēcia ille qui addiſcit ⁊ nō habet ſciēciaʒ. ⁊ aliter ille qui habet hituʒ ſciēcie ſed non conſiderat. Similiter in phiſicis aliter eſt in potencia ad caliduʒ quod eſt actu frigidum. ⁊ aliter id quod habet actu formam calidi et non caleſcit. Similiter in propoſito aliter eſt in potencia leue illud quod eſt actu graue. et aliter illud quod habet iam formā leuis ſed nō mouetur ſurſum. Unde de prima potencia nichil reducitur ad actum niſi per preſenciam agētis extrinſeci qḋ eſt actu tale quale eſt alteruʒ in potencia. Sʒ de potencia ſecunda aliquid reducitur per ſe ipſum in actum niſi ſit aliquid impediens. vt nondum habens ſcienciam non acquirit eam niſi per aliquod generans ipſam. ſed dum habet habitum ſciencie duʒ vult ſtatim ↄſiderat niſi aliquid impediat. Similiter in propoſito qḋ nonduʒ habet formam leuis per ſe ipſum non acquirit formaʒ. quia de prima potencia nichil poteſt ſe reducere in actuʒ. ſed oportet ꝙ efficiatur in actu per generans aliquod qḋ ē actu tale. ⁊ quia dans formam dat per ſe conſequencia ad formaʒ vt ſunt motus ⁊ locus ſtatiʒ dum aliquis habet formam leuis mouetur ſurſuʒ niſi aliquid impediat. vnde patet cauſa quare grauia et leuia mouentur ad propria et determinata loca. huius enim cauſa eſt natura eoruʒ quia natura grauis eſt eſſe deorſum et natura leuis eſt eſſe ſurſum. Tunc ſit.

**Concluſio prima. grauia et** leuia ſimplicia in potencia eſſenciali mouentur ad formam grauis ⁊ leuis a ſe ⁊ per ſe in genere cauſe materialis. ſed non in genere cauſe formalis vel efficientis. Primum patet. quia in ſe habent materiam que eſt i potencia naturali ad formam grauis ⁊ leuis. Secundum probatur quia nichil de pura potencia poteſt ſe reducere ad actuʒ. ergo talia non mouentur a ſe ipſis ad formam effectiue aut formaliter.

**Concluſio ſecunda. grauia et** leuia ſimplicia in potencia accidentali mouent a ſe ⁊ per ſe in genere cauſe formalis ⁊ materialis. patet quia in ſe habent formas ad quas ſequuntur naturaliter tales motus. habent etiam naturaliter inclinatiõeʒ ad talem motum.

**Concluſio Tercia. grauia et** leuia ſimplicia in potencia accidentali per ſe mouentur effectiue a generante ⁊ per accidens a remouente prohibens. Prima pars patet quia dans formam dat conſequencia ad formam. ſʒ generans grauia dat eis formas. ergo dat eis etiam motus cõſequentes ad tales formas. ergo effectiue per ſe mouẽtur a generante et non a ſe quia a ſe ipſis nõ habent formas grauis ⁊ leuis cum nichil det ſibi ipſi formam. Ex quo patet ꝙ non mouentur a ſe in genere cauſe finalis. qꝛ finis non mouet niſi ſecundum ꝙ eſt in efficiente. Secunda pars patet quia remouens prohibens ipſum remouendo non imprimit graui aut leui formam aliquaʒ ad quaʒ per ſe ſequatur talis motus. ergo non mouet per ſe ſed per accidens tantum. Unde dicit textus ꝙ eſt ſimile ſicut de motu ſpere repercuſſe a pariete. paries enim non imprimit aliqueʒ impetuʒ ipſi ſpere. ſʒ ĩpetuʒ ĩpreſſuʒ a primo prohibente impedit. ideo facit ſperaʒ moueri in motũ oppoſitum ⁊ ſic mouetur ſpera a pariete per accidens. Sed cõtra predicta argueretur quia ſicut materia eſt principiuʒ agendi. ergo cuʒ graue exiſtens in actu primo habeat materiam ⁊ formam grauis ſequitur ꝙ mouetur a ſe paſſiue ratione materie et actiue ratione forme. Reſpondetur ꝙ ſicut actio ⁊ paſſio bene ſunt idem ſubiecto ſed differunt formaliter. ita idẽ materialiter ſecundum diuerſas habitudines poteſt habere principium paſſiuuʒ ⁊ actiuum alicuius motus. Forma enim grauis ⁊ leuis relata ad generans cuius eſt effectus et inſtrumentum per virtutem generantis in ea impreſſam ⁊ conſeruatam per virtutem ſuperiorum ⁊ vniuerſalis generantis bene eſt principium actiuum motus ſub motione vniuerſalis generantis ⁊ non aliter. hoc modo grauitas ⁊ leuitas bene dicuntur qualitates actiue ⁊ paſſiue. ideo generante particulari corrupto adhuc mouent grauia ⁊ leuia. ſed forma grauis ⁊ leuis accepta ſʒ gradum proprie perfectionis relatum vt actu ſibi inherens eſt principiuʒ paſſiuuʒ motus. ⁊ motus eius ſe habent ſolum per modum inclinantis materiam ad talem motum. ⁊ hoc modo intelligitur dictũ phĩ ꝙ grauia ⁊ leuia habent principium motus non mouendi. nec agendi ſed patiendi tantum. ⁊ ſic grauitas ⁊ leuitas non ſunt qualitates motiue. ſed in ordine ad motuʒ grauis ⁊ leuis reducuntur ad genus cauſe materialis tanꝙ diſpoſitiones ⁊ inclinationes materie ad talem motum. ⁊ iſtam ĩperfectioneʒ ſcʒ ꝙ virtute propria non ſunt propria principia motus habent propter materialitatem illarum formaꝝ ſunt enim tam vicine materie prime ꝙ penitus ſunt inmerſe materie non habentes eleuationeʒ ſufficientem ſupra materiaʒ vt in ea poſſint eſſe principia alicuius motus. formale eniʒ actiuuʒ principium alicuius motus eſt in aliqua materia eleuatum ⁊ habet dominium ſupra materiaʒ quia agens eſt nobilius ⁊ preſtãcius ſuo paſſo. vnde omnis anima eleuata eſt ſupra materiaʒ ſuam. ideo poteſt eſſe principium alicuius motꝰ in materia ſiue forma. Ex quibus patet ꝙ ſuperflue dixerunt nominales aliquid moueri a ſe dupliciter. Uno modo qꝛ eſt diuiſibile in partẽ per ſe moventeʒ ⁊ parteʒ per ſe motam ⁊ ſic grauia ⁊ leuia non a ſe ipſis mouentur. Alio mõ dicitur aliquid a ſe moueri quia poteſt incipere ſuum motum ⁊ ſic grauia ⁊ leuia mouẽtur a ſe.

Unde patet ꝙ grauia ⁊ leuia per ſe mouẽtur a generante. ⁊ ꝙ eoꝝ motus eſt naturalis. ⁊ per accidens mouentur a remouente prohibens. et ſi ſua grauitate frangit detinens vt arguebatur ante oppoſitum adhuc mouet ſe per accidẽs qꝛ ſibi accidit inquãtuʒ mouetur ꝙ grauitate ſua frangit detinens. nam quod per ſe frangit trabẽ non requirit ſibi aliquam formam ad ꝙ ſequatur talis motus. Ex dictis in precedenti concluſione ⁊ in iſta patet cõcluſio hic principaliter intẽta ſcʒ ꝙ omne quod mouetur ſiue naturaliter ſiue non mouetur a motore diſtincto vel ſecundũ diffinitionem tantum vel ſecundum eſſe ⁊ diffinitionem ſimul. Rationes ante oppoſituʒ ſolute ſunt. Sequitur textus.

**Queritur Sexto. Utrum** Omne mouens moueatur. Arguitur ꝙ ſic quia omnis accio in motu firmatur. ergo ⁊ omne agens ⁊ per conſequens omne mouẽs mouetur. Secundo ſic actio ⁊ paſſio ſunt idem ſubiecto ſed omne patiens mouetur. ergo ⁊ omne agens. ⁊ per conſequens omne mouens. Ad oppoſitum arguitur in litera. Pro reſpõſione.

**Sciendum ẽ primo.** ꝙ poſt ꝙ oſtenſum eſt ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur ſiue ab extrinſeco ſiue ab intrinſeco.

Conſequenter oſtendit Ariſtoteles ꝙ eſt deueniendum in ordine mouentium ad aliquod primum quod eſt immobile. vel ſi moueatur nõ tamen ab alio ſed a ſeipſo mouetur. ⁊ dicitur illud non moueri ab alio quod mouetur a motore i itrinſeco. Pro cuius declaratione ponit Ariſtoteles hanc diuiſionem mouentium. quia contingit aliquid eſſe mouẽs dupliciter. Uno modo non propter ſe ipſuʒ. i. virtute propria. ſed in quantum mouetur ab aliquo alio mouente. Alio modo aliquid mouet propter ſe ipſum. i. ꝓpria virtute ita ꝙ non habet virtutem mouẽdi per ſe ꝙ ab alio mouetur. exempluʒ de primo vt baculus mouet lapidem per hoc ꝙ a manu mouetur que etiam mouetur ab homine. homo autem mouet non ꝙ ab alio moueatur. ideo dicitur mouens propter ſe ipſuʒ. ⁊ tale debet dici mouens primũ qꝛ quãdoqʒ mouet per plura media vt homo poteſt mouere lapidem per manum ⁊ baculum. quãdoqʒ autem per vnicuʒ medium vt homo ſola manu poteſt mouere lapidẽ. ⁊ hec mouencia media que virtutem mouendi non habent niſi per hoc ꝙ ab alio mouẽtur ſunt mouencia ſecunda. ideo vocantur inſtrumenta. ⁊ ıdõ primuʒ mouens magis mouet ꝙ illa ſecũda. hꝰ patet duplici ratione textus. Prima quia primũ mouens mouet ſecũduʒ ⁊ non ecõtra. ergo ⁊c. Secunda quia ſecũduʒ non poteſt mouere ſine primo a quo habet virtutem mouendi. ſʒ primũ poteſt mouere ſine ſecundo. Tunc ſit.

**Concluſio prima. In ordine** mouentium neceſſe eſt vnuʒ eſſe quod non moueatur ab alio ⁊ ſic oportet vel ꝙ ſit immobile vel ꝙ a ſe ipſo moueatur. Patet nam ſi omẽ mouens ab alio moueretur ſic ꝙ nullum mouẽs moueret niſi per hoc ꝙ ab alio moueretur ſequeretur ꝙ in mouentibus eſſet proceſſus in infinitum ⁊ ſic non eſſet dare primuʒ mouens. ⁊ ſic primum mouens non moueret nec etiam ſecundũ ergo nichil mouebit. ergo vniuerſaliter tolleretur motus quod eſt impoſſibile. ergo eſt impoſſibile omne mouens moueri ⁊ ab alio moueri. ergo oportet ꝙ ſit aliquod mouens inmobile. vel ſi moueatur a ſe ipſo neceſſe eſt ꝙ in ordine mouẽtiuʒ que mouentur illud ſit primuʒ. qꝛ patet qꝛ cauſa per ſe prior eſt ea que eſt per aliud. ergo illud quod mouet per hoc quod mouetur a ſe prius eſt illo quod mouet per hoc quod mouetur ab alio. et illud quod mouet per hoc ꝙ a ſe mouetur a ſe habet virtutem mouendi. illud vero quod mouet per hoc ꝙ mouetur ab alio habet virtutem mouendi ab alio.

**Concluſio ſecunda. Si in or**dine entium mouentium dabile ſit vnum quod non mouetur ab alio ſed a ſe ipſo hoc eſt primũ mouens in genere phiſico. tamẽ neceſſe eſt preter illud dare vnum mouens quod non moueatur nec a ſe nec ab alio. ⁊ ſic non omne mouens mouetur. Patet concluſio quia ſi omne mouẽs mouetur ſic ꝙ nullum mouens moueret niſi motuʒ vel cõueniret õni mouenti moueri ⁊ non mouere niſi motum per accidens aut per ſe. Si per accidens cum id quod cõuenit alicui per accidens ſibi cõtingenter ⁊ non ex neceſſitate cõueniat ſequitur ꝙ poterit non cõuenire. Sʒ poſſibili poſito in eſſe non ſequitur impoſſibile. ponatur ergo aliquod mouens quod nõ moueatur. ſequitur ꝙ adhuc mouebit. ergo non omne mouens mouet ꝑ hoc ꝙ mouetur. Uel ſi dicatur oppoſitum ſequitur hoc impoſſibile ſcilicet ꝙ non mouebit. ergo non erit motus. ergo incõueniens ẽ dicere omne mouens moueri ⁊ non mouere niſi per hoc ꝙ ab alio moueatur cũ per accidẽs hoc ſibi cõueniat. Secundo quãdocũqʒ aliqua duo ſibi accidunt ſi vnum repperiatur ſine alio ita ⁊ alterum ſine illo dum tamen vtrunqʒ vtriqʒ accidat. quod dicitur ꝓpter materialẽ formã ſubſtanciam ⁊ accidens. ſi ergo mouere ⁊ moueri ſibi inuicem accidant poterit dari mouens inmobile. Tercio patet teſtimonio Anaxagore ponentis intellectum agentem impaſſibilem vt omnia moueret ⁊ inmixtuʒ vt imperaret. Si vero dicatur ſecundum membrum predicte diuiſionis ſcʒ ꝙ omne mouens per ſe moueatur. ex neceſſitate ſequũtur multa incõueniencia. primo vel mouet ⁊ mouetur eadem ſpecie motus vel ſecũdum vnam mouebit ⁊ ſecũdum aliam moueretur. Si dicatur primum tunc deſcendendo vſqʒ ad ſpecies ſpecialiſſimas motus ſequeretur ꝙ docens geometricam addiſceret geometriam. et ſanans ſanaretur ⁊ prohiciens prohiceretur que omnia ſunt incõueniencia. Nam de ratione docentis eſt habere ſcienciam ꝙ docet. ⁊ de ratione addiſcentis eſt non habere illam. Item nichil mouet niſi ſecunduʒ ꝙ eſt in actu. ⁊ nichil mouetur niſi ſecundum ꝙ eſt in potencia. ſed impoſſibile eſt idem eſſe in actu ⁊ in potencia. ergo ĩpoſſibile eſt idem mouere et moueri per ſe ſecunduʒ eandem ſpecieʒ motus. Si vero dicatur ſecũdum membrum ſcʒ ꝙ ſecundũ vnam ſpecieʒ moueat ⁊ ſecũduʒ aliam moueatur cum non ſint infinite ſpecies motus ſicut nec infinite ſpecies rerum ſecundũ quas eſt motus ſequitur ꝙ tandẽ deueniretur ad aliquod mouens quod non moueretur ſecũduʒ aliquaʒ ſpeciem motus. ⁊ ſic haberetur mouens inmobile ⁊ non omne mouens per ſe de neceſſitate mouetur. Nec valet dicere ꝙ cum deficerent omnes ſpecies motus fieret reditus ad primam vt ſi primum motum moueatur

localiter diſtributis omnibus ſpeciebus motus p diuerſos motores motoꝝ qui erit reſiduus mouebitur iterum motu locali. Contra hoc replicat Ariſtoteles quia ſic idem eſt dicere ac ſi diceretur idem mouere ⁊ moueri ſecundum eandem ſpeciem motus. quia vt prius dictum eſt primuʒ mouens magis mouet ꝙ̄ ſecunduʒ ⁊ ita vltimū magis mouet in virtute primi ꝙ̄ proximuʒ. ⁊ tamen ſic capiendo primuʒ mouens moueretur ſecūduʒ eandem ſpecieʒ motus qua aliquod coꝝ mouetur. ergo moueret ⁊ moueretur ſecūduʒ eandem ſpeciem motus qđ eſt ideʒ dicere ac ſi diceretur docens addiſcere ⁊ ſanans ſanare et edificans edificare ꝙ eſt impoſſibile. ergo non omne mouens per ſe mouetur nec ſemper mouet p hoc ꝙ ab alio mouetur. ergo impoſſibile eſt omne mouens mouere per hoc ꝙ mouetur eo ꝙ per accidens ſibi cōuenit. ⁊ ſic aliquid poteſt mouere abſqʒ hoc ꝙ moueatur. ergo poteſt dari mouens immobile.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ omnis actio firmatur ſicut cauſa in effectu in motu mobilis. ſed non firmatur in motu mouentis. Ad ſecundam ꝯceditur ꝙ accio ⁊ paſſio ſunt idem ſubiecto. ſed illud ſubiectuʒ eſt motus qđ eſt in mobili ⁊ non in mouente. Sequitur textus.

## Queritur ſeptimo. Utrum

Omne mouens ſe ipſum diuiſibile ſit in partem per ſe mouentem ⁊ in partem per ſe motam. Arguitur ꝙ non. celum mouet ſeipſum ⁊ tamen nō eſt ſic diuiſibile ergo. Secundo ſic homo eſt mouens ſeipſūʒ ⁊ tamen non ſic diuiditur cū anima ſit tota in toto ⁊ tota in qualibet parte.

Tercio ſic elementa diuiduntur in partē mouentem ⁊ in partem motam ſcʒ in materiaʒ ⁊ formam ⁊ tamen non mouent ſeipſa. ergo ⁊c. Ad oppoſitum arguitur per philoſophum in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs in ordine mouentium ⁊ mobilium oſtēdit ꝙ non eſt procedere in infinitum. ſed deueniendum eſt ad aliquod principium mouens qđ vel eſt immobile vel ſolum mouetur a ſe ipſo. Conſequenter oſtendit ꝙ licet omne mouēs primum moueatur a ſe ipſo tamen primuʒ mouēs ſimpliciter eſt immobile adminus per ſe. quia in eo ꝙ dicitur mouere ſe ipſum. licet totum dicaꝛ mouere ſe ipſum tamen in eo eſt dare parteʒ mouentem immobilē per ſe et partem per ſe motam que non mouet. et ſic totum non eſt primuʒ mouens. ſed illa pars que mouet. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Omne mo

uens ſeipſum eſt diuiſibile in parteʒ per ſe mouētem et in partem per ſe motam. patet quia ſi aliquis moueat ſe ipſum vel totum primo et per ſe mouet totum. vel vtraqʒ pars mouet aliam reciproce. vel quelibet pars mouet ſe ipſaʒ. vel vna pars mouet et non mouetur. et alia mouetur et non mouet. nullum prioꝝ triuʒ poteſt dici. ergo relinquitur quartum menbrum. nec oportet huic diuiſioni addere hec duo menbra ſcʒ ꝙ totuʒ moueat partem vel pars totum quia improbatis primo et tercio menbris ſatis improbantur hec duo. pars enim non poteſt mouere totuʒ nec totaʒ partem quin vna pars moueat ſeipſam. Improbatur ergo primum menbrum. Primo ſic cum ideʒ ſit actus in numero mouentis ⁊ mobilis. ſi totum primo et per ſe moueat totum illud ſecūdum eundem motum in numero moueret et moueretur puta idem ſecunduʒ eandem ſanitatem ſanaret et ſanaretur. et idem ſecūduʒ eandem ſcienciaʒ doceret et doceretur qđ eſt inconueniens quia mouens et motum quādam oppoſitioneʒ important ſiue habent. ideo ſi aliquid mouet et moueatur neceſſario oportet ꝙ illius ſit alius motus numero quo mouet et alius quo mouetur ſicut eſt alius motus numero quo baculus mouet lapidem et quo mouetur a manu. Secūdo ſic. omne mobile mouetur ſecunduʒ ꝙ eſt in potencia. cum ergo nichil reducat ſe de potencia in actuʒ oportet mouens eſſe in actu quodāmō ſecūduʒ id ad quod mouet mobile et ad quod mobile eſt in potencia. ſed nichil idem inquātū idem eſt in actu et in potencia. ergo nullum totū poteſt per ſe mouere ſeipſum. Dicitur autem mouens eſſe in actu quodāmodo quia aliter eſt in actu mouens vniuocum in quo eſt forma ſecunduʒ eandem rationem que recipitur in mobili ⁊ aliter mouens equiuocum in quo non eſt forma ſecunduʒ eandem rationem vt recipitur in mobili ſed ſecunduʒ quandaʒ virtutem ſuperioreʒ. Nec poteſt dici ſecundum menbruʒ. patet primo quia ſi vtraqʒ pars animalis moueat reciproce vna pars non eſt magis mouens ꝙ̄ alia. ⁊ tamē primum mouens magis mouet ꝙ̄ ſecundum et ibi non erit dare primum mouens ergo nec ſecūdum. et per cōſequens mouens ſeipſum non eſſet propinquius primo principio motus ꝙ̄ illud quod mouetur ab alio. ⁊ tamen prius dicebatur ꝙ mouens ſeipſum eſt primum in ordine mobilium. Secundo ſi mouentis ſeipſum pars que mouet ab alia moueatur moueri non poteſt ſibi conuenire niſi per accidens. quia ſi per ſe ſibi cōueniret tunc non moueret niſi per hoc ꝙ moueretur. ſed quod mouet per hoc ꝙ mouetur virtutem mouendi habet ab alio tantum. et ita ſequitur ꝙ idem per ſe moueret ⁊ moueretur eodem motu qđ improbatum eſt. ſi ergo pars mouens moueatur ab alia parte hoc ſibi nō conuenit niſi per accidens. ergo poteſt non ineſſe. ⁊ ſic mouentis ſe ipſum eſſet pars tātum mouens et pars mota tantum. Tercio ſi mouentis ſe ipſuʒ pars que mouet ab alia moueatur ſic ꝙ nō moueat niſi inquantum mouetur. cum moueri ſibi conueniat per accidens ⁊ ſic poſſet non moueri. ſequitur etiam ꝙ poterit non mouere et ſic penitus tolleretur motus quod eſt impoſſibile.

Quarto quia ſequeretur ꝙ idem moueret et moueretur ſecunduʒ eundeʒ motum vt predictuʒ eſt. Nec poteſt dici terciuʒ menbruʒ. primo quia ſi aliquod totuʒ moueat ſe ipſuʒ vel mouere ſibi attribueretur ratione alicuius partis que ſe ipſaʒ mouet ⁊ ſic totuʒ non eſſet mouens ſe ipſuʒ ſed illa pars ſola. vel ſibi conueniret ratione totius ⁊ ſic nulli parti cōueniret mouere ſe niſi per accidens. quare cum in ipſo toto ſit aliqua pars que moueat ⁊ alia que moueatur cum illa que mouet non moueat ſe niſi per accidens ſequitur ꝙ eſt per ſe immobilis. Secūdo ſi mouentis ſe ipſuʒ quelibet pars ſe ipſaʒ moueat vel vna pars ſequitur ꝙ ipſuʒ totuʒ non erit primū mouens ſe ipſum ymo illa pars tantū. ⁊ cum in mobili ſe ipſuʒ totuʒ non moueat totū vt dictū eſt. oportebit in illa parte dare vnaʒ parteʒ que moueat ⁊ non moueatur. ⁊ ſic erit procedere in infinitum. ergo in omni mouente ſe ipſuʒ eſt pars mouens ⁊ imobilis et pars mota que non de neceſſitate mouetur ⁊ ſic ſequitur quartuʒ menbrū diuiſionis. Sʒ obicitur contra hoc qđ dictū eſt in vltima ratione. ſcʒ ꝙ in mouēte ſe ipſum eſt dare parteʒ per ſe mouenteʒ ⁊ parteʒ per ſe motā que non mouet. naʒ animal ſe ipſuʒ mouet ⁊ tamen in eo eſt aliqua pars mota que etiaʒ mouʒ vt nerui ⁊ muſculi quibus mediantibus anima corpus mouet. Reſpondet Ariſtoteles ꝙ licet in aliquo mouēte ſunt tres partes modo predicto. tamen in primo mouente ſe ipſuʒ ſunt tantuʒ due quaꝝ vna mouet tantuʒ ⁊ alia mouetur tātuʒ ita ꝙ nichil mouet qđ ſit pars totius mouētis licet poſſit mouere aliquod extrinſecuʒ. Probatur quia ſi totuʒ. a. b. c. ſit mouēs ſe ipſuʒ ita ꝙ. a. moueat tantuʒ et. b. moueatur tantuʒ et. c moueat ⁊ moueatur. tunc remoto ipſo. c. adhuc a. b. mouebit ſe ipſū. quare hoc totuʒ. a. b. c. nō erit primum mouens ſe ipſuʒ. ſʒ hoc totuʒ. a. b. cuius pars mouens non mouetur ⁊ pars mota nō mouet. ergo in primo mouente ſe ipſuʒ ſunt due partes tantuʒ. vna mouēs et alia mota tātum. Sed contra obiceretur quia in celo quod eſt indiuiſibile ſecundum naturaʒ nec motor eſt extenſus ad extenſioneʒ mobilis ⁊ ſic non eſt diuiſibilis. detur primuʒ mouens ſe ipſuʒ. ⁊ etiam in animalibus imperfectis que anuloſa dicuntur in quibus pars mouens quodammodo eſt continue extenſa et diuiſibilis ſicut ipſuʒ mobile videtur ꝙ ibi non poſſit dari primuʒ mouens ſe ipſuʒ. naʒ pars ſeparata a toto adhuc ſe ipſam mouet. cum ſit prior toto et diuiſibilis in infinituʒ. ergo ibi non poteſt dari primuʒ mouens ſe ipſuʒ. Dicitur ꝙ in talibus eſt tantum vnuʒ primuʒ mouens ſe ipſuʒ ſecunduʒ actum. ſed ſunt plura ſecunduʒ potenciam. Dicitur vltra ꝙ ibi mouens eſt continuum et extenſuʒ ſicut mobile licet inquantuʒ continuum ſit diuiſibile in infinituʒ quia per diuiſioneʒ auferri non poteſt natura continui. tamen inquantuʒ naturale repugnat ſcʒ cum quelibet virtus naturalis ad exercicium ſui operis in materia requirat determinataʒ quantitateʒ a qua ſi deficiat non plus habebit ſuam operationeʒ in materia. Et ſi queratur cuʒ ex mouente et moto fiat quodāmodo vnum qualiter in mouente ſe ipſum ſe habeant ille partes. Reſpondet phūs ꝙ ex ipſis non poteſt fieri vnuʒ continuitate. quia mouens ⁊ motum non poſſunt eſſe vniformis diſpoſitionis. ſed fit vnum per contactum. qđ contingit dupliciter. quia vel ambo corpora ſunt ⁊ ſic mutuo ſe tangunt. vel mouens eſt incorporeum quia motum ſemper eſt corpus ⁊ ſic pars mouens tangit parteʒ motaʒ tactu methaphorico ſʒ virtute ꝙ̄ influit naturaliter ⁊ non tactu proprie dicto. Ex predictis patet ꝙ hec diuiſio mouentis ſe ipſum in partem per ſe mouentem ⁊ in partem per ſe motam non debet attendi ſecunduʒ partes quātitatiuas mobilis. quia tales quantum eſt de ſe continue ſunt ⁊ vniformis diſpoſitionis. ſed attenditur ſecunduʒ partes eſſenciales.

## Concluſio ſecunda. Neceſſe

ē primū mouēs eſſe imobile ſaltē per ſe. Patet quia in mouentibus non eſt procedere in infinitum. ſed deueniendum eſt ad primū mouens qđ vel immobile eſt penitus ⁊ ſic habetur intentuʒ vel mouetur non ab alio ſed a ſe ipſo. ſʒ in mouente ſe dabilis eſt prima pars que primo mouet ⁊ eſt immobilis per ſe. ergo in ordine mouētium neceſſe eſt primuʒ mouens penitus eſſe immobile vel eſſe mouens per ſe.

## Ad rationes ante oppoſitum

Prima ſecunda et tercia bene probāt ꝙ nō eſt ſermo de diuiſione in partes quantitatiuas ſed tamen ad terciaʒ dicitur ꝙ licet elementa diuidantur in materiā et formaʒ. non propter hoc diuiduntur in partem per ſe mouentem et in partem per ſe motam propter cauſam prius aſſumptam ſiue aſſignatam.

## Queritur Octauo. Utrum

Neceſſe ſit eſſe vnū primū mouēs perpetuum et immobile per ſe ⁊ per accidens. Arguitur ꝙ non quia quicquid poteſt virtus inferior poteſt virtus ſuperior. ſed aliqua mouencia ſecunda ſe ipſa mouent. ergo primū poteſt mouere ſe ipſū.
Secundo ſic primū mouens itelligit ⁊ vult cū ſit intellectualis nature. ergo ab intelligibili ⁊ appetibili mouetur. ergo non penitus eſt imobile. Tercio ſic ꝙ ſunt plura mouēcia prima quia melius eſt perfectiora ⁊ meliora encia multiplicari ꝙ imperfectiora ⁊ minꝰ bona per ſe prmo. ideo videtur ꝙ melius ſit eſſe multo plura mouencia. Ad oppoſitū arguitur per phūm in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ phūs in principio huius libri probauit de motu in communi ꝙ ſemper fuit ⁊ ſemper erit. Cōſequenter etiam oſtendit ꝙ omne quod mouet ab alio moueatur. ⁊ poſtea ꝙ in his que ab alio mouentur non eſt procedere in infinitum. ſed deueniendū eſt ad aliquod immobile vel ſaltē quod mouet ſe ipſum. ⁊ poſtremo ꝙ in mouente ſe ipſū neceſſario eſt vna pars immobilis et ſic vtrobiqꝫ accidit ꝙ eſt aliquod primū mouēs imobile. Conſequenter oſtendit ꝙ in mouente ſe ipſū licet pars mouens ſit imobilis per ſe tamen mobilis eſt per accidens. reſtat videre ꝙ eſt aliquod primū mouens immobile per ſe et per accidens perpetuum ⁊ vnū tantum. Ex quo ſequitur ꝙ eſt vnum primū mobile quod ſemper mouetur. ⁊ ita eſt vnus primus motus ꝯtinuus ⁊ perpetuus. quo probato probatur quartum menbrū diuiſionis prius poſite eſſe falſum in quo dicebatur ꝙ omnia quandoqꝫ mouent ⁊ quandoqꝫ quieſcunt. probate etiā erunt due partes quinti menbri illius diuiſionis. et tercia pars eſt per ſe manifeſta ⁊ ſuperius probata. ſcꝫ aliqua quandoqꝫ moueri ⁊ quandoqꝫ quieſcere. hoc etiam oſtenſo patebit modus quo perpetuatur motus. Tunc ſit hec.

## Concluſio prima. Neceſſe

eſt eſſe aliquod mouens perpetuum. immobile per ſe ⁊ per accidens. quod eſt vnum tantum. Prima pars patet quia mouencia ſe ipſa que apud nos ſunt inanimata quādoqꝫ ſunt ⁊ quādoqꝫ non ſunt ⁊ generantur ⁊ corrumpūtur. gº generationis ⁊ corruptionis eoꝝ oportet eſſe aliquā cauſā. cum omne quod mouetur habeat cauſam ſui motus aliā a ſe. Inſuper generationes ⁊ corruptiones eoꝝ perpetuantur. ergo ſicut propter generationes ⁊ corruptiones ponitur aliqua cauſa diſtincta ab ipſis. ita perpetuitatis generationis ⁊ corruptionis neceſſe eſt eſſe aliquā cauſam que non poteſt eſſe aliquod eorum que quandoqꝫ ſunt ⁊ quandoqꝫ non ſunt. quia effectus perpetui oportet cauſā eſſe perpetuā. nec talis cauſa eoꝝ poteſt eſſe plura eoꝝ ſibi inuicē ſuccedencia. quia talia infinita ſunt. nec ſunt ſimul. ſed vnus effectus ex infinitis cauſis nō poteſt dependere. etiam cauſe que ſimul non ſunt directe vnius effectus cauſe eſſe non poſſunt. lꝫ cauſaꝝ que ſimul non ſunt vna poſſit diſponere ad effectū primū ⁊ perpetuum quod ſit cauſa perpetuitatis generationis ⁊ corruptionis mouentium ſe ipſa ⁊ eoꝝ omnium que quandoqꝫ ſunt ⁊ quandoqꝫ non ſunt. Secunda pars concluſionis patet quia in mouentibus ſe ipſa eſt pars mouens que mouetur per accidens ad motum totius ⁊ non ſemper ſe habet in eadem diſpoſitione ad mouendū. ideo talia non ſemper mouentur ſed quandoqꝫ quieſcunt. quare oportet illud mouens quod eſt perpetuum et eſt cauſa perpetuitatis motus generationum ⁊ corruptionum eſſe immobile per ſe ⁊ per accidens ⁊ perpetuum. Tercia pars probatur ſcꝫ ꝙ tale mouens ſit vnum tantum. quia ſicut rationabilius eſt ponere mouencia finita ꝙ infinita. ita rationabilius eſt extimare primū mouens eſſe vnū ꝙ plura. quia melius ſaluatur perpetuitas ⁊ continuatio generationis et corruptionis per vnum motorē immobilem ꝙ plures. Secundo licet perpetuentur motus huiuſmodi inferius ꝓpter ſucceſſionem plurium motuū. tamen oportet vnum motū eſſe perpetuum qui ſit continuus ſub quo continuantur alii motus qui incipiunt ⁊ deficiunt. ſed vnus motus continuus eſt vnius mobilis ⁊ ab vno mouente. ergo primū mouens eſt tantum vnū. Ex hac concluſione ſequitur alia.

## Concluſio ſecunda: Neceſſe

eſt eſſe vnū primū continuum ⁊ perpetuū. Patet quia eſt vnicus primus motor ⁊ imobilis et perpetuus. Et ſi arguatur quia Ariſtoteles ex perpetuitate motus concluſit perpetuitatē primi motoris. nunc autem ex perpetuitate primi motoris concludit perpetuitatē primi motus et ſic videtur circulatio. Dicitur ꝙ ex perpetuitate motus in cōmuni probata in principio huius libri phūs cōcludit perpetuitatem vnius primi motoris. Hec autem cōcluſio ex eo infert ꝙ in ordine motuum oportet ꝙ ſit vnus motus cōtinuus ⁊ perpetuus immediate procedens ab illo motore perpetuo. et hoc iterum cōcludi poteſt ſicut ꝓbatum eſt ex parte motuum qui quādoqꝫ ſunt ⁊ quandoqꝫ nō ſunt vt ſunt generationes ⁊ corruptiones quas oportet contineri infra vnū motum continuum et perpetuū. qui quidē vnus motus propter diuerſitatem quā habet in ſuis partibus ſecundum appetitum quo ad nos eſt





cauſa quo determinato tempore incipiunt generationes et corruptiones et determinato tempore deficiunt. quia vero eſt ab vno motore immobili ſemper vno ⁊ eodem mō ſe habente ē cauſa indeficientie generationum et corruptionū. Ex iſtis patet quare aliquid ē quod ſemper mouet et aliquid quod ſemper mouetur. quia ſcilicet motor eſt perpetuus et penitus immobilis. et in mobile ſemper manet in eadem diſpoſitione ad motum. 2º patet quare quedam quandoqꝫ mouentur et quandoqꝫ non. quia quedā ſunt que mouentur per accidens mouendo. ideo nō ſemper mouent nec ſua mobilia ſemper mouent. Et hec eſt prima itentio Ariſtotelis in hoc libro Poſſet etiam oſtendi ꝙ in ordine entium eſt aliquid quod ſemper eſt in potentia cui ſolum conuenit moueri et aliquid quod quandoqꝫ eſt in potentia. ⁊ quandoqꝫ in actu cui quādoqꝫ cōuenit mouere et quandoqꝫ moueri. ergo eſt aliquid quod eſt primus actus cui conuenit mouere et non moueri. Et ſic patet quintum membrū huius diuiſionis verum eſſe.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primam dicitur ꝙ quicquid perfectionis poteſt virtus inferior poteſt virtus ſuperior. ſed moueri non dicit perfectionem. ideo non oportet ꝙ ſi conueniat ſecundo mouenti ꝙ etiam primo. ſed mouere dicit perfectionem non tamen eſſentialem ideo poteſt conuenire primo mouēti quod tamen non ſemper mouet vt tenetur ſecūdum fidem. Ad ſecundam dicitur ꝙ primū mouens non accipit ſcientiā a rebus ſicut nos facimus. ideo non mouetur ab intelligibilitate et appetibilitate. Item intelligere et appetere non ſunt motus proprie dicti. Ad terciam dicitur ꝙ pluralitas entium eiuſdem ſpeciei ſolum eſt. ідѕ qꝛ illa que in vno indiuiduo perpetuari non poſſunt perpetuantur ſecundum ſucceſſionem plurium indiuiduorum. et ideo ꝙ ſit vnum ſuppoſitum alicuius ſpeciei et ꝙ ſit perpetuum importat perfectionem.

Sequitur textus

## Queritur nono. Utrum

Motus localis ſit primus omnium motuum.

Arguitur ꝙ non. quia talis eſt ordo motuū qualis eſt ordo terminorum cum motus capiat ſpeciem a termino. ſed motus generationis eſt prior termino motus localis cum ſubſtantia ſit prior accidēte. igitur. 2º ſic. in his que generantur prius eſt aliquid generari et poſt alterari et augeri. ⁊ vltimo moueri motu locali. ergo motꝰ localis non eſt prior aliis motibus. Ad oppoſitū arguitur per phūm in textu. Pro reſpōſiōe.

## Sciendum eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ phūs oſtendit ꝙ neceſſe ē eſſe vnū primū motorem perpetuum et immobilē a quo egrediatur vnus primus motus qui eſt perpetuus et continuus. conſequenter inquirit quis et qualis ſit ille motus perpetuus. Ad cuius inquiſitionē oſtendit ꝙ inter omnes motus motus localis ē primus de quo videbitur in preſenti queſtione.
2º oſtendit ꝙ inter omnes motus ſolus motus localis poteſt eſſe continuus et perpetuus.
Et 3º ꝙ inter motus locales ſolus circularis Quibus habitis habetur quis et qualis ſit primus motus. Ex quo patebit quale ſit primum mouens. Tunc ſit.

## Concluſio prima. motus lo

calis eſt primus omnium motuum. Pro cuiꝰ probatione ſupponit Ariſtoteles ꝙ tantū ſunt tres motus. ſcꝫ motus ad qualitatē. ad ꝗtitatē et ad vbi. Motus ad qualitatē qui eſt alteratō Ad quantitatē qui eſt augmentatio et diminutio. et ſecundū locum qui dicitur loci mutatio. Hoc ſuppoſito probat concluſionem. Primo ex proprietate et cōditione motuū. 2º ex parte modorū prioris et poſterioris. Et 3º ex ordine mouentium et mobilium. Primo arguit ſic. alteratio eſt prior augmentatione et motus localis eſt prior alteratione. ergo motus localis eſt ceteris motibus prior. Maiorē ꝓbat qꝛ augmētatio fit adueniente nutrimento quod primo eſt diſſimile et contrariū alito et efficitur ſimile. ſed fieri ſimile ñ eſt niſi per alterationem. ergo augmentatio preſupponit alterationē. Minorē probat dupliciter. Primo in omni alteratiōe requiritur alterans quod facit potentia actu tale. ſed hmōi alterans non ſemper eodēmodo ſe habet ſecūndū propinquitatē et diſtantiā ad id quod alteratur. quia ſic ſemper vno et eodēmō alteraret qd̓ ad ſenſum videt falſum. efficit gº qñqꝫ ei propinquius et qñqꝫ longius ſecundū ꝙ alteratur. ſed hoc non fit ſine motu locali. ergo alteratio preſupponit motum localem. Secūda ratio alteratio fit ſecundum paſſibiles qualitates inter quas ſecundū antiquos raritas et denſitas ſunt priores. nam alie ſecundū iſtas diſtinguūtur. ſed raritas et denſitas ſecundum iſtos ſunt congregatio et diſgregatio. ſecundum aūt congregationes et diſgregationes fiunt generationes et corruptiones ſubſtantiarum. ſed in cōgregatione et diſgregatione neceſſe eſt motus localis. ergo motus localis precedit generationē et corruptionē que ſecundū eos priores ſunt talibus motibus. Et circa hanc rationem eſt aduertendum ꝙ ſi attendatur ordo paſſibilium qualitatū ex parte materie. verum eſt nunc ꝙ rarū et denſum priores ſunt. Si vero attendat

ex parte agentis callidum et frigidum ſunt priores. Aduertendū eſt ſecundo ꝙ generatio et corruptio non ſunt ſecundum aggregationem et diſgregationem. ſed hac opinione tanq̄ probabili vtitur phūs vſqꝫ eam reprobauerit in libro de generatione. Aduertendū eſt tercio ꝙ congregatio et diſgregatio ſunt motus locales vel ſaltem ſunt ſecundum motum localeꝫ ſi ſint corporum exiſtentium actu. ſed ſi capiantur congregatio et diſgregatio pro rarefactione et condenſatione. hoc modo non ſunt motus locales vt dictum eſt in principio huius niſi forte per accidens ſicut de augmento et decremento diceretur. 2º patet concluſio ex parte modorum prioris et poſterioris. Tripliciter enim aliquid dicitur prius altero. Primo modo a quo non conuertitur ſubſiſtēdi conſequentia quo ſcilicet non exiſtente alia non ſunt. ſed ipm̄ eſt ſine aliis

2º modo aliquid dicitur prius ſecundum tēpus quod ſcilicet remotius eſt a preſenti nunc in preterito vel propinquius eſt in futuro. 3º modo dicitur prius ſecundum ſubſtantiam hoc eſt ſecundum perfectionem et complemētum ſubſtantie. et ſic actꝰ prior eſt potentia perfectū imperfecto. Probatur ꝙ motus localis ſit prior aliis iſtis modis. et primo de primo modo. quia neceſſe eſt motum eſſe. vel ergo perpetuatur quia ſemper eſt vnus et idem motus continuus. vel quia ſunt infiniti motus conſequenter ſe habētes inter quos non eſt medium. ſed primum eſt dignius. qr continuum eſt perfectius q̄ conſequenter. ſed natura de poſſibilibus facit quod dignius eſt. ergo magis accipiendū eſt motum perpetuari per vnum primum motum continuū q̄ per plures conſequenter ſe habētes. ſed ſolus motus localis poteſt eſſe perpetuus et continuꝰ vt poſtea probabitur. ergo motus localis prior eſt aliis primo modo. Item non oportꝫ illud quod localiter mouetur moueri alio motu ſed nihil mouetur alio motu niſi preexiſtēte motu locali. ergo. ꝛc. 2º patet de ſecundo modo quia perpetuum prius eſt non perpetuo. ſed ſolus motus localis poteſt eſſe perpetuus. ergo.

Sed contra obiceretur vt arguitur ante oppoſitum. Ad quod reſpondet phūs ꝙ licet in vno et eodem motus localis ſit poſterior tempore aliis. tamen ſimpliciter loquendo eſt primus. quia impoſſibile eſt omnia mobilia eſſe generabilia. ſuppoſito ꝙ motus ſemper ſit. et quia ſi omnia eſſent hmōi contingeret motum deficere ergo oportet aliquod mobile eſſe ingenerabile et incorruptibile. gº inalterabile ꝛ inaugmētabile. cum motus ſemper ſit et ſit cauſa generationis et corruptionis omnium generabilium et corruptibilium. et talis non poteſt eſſe alius q̄ motus localis. 3º probatur ꝙ ſit primus tercio modo prioris. Naꝫ priora via generatiōis ſunt poſteriora via perfectionis. quia generatio procedit de imperfecto ad perfectum. ſed motus localis eſt in vno et eodem poſterior vt dictū eſt. ergo poſterior eſt via generationis. ergo oportet aliquid primo fieri deinde alterari et augeri et vltimo moueri localiter. ergo motus localis eſt perfectior omnibus. Item ille motus eſt perfectior qui ſolum cōuenit perfectis. ſic eſt de motu locali. nam videmus ꝙ plante que ſunt imperfectiores animalibus non mutant locum. et adhuc inter animalia illa que ſunt imperfecta propter indigentiam organorum non mouentur localiter niſi per accidens proquāto augentur et diminuuntur. et animalia perfecta mouentur localiter. ergo motus localis conuenit ſolum perfectis. ergo. Item ille motus eſt prior et perfectior qui nihil variat de ſubſtantialibus. ſed hoc ſolum conuenit motui locali. ergo. Ultimo probatur concluſio tercia via. quia vt probatū fuit in ordine mouentiū que motu mouent mouens ſe ipm̄ eſt primum. ſed mouenti ſe ipm̄ maxime conuenit mouere ſe motu locali. ergo ille motus eſt prior omnibus aliis.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ ſi capiantur illi termini ſimpliciter et abſolute put vnꝰ eſt ſubſtantia et alius accidens tunc terminus generationis prior eſt termino motus localis. ſed ſi capiant in ordine ad mouentia et mobilia quorum ſūt ſic terminus alicuius motus localis. puta ſubſtātie ingenerabilis et incorruptibilis qui quidē motus eſt a mouente immobili eſt prior termio generationis. nam motus localis ſecundum ꝙ eſt talis mobilis et a tali mouente eſt cauſa formarum ſubſtantialium in iſtis inferioribus.

Ad ſecundā patet ſolutio ex dictis. Sequitur textus.

## Queritur decimo. vtruꝫ Aliquis motꝰ vl' mutatio aliꝰ a locali poſſit eſſe cōtinuus et perpetuus.

Arguitur ꝙ ſic. qr generationes et corruptiones ſunt perpetue vt habꝫ videri primo et ſecūdo de generatione. 2º ſic cum aliquid mouetur ad locum dum peruenit ad terminū ſeparatim poteſt mutari ad magnū et ſic in infinitū reflecti. ergo alius motus a locali erit perpetuus. Ad oppoſitū eſt phūs in ſecundo capitulo ſecundi tractatus huius libri

Pro reſponſione.

Sciendum eſt primo: ꝙ poſtq̄ phūs oſtendit motum localem eſſe primum omnium motuū. conſequenter quia neceſſe eſt primum motum qui eſt a primo mouente immediate procedit ſemper eſſe continuum cum ſit a mouente penitus immobili inquirit Ariſtoteles quid ſit ille motus qui vnus et idem exiſtens ſemper eſt continuus. nam illo habito habebit' primus motus ſimpliciter. et ad hoc deueniendum oſtendit ꝙ nullus motus alius a locali poteſt eſſe ſemper continuus nec etiam mutatio. pro cuius probatione phūs primo ſupponit ꝙ oīs motus vel mutatio eſt ex oppoſito in oppoſitū. ſiue contrarie ſiue contradictorie. vt termini generationis et corruptionis ſunt eſſe et non eſſe. Alterationis vero ſunt qualitates contrarie. Augmenti et decrementi vero magnitudo perfecta et imperfecta. ſed a gñalitate huius propoſitionis ſoluꝫ excluditur aliquis motus localis qui non eſt inter oppoſita niſi ſecundum quid vt patuit in fine ſexti. 2º ſupponit ꝙ motus capit ſpeciem a termino ad quem. ꝛ ꝙ illi motꝰ ſunt contrarii qui ſunt a terminis contrariis in contrarios vt patuit in quinto huius. et ſimiliter ſuo modo dicendum eſt de mutationibus.

## Concluſio prima. Nullus

motus preter motum localem vnus et idem exiſtens poteſt eſſe ſemper continuus. et ſimiliter de mutationibus. Patet quia contraria ſimul eidē ineſſe non poſſunt. ergo nec motus contrarii. vt cum aliquis mouetur ad album motu dealbationis. illud non mouetur ad nigrum motu denigrationis. quod autem prius exiſtit per aliquod tempus et non mouetur motu quo natū eſt moueri illud quieſcit quiete oppoſita illi motui. ergo cum aliquis mouetur motu dealbationis quieſcit quiete oppoſita motui denigrationis. ergo motus denigrationis non poteſt ſemper eſſe. et cum motus contrarii ſint eiuſdem nature ſi vnus non poſſit ſemper eſſe nec etiam alius. quare ſequitur ꝙ nullus motus qui eſt de contrario in contrarium vnus et idem exiſtens poteſt ſemper eſſe continuus et perpetuus. et ſimiliter diceret' de mutationibus. Nec valet dicere contra rationem ꝙ mutationes non ſint contrarie. quia ſunt oppoſite ſecundum contradictionē quia ratio capit fundamentū in hoc quod impoſſibile ē non ſolū cōtraria ymo etiā quecūqꝫ vera oppoſita eidem ſimul ineſſe. Unde ſicut ē impoſſibile idem ſimul eſſe album et nigrum. et dealbari et nigrari. ita impoſſibile eſt ꝙ ideꝫ ſimul ſit ignis et non ignis. et etiam mutari ad eſſe ignis quod eſt generari et ad non eſſe quod eſt corrumpi. Sed obiceretur quia quies nō opponitur mutationi. ergo ñ poteſt eſſe cum aliquid nō mutetur aliqua mutatione ꝙ quieſcit quiete que eſſet oppoſita illi mutationi. Dicitur ꝙ nihil differt ad propoſitū. ſed ſufficit ꝙ ſimul ſecundum tempus non muteur mutationibus oppoſitis. ſed ꝙ inter duas mutationes oppoſitas neceſſario ſit tempus medium ſiue in illo tēpore dicatur mutabile quieſcere ſiue non mutari. Unde dictū eſt in quinto ꝙ mutationi opponitur immutatio et non quies. Iterum argueretur ꝙ motus non contrarietur motui quia opponitur quieti. modo vnum vni tantum eſt oppoſitum. Dicitur ꝙ non eſt inconueniens aliquid duobus opponi vni quidem directe et alteri indirecte. Unde motus directe contrariatur motui. ſed indirecte quieti. 2º ſicut probatū eſt in fine ſexti. omnis oppoſitio ſumitur inter pfixos terminos et determinatos. ergo omneꝫ mutationem que eſt inter oppoſita contingit ſimpliciter terminari. ergo nulla talis poteſt eſſe continua et perpetua.

## Concluſio ſecunda. motus

vel mutationes que ſunt inter oppoſita continuari non poſſunt per ſucceſſionem ſic ꝙ dum aliquis mouetur ad vnum terminum ſtatim et ſine tempore intermedio poſſit moueri aut mutari in terminum oppoſitū. Probat phūs. quia ſicut contingit in generatione et corruptione ita et contingit in aliis motibus. nā quod eſt phiſicum ſimiliter ſe habet in omnibus. ſed irrationabile eſt dicere ꝙ generationi immediate ſuccedat corruptio. puta cum aliquid generatum eſt ſtatim corrumpitur. quia tunc fruſtra generatū eſſet. ergo etiam ita eſt in ceteris motibus. 2º idem eſt motus et motus vnus continuus. ſed motus qui eſt de albo in nigrum et ecōtra non eſt vnus motus cum ſint contrarii et ſpecie differant. ergo non ſunt vnus motus continuus. quare oportet ꝙ intercedat quies intermedia. nec poſſunt tales motus continuari cum differant ſpecie. ꝛ cum neceſſe ſit primum motuꝫ eſſe continuum. ſequitur ꝙ motus localis ſolum eſt primus et poteſt eſſe continuus. Et ſic patet reſponſio ad queſitū.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ generationes et corruptiones ſunt perpetue non ſic ꝙ ſit vna generatio aut vna corruptio ſemper exiſtens. aut etiam ꝙ corruptio ſuccedat generationem propter cauſam dictam. nam ſi eſſet eadem generatione continua idem generaretur et corrumperetur. Ad ſecundam dicitur ꝙ non eſt poſſibile cum per motuꝫ aliquid ſit albū ꝙ ſtatim fiat nigrum ſic ꝙ dealbatio et denigratio ſint vnus motus continus cum ſint contrarii motus.

Sequitur textus.

Quod autem contingit.

## Queritur vndecimo. Utrum

Omne quod reflectitur neceſſe ſit in pũcto reflectionis quieſcere. Arguitur ꝙ non. ſi paruus lapis proiectus ſurſum obuiaret molari cadenti deorſum reflectitur ſine quiete. alias oporteret molare quieſcere qđ falſuꝫ eſt. ergo. 2º ſic. ſi lapis ſurſum proiectus quieſceret ſequeretur ꝙ graue exiſtens ſurſum et non prohibitum quieſceret. conſequẽs eſt impoſſibile. ergo. ꝛc. Ad oppoſitum arguitur per phũm in tercio capitulo huius tractatus. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs oſtendit ꝙ motus localis eſt p̄im⁹ motus et ꝙ nullus ab eo poteſt eſſe continuus. conſequenter oſtendit ꝙ ſolus motus circularis poteſt eſſe continuus. Ubi.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Motus localis non eſt niſi triplex. ſcilicet rectus circularis. et compoſitus ex his. vt ſi aliquid moueretur per cordam et arcum. quod autem oſtenditur non ɔuenire ſimplicibus ſatis oſtenditur de compoſitis. ideo ſufficit inquirere an motus ſimplex rectus aut circularis poſſit eſſe continuus. et in preſenti queſtione videbiᷣ vtrũ aliquis motus rectus poſſit eſſe cõtinuus. et in ſequenti videbitur de circulari.

## Sciendum ē tercio ꝙ motus

rectus eſt qui fit ſupra magnitudinem rectam. ſed omnis talis finita ē vt dicitur in tertio hui⁹ et omnis magnitudo finita tempore finito tranſitur vt patuit in ſexto. quare oportet omneꝫ motum rectum tempore finito peruenire ad terminum magnitudinis ſupra quam fit motus. ꝛ ita terminari. ergo nullus talis eſt infinitus. niſi dicat quis ꝙ dum peruenit continue ad terminũ magnitudinis ſine quiete ɔtinue recedat a principio et ita deinceps vt motus rectus ꝛ reflexus ſunt vnus motus. Unde ſolũ hoc modo poſſet perpetuari motus rectus. ſi ergo probatum fuerit ꝙ motus reflexus et primus non ſint vnus motus continuus ſatis probabitur. quia impoſſibile eſt aliquem motum rectum ſemper eſſe cõtinuum. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Impoſſi

bile eſt motum reflexum cum primo continuari. Probatur rationibus naturalibus. et deinde rationibus logicalibus et communibus. Prima ratio. impoſſibile eſt contraria ad inuicem continuari. ſed illi motus ſunt contrarii. ergo. Maior patet quia ad continuitatem motus tria requiruntur. ſcilicet vnitas temporis. vnitas mobilis. et vnitas forme ſecundum quam eſt motus. ſed contraria ſpecie differunt. ergo eſt impoſſibile contraria ad inuicem continuari. Minor probatur nam motus contrarii ſunt quorum termini ſunt contrarii. ſed motus reflexi et primi motus termini ſunt contrarii. nam in locis ſunt ſex differentie poſitionum ad inuicem contrarie ſcilicet ſurſum deorſuꝫ. ꝛc. modo omnis reflexio fit ſupra aliquam iſtarum differentiarum vt ſi motus precedens erat ſurſum reflexio erit deorſum. et ſic termini illorum ſunt contrarii. Iteꝫ probat philoſophus a ſigno. nam iſti motus ſe inuicem impediunt et ceſſare faciunt ſiue ſint ſupra lineam rectam ſiue in circulo. ergo contrariantur. Non eſt tamen intelligendum ꝙ motus circulares proprie contrariẽtur. quia ꝙuis eſſent a terminis contrariis non tamen ſunt ſecunduꝫ lineam breuiſſimam. ſed magis debent dici repugnantes. cum mutuo ſe impediant. Secũda ratio. illi motus non ſunt ɔtinui inter quos mediat quies. ſed inter primum motum et reflexum mediat quies in pũcto reflectionis. Pro declaratione minoris ſupponitur primo ꝙ tria ſunt in magnitudine. ſcilicet principium. mediũ et finis. 2º ſupponitur ꝙ licet mediũ ſit vnũ numero. tamen eſt duo ſecundum rationem. ſcꝫ finis precedentis et principium ſequentis. 3º ſupponitur ꝙ aliud eſt eſſe in actu et aliud eſt eē in potentia. ideo cum dicitur aliquid continue moueri ab extremis in extremum magnitudinis medium magnitudinis non eſt principium neqꝫ finis motus in actu. ſed in potentia ſolum ideo in illo medio mobile non eſt in actu. ſed in potentia ſolum. Nec dicitur ibi accedere vel recedere niſi in potentia. quia non eſt ibi per aliqđ tempus ſed ſolum per nunc temporis. quod quidem nunc adhuc non idem ſe habet in actu. ſed vt in potentia. ſed cum erat mobile in principio illius magnitudinis quia tale principium eſt in actu et actu principium magnitudinis et motus tunc ibi erat actu. et ſimiliter dicendum eſt cum eſt in alio extremo. quia tale extremum eſt finis actu et ibi eſt in nunc actu. ſi ergo ĩ medio magnitudinis finiatur motus precedens ſecundum actum. et ibi incipiat alter motus ſecundum actum. tunc medium actu habet rationem principii et finis. modo ſic eſt de puncto reflectionis. nam ad ip̄m actu finitur motus precedens. et ab eo actu incipit motus reflexus actu. Tũc arguitur ſic. vel eſt ideꝫ nunc in quo mobile ad idem punctuꝫ reflectionis actu accedit et in qº mutatũ ē reſpectu motus p̄cedẽtis cũ illo nũc in qº actu recedit ex illo pũcto. vł ē aliud ab eo non poteſt dici ꝙ ſit idem. quia tunc in eodem idem nunc mobile eſſet in actu et non eſſet in illo puncto. quia cum accedit ad illud punctum ibi eſt. cum vero recedit non amplius eſt. ergo ē aliud et aliud nũc. ſꝫ inter quecũqꝫ duo nũc mediat tempus. ergo mobile per aliud tempus in ip̄o puncto permanſit. ſed ꝙ per aliud tempus manet in puncto ſecundum ſe totum quieſcit. ergo neceſſe eſt omne quod reflectitur in puncto reflexionis quieſcere. ergo motus reflexus et precedens nõ ſunt vnus motus. Deinde arguiᷣ rationibus logicis. Prima ratio. dum aliquid mouetur a principio motus ſemper dicitur moueri ad vltimum terminũ ſui motus. ergo ſi nõ ſit quies in puncto reflectionis ſequitur ꝙ idem ſimul mouebitur motibus contrariis. verbi gratia ſi aliquis aſcendat ſurſum et poſt contra cadat deorſum ſi illi duo motus ſint vnus dum mobile incipiebat aſcendere dicebatur moueri ad vltimum terminum ſui motus ſcilicet deorſum. ergo ſimul conuenit aſcendere et deſcendere. 2º ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ aliquid moueretur ad aliquẽ terminũ ab aliquo termino in quo nondum fuit. patet quia in caſu poſito dũ mobile incipit aſcendere iam dicitur moueri deorſum. et tamen nondum fuit ſurſum. Tercia ratio. ſimul corrumpitur non album et generaᷣ album. cum ex non albo fit album. et ſimiliter corrumpitur album cum ex albo fit nõ album. ergo ſi motus reflexus cum primo poſſit contineri in omni genere ſequitur ꝙ erit motus idem quo ex non albo fit album et quo ex albo fit nõ album. ergo ſimul generabitur album et corrũpetur quod eſt impoſſibile. Alie rationes ſatis patent in textu. Sed circa dicta in ſecunda ratione concluſionis mouet phũs tria dubia et ſoluit. pro quorum primo ponantur due magnitudines. vna ē. e. b. c. et ſecũda. 3. i. ꝛ ſit vltia ps per ſe. puta. b. c. equalis toti. 3. i. deinde ponantur duo mobilia equaliter mota puta. a. et. d. et moueatur. a. continue a puncto. e. vſqꝫ ad punctum. c. d. vero tunc recedat a puncto. 3. et tendat ad punctum. i. cum. a. accedit omne. b. ſi ergo aliud ſit nunc in quo. a. accedat ad. b. et ab eo recedat. ſequeretur ꝙ. d. prius veniret ad. i. ꝙ. a. ad. c. quia prius receſſit a puncto. 3. ꝙ. a. ad. b. Hoc autem videᷣ incõueniens cũ equaliter moueantur. et magnitudo. b. c. ſit equalis magnitudini. 3. i. ergo videtur falſum quod dictum eſt in ſecunda ratione. ſcilicet ꝙ eſt aliud inſtãs in qº mobile ad aliud punctum accedit et in quo recedit ab eodem puncto. Reſpondet Ariſtoteles ꝙ argumentum habet apparentiam ſi. a. eſſet actu in. b. ita ꝙ. b. eſſet actu medium magnitudinis et haberet actu rationem finis et rationem principii. ſed non eſt ita cum. a. ponatur continue moueri a puncto. e. vſqꝫ ad punctum. c. et ideo. a. non eſt in. b. niſi per inſtans et ē idẽ inſtãs in quo accedit et in quo recedit ab ipſo b. modo non eſt ita in reflexione. quia punctus reflexionis ē actu finis primi motus et actu principium ſecundi. quia ille punctus eſt actu. ideo non poſſet eſſe idem inſtans quo mobile actu accedit ad ipſum et quo recedit ab eo. et ſic patet ſolutio prime dubitationis. Ex hoc patet etiam ſolutio ſecunde dubitationis que eſt ratõ zenonis qua nitebatur improbare motum localem propter puncta infinita exiſtentia inter extrema magnitudinis que impoſſibile eſt pertranſire vt ip̄e arguit. ſed prius reſponſum eſt ad rarationẽ eius. ideo pro nunc dimittitur. Tercia dubitatio eſt cum aliquid ſit per aliquod tempus non eſt et per aliud eſt. cum igitur iſta tempora ſint ad inuicem continuata per inſtans dubium eſt vtrum in illo inſtanti copulante eſſe et nõ eſſe res ſit vel non ſit vł vtroqꝫ modo ſe habeat. et hoc eſt ꝙ ſub aliis verbis queritur vtrũ inſtans naturalis tranſmutationis ſit attribuẽdum poſteriori paſſioni. Reſpondet Ariſtoteles ꝙ attribuendum eſt poſteriori vt cũ aliquid generatur in inſtanti terminante generationem dicitur eſſe. Similiter cum aliquid dealbatur in inſtanti terminante dealbationem eſt album. patet q̄ꝛ cum aliquid dealbatur vel in vltimo tranſmutationis eſt album vel non albuꝫ ſi ſic habetur intentum. ſi non tunc cum ex non albo non fiat album niſi per tranſmutationeꝫ. ſequitur ꝙ inſtans datum non erit vltimus terminus tranſmutationis quod falſum eſt per caſum poſitum. Et ſi arguatur iterum cum aliquid dealbatur in toto tempore dealbationis eſt non album. ergo in quolibet inſtanti illius temporis. Reſpondet Ariſtoteles negando conſequentiam. ſed accipiendum eſt vltimum terminum illius temporis in quo primo eſt album. Tunc reſpondetur.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ in illo caſu proiectum reflectitur non per ſe. ſed pure per accidens. et idõ in illo caſu contingit ip̄m non quieſcere et etiaꝫ eſt continuitas per accidẽs et concluſio intelligitur de mobili reflexo per ſe. Ad ſecundam dicitur ꝙ licet virtus violentie qua lapis mouetur ſurſum licet in termino motus non ſufficiat amplius mouere. tamen ſufficit detinere mobile contra motum ſuum per aliquod tempus et ha

bet rationem prohibentis. et ſic graue quieſcēs ſurſum determinatur a virtute violentie.

Sequitur textus.

## Queritur Duodecimo:

Utrum motus circularis poſſit eſſe perpetuus et continuus. Arguitur ꝙ non. quia ſi ſic eſſet infinitus. ſed hoc eſt impoſſibile quia oīs motus eſt inter terminos finitos. modo nullus motus qui eſt inter terminos finitos poteſt eſſe infinitus. 2º ſic. ſi motus circularis eſſet continuus et perpetuus oporteret perpetuitatē ſiue continuitatem fieri per quandam reflexionem. et tunc argueretur ſicut de queſtione precedenti. 3º ſic. motus condiuiditur mobili vt patuit in ſexto. ſed nullum mobile eſt infinitum. ergo. ꝛc. Ad oppoſitum eſt phūs in littera.

Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ probatum eſt ꝙ neceſſe eſt eſſe vnum primum motum continuum et perpetuum procedentem ab vno motore perpetuo penitus immobili. et oſtenſum eſt ꝙ motus localis eſt primus oīum et deinde ꝙ nullus alius a locali poteſt perpetuari et vltimo ꝙ motus rectus non poteſt ꝑpetuari ſiue eſſe vnus et continuus. conſequenter oſtendit philoſophus ꝙ motus circularis poteſt eſſe continuus et perpetuus qui procedit a primo motore ſimpliciter. qui quidem motus de neceſſitate eſt cauſa omnium aliorum motuum et ſi talis motus poſſit eſſe continuꝰ et perpetuꝰ neceſſario eſt talis. quia in perpetuis non differunt eſſe et poſſe. Tunc ſit.

## Concluſio prima motus circularis

circularis poteſt eſſe continuus et perpetuus. Probatur illud eſt poſſibile quo poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile. ſed ſi ponatur motus circularis continuus et perpetuus nullum ſequitur impoſſibile. ergo. Minor patet quia illud impoſſibile quod ſequebatur ponendo motum rectum eſſe continuum et perpetuum erat ꝙ motus contrarii eſſent vnus et continuus motus. ſed hoc impoſſibile non ſequitur ponendo motum circularē continuum. qđ oſtenditur. primo quia in motu circulari illud quod mouetur ab aliquo puncto redire poteſt ad idem punctum ſecundum eandem diſpoſitionem partium mobilis. ita ꝙ pars que in exitu a puncto erat prior erit prior etiam in reditu ad ipm punctum. et ſic non erit contrarietas in diſpoſitione partium mobilis. quod non cōtingit in motu recto ymo pars que erat prior in primo motu in reflexione ſit poſterior. 2º ſic contrarietas inter duos terminos ſolum attenditur inter lineam rectam per quam ſolum poteſt menſurari maxima diſtantia inter duo puncta ſecundum quam diſtantiam in loco attenditur contrarietas. et ꝙ non menſuretur talis diſtantia per lineam circularē patet quia inter duo puncta deſcribi poſſunt infinite linee curue. ſed vnica recta deſcribi poteſt ergo illa maxima diſtantia ſolū menſurari habet per lineam rectam. ergo motus qui ſūt ſecūdum lineam circularem non ꝯtrariantur 3º partes motus circularis non ſunt contrarie. quia in motu circulari fit reditus ab eodem in idem nō ꝑ idē mediū. ſed per aliud ꝛ aliud fit exitus ab vno puncto et reditus in idem. modo de ratione oppoſitorum eſt ꝙ circa idem conſiderent̄ ergo poſſibile ē aliquid moueri circulariter ſine oppoſitione motuum. quare motus circularis poteſt eſſe continuus et perpetuus quod nō cōtingit in motu recto. quia ſemper fit exitus ab eodem et reditus in idem per idem medium. idō exitus et reditus ſunt motus oppoſiti. et contingit hoc quia in linea recta finis non coniungit̄ principio. et ſimiliter contingit in ſemicirculo vel in alia minore porcione circuli. Ex iſta ratione ſequitur ꝙ nullus motus preter circularem poteſt eſſe perpetuus. patet quia in omni alio ſi fiat reditus fiet per idem medium. vt ſi in alteratione ex calido fiat frigidum fit tranſitus per tepidum. et ſimiliter eſt in aliis.

## Concluſio ſecunda. motus

circularis eſt primus omniū motuum. Patet quia motus localis eſt prior aliis motibus. ſed omnis motus localis eſt rectus vel circularis vel mixtus ex hiis. ſed mixtus nō poteſt eſſe primus. et circularis eſt prior recto. qđ oſtenditur quia perfectum et incorruptibile natura perfectione et tempore eſt prius imperfecto et corruptibili. ſed omnis motus rectus eſt imperfectus et corruptibilis. motus autem circularis eſt perfectus. ergo ꝛc. Minor patet quia nulla magnitudo recta eſt infinita. alias ſupra ipm nō cōtingeret moueri. quia impoſſibile eſt fieri quod impoſſibile eſt factū eſſe. ergo omnis magnitudo eſt finita. ergo nullus motus rectus poteſt eſſe infinitus. ꝛ per ꝯñs cuilibet motui recto poteſt aliquid addi. ergo eſt imperfectus. et ꝑtingit ad terminū et tandem ceſſat. et ſic eſt corruptus. Nec poteſt dici ꝙ motus rectus ſit infinitꝰ per reflexionem vt ſupra patuit. ſed motus circularis eſt perfectus. quia ſemper in eo finis cōiungitur principio et ē incorruptibilis. q2 ſemꝑ eſt in principio ſuo. ergo. ꝛc. Secunda ratio motus qui poteſt eſſe perpetuus prior eſt non ꝑpetuo natura ꝛ tempore. ſed circularis poteſt eē ꝑpetuus. rectus aūt nō pōt eſſe ꝑpetuus gº ꝛc.

Tercia ratio. eſſe principium in aliquo genere ꝛ eſſe menſura omniuꝫ que ſunt illius generis conuertuntur ad inuicem. ſed motus circularis eſt menſura omniuꝫ aliorꝫ motuuꝫ ergo ꝛc. Quarta ratio. motus regularis prior eſt irregulari. ſed ſolus circularis poteſt eſſe regularis. naꝫ ſi motꝰ rectꝰ ē naturalis eſt velocior in fine ꝙ in principio. ſi vero violentus econuerſo. In circulari vero vt dictum eſt non eſt aſſignare principium mediuꝫ et fineꝫ que tamen poſſunt aſſignari in magnitudine recta. ergo in motu circulari non eſt aſſignare partem que intendatur et remittat̄ Ex predictis patet quomodo perpetuatur motꝰ non per ſucceſſionē plurium motuuꝫ cōſequēter ſe habentiuꝫ. Sꝫ quia eſt vnus motus perpetuꝰ cuius cōtinuitas perpetua eſt cauſa ſucceſſionis perpetue generationis et corruptionis iſtorꝫ inferiorum. et quia in prima ratione huius concluſionis ſupponebatur ꝙ motus localis ſit prior aliis. ꝙuis hoc probatum ſit tamen iteruꝫ probat philoſophus per opinioneꝫ antiquorum phōrꝫ Primo per Empedoclem qui poſuit litem et amiciciam eſſe principia motuuꝫ per congregationeꝫ et ſegregationeꝫ que ſunt motus locales. 2º per Anaxagoraꝫ qui poſuit intellectū agentem eſſe primam cauſam motus. 3º per Democrituꝫ qui poſuit vacuuꝫ eſſe cauſaꝫ motus. modo vacuuꝫ eſt cauſa motus localis. 4º per opinioneꝫ antiquorꝫ ponendo vnuꝫ principiuꝫ materiale motus per condenſationeꝫ et rarefactionem. 5º per opinionem Platonis qui poſuit animaꝫ eſſe primam cauſam motus. 6º per opinionem vulgarium qui dicunt nihil moueri proprie niſi moueatur motu locali. ergo motus localis eſt primus motus aliorum motuum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ dicitur ꝙ motus circularis eſt infinitus non quideꝫ ſecunduꝫ terminos quia in qualibet die naturali pertingit de termino ad terminum. ſed infinitus ſecunduꝫ durationem perpetuam per continuā rerꝫ creationeꝫ ꝛ circulacionē que ſunt continue et non diuiſe. Ad ſecundā patuit ꝙ non eſt ſimile de motu circulari et de recto. quia in circulari non fit reditus per idem medium. Ad terciam dicitur ꝙ illa diffinitio intelligitur in partibꝰ motus quas habet a mobili. et non de partibus quas habet ſecundum durationeꝫ. Sequitur textus Qꝛ aūt neccē eſt.

## Queritur Tredecimo.

Utrum mouens tempore infinito ſit infinite virtutis de neceſſitate. Arguitur contra ſuppoſitum. quia mobile motus et tempus equaliter diuiduntur et ſe habent ad eſſe finitum et infinitū ſed nullum eſt mobile infinitum. ergo nullus eſt motus tempore infinitus. ergo non poteſt concludi ꝙ primum mouens ſit infinite virtutis. 2º ſic ponendo perpetuitatem mundi cum Ariſtotele. Sol mouet. et mouet hec inferiora tēpore infinito. et tamen eſt finite virtutis. ergo. ꝛc. 3º ſic. ſi eſſet aliquod mouens infinite virtutis tūc moueret ſuum mobile in inſtanti tēporis vt oſtēditur de grauitate infinita primo celi et mundi.

Ad oppoſitum arguitur per phūm in textu. qui ex perpetuitate motus concludit infinitatem virtutis primi motoris. Pro reſpōſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs oſtendit quis ꝛ qualis ſit motus primꝰ qui eſt circularis continuus et perpetuus. conſequenter vult oſtendere quale ſit primū mouens et principaliter qđ eſt īpartibilē et nullaꝫ habēs magnitudinem. ad cuius oſtenſionem predeterminat quedā neceſſaria. Primo ꝙ eſt infinite virtutis. 2º ꝙ virtus infinita non poteſt eſſe in magnitudine finita. et cum nulla magnitudo ſit infinita. ſequitur ſuum principale intentum.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

In omni motu tria concurrunt. ſcilicet mouens. mobile. et tempus in quo fit motus. et hec tria neceſſe eſt. aut eſſe finita. aut omnino eſſe infinita. aut vnum finitum aliis duobus exiſtentibus infinitis. et econtra. Et dimiſſis duobus primis membris quia nihil faciunt ad propoſitū tercium proſequitur Ariſtoteles ꝙ ſcꝫ impoſſibile eſt eſſe vnum infinitum aliis duobus exiſtentibus finitis aut econtra. ꝛ ſpecialiter hoc facit de tempore quia magis facit ad propoſitum. Tunc ſit.

## Concluſio prima. Impoſſibile

le eſt tempus eſſe infinitum aliis duobus exiſtentibus finitis. Probetur. et ſit mouens finitū a. et mobile finitum. b. et tempus infinitum. c. capiatur ergo vna pars mouentis proporcionata toti que ſit. d. et pars mobilis que ſit. e. cum ergo pars mobilis equaliter mota in minori tēpore pertranſeat ſignū magnitudinis ſupra quā fit motus ꝙ totum mobile. ſequitur ꝙ ipſum in minori tēpore ꝙ ſit. c. pertranſit aliquod ſpaciū magnitudinis ꝙ totum. b. pertranſit. ſit ergo illud minus tempus. ꝫ. que ſit pars illius temporis infiniti. et cum mouens et mobile ſint finita. et oē finituꝫ per ablationē eiuſdē ꝙtitatis ꝑtiuꝫ pluries ſumptarū tandē cōſumat̄. capiant̄ i mouēte ꝛ mobili ꝑtes equales ꝑtibꝫ iā acceptis co

nec conſummant̄ mouens et mobile et addātur
partibus iam acceptis. cuꝫ ergo prima pars mo
bilis iam accepta in parte tēporis finita moue-
retur a parte mouentis et pertranſierit determi-
natum ſignum magnitudinis ſequitur ꝙ quelꝫ
pars eius ſimiliter in parte tēporis finita pertrā
ſibit. et cum nunq̄ poſſit conſumi totū tempus.
et etiam ex partibus finitis multitudine et mag
nitudine reſultet finitū. ſequitur ꝙ omnes par-
tes mobilis mouebuntur ab omnibus partibꝰ
mouentis tēpore finito. ergo et totum mobile
mouebitur tempore finito a motore finito. ergo
ſi tempus ſit infinitum oportet mobile eſſe infi-
nitum. et ſic neceſſe eſt eſſe mouens infinitū. gº
mouens per tempus infinitum neceſſario eſt in
finite virtutis. Sed contra argueretur. quia
hec ratio intelligenda eſt de primo mobili et de
primo mouēte. Quibus repugnat cōmentator
ꝙ aliqua condicionalis bene ē vera cuius par-
tes ſunt falſe. et ita eſt in propoſito. Sꝫ melius
dicendum eſt ꝙ in talibus demonſtrationibus
vtitur Ariſtoteles diuiſione partium mobilis
et mouentis non realiter ita ꝙ ſecundum actū
fiat diuiſio. ſed ſolum fit talis acceptio ſecundū
ymaginationē noſtram per intellectū vel ratio-
nem ſignando vnam partem ſine actuali diui-
ſione ipſius cōtinui. dicendo. ſi hoc totum mo
ueatur hec pars prius pertingit ad aliquod ſig-
num ſpacii q̄ alia. et debent ſic intelligi ratiōes
ꝓhī. Sed iterū argueretur. ſi ſit aliquod mo
uens finite virtutis ingenitū ⁊ incorruptibile ta
le ſemꝑ ſe habebit ad mouēdū. ergo poterit mo
uere tempore infinito. quia vero ſemper manēs
idem ſemper natum eſt facere idem. ergo ex infi-
nitate motus ſecundum tempus non poteſt Ari
ſtoteles concludere infinitatem motoris ſecūdū
virtutem. Pro reſponſione huius rationis
ſciendum eſt ꝙ diuiſio motus poteſt capi dupli
citer ſcilicet ex parte mobilis et ſecunduꝫ partes
eius. et ex parte magnitudinis ſupra quam fit
motus. vna enim pars mobilis prius pertranſit
vnam partem magnitudinis q̄ totum mobile.
et ſimiliter totum mobile prius pertranſit vnaꝫ
partem magnitudinis q̄ totam. et ſi bene conſi
deretur ratio Ariſtotelis clarum eſt ꝙ totus mo
tus capitur ex parte mobilis. quod patꝫ cū dicit
ꝙ pars mobilis in minori tempore mouetur q̄
totum. hec enim minoritas temporis accipi nō
pōt ex parte magnitudinis niſi in ordine ad ali
quod ſignum determinatum. quia poſſet capi
pars mobilis ex parte mouentis ſibi proporcio-
nata equali tempore equale ſpacium pertranſi-
re ſicut totuꝫ mobile. debet ergo capi minoritas
temporis ex parte mobilis. ita ꝙ pars alicuius
mobilis in minori tempore aliquod ſignum
magnitudinis ſupra quam fit motus prius ꝑue
uenit q̄ totum mobile. et ita ſi totum mobile ꝑ
tranſeat aliquod ſignum tempore infinito opor
tet neceſſario ꝙ in ipō mobili ſint infinite par-
tes. et ꝙ mobile ſit infinitum. et ſi mobile ſit in-
finitum oportet neceſſario ꝙ mouens ſit infini-
te virtutis. quia virtus mouentis debet excede-
re virtutem mobilis. que quidem virtus mobi-
lis erit infinita ſi mobile ſit infinitum. Cum
autem ſol mouet hec inferiora tempore infini-
to non eſt intelligendū ꝙ moueat aliquod mo-
bile infinitum cuius motus ſit infinitus ex par-
te mobilis. ſed bene mobilia infinita ſecundum
ſucceſſionem. Sed iterum replicatur fortius:
quia nullus eſt motus infinitus ex parte mobi-
lis. cum nullum mobile ſit infinitum. ſed ſolum
eſt infinitus ex parte magnitudinis reſumpte et
iterate. et ſic ad motum tempore infinito ſuffiat
virtus infinita. ergo ratio Ariſtotelis nō poteſt
concludere primum mouens eſſe virtutis infini
te. Reſpondetur neceſſario ꝙ illud quod eſt
prima cauſa motus infiniti oportet ꝙ ſit per ſe
cauſa infinitatis motus. quia cauſa que eſt per
ſe prima prior eſt cauſa per accidens ſiue per a-
liud. vt dictum fuit prius. et cauſa per ſe primo
terminatur ad effectum per ſe. quia cauſis pro-
priis correſpondent effectus proprii ſecundo hu
ius. dictum eſt autem ꝙ tempus motus poteſt
accipi ex parte mobilis. et ex parte magnitudi-
nis. et ita ſimiliter dicenduꝫ eſt de infinitate mo
tus. tempus auteꝫ motus quod cauſatur ex par
te mobilis ſibi per ſe conuenit. et etiam infini-
tas ſi talis eſſet. quia ſibi cōueniret per propriū
eius ſubiectum. tempus autem motus quod ac
cipitur ex parte magnitudinis ſibi per accidens
conuenit. et ita ſimiliter infinitas. poſtq̄ tamen
mobile totum motum ſuum compleuit ſupra
vnam magnitudinem quo reiterato redeat et
ſic infinitum tale tempus et talis infinitas ſic
veniens ex parte magnitudinis per hoc ꝙ mo-
bile reſumit ſuum motum accidit motui illius
gº ꝙ eſt cā prima huius infinitatis virtus non
terminatur per ſe ad illam infinitatem per acci-
dens. ſed terminatur ad infinitatem motus per
accidens que eſſet per ſe. et hoc eſſet mouendo
mobile infinitum ſi eſſet. et propter hoc ſecundi
motores quanuis moueant motu infinito per
accidens non oportet ꝙ ſint infinite virtutis:
quia cauſe per ſe non ſunt cauſe illius infinita-
tis. quia vt dictum eſt cauſa per ſe debet termi-
nari aliquem effectum per ſe. ſed etiam illam
virtutem non habēt ex ſe ſed ex alio. et ſimiliter
dictum eſt de ſole qui mouet hec inferiora.

motu infinito ſupponendo ꝑpetuitateꝫ mundi
et tamen non eſt infinite virtutis. nec etiaꝫ opor
tet illud quia nō eſt cauſa per ſe illiꝰ infinitatis.
vnde ſi eſſet aliquod mobile infinitum neqꝫ ſol
neqꝫ alie intelligencie mouere poſſent. ſed primū
mouens ipſuꝫ mouere poſſet. et hec fuit mira ſub
tilitas Ariſtot. qui ex hoc ꝙ poſtq̄ motus eſt in
finitus per accidens concludit primum mouens
eſſe infinite virtutis ex eo ꝙ effectus per accidēs
non poteſt eſſe terminus alicuius cauſe per ſe. et
tamen primum mouens ſimpliciter eſt cauſa illiꝰ
infinitatis per accidens. quare oportet ꝙ poſſit
eſſe cauſa per ſe alicuius infinitatis per ſe ſic ꝙ ex
parte eius non ſit defectus. vnde patet reſponſio
ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ dicitur ꝙ ſoluꝫ procedit de tempore
quod habet motus a mobili ſꝫᵒ partes eius. et
ſic verum eſt ꝙ motus non poſſit eſſe infinitus
niſi mobile eſſet infinitum. ſed non procedit de
tempore quod habet motus ex parte magnitudi
nis reſumpte. Ad ſecundam patet ſolutio:

Ad terciaꝫ dicitur ꝙ proceſſus maioris in de
celo de grauitate et leuitate intelligitur de virtu
te naturali. virtus autem primi motoris q̄uis ſit
infinita tamen eſt intellectualis et voluntaria.
ideo non agit ſecundum vltimum ſui poſſe ſed
ſecundum ꝙ intelligit et vult.

## Queritur decimoquarto

Vtrum in magnitudine finita poſſit eſſe virtus
infinita. et ecōtra in magnitudine infinita poſſit
eſſe virtus finita. Arguit̄ primo ꝙ ſic. primus
motor qui eſt infinite virtutis eſt in primo orbe
vt habetur in 2º celi ⁊ mundi. ſed primus orbis
eſt finite magnitudinis vt dicit̄ pº de celo. gº in
magnitudine finita eſt virtus infinita. 2º ſic
quia ſtat in minori corpore maiorem eſſe virtutē
q̄ in maiori. ergo vt videt̄ poſſibile eſt ꝙ in ma-
gnitudine finita ſit virtus infinita. Ad oppo
ſitum arguitur per Ariſtot. in primo caº quarti
tract. huius octaui ad vtranqꝫ partē ꝑmiſſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

q̄ Ariſtot. monſtrauit ꝙ mouens tempore infini
to neceſſe eſt infinite virtutis. conſequenter oſtē-
dit ꝙ virtus infinita non poteſt eſſe in magnitu
dine finita. et hoc valet ad probanduꝫ ꝙ primū
mouens eſt penitus indiuiſibile et non habens
magnitudinem. oſtendit etiam Ariſto. ꝙ in ma
gnitudine finita non poteſt eſſe virtus infinita. ⁊
ſic iſtud per concomitantiam ad primaꝫ queſtio
nem ſe habet. q̄uis non ſit a philoſopho princi-
paliter intentum. Tunc ſit

## Concluſio prima. In magni

tudine finita non poteſt eſſe virtus infinita. Pro
cuius probatione duo ſupponuntur. Primuꝫ
quia maior virtus equalem effectum perficiat in
minori tempore q̄ minor virtus. 2ᵐ eſt q̄uis
maior virtus equalē effectuꝫ perficiat in minori
tempore q̄ minor in minori tempore. Impoſſibi
le eſt tamen virtutem aliquam quantumcunqꝫ
magna ſit in non tempore mouere. quia omnis
motus eſt in tempore. Tunc arguitur ſic ſi in
magnitudine finita eſſet virtus infinita ſequere
tur ꝙ ipſa in non tempore moueret quod eſt im
poſſibile per ſecundam ſuppoſitionem. patet con
ſequentia. quia ſi talis virtus infinita tempore
aliquo finito moueret quantumcunqꝫ modico
ſignetur illud tempus et ſit. a. et deinde capiatur
virtus finita alicuius magnitudinis finite que
etiaꝫ mouebit tempore finito ſed in maiori et ſit
illud tempus. a. b. cum ergo cuiuſlibet finiti ad
finitum ſit proporcio. erit tempus. a. b. ad tempꝰ
. a. determinata proporcio ſecūdum quam maiꝰ
excedit minus. addatur ergo ſecundum eandem
proporcionem qua vnum tempus excedit aliud
virtus finita ad virtutem finitam datam. tunc
aggregatum ex hiis virtutibus quod finitū erit
. e. x. mouebit in equali tēpore ipſi. a. quia quan
tum creſcit virtus tantum decreſcit ipſuꝫ tempꝰ
ergo virtus finita et infinita in equali tempore
mouebunt. ⁊ cuꝫ adhuc virtuti finite poſſit fieri
additio abſqꝫ hoc ꝙ adequetur virtuti infinite
quia ſemper erit finita ſequitur ꝙ virtus finita
in minori tempore mouebit q̄ infinita quod eſt
impoſſibile ſicut dicebat ſuppoſitio. impoſſibile
eſt ergo virtutem infinitā mouere tempore finito
ergo ſi talis eſſet moueret in non tempore quod
eſt iteruꝫ impoſſibile. ergo impoſſibile eſt virtutē
infinitam eſſe in magnitudine finita. Sed
contra obiceretur quia hec ratio non ſolum vi-
detur probare ꝙ in magnitudine finita non po-
teſt eſſe virtus infinita. ymo etiaꝫ ꝙ nulla eſt vir
tus infinita quod eſt contra predicta. Reſpon-
detur ꝙ virtus que non eſt in magnitudine eſt
agens per intellectum et a tali mouetur celum
vt dicitur duodeº metha. virtus autē que eſt in
magnitudine agit naturaliter. Et inter iſtas vir
tutes talis eſt differentia. quia agens naturale
ſemper agit ſecundum vltimum ſui poſſe. ⁊ actio
eius proporcionatur ſue nature. et ideo ſi ſit vir-
tutis infinite actio eſt infinita. quare ſi in ma
gnitudine aliqua eſſet virtus infinita cum eſſet
agens naturale motus ab ea procedens eſſet
infinite velocitatis et in non tempore.

ſed actio agentis per intellectuȝ non ꝓporcionatur ſue nature ſed conſequitur moduȝ forme apprehenſe. et ideo domificator non facit domum quātam et qualem poſſet. ſed quātam et qualem vult et intelligit. quare non oportet ꝙ ſi ſit aliqua virtus infinita ſine magnitudine ꝙ moueat velocitate infinita. ſed tanta velocitate quāta congruit ſibi propter quā agit.

## Sciendũ ē vlterius ꝙ nihil

mouetur niſi habens magnitudinem. impoſſibile eſt aũt aliquid habens magnitudinem recipere effectum adequatũ virtuti alicuius agentis per intellectũ. quia natura corporea ſe habet ad intellectũ ſicut particulare ad vniuerſale. ideo ꝗuis ſit aliqua virtus infinita extra magnitudinē non oportet ꝙ in aliqua magnitudine faciat effectũ ſibi adequatũ. quare non oportet ſi primus motor ſit infinite virtutis celum infinita velocitate moueri. ſed aliquod habens magnitudinē poteſt recipere effectũ minorem et etiam equalē virtuti actiue exiſtenti in magnitudine. et ideo ſi eſſet virtus infinita ſequeretur ꝙ poſſȝ habere effectũ ſibi correſpōdētē in aliqua magnitudine. effectus aũt ſibi correſpōdens eſſet infinita velocitas motus. et ſic oporteret talē virtutem mouere et non moueri. et mouere in non tēpore qď eſt īpoſſibile. Et ſi iterũ obiciatur quia celũ poteſt moueri tempore infinito. ergo poſſibile eſt ipȝ moueri infinita velocitate. ergo in non tēpore. Cōcedit᷑ aña ꝙ illud non repugnat magnitudini circulari. ſed negetur ꝯñtia ꝙ illud repugnet magnitudini circulari moueri in non tempore. oporteret enim ꝙ omnia puncta circuli in vno et ſub eodem inſtanti temporis eſſent in vno et eodē puncto qď eſt impoſſibile.

Et ſi obiciatur iterum ſi in celo non ſit virt⁹ infinita ad mouere vel moueri infinita velocitate ſequeretur ꝙ in eo non erit virtus ad eſſe tēpore infinito. Ad hanc rationē dicetur in primo de celo.

## Concluſio ſecunda. In magnitudine

infinita non poteſt eſſe virtus finita. ꝓ qua notat Ariſtoteles ꝙ oppoſitum eius maxime videtur verum propter illud quod tactum ē in vna ratione ante oppoſitum. ꝗ tamen nullatenus concludit. quia licet paruus ignis ſit maioris actiuitatis magna parte aeris. poterit tñ tantũ accipi de aere ꝙ equabitur virtus eius virtuti ignis. et cum infinitũ nunquā poſſet accipi totuȝ ſimul impoſſibile eſſet ignē quātecunqȝ quantitatis eſſet dum tamen eſſet finite virtutis aeri adequari virtute aeris infinite quātitatis. Probatur cōcluſio ⁊ ſit magnitudo infinita. a. b. cuius virtus ſit finita. deinde capiatur aliqua magnitudo finita que ſit. b. c. cuius etiam virtus ſit finita. deinde capiatur aliqua pars magnitudinis infinite que ſit. a. e. vel ergo illius partis erit aliqua virtus vel non. non poteſt dici ꝙ non. quia impoſſibile eſt corpus naturale eſſe ſine virtute. ſi ergo non poſſit adequari virtus partis virtuti totius. ſequitur ꝙ virtus eius erit minor ꝗ̄ virtus totius. et ſe habebit in aliqua proporcione ad virtutem totius et eadē ad virtutē magnitudinis finite. et ſi capiatur alia pars que ſit equalis parti iam accepte ipſius etiam erit aliqua virtus equalis virtuti alteri⁹ et cum virtus totius ſit finita ſequitur ꝙ poſſũt accipi tot partes eius ꝙ virtus partiũ adequabitur virtuti totius. et tamen nondum accepta erit tota magnitudo. quare ſequitur ꝙ erit eadē virtus totius et partis finiti et infiniti. et ꝙ erũt alique partes magnitudinis infinite quarum nulla erit virtus. que omnia ſunt impoſſibilia.

Iteȝ ſequeretur ꝙ magnitudo finita in equali tempore ymo in minori mouebit ꝗ̄ magnitudo infinita. Patet quia ex quo virtus magnitudinis infinite erit finita ipſa mouebit tēpore finito. virtus enim magnitudinis finite mouebat tēpore finito. deīde fiat additio illi magitudini finite. et fiat additio virtutis. quare continget virtuti magnitudinis finite adequari ymo excedere magnitudinē virtutis infinite. et ſic moueri in equali. ymo in minori. et tñ ꝑ talē additionē finitam nunꝗ̄ adequabitur infinite. ergo magnitudo finita in minori tempore mouebit ꝗ̄ infinita. Tercia ratio eſt que ſumitur ex parte magnitudinũ que ſunt eiuſdem nature. in talibus enim creſcente virtute creſcit magnitudo. et econtra. ergo ſi ſit infinitus aer cuius virtus ſit finita. et ſumatur finitus aer cuius etiam virtus ſit finita. tũc per additionē aeri finito adequabitur virtus eius virtuti aeris infiniti abſqȝ hoͦ ꝙ aer finitus fiat infinitus. quare ſequitur ꝙ finitus aer erit equalis infinito. vľ ꝙ in his que ſunt eiuſdem nature magnitudo non proporcionetur virtuti qď eſt īpoſſibile. ergo impoſſibile eſt in magnitudine infinita eſſe virtutē finitaȝ.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primā dicitur ꝙ primus motor eſt in primo orbe non tanꝗ̄ ſibi inherens vt forma eius ſed tanꝗ̄ ſibi aſiſtens vt motor mobili. Ad ſecundam negetur cōſequentia. et cauſa dicta eſt in ſecunda concluſione. Sequitur textus.

## Queritur Decimoquinto

Utrum proiecta a primo prohiciente poſt receſſum moueantur a medio. Arguitur primo ꝙ non. quia mediũ reſiſtit ſue diuiſioni. ergo non mouet proiecta. ſed reſiſtit motui eius. 2ͦ ſic. arguitur inquirendo a quo mouetur ipſm medium ceſſante primo mouente. nam ipſm mediũ



non mouetur a ſe. ergo oȝ ꝙ ab alio moueatur. ſicut et proiectuȝ. 3ͦ ſic. quia ſi ſic ſequeretur ꝙ lata proiecta velocius mouerētur ꝗ̄ rotunda vel acuta. conſequens eſt falſum. ⁊ patet ꝯñtia quia facilius pellerētur a medio. 4ͦ ſic quia mirabile videtur ꝙ aer qui tam diuiſibilis eſt. faciliter tam grauia corpora mouere et ſuſtinere poſſit. Ad oppoſitũ eſt phũs ĩ 2ͦ caplo quarti tractat⁹ huius octaui. Pro reſpōſiōe

## Sciendum eſt primo ꝙ Ut

Ariſtoteles concludat vnitatem primi motoris oſtendit ꝙ in quibuſdam mobilibus vt in proiectis impeditur vnitas et continuitas motuum propter pluralitatem motoris. quare ſi primus motus debeat eſſe maxime vnus et continuus oportet etiam ꝙ motor primus ſit vnus. Et gratia huius mouet Ariſtoteles dubiũ a quo moueantur proiecta poſt receſſum a primo prohiciēte. que quideȝ dubitatio oritur ex hoc ꝙ demōſtratũ eſt inanimata a ſe moueri non poſſe. et etiam ex illo ꝙ oſtenſum eſt ꝙ mouens ſimul eſt cum moto. Ex his ergo oritur dubium a quo moueantur proiecta poſtꝗ̄ non tanguntur a pͦ prohiciente. Circa quā dubitationem phũs cōcludit quandam falſam opinionem. que vt dicunt aliqui fuit Platonis. qui vt dicunt poſuit primum prohiciens cum ipſo proiecto mouere aliquod aliud corpus vt puta aerem. qui quidē aer motus concomitatur ſemper et mouet ipſm proiectũ durante toto motu eius. Sȝ contra arguit Ariſtoteles. quia eadem dubitatio oritur de ipſo aere a quo ſcilicet moueatur poſtꝗ̄ ſeparatur a primo mouente. quia ſicut a ſe non mouetur proiectum. ita nec ipſe aer. et hũc modum mouendi proiecta vocant aliqui antipariſteſin hoc eſt contra reſiſtentiam medii. ymaginantes ipſm mediũ reſiſtendo vnire ſe retro mobile et vniendo mouere mobile. Sed vt dictũ eſt hec ſolutio Ariſtoteli non placet propter cauſam dictā. ideo ipſe Ariſtoteles aliter ſoluit dicens. ꝙ primũ prohiciens corpus ſibi propinquũ puta aerem vel aquā mouet et mouendo ipſm ſibi ipſi attribuit virtutem mouendi aliud mediũ ꝯñter ſibi ſe habens. ita ꝙ illud medium propinquũ primo mouēti ab ipſo primo habet quo moueatur. et ꝙ moueat aliud. et ſic deinceps. et quia mouere et moueri non inſunt de neceſſitate eiſdem. alias non eſſet dare mouēs non motum. ideo hoc ſecundum mouens licet poſtꝗ̄ ceſſauerit primum mouere ceſſet moueri. tamen bene mouet aliud conſequēter ſibi ſe habens. quod ſatis patet ad ſenſum de lapide proiecto in aqua qui aquaȝ mouet ſibi propinquā primo cauſando in ea quendaȝ circulum. qui circulus factus cauſat aliuȝ circuluȝ mouendo aliam aquam conſequenter ſe habētē. ⁊ hoc mō non oportet totum aerem vel totam aquā moueri ſimul quando primum mouens mouet. et ſimul quieſcere quando primum ceſſat mouere. ſed propinquũ medium primo mouenti ſimul mouetur quando primuȝ mouet et ſimul ceſſat moueri quando primum ceſſat mouere. ⁊ in termino ſui motus mouet aliud medium ſibi propinquũ. ⁊ ita dicenduȝ eſt de illo alio in ordine ad aliud. Et quia virtus motiua impreſſa a pͦ in ſecundum fortior eſt ipſo ſecundo ꝗ̄ in tercio. ideo continue minoratur et tandem adeo debilitatur ꝙ ſufficit ad hoc ꝙ illud in quo eſt moueat aliud ſibi propinquũ. ſed non tribuit virtutem mouendi vlterius. et tunc ceſſante illo in quo debilis eſt ita mouere ceſſat aliud moueri. et deficit motus perfectionis. et iſte eſt modus poſitus ab Ariſtotele quo proiecta mouētur. Sed circa hunc modum aduertendum eſt ꝙ licet virtus motiua in medio propinquo primo mouenti maior ſit intenſiue ꝗ̄ in magis diſtanti. non tamen habet actum ſuum maximũ ideo non eſt maior extenſiue. quia virtus illius cum ſit corporalis requirit ſicut quelibet virt⁹ corporea determinatam quantitatem. maxime ꝗ̄tum ad hoc ꝙ hȝ ſuum maximum actum. et idō videmus proiecta prope primum prohiciens minus ledere ꝗ̄ diſtant ora a primo prohiciente. in fine vero motus propter debilitatem virtutis tarde mouentur. ideo proiecta velocius mouentur in medio ꝗ̄ in principio et in fine. Exemplum ſenſibile patet in aqua. nam ſi lapis cadat in aquā et prope lapidem ſint ligna iſta tardius mouebuntur iuxta lapidē ꝗ̄ in maiori diſtantia a lapide. etiā circuli minores tardius mouebuntur iuxta lapidem ꝗ̄ diſtantiores a lapide.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ corpora

nata mouere aliquod proiectum poſt receſſum a primo prohiciente debent habere aliquas condiciones. et ponit Albertus quatuor. Prima eſt ꝙ nata ſint moueri et quieſcere. quia vt dictum eſt ſecundũ mouetur mouente primo et quieſcit ceſſante primo. Secunda eſt ꝙ oportet hmōi corpora non eſſe alicuius determinate figure. ſed faciliter permutari ad quancunqȝ figuram. ideo oportet ea eſſe humida. quia humidum male terminatur termino proprio. et facile eſt terminabile termino alieno. et ſic male dixerunt aliqui proiecta moueri per impetum eius ipſius prohicientis ipſis proiectis impreſſum a primo prohiciente. quia contingit ipſa proiecta adeo eſſe dura et compacta ꝙ ipſis imprimi nō poſſet hmōi impetus. Tercio oportet hmōi corpora ſpiritualia eſſe rara et ſubtilia. et faciliter

diuiſibilia vt vna pars poſſit moueri ſine alia et vna pars poſſit alteri ſuperferri hoc eſt ſuper illam moueri vel iuxta ſine hoc ꝙ alia moueat᷑ Quarto oportet ipſa corpora eſſe vicina materie prime propter quam vicinitatem ſunt in potentia ad recipiendum quemcunqꝫ motum et a quocunqꝫ motore. Sit igitur.

## Concluſio prima et reſponſalis ad queſitum.

Proiecta poſt receſſum a primo proiciente a medio mouentur modo expreſſo. Patet. quia hmõi proiecta poſt receſſum mouentur vt ad ſenſum patet. et non a ſe cum non ſint animata. ergo ab alio. ⁊ cum proximũ mouens debeat eſſe ſimul cuꝫ moto oportet huiuſmodi corpora moueri ab aliquo corpore intermedio inter primum proiciens et ipſa. quod eſt immediatum proiectis ipis Ex quo ſequitur ꝙ non mouentur ab vnico motore. ſed a pluribus conſequenter ſe habentibus ſe inuicem tãgentibus. quia non eſt ſemper idem corpus immediatum ipis proiectis. et quia pluralitas ſeu diuerſitas non eſt ſine diuiſione. ideo bene dicebatur prius ꝙ oportet medium a quo moueat᷑ eſſe faciliter diuiſibile. Ex quo infert Ariſtoteles concluſionem principaliter intentã. que talis ẽ.

## Concluſio ſecunda: Licet

motus alicuius proiecti videatur eſſe vnus et continuus propter continuitatem mobilis et tẽporis. non tamen eſt vnus et continuus ſimpliciter. Probatur quia hmõi motus eſt a pluribꝰ et diuerſis motoribus. ↄ̃ũter ſe habentibus et non ſimul ipſum proiectum mouentibus. ergo ille motus non eſt ſimiliter vnus et continuus: et hoc ad ſenſum patet in aqua mota ab aliq̊ lapide incidente. Ibi enim patet ſucceſſio motꝰ ad motum ſecundum diuerſas partes aque. iõ eſſe apparent diuerſi circuli. etiam ibi apparet quo modo vna pars aque aliam mouet. alia non mouente. et quo modo vna pars mouetur alia non mota. et ſimiliter eſt in aere quantum ad corpora proiecta per aerem. licet non ſit ita ſenſibile nobis propter maiorem aeris ſubtilitatem. Ex hiis ſequitur ꝙ motor primus eſt vnus quia alias primus motus non eſſet vnus et eẽt a pluribus motoribus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam cõceditur antecedens et negeẗ conſequentia. quia virtus motiua primi mouẽtis excedit reſiſtentiam ipius medii. ideo mouet ipſum medium et ſibi virtutem mouendi attribuit. Ad ſecundam dictum eſt ꝙ primũ mouens mouet mediũ ſibi propinquum quouſqꝫ deficit virtus mouendi. Ad terciam negeẗ conſequentia. quia rotunda vel acuta facilius diuidunt mediuꝫ ꝙ̄ lata. ideo facilius mobilia ſunt a medio. Ad quartam dicitur ꝙ hoc non eſt mirabile ſcienti materiam propter cauſas dictas. quia ex aere et aqua non ſunt ſimpliciter corpora grauia. nec ſunt ſimiliter leuia. ideo faciliter ab eo mouentur ad latus. quare etiam primum mouens eſt magne virtutis in mouendo. iõ poteſt tãta velocitate mouere medium ſibi propinquum. quia velocitas ſui motus recipit medium ſibi vnitum et preuenit diuiſionem eius. ideo medium ſic motum velociter et vnitum bene poteſt corpus multum graue mouere et ſuſtinere. et per hoc motus aeris eradicat arbores. et magna edificatia corruere facit. Sequitur textus.

## Queritur Decimoſexto:

Utrum primum mouens ſit omnino impartibile et nullam magnitudinem habens: Arguitur primo ꝙ non. quia primum mouens eſt in circumferentia primi mobilis. ſed forma que eſt in materia quantificatur ad quantificationem ſue materie. ergo mouens primum habet magnitudinem. 2º ſic. mouens primum habet orbem. ergo habet magnitudinem. 3º ſic mouens primum eſt infinite virtutis. ergo eſt diuiſibile. Ad oppoſitum eſt Ariſtoteles in vltimo capitulo huius octaui: Pro rñſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ Ariſtoteles oſtendit ꝙ primum mouens eſt infinite virtutis. quia mouet tempore infinito et ꝙ virtus infinita non poteſt eſſe in magnitudine finita. et etiam ꝙ motus proiecti non eſt vnus. quia eſt a diuerſis. Conſequenter et finaliter in hoc vltimo ex hiis concludit finaliter intentum ſuum in hoc libro. ſcilicet condiciones primi mouentis. Sit ergo.

## Concluſio prima. primum

mouens eſt vnum. Probatur concluſio. quia prius probatum eſt ꝙ in hiis que ſunt poteſt eẽ aliquis motus ſempiternꝰ et ↄtinuus quare de facto ita eſt. ſed motꝰ ſempiternꝰ ⁊ ↄtinuꝰ ſemꝑ vnus eſt. ergo eſt aliquis motus ſemper vnus. ſed motus eſt vnius magnitudinis. quia ipartibile mouetur. etiam impartibile eſt ab vno motore. quia diuerſitas motorum impedit vnitatem motus. vt patuit de motu proiectorum. g̊ motus ſemper vnus exiſtens qui eſt motus primus eſt ab vno motore qui primus ẽ. ergo motor primus ſiue immobilis exiſtens ſiue motus moueat eſt vnus.

## Concluſio ſecunda. Licet iaꝫ

probata ſit tamen eam adhuc reiterat phũs. q̄ talis eſt ꝙ primus motor eſt immobilis. Patet



quia omne quod mouetur mouetur ab alio. g̊ cum non ſit procedere in infinitum in motoribꝰ et in motibus vt patuit prius. neceſſe eſt deuenire ad aliquod mobile primũ motum a motore immobili. Ex hac concluſione infert Ariſtoteles. Primo ꝙ ille motor neceſſitari non poteſt vt moueat. patet quia omne quod neceſſitatur mouetur a neceſſitãte. ſed q̄ motor primus eſt immobilis. igitur. Secundo infert ꝙ ille motor eſt infatigabilis. patet quia fatigatio nõ accidit niſi quia motor mouetur. quia huic quod variatur de diſpoſitione in diſpoſitionem accidit fatigatio. cum ergo motor primus non moueatur ſequitur ꝙ mouet ſine fatigatione. 3º infert ꝙ mouere poteſt motu ſempiterno. ergo motus primus qui eſt ab eo eſt ſempiternus. pꝫ ex quo non mouetur ſemper eſt in eadem diſpoſitione. ergo ſi hic nunc moueat ſemper mouere poteſt. q̄ in perpetuis non differunt eſſe et poſſe hoc eſt nõ diſtant. ſequitur propoſitũ. Infert 4º ꝙ ſolus motus primus eſt regularis aut ſaltem iter oẽs ẽ maxie regularis. quod ꝓbat Ariſtoteles. quia aliqua mouentia mota aliquando poſſunt mouere ſub eadem diſpoſitione. et ita vt videbitur poſſunt mouere motu regulari. pꝫ quia ex hoc ꝙ primus motor ſemper eſt manẽs in eadẽ diſpoſitione ſemper mouere poteſt equaliter. et cũ mobile ſuũ non ſuſcipiat aliuꝫ motuꝫ a circulari. quia ſi alteretur alteraretur ad aliũ motũ et quodãmõ mutaretur ex diſpoſitione in diſpoſitionẽ. et ſic nõ poſſet mouere motu ſemꝑ continuo. ergo mobile ſuũ non ſuſcipit aliũ motũ. ergo ſemper poteſt equaliter moueri. ergo primus motus eſt maxie regularis. Et ſi obiciatur contra terciũ et quartũ corelaria: quia priꝰ probauit Ariſtoteles motũ primũ eſſe continuũ et ſempiternũ et regularẽ. ergo nunc ſuperflue ꝓbat ipm. Ad hoc dicendũ eſt ꝙ in motu duo oportet conſiderare. ſcilicet durationẽ eiꝰ per infinitũ tẽpus. et hoc prius probatũ eſt ex infinitate primi motoris. quia ex quo eſt virtutis infinite ẽ cauſa infinitationis motus. Aliud eſt conſiderare. ſcilicet continuã reiterationẽ circulationis. et hoc habet motus primus ex immobilitate primi motoris. et iſtud nunc probat Ariſtoteles.

## Concluſio tercia. motor primus

eſt in circumferentia primi mobilis. Patet ſic. quia primus motus ẽ circularis. ergo primũ mobile eſt circulare ſiue circularis figure. circularis autẽ magnitudinis non ſunt niſi duo principia. ſcilicet centrum et circumferentia. a centro eniꝫ ad circumferentiam ducunẗ linee. et ſic vnũ ſe habet vt primũ principiũ. reliquũ aũt vt terminus. ergo oportꝫ motorẽ primũ eſſe in centro aut circumfertntia. ſed rationabiliuꝫ eſt ipſum eſſe in circumferentia. qđ probat Ariſtoteles. q̄ propinquiora primo mouenti velocius mouentur. quia prius et fortius ſuſcipiunt impreſſionẽ mouentis. et ſic extrema circumferentie ipius primi mobilis velocius mouentur. ergo eſt ibi primus motor primi mobilis. Sed obiceretur contra. quia motor primus eſt ipartibilis nullã habens magnitudinem. ergo non habet determinatum ſitũ in corpore. ergo non eſt in circumferentia primi mobilis. Reſpondetur ꝙ primus motor debet eſſe in circumferentia primi mobilis non per determinationem ſue ſubſtantie. ſed per efficaciam ſui motus. naꝫ ibi primo influit motum celi. et ibi ſcilicet in circumferentia primi mobilis primo incipit motus. et ſic rõnabilius ẽ ꝙ ſit in celo ꝙ̄ in terra. et adhuc in oriẽte ꝙ̄ in occidente. non ſic tamen ꝙ aſſignetur alicui determinate parti exiſtenti ipius primi mobilis. quia pars que nunc eſt in oriente poſtmoduꝫ eſt in occidente. ſed debet intelligi ꝙ ſecundum ſituꝫ orientis primo aſpicit primũ mobile influendo ſibi motũ vt in 2º celi et mundi dicitur de dextro et ſiniſtro.

## Concluſio quarta. motor

primus eſt oĩno impartibilis et nullam habens magnitudinẽ quã informet. licet habeat magnitudinẽ qua vtitur. Probatur prima pars concluſionis dupliciter. Primo quia virtus omnis in magnitudine exiſtens per ſe non mouet localiter niſi pellens aut trahens. aut vtroqꝫ modo ſe habens. quod aũt ſic mouet non mouet niſi motũ. ergo variatur de diſpoſitione in diſpoſitionem. et per cõſequens non poteſt mouere motu ſemper regulari vno et continuo. quorum oppoſita ſunt demonſtrata de primo motore. Ex his patet ſolutio dubitationis quam hic mouet Ariſtoteles. An ſcilicet aliquod mouens motũ mouere poſſit motu vno et ſimpliciter continuo Reſpondet ꝙ non. quia tale mouens ex quo motũ eſt licet videatur eſſe vnũ. eſt tamen quodãmõ plura. quia variatur de diſpoſitione in diſpoſitionẽ. ergo non poteſt mouere motu ſimpliciter vno et continuo. vt patuit in motu proiectorum. licet aer videatur eſſe vnum mouens vel aqua. tamen ibi ſunt plura mouentia propter facilem diuiſionẽ ipius aeris vel aque. et ſic ſolum motus qui eſt a motore immobili ſimpliciter vnus eſt et continuus. Secundo probatur iſta concluſio. q̄ ſi primus motor haberet magnitudinẽ aut eſſet finita. aut infinita. non infinita vt patuit in tercio huius. nam precedentes libros in ordine ad iſtum philoſophi appellant phiſicos. quia conſideratio motus in octauo quodãmodo contracta eſt nec habet etiam

finitam magnitudinē. quia cum moueat tēpoꝛe infinito opoꝛtet ꝙ ſit virtutis infinite. modo virtus infinita non poteſt eſſe in magnitudine finita. ergo ⁊c. Ex quo ſequitur ꝙ eſt indiuiſibilis. quia nihil eſt diuiſibile niſi quantum. Secunda pars concluſionis patet. quia motoꝛ pꝛimus habet pꝛimum mobile quo vtitur tanꝙ inſtrumento ad explicationem foꝛmarum naturalium in materia generabiliuʒ et coꝛruptibiliū ad conſeruationem ipſarum. et per hoc ſoluitur ſecunda ratio ante oppoſitum.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Due pꝛime ſolute ſunt. Ad terciam dicitur ꝙ motoꝛ pꝛimus non eſt infinitus infinitate quantitatis diuiſiue. ſed infinitate virtutis que ſequitur foꝛmā. idō perfectiſſima et ſimpliciſſima eſt. Et ita finit peripateticoꝝ pꝛinceps Ariſtoteles communem conſiderationem de rebus naturalibus quam tradit in libꝛo phiſicoꝝ ſiue de phiſico auditu in pꝛimo et in vniuerſali totius nature inicio quod deus eſt per omnia beatus.

Et ſic eſt finis libꝛi phiſicorum

Deo gratias.

## Sequitur liber De celo et mundo.

De natura ſcientia fere pluri ma videtur circa coꝛpoꝛa et magnitudines: et hoꝛum exiſtens paſſiones et motus.





## Jrca inicium pꝛimi libꝛi de celo et mundo Queritur pꝛimo

Utrum ſcientia naturalis ſit circa coꝛpa ⁊ magnitudines. Arguitur ꝙ nō. nā mathematica eſt circa coꝛpoꝛa ⁊ magnitudines. ergo ſcientia naturalis non eſt circa coꝛpoꝛa ⁊ magnitudines. Conſequentia patet qꝛ diuerſe ſcientie verſant̄ circa obiecta diuerſa. 2º arguit̄ multa cadunt ſub ꝯſideratione ſcientie naturalis que non ſunt coꝛpoꝛa neqʒ magnitudines vt aīa. nā materia pꝛīa. motoꝛes oꝛbiū. īfinitū. vacuū ergo ſcientia naturalis non eſt circa coꝛpoꝛa et magnitudines ymo circa multa alia. Ad oppoꝰ eſt phūs in pꝛincipio huius libꝛi de celo ⁊ mundo ſic dicentis. De natura ſcīētia fere plurima videtur circa coꝛpoꝛa ⁊ magnitudīes ⁊ hoꝛum exiſtens paſſiones ⁊ motus. Jdeo pꝛimo videbitur de queſito. 2º declarabuntur aliqua dubia. Quantum autē ad pꝛimum.

## Sciendum eſt pꝛimo. ꝙ vt

Dabʒ phūs in pꝛhemio phiſicoꝝ tūc opinamur ſcire vnūquodqʒ cum cauſas cognoſcimus pꝛimas ⁊ pꝛima pꝛincipia vſqʒ ad elementa. Ex quo manifeſte phūs oſtendit in ſcientiis eſſe pꝛoceſſum ordinatū qn̄ pꝛocediturꝛ a pꝛimis cauſis ⁊ pꝛincipiis vſqʒ ad pꝛoximas cauſas que ſunt elementa cōſtituentia eſſentiā rei. Et hoc eſt rationabile. nam pꝛoceſſus ſcientiaꝝ eſt opus rōis cuius pꝛopꝛiuʒ eſt oꝛdinare. ideo in omni opere rationis aliquis oꝛdo inuenit̄ ſecundū queʒ pꝛoceditur ab vno in aliud. Et hoc patet tam in rōe pꝛactica cuius cōſideratio eſt circa ea q̄ nos facimus. quā in rōne ſpeculatiua cuius cōſideratio eſt circa ea q̄ ſunt aliūde facta. ſ. ab aīa. Jn cōſideratione autem pꝛactice rationis inuenit̄ pꝛoceſſus de pꝛioꝛi ad poſterius ſecunduʒ quadruplicē oꝛdinationē. Pꝛimo ſecundū oꝛdinē appꝛehenſionis pꝛout pꝛacticus vt artifex pꝛimo appꝛehēdit foꝛmā domꝰ abſolute ⁊ poſtea inducit eam in materia. 2º ſʒꝰ oꝛdineʒ intentionis ſʒꝰ ꝙ artifex intendit totam domuʒ perficere ⁊ pꝛopter hoc facit quicquid operat̄ circa ptes 3º ſʒꝰ oꝛdinē cōpoſitionis pꝛout pꝛiꝰ dolat lapideʒ vel ligna ⁊ poſtea cōponit adinuicē ad cōſtructionē parietis ⁊ totius. 4º ſʒꝰ oꝛdinē ſuſtentationis artificii pꝛout artifex facit fundamentum ſupꝛa quod cetere partes domus ſuſtētētur. Et ſimiliter inuenitur quadruplex oꝛdo rationis in conſideratione rationis ſpeculatiue conformiter ad oꝛdinē rationis pꝛactice. Pꝛimꝰ oꝛdo ē ſʒꝰ quē ratio ſpeculatiā pꝛocedit a ꝯmunioꝛibus ad minus ꝯīa. ⁊ hic oꝛdo rōnis coꝛreſpōdet pꝛimo oꝛdini rōnis pꝛactice qui dicebat̄ oꝛdo appꝛehenſiōis. Uniuerſalia enī cōſiderātur ſʒꝰ foꝛmam abſolutā. particularia vero ſecundū applicationē foꝛme ad materiam. ſicut dicit phūs in hoc pꝛimo. ꝙ qui dicit celum dicit foꝛmā. qui autem dicit hoc celuʒ dicit foꝛmam in materia. Secūdus oꝛdo eſt ſecunduʒ quē totuʒ pꝛius cadit in conſideratione ꝙ partes ⁊ hoc loquendo de partibus ſecundū materiā que ſunt partes indiuidui. et iſte oꝛdo coꝛreſpōdet oꝛdini intentionis quo pꝛius intendit̄ totuʒ ꝙ pars. Tertius oꝛdo eſt ſʒꝰ quē rō pꝛocedit a ſimplicibꝰ ad compoſita inꝙtuʒ cōpoſita cognoſcunt̄ p ſimplicia ſicut per pꝛincipia. ⁊ hic oꝛdo cōparat̄. 3º oꝛdini queʒ dicimꝰ cōpoſitionis. Quartus eſt ſecunduʒ queʒ neceſſe eſt rationē pꝛius cōſiderare partes pꝛincipales ſicut coꝛpus in coꝛpoꝛe aīalis perfecti ꝙ ptes minus pꝛincipales. ⁊ iſte oꝛdo coꝛrīdet oꝛdini ſuſtentationis. Uñ vt habet ſanctꝰ Thomas iſte quadruplex oꝛdo in pꝛoceſſu ſcientie naturalis inuenitur. Pꝛo quo.

## Sciendum eſt ſecundo. ꝙ in

Scīētia naturali pꝛimo determināt̄ cōīa ⁊ hoc in libꝛo phiſicō. cū determinatur de ente mobili in cōmuni cōſiderato inquātum mobile eſt. Jn aliis autem libꝛis applicātur cōmunia ad pꝛopꝛia ⁊ ſpecialia ſubiecta motuum ſpecialium. Et qꝛ ſubiectum motus eſt coꝛpus vel magnitudo. qꝛ nichil mouet̄ niſi quantum vt dicebatur 7º phiſicō. Jn coꝛpoꝛibus ergo neceſſe eſt tres alios oꝛdīes attēdere. Unū ſʒꝰ quē totū vniuerſum coꝛpoꝛeuʒ pꝛius cadit ſub cōſideratione ꝙ ſue partes. Alium vero ſʒꝰ quē coꝛpoꝛa ſimplicia pꝛius cadunt ſub cōſideratione ꝙ cōpoſita ſiue mixta. Tertium autē ſecundū quē inter ſimplicia coꝛpoꝛa neceſſe eſt de pꝛioꝛi cōſiderare ſalʒ de celeſti coꝛpoꝛe per quod oīa alia firmant̄ Et hec tria in hoc libꝛo aguntur. in quo traduntur quedaʒ pertinentia ad coꝛpꝰ celeſte. ſicut in 2º libꝛo. quedam etiā pertinētia ad alia ſimplicia coꝛpoꝛa ſicut patet in 3º ⁊ 4º in quibus determinatur de elementis. Jn pꝛimo autē huius determinatur de pertinentibus ad totū vniuerſum ⁊ de ipſo toto vniuerſo in ſe cōſiderato. modo iſte liber eſt pꝛimus poſt libꝛuʒ phiſicō. inter omēs libꝛos philoſophie nat̄al̄. Pꝛopter quod etiam in pꝛincipio huiꝰ libꝛi incipit phūs a diffinitione coꝛpoꝛis ad quod applicant̄ oīa que in libꝛo phiſicoꝝ in cōmuni tradita ſunt. Et ex hoc clare patet oꝛdo huius libꝛi ad pꝛecedētes ⁊ ſequentes phīe naturalis. Patet etiā oꝛdo libꝛoꝝ partialiuʒ huius libꝛi. Nam in pꝛimo agit̄ de toto vniuerſo ⁊ de pertinentibꝰ ad ipſū. Jn 2º vero agitur de pꝛfectiſſima eiꝰ parte. ſ. de coꝛpoꝛe celeſti ⁊ de pertinentibꝰ ad ipſuʒ. Jn 3º vero ⁊ 4º libꝛis agitur de grauibus ⁊ leuibus

ſimplicibus inꝗ̄tum mobilia ſũt ad vbi. in .3.º
ſꝫ opinionē antiquoꝝ.in 4.º ſꝫ opinioneꝫ.ꝓ
priam. Patet etiã quare hic liber vocaṫ de ce
lo ⁊ mũdo.⁊ quare hic agiṫ de corpibꝰ ſiplicibꝰ

## Sciendum eſt tertio ꝙ aliter

⁊ aliter ↄſiderat phũs naturalis ⁊ mathematicꝰ
corpa ⁊ magnitudĩes.nã phiſicꝰ conſiderat cor
pora ⁊ magnitudĩes inꝗ̄tũ ſũt termĩ corpoꝝ na
turaliũ mobiliũ diuerſis motibꝰ.ſed mathema
ticꝰ cõſiderat corpora de genere ꝗ̄titatis ſecun
duꝫ ſe abſtrahẽdo ab omĩ materia ſenſibili.inꝗ̄
tum.ſ.ſunt magnitudĩes ↄmenſurabiles abſtra
hendo ab omni motu ⁊ mutatõe.iõ pꝫ ꝙ ſub a
lia rõne formali cõſideraṫ hmõi corpa a phiſi
co.⁊ alia a mathe.º Quibus notatis ſit.

## Concluſio Reſponſiua Ad

queſitũ.Scia naturaṫ verſaṫ circa corpa ⁊ mag
nitudĩes ⁊ hoꝝ exñs paſſiões ⁊ motꝰ. Proba
tur hec ↄ.º rõe textus.naꝫ res naturales ſũt co
pora ⁊ magnitudĩes ⁊ q̃ ad hec ꝑtinent .ſed ſcia
naṫalis eſt de rebus naṫalibꝰ.g.º ſcientia naṫaṫ
eſt circa corpa ⁊ magnitudines.

## Dubitatur primo. De ſubie

cto attributiõis huius libri. Et ad hoc rñdet
Alexander quē videṫ inſequi ſãctꝰ Tho .ꝙ to
tum vniuerſuꝫ eſt ſubm in hoc libro.q2 in hoc li
bro determĩaṫ de corpibus ſimplicibꝰ ſꝫ ꝙ ſũt
partes ↄſtitutiue totiꝰ vniuerſi.⁊ ↄfirmat dictuꝫ
ſuũ.naꝫ hic liber intitulaṫ de celo ⁊ mũdo.

Alter vero phũs noĩe Jambitus vidẽs ꝙ i
ter corpora ſimplicia primũ eſt corpus celeſte.
ideo dicit ipſũ eſſe ſubꝫ huius libri. ⁊ ꝙ de aliis
corporibꝰ ſimplicibꝰ ſolũ agiṫ hic ex ↄñti.proꝑ
to ab ipſo celo continenṫ. ⁊ influentias eiꝰ reci
piũt.iſtud dicit Cirianꝰ qui ē de Jãbici opione
vel ſaltiꝫ per accidẽs pro quãto noticie ipſoꝝ
corpoꝝ aſſumunṫ ad manifeſtãdũ ea q̃ de cor
pore celeſti hic dicũtur. Sed hoc videṫ irratio
nabile.q2 phũs fecit ſpãles libros de aliis cor
poribꝰ ſimplicibꝰ grauibꝰ ⁊ leuibꝰ. mõ de hiis
que ex ↄſequenti vel ſolũ ꝑ accidẽs ĩ aliqua ſci
entia ↄſideraṫ nõ eſt mos apud Ariſt.ſpãles
facere libros.ideo Simpliciꝰ dicit ꝙ in hoc li
bro agitur de omnibus corporibus ſimplicibus
ſꝫ ꝙ ↄueniũt ĩ ↄmũi rõe corpis ſiplicꝭ. Sꝫ ob
miſſꝫ oibꝰ iſtis oppinionibꝰ. Rñdeṫ cũ Alber
to qui in hoc paſſu cõius teneṫ.ꝙ in hoc libro
agiṫ de corpore mobili ad vbi inꝗ̄tuꝫ eſt tale.lꝫ
enĩ elemẽta ſint gñabilia ⁊ corruptibilia hoc tñ
nõ habent inꝗ̄tuꝫ mobilia ſũt ad vbi vt habꝫ
idē Albertꝰ.q2 motꝰ localꝭ ſecũdũ ſe ē entis ꝑfe
cti nichil variãs nec de ſubalibꝰ rei nec de hiis
que ſubam rei abſolute cõſequũtur.ſꝫ preciſe ſe
cunduꝫ motũ localē mobile tranſmutaṫ de loco
ad locũ.ideo corpꝰ mobile tali motu abſolute
⁊ in vniuerſali ↄſideratũ eſt vniꝰ potẽtie ⁊ vniꝰ
ſcientie ⁊ vniꝰ diffinitionis. nõ quidē logice tã
tuꝫ ſed phiſice.analogice tñ ↄuenientis ipis cor
poribꝰ ſimplicibꝰ.Jdeo nõ eſt ſic intelligenduꝫ
ꝙ talis diffinitio ſumaṫ ab aliqua vna forma
ſubali aut accidẽtali inexñte omĩbꝰ corporibus
mobilibꝰ ad vbi. Et ex hoc patꝫ quare iſte
liber immediate ſequiṫ libꝝ phiſicoꝝ. q2 .ſ.po
tentia ad motũ localē eſt ſimplicior prior ⁊ vni
uerſalior ꝗ̄ ſit potentia ad quẽcunqꝫ aliuꝫ mo
tuꝫ vt dicit Albertꝰ. Patꝫ etiã quare ĩ hoc
libro nõ agiṫ de corporibꝰ mixtis q2.ſ.nõ habẽt
motũ localē niſi ꝑ naṫam elementi ꝑdñantis.
Patet inſuꝑ ꝙ in hoc libro agiṫ ſoluꝫ de elemẽ
tis inꝗ̄tuꝫ ſunt grauia vel leuia ⁊ localiter mo
bilia. ⁊ nõ inꝗ̄tuꝫ ſunt calida frigida humida
vel ſicca.

## Dubitatur ſecundo circa tex

tum quare phũs dicit fere in textu. Rñde
tur ꝙ cauſa ē vt dicit ſãctꝰ Thomas. q2 paulo
poſt dicit textꝰ naṫa cõſtãciuꝫ q̃dã ſunt corpa ⁊
magnitudines vt ſunt inaĩata corpora. q̃dam
vero ſunt hñtia corpa ⁊ magnitudines vt aĩata
corpa.corpꝰ enĩ aĩatũ magꝭ ē id ꝙ eſt ſꝫ aĩam
ꝗ̄ ſecundũ corpꝰ iõ potius dicit hñs corpꝰ vel
magnitudinem ꝗ̄ ꝙ ſit corpus vel magnitudo.
Alia vero ſũt principia iſtoꝝ ſicut ſũt aĩa ⁊ ma
teria.Et adhuc ꝑter iſta quedã ↄſideraṫ in ſcĩa
naturali que ↄueniũt corpibꝰ ⁊ magnitudibꝰ
vel ſecũduꝫ rem ⁊ veritatē vt motꝰ ⁊ tempꝰ.vel
ſꝫ opinionē vt vacuũ ⁊ infinitũ.iõ phũs dicit
fere.q2 nõ oĩa hec ↄſiderata ſunt corpa ⁊ mag
nitudĩes.Et ſi queraṫ quid ĩtelligit phũs ꝑ paſ
ſiones ⁊ motꝰ.Dicit ſanctꝰ Thomas.ꝙ ꝑ paſſi
ones intelligit alterationes ⁊ alios motꝰ ↄſeq̃n
tes alterationem ſꝫ quos aliq̃d mutaṫ de ſuba
rei.ſed ꝑ motus intelligit motus locales q̃ inter
alios ſunt ꝑfectiores ⁊ priores. Dicit tñ Alb.
ꝙ per paſſiones intelligit ꝓprietates corpoꝝ.q2
ſcientia nõ ſolũ ↄſiderat ſubiectũ ſed etiã ꝓprie
tates. Sed per motꝰ intelligit opationes q̃ nõ
ſunt ſine motu.Et q2 ſcĩa nõ ſolũ ↄſiderat ſubie
ctuꝫ ⁊ ꝓprietates.ſed etiã pricipia ſubiecti.Jdeo
ſubiũgit phũs ꝙ ſcĩa naturaṫ eſt circa principia
elemẽti ſube ⁊ corporis mobilis.Et per hoc patꝫ
ꝙ phiſicꝰ ↄſiderat corpus de genere ſubſtãtie.q2
ſolũ tale ē primuꝫ ſubiectũ motꝰ. mathematicꝰ
vero ↄſiderat corpus de genere ꝗ̄titatis cũ tali
corpore de genere ſubſtãtie.capiẽdo tñ ꝑ forma
li corpꝰ de genere ꝗ̄titatis.

## Rationes ante oppoſitum

ſunt ſolute. Sequitur in textu. Continuum
quidē igiṫ eſt qꝺ diuiſibile eſt in ſꝑ diuiſibilia.

## Queritur ſecundo. Utrum

mundus ſit ꝑfectus. Et arguitur ꝙ nõ illud
non eſt perfectũ cui poteſt fieri additio. ſed mũ
do põt fieri additio.g.º nõ eſt ꝑfectꝰ. 2.º ar
guiṫ.in mũdo cõtingunt plures defectus puta.
monſtra ⁊ peccata.ſꝫ defectꝰ eſt ↄtra rõeꝫ ꝑfecti
g.º mũdus nõ eſt ꝑfectꝰ. Ad oppoꝰ ē phũs in
p.º cap.º primi tractatꝰ huius libri.

## Sciendum eſt primo: Que phũs

intendit in iſto libro determĩare de toto vniuer
ſo corporeo.⁊ de ꝑtibus pricipalibus eius q̃ ſũt
ſimplicia corpora.ſ.celeſtia ⁊ elemẽta.iõ ꝑmittit
diffinitionē ↄtinui qꝺ eſt genus ad corpus.et
poſtea poſita diffinitõe ↄtinui ſubiũgit diffini
tionē corpis.ex qua cũ ꝓbatiõe eiꝰ infert ꝑfecti
onē vniuerſi corporei.q̃ tñ perfectio etiã ꝑtibus
totius ↄuẽit vniuerſi cõſili modo. Pro quo

## Sciënduꝫ eſt ſecundo. Que ↄtinu

um diffiniṫ qꝺ eſt diuiſibile ĩ ſemꝑ diuiſibilia.
⁊ hec diffinitio cõtinui ſumiṫ ex ꝑtibus ↄꝑatis
ad totuꝫ que vt ſic habẽt rationē materie.vt di
aṫ.2.º phiſicoꝝ.⁊ hec diffinitio ↄis eſt phiſico
q2 cõſ deratio naturalis verſaṫ circa materiã.ſꝫ
q2 cõſideratio logicꝭ circa ſpēꝫ ⁊ formã verſatur
iõ logicus aliter diffinit ↄtinuũ diffinitiõe for
mali dicẽs.Cõtinuũ eſt cuiꝰ ꝑtes copulanṫ ad
aliquē ṫminũ cõeꝫ.q2 vero termiꝰ ↄtinui ē qua
ſi forma ipſius in vtraqꝫ diffinitione dꝫ intelli
gi quantũ pro genere

## Sciënduꝫ eſt tertio. Que phũs ↄñr

diffinit corpꝰ.Corpus ē qꝺ ē vndiqꝫ diuiſibile
hoc ē ex omni parte ſiue ſꝫ oēꝫ dimẽſionē. quã
diffinitionē ꝓbat phũs tali rõe.q2 corpꝰ diuidit
tripliciter ſꝫ tres dimẽſiões.quod aũt diuidit
ſꝫ tres dimẽſiões diuidiṫ ſꝫ oẽs.g.º corpꝰ ē vn
diqꝫ diuiſibile.Maiorē manifeſtat phũs quaſi
ꝑ diuiſionieꝫ. manifeſtũ ē enĩ ꝙ magnitudinuꝫ
quedã diuidiṫ ad vnã ꝑtē ⁊ hec diciṫ linea.q̃dã
ad duas ⁊ hec diciṫ ſuꝑficies.q̃dã vero diuidit
ſꝫ tres ⁊ talis ē corpus. Sꝫ minorē illius rõis
ꝓbat phũs.ſ.ꝙ ꝑter tres dimẽſiones nõ ſit alia
dimẽſio ꝑ hoc ꝙ tria habẽt rõnē vt ſint oĩa. q2
habẽt rõneꝫ cuiuſdã totalitatꝭ.ita vt ternarius
numerus ſit numerus oĩs ⁊ totus. g.º qꝺ diuiſi
bile ē ſꝫ tres dimenſiões diuiſibile ē ſꝫ oẽs.ꝙ
aũt ternarius ſit nũerus oĩs ⁊ totus ꝓbat phũs
ex dicto Pictagorꝭ.dicẽtiũ totũ ⁊ omē eē deterĩa
ta tribꝫ.ſ.principio medio ⁊ fine. Ubi.

## Sciendum eſt quarto. Que hoc

ideꝫ.ſ.ꝙ numerus ternarius ſit numerus oĩs et
totus.ꝓbat phũs ex hiis que cultu diuino ſerua
ta ſũt apud antiquos.Antiqui enĩ in legibꝫ ſu
is quas quaſi naturaliter acceperũt ↄſtituerũt
ſacrificãdũ eē diis numero ternario.ſ.igne thu
re ⁊ orõe.ↄſtituerũtqꝫ hoc fiẽduꝫ tribꝫ vicibꝫ.ſ.
mane veſꝑe ⁊ meridie.⁊ ſecundũ tria pũcta emi
ſꝑii.vñ quedaꝫ ex legibꝫ ꝑcepit deum adorare
ad orientē.⁊ hec fuit lex Pictagore ⁊ cõſonat le
gi noſtre.ſed alia lex precepit deuꝫ adorare ĩ me
ridie.⁊ hec fuit geſti p.º ⁊ huic ↄſonat lex maho
meti.quedã vero alia lex ꝑcepit adorare deũ in
occidẽte ⁊ hec fuit moyſi.Et hoc ꝓbat phũs ex
cõi mõ loquẽdi qui eo ꝙ cõis ē oibus videṫ ex
eo ſumpſiſſe principiuꝫ.cũ enĩ ſunt duo ſolũ nõ
vtimur noĩe omnis ſed dicimꝰ ambo.ita ꝙ pri
muꝫ circa ꝙ vtimur noĩe oĩs eſt numerꝰ terna
rius.quare ſequiṫ ꝙ numerꝰ ternariꝰ eſt numerꝰ
oĩs ⁊ totus.que oĩa ſunt adiuicē ꝓpinqua aut
idem.Et ſic patꝫ minor illius rationis.ꝙ.ſ.pre
ter tres dimẽſiones non ſit alia dimenſio.⁊ cum
corpus diuidaṫ ſecunduꝫ tres ſequiṫ ꝙ diuidiṫ
ſecundum omnes.

## Sciënduꝫ eſt quinto. Que hec tria

omne totũ ⁊ perfectũ nõ differũt ad inuicē ſꝫ
ſpeciē hoc eſt ſꝫ formalē rõnē.q2 quodlibꝫ illo
rum q̃daꝫ integritatē importat.ſed ſi in aliquo
differũt hoc ē in materia ⁊ ſubiecto ĩꝗ̄tum de di
uerſꝫ dñṫ. naꝫ omē attribuiṫ diſcretis ⁊ ↄtinuis
que ſaaliter diuiſibilia ſunt. ſicut ſunt ↄtinua
humida.ſicut nos dicimus oĩs homo ⁊ omnis
aqua.ſꝫ totũ indifferenter attribuiṫ oibus con
tinuis.⁊ etiã qñqꝫ diſcretis .perfectũ vero in
differẽter attribuiṫ ↄtinuis ⁊ diſcretis.⁊ non ſo
lum ipſis ſed etiã formis ⁊ virtutibꝫ.Uel aliter
poſſet dici ⁊ quaſi in idem redit.ꝙ forma diciṫ
oĩs ſecundũ ꝗ̄ ipſa vna exñs multiplicata eſt
in diuerſa ſubiecta. ſed diciṫ tota ſiue totuꝫ ſꝫ
ꝙ vnitiua eſt ꝑtiuꝫ integraliũ. ſed diciṫ perfecta
ſꝫ ꝙ dat eſſe materie ⁊ ipſã perficit.

## Sciendum eſt ſexto: ꝙ mun

dus dupliciter põt accipi.Uno.º ꝓ tota vniuer
ſalitate reꝝ ⁊ hoc mõ prima cauſa de mundo ē
2.º mõ põt accipi ꝓ vniuerſalitate reꝝ ꝓdu
ctaꝝ ⁊ iſto.º intelligẽtie ſũt de mundo ſed non
prima cauſa. 3.º mõ capitur ſtrictius ꝓ vni
uerſalitate reruꝫ corporeaꝝ ⁊ hoc mõ magꝭ ca
pitur ĩ ꝓpoſito. 4.º mõ ꝓ aggregatõe ex ele
mentis ⁊ elemẽtatis ſecundũ quod diciṫ primo
metheoꝝ.q2 neceſſe eſt hunc mundũ inferiorē lati
onibus ſuperioꝝ corpoꝝ ↄtinuum eſſe vt tota
virtus eiꝰ inde guberneṫ. Perfectum etiam
dupliciter accipiṫ.vno.º ſimpliciter exponẽdo ip
ſum negatiue.ſ.cui nichil deeſt. ſed ↄtinet oẽm
ꝑfectionē reꝝ.⁊ hoc mõ ſola prima cauſa diciṫ
perfecta. 2.º diciṫ ꝑfectũ in genere quod ſcilꝫ
habet oĩa que ad perfectionē ſui generis requi
runṫ.⁊ hoc modo mundus diciṫ perfectus ⁊ ho
mo ⁊ cetera habẽtia omnia ad ſuuꝫ eſſe requi
ſita.Tunc ſit.

## Concluſio prima.Corpus ē

perfecta magnitudo.ꝓbaṫ.nã corpus habꝫ tres
dimẽſiones.g.º hꝫ omẽs.ↄña iam ꝓbata eſt q2

omne totū ⁊ perfectū idē ſūt.g° in genere magnitudinū corpus eſt ꝑfecta magnitudo. 2° ꝓbaꝛ illud qđ eſt termius in ꝓgreſſionibꝫ ⁊ a quo id fit terminꝰ in aliā magnitudineꝫ et perfectū q2 nõ fit trāſitus de vno in aliud niſi propter aliquē defectū ſicut fit tranſitꝰ ex linea in ſuperficiem.⁊ ex ſuperficie in corpꝰ.ex corpore autē nõ fit tranſitus.

## Concluſio reſponſiua.

Mundus tertio° acceptus eſt perfectꝰ. Probaꝛ nā omne corpꝰ eſt perfectū.ſed mundꝰ tertio° eſt corporeꝰ.ergo perfectus.ſed q2 hec perfectio generalis eſt omni corpori iõ phūs ponit vnā aliam ꝓpriam ipſi vniuerſo.quia in ipſis corporibus reperiunꝛ aliqua que cõtinēt ⁊ nõ continētur vt vltima corpa. quedā vero que cõtinenꝛ ⁊ non cõtinent vt terra.quedā vero que continent ⁊ continenꝛ vt corpora media.ſꝫ quicquid continet vel cõtinetꝛ vel vtroqꝫ modo ſe habet quodāmodo ad aliqđ terminaꝛ ⁊ eſt quodam mõ multa.⁊ habet aliquid imꝑfectionis. ergo corpꝰ ſimplex ⁊ ꝑfectū neqꝫ cõtinet neqꝫ cõtinetur.tale aūt eſt totū vniuerſuꝫ.g° ⁊c̄.

## Dubitatur primo.

Que ſunt partes principales vniuerſi. Dicendū eſt ꝙ ſunt corpora que ſibi determināt certuꝫ ſituꝫ in vniuerſo cuiuſmodi ſunt corpora ſimplicia celum ⁊ quatuor elemēta q2 mixta ſecundū ſe nõ habēt ſituꝫ in vniuerſo niſi rõne ſimplicium.

## Dubitatur ſecundo.

Qualiter intelligitur dictū Pictagore.ſ.oīa ſunt determinata tribus. Rūdeꝛ ꝙ ſic. q2 perfectio vniuſcuiuſqꝫ rei conſiſtit.ſ.in eſſentia ſeu ſubſtātia tanꝙ in principio.in virtute tanꝙ in medio ⁊ in operatione tanꝙ in fine ⁊ vltimo.

## Dubitatur tertio.

Utruꝫ probatio phī per quā ꝓbat ꝙ non ſunt niſi tres dimenſiones ſit efficax.q2 ſcilꝫ numerus ternarꝰ eſt numerus omnis ⁊ totus. Et videtur ꝙ non nam ex eodem principio poſſemus concludere ꝙ non ſint niſi tria elementa ⁊ tres digiti ī vna manu. Ad hoc reſpondet Simplicꝰ ꝙ philoſophus ī iſto paſſu nõ ꝓcedit demõſtratiue ſꝫ probabiľr ⁊ hic modus eſt ſufficiens poſt demõſtrationes ſuppoſitas in aliis ſcienciis. q2 determinare de dimenſionibꝰ inꝙtuꝫ huiuſmodi ſpectat ad mathematicū.ſ.ad geometraꝫ.ſicut probat Ptholomeꝰ. quia īpoſſibile eſt plures lineas perpendiculares quā tres concurrere in eodem puncto hoc eſt ſe inuiceꝫ interſecare ad angulos rectos ſperales. Suppoſita igitꝛ demonſtratiõe a mathematico vtitur phūs in preſenti paſſu teſtimonio ⁊ ſignis antiquoꝝ. Dicitur vlterius ꝙ propter affinitatē numerorꝫ ⁊ multitudinum philoſophus vtitur numeris ſecunduꝫ morem Pictagoricoruꝫ quod nuſꝙ in ſuis libris alibi inuenitur facere.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ dicitur ꝙ vniuerſo nichil poteſt addi quod pertineat ad eius ꝑfectioneꝫ per rationem. Ad ſecundam dicebatur .2° phiſicoꝝ ꝙ monſtra ſunt peccata in ordine ad naturam particularē ⁊ nõ ad vniuerſalē ſiue ad totū vniuerſum. Sequitur in textu. De hiis autem q̄ ſecundū ſpēm ipſiꝰ partibꝰ ⁊c̄.

## Queritur tertio.

Utrum vnius corporis ſimplicis ſit tantū vnus motus ſimplex ſecundum naturā. Arguiꝛ primo contra ſuppoſitū q2 celum eſt corpus ſimplex ⁊ tamē non mouetur naturaliter ſiue ſecundū naturaꝫ eo ꝙ mouetur ab intelligētia. ergo non cuiuſlibet corporis ſimplicis eſt aliquis motus ſimplex ſecundum naturam. 2° arguitur motus celi compoſitus eſt ex tardo ⁊ veloci.naꝫ partes ꝓpinqꝫ polis tardius mouentur partibus remotioribus polis.eo ꝙ in equali tempore minus ſpacium pertranſiunt.ergo motus celi nõ ē ſimplex tamen celum eſt corpus ſimplex.ergo nõ cuiuſlibet corpis ſimplicis eſt motus ſimplex.

3° arguitur omnis motus compoſitus eſt ex partibus quantitatem habentibus. ergo nullꝰ motus eſt ſimplex ſed compoſitus. Ultimo arguitur contra queſitum. Ignis eſt corpus ſimplex tamen mouetur pluribus motibꝫ.quia mouetur motu ſurſum ⁊ motu circulari. ergo vnius corporis ſimplicis non eſt tantuꝫ vnus motus ſimplex. In oppoꝰ eſt phūs in .3° cap° huius primi libri. Pro rūſione ad queſituꝫ

## Sciendum eſt primo

ꝙ poſt ꝙ phūs oſtendit vniuerſum eſſe perfectum rõe ſue corporeitatis ⁊ ratione ſue vniuerſalitatis ratione corporeitatis quia habet tres dimenſiones. ratione vniuerſalitatis quia extra ipſuꝫ nichil ē ſed omnia complectitur.cõter q2 in tertio phiſicoꝝ antiqui dixerunt infinitum eſſe extra quod nichil eſt.ideo poſſet aliquis ſuſpicari ⁊ dicere ipſum vniuerſuꝫ eſſe infinituꝫ.ideo huic opinioni occurrens philoſophꝰ concludit ꝙ preter determinatā perfectionem vniuerſi cõſiderandum eſt an ipſum vniuerſum infinitum ſit ſecunduꝫ magnitudinē vel finitum. ⁊ q2 hoc fieri non poteſt niſi primitꝰ ſciāꝛ partes ex quibus integratur ipſum vniuerſum ⁊ etiam numerus earumdem partium: ideo per prius philoſophus determinat de ipſis principalibus partibus.vniuerſi ⁊ de numero earum. que quidem principaliores partes ſunt ipſa corpora ſimplicia.naꝫ animalia ⁊ plante ⁊ cetera talia ſunt ſecundarie partes que magis pertinent ad bene eſſe eiꝰ ꝙ ad primariā eiꝰ integritatē.



## Sciēduꝫ eſt ſecundo.

ꝙ ad ſciendū numerū ⁊ diſtinctionē principaliū partium vniuerſi.ſ.ſimplicium corpoꝝ ꝓmittit phūs aliqua circa numerū ⁊ diſtinctionē motuuꝫ localium quia motꝰ localis eſt primus omniū motuum.ideo ex diſtinctione ⁊ numero motuuꝫ localiū cõuenientius arguitur diſtinctio corpoꝝ. ⁊ de hac diſtinctione motuuꝫ localiū videbitur in ſequēti cap° ⁊ queſtione.

## Sciēduꝫ eſt tertio:

Cuꝫ philoſopho ꝙ omne corpus phiſicū mobile eſt ſecūduꝫ locū ſecūduꝫ ſui naturā.ſiľiter omis magnitudo naturalis.puta ſuperficies ⁊ linea cõſiderata ꝓut ſunt termini corpoꝝ naturaliū.ita tamē ꝙ corpora per ſe mouentur alie vero ꝑ accn̄s.⁊ hoc capiendo corpus prout corpus eſt de genere ſubſtantie. Et hoc ē quod dicit phūs.omīa phiſica eniꝫ corpora ⁊ magnitudines ſecundum ſe ipſa mobilia eſſe dicimus ſecundū locuꝫ. Et ad eius probationē adducit phūs diffinitionē nature.ex qua ſic argumentaꝛ. Corpora naturalia ſunt que habēt naturaꝫ.ſed natura eſt principiū motus in eis in quibus eſt.ergo corpora naturalia habēt principiuꝫ ſui motus in ſeipſis. ſed q̄cunqꝫ mobilia ſunt quocūqꝫ motu ſunt etiam mobilia localiter licꝫ nõ ecõuerſo eo ꝙ motꝰ localis prior eſt omniū motuū.oīa ergo corpa naturalia naturaliter mobilia ſunt motu locali.

## Sciendum eſt quarto.

ꝙ corporuꝫ naturaliū quedā ſunt mixta ⁊ quedā ſimplicia.vt dicitꝛ 2° phiſicoꝝ.⁊ cuꝫ motus ſit actꝰ mobilis.⁊ actus proportionetur ſuo ꝑfectibili. oportet ipſos motus ꝓportionari omnibꝰ mobilibus.ſ.corpoꝝ ſimplicium.⁊ ideo motus locales eoꝝ que.ſ.naturaliter cõueniūt ipſis ſunt ſimplices.⁊ motus mixtoꝝ mixti. ideo ſi corpora mixta interdū reperianꝛ moueri aliquo motu ſimplici.vt lapis mouetur deorſuꝫ.hoc tn̄ nõ eſt ſecundū naturā propriaꝫ.ſed ſecundū naturam elementi predn̄antiſ in ipſis. Et hoc modo ſanctꝰ Thomas diſtinguit motus ſimplices a motibus mixtis.ſ.ex parte corpoꝝ mobiliū. ita ſcꝫ vt motus ſimplex dicatur qui eſt alicuiꝰ corporis ſimplicis. Albertꝰ tameꝫ aliter diſtinguit ⁊ de hoc videbiꝛ in ſequēti queſtione.

## Sciendum eſt quinto:

ꝙ vt habet Sanctꝰ Thomas.corpus ſimplex ē qđ habet principium alicuius motus naturalis in ſeipſo ſecunduꝫ naturā propriam.ſicut patet de igne qui ē ſimpliciter leuis.⁊ de terra que ē ſimpliciter grauis.⁊ de ſpēbus eoꝝ ſicut flāma dicitur ſpecies ignis.⁊ etiā ſicut ſunt media elemēta.quoꝝ aer hꝫ maiorē affinitatē ⁊ cum igne vt aqua cū terra .ſed corpꝰ mixtuꝫ eſt quod ſecūꝰ ſe ipſuꝫ non habet principiū alicuiꝰ motus ſimplicis. Uel aliter poſſet dici.ꝙ corpus ſimplex ē quod non eſt reſolubile in partes diuerſaꝝ rationuꝫ hoc eſt ſpecieꝝ.ita ꝙ cõpoſitū eſt ex materia ⁊ forma ſimplicibus.ſic ꝙ forma eius nõ gerit in ſe virtualiter ꝑfectiones aliaꝝ formarum ſpecificaꝝ cuiuſmodi eſt forma elemēti vel vniuerſi que ſimplex eſt ſecundū eſſentiā vel virtutem.materia etiā elemēti vel alicuius corporis ſimplicis nõ eſt reſolubilis in plures materias. ⁊ cuꝫ motꝰ ſequatur formaꝫ quoniaꝫ eſt effectꝰ nature.⁊ forma principaliter eſt natura. ſequiꝛ ꝙ corporis ſimplicis hoc eſt hn̄tiſ ſimplicē formaꝫ ⁊ materiaꝫ vnꝰ eſt motus ſimplex.

## Concluſio reſponſiua.

ea que nunc in toto celo ⁊ partibus eius ocu-
lis propriis cōſpicimus. ⁊ cōparemꝰ ea hiis q̄
tradiderūt antiqui aſtrologi in ſcripturis. nō ꝑ
cipiemus mutatū in ipſo celo aliquid. nec ſecū
dum totū nec ſecundū parteʒ. ſed illud eſſe non
poſſet ſi celum alterationi ⁊ corruptioni ſubiice
retur gº ⁊c. 3ᵐ. ſignū eſt ex noīe dato ab anti
quis ipſi celo. quod quidē nomen adhuc du-
rat tempore preſenti. Antiqui eniʒ vocauerunt
celuʒ ethera quaſi ſempiterne currens. quod au
tem ſempiterne currit: ſempiternum eſt. ergo ex
nomine dato ipſi celo ab antiquis videtur ex o
pinione eorum fuiſſe ꝙ celum ſit ſempiternum.
Sed circa illud nomen deceptus fuit Anaxago
ras tribuens hoc nomen igni. ⁊ hoc credens ꝙ
celum ſit de natura ignis. propter hoc interpre-
tatus eſt Anaxagoras ethera quaſi ſempiterne
ardens. Un̄ celuʒ non pōt ſic interpretari. qꝛ. ſ.
in ſe ardeat. ⁊ ſi ſic denoīetur denomīatio ſit ab
effectu. qꝛ. ſ. motu ſuo velociſſimo ⁊ lumine ſuo
perpetuo naturam ſibi propinquā ardere facit
⁊ inflāmat. Et ſic ex iſtis ſignis patēt cōcluſio-
nes p̄dicte. ſcilʒ ꝙ celū ē ſempiternū ingn̄abile
⁊ icorruptibile. ⁊ ꝑ hº pʒ rn̄ſio ad priᵐ argumᵐ.

**Dubitatur primo. Quali**
ter differūt philoſophi a theologis circa produ
ctioneʒ ipſius celi. Dicendum ꝙ tam

philoſophi ꝙ theologi ponũt ipſuȝ eſſe produ-
ctuȝ a deo prima cauſa.nõ quidẽ per gñatiõeȝ
naturalẽ q̃ fit mediãte agente ꝑticulari. ſed per
influxũ ſimplicẽ a primo principio a quo ꝑficit
ſoluȝ eẽ oĩm rerꝝ.ꝛ hoc mõ potuit itelligere Pla
to celũ eſſe genitũ q̇ꝛ ꝓductũ ab aliqua ſupiori
cauſa. Hoc etiã oñdit phũs in methaphi. ſua
in qua ↄcludit ſolũ eẽ vnũ primũ a quo celuȝ ꝛ
tota natura dependẽt. Sed differũt phi ꝛ theo-
logi in fide.nã phi dicũt deuȝ ꝓduxiſſe celuȝ ſi-
bi coeternũ ꝛ nõ ex determiato principio tempo
ris.vt ꝓbatũ ẽ.8º phiſicorꝝ. Theologi ponunt
celuȝ eẽ ꝓductũ a deo ſꝫᵒ ſui totaȝ ſubam ꝛ in a
liquo determiato tpis principio. Contra quod
obiicit Simpliciꝰ tribꝫ rõnibꝫ. Prima. q̇ꝛ deus
ꝓducit celuȝ ſꝫᵒ ſuuȝ eẽ.ꝛ nõ per aliq̃d ei ſupad
dituȝ.cũ gº eẽ ſuuȝ ſit eternũ ꝛ iuariabile ſequi
tur ꝙ celũ ab ipſo ſemꝑ ꝓcedit. Secũda rõ.cuȝ
bonitas dei ſit cauſa rerꝝ ꝛ ex aliquo determia-
to pricipio tpis celuȝ incepit eẽ.ſequit̃ ꝙ boni-
tas eiꝰ fuit ocioſa ꝛ vacãs añquã celũ eſſꝫ q̃d
eſt abſurdũ. Tertia rõ.id quod incepit ſic ꝙ añ
nõ fuerat incepit eſſe ex ordine alicuiꝰ ſupioris
motus.ſed ſupra motuȝ celi nõ eſt aliꝰ mot' ſu
perior.gº celuȝ nõ incepit eẽ. Iſtis tribꝫ ar-
gumentis nititur iſte Simpliciꝰ ꝓbare ꝑpetui-
tateȝ mundi.q̃ tamẽ nõ cõcludũt.yº q̇ꝛ fidei re
pugnant ꝛ veritati ſoluũtur ſic ꝑ ordineȝ. Ad
primã dicit̃ ꝙ illud quod ꝓducit̃ ab aliquo a-
gẽte intelligente ꝛ volente ꝓducit̃.ſicut ꝛ quã-
do ipſũ ꝓducẽs vult ꝛ intelligit. ꝛ nõ ꝓducit̃ eo
mõ quo ipſũ ꝓducẽs ẽ ſꝫᵒ ſuuȝ eẽ. cuȝ igit̃ pria
cauſa q̃ deus ẽ ꝓduxerit celũ ſꝫᵒ ſuuȝ eẽ ꝛ non ꝑ
aliquod ſupadditũ.ꝛ eẽ ſuuȝ non ſit a ſuo itel
ligere ꝛ velle diſtinctũ.ſequit̃ ꝙ produxit celũ ſe
cundũ intelligere ꝛ velle.idõ nõ oportuit ipſuȝ ꝓ
ducere tale quale ẽ eſſe diuinuȝ aũt diuturnum
aut ſibi equale duratione.ſed tale ꝛ tantũ qua
le ꝛ quantũ voluit ꝛ intellexit ipſa cauſa prima
Ad zᵒ dicitur. ꝙ illud ẽ ocioſũ quod nõ cõ
ſequit̃ finẽ ad quẽ eſt ordinatũ.idõ creature eẽnt
ocioſe ſi nõ conſequerẽt̃ dictaȝ bonitatẽ q̃tuȝ
eſt ipſis poſſibile.ſꝫ q̇ꝛ dei bonitas nõ eſt ꝓpter
creaturas yº econuerſo.ideo nunq̃ ꝓpter hoc ẽ
ocioſa diuina bonitas ſi nunq̃ celum aut aliq̃
creaturã ꝓduxiſſet.q̇ꝛ ipſa diuina bonitas ſibi
ipſi eſt ſufficiẽs. Ad ȝᵒ. argumentuȝ dicit̃ ꝙ
bene arguit de eo quod producit̃ ab aliquo ꝑti
culari agente quod nõ ꝓducit totuȝ tempꝰ ꝛ ea
que cuȝ tempore ſimul producunt̃ vel producta
fuerunt.ſed q̇ꝛ prima cauſa eſt agens vl'e quod
ſimul producit ipſuȝ totũ tempꝰ cũ hiis q̃ ſunt
in tempore.idõ celũ nõ in tempore ſed in princi
pio temporis fuit ꝓductuȝ.ꝛ cũ hoc ſtant demõ
ſtrationes phi poſite in precedenti capº que cõ
cludũt celuȝ nõ eſſe productũ per generationeȝ
naturalẽ.ſꝫ nõ ꝓbant nec eſt ꝓbabile quin ad
huc a deo ſecunduȝ ſimplicẽ emanationẽ ipſuȝ
celuȝ fuerit productuȝ.

## Dubitatur ſecundo: An in

Celo ſit materia. Rñdet ad iſtud cõmenta-
tor Auerrois ꝙ nõ dicens ꝙ corpꝰ celeſte ẽ ſub
iectum actuans ad quod cõparat̃ eius aĩa ſi-
cut forma ad materiaȝ.ſed hec rñſio falſa eſt vt
iacet. Nam cũ celum agat in iſta inferiora ne
ceſſe ẽ ꝙ ſit actus vel habẽs actum. ſed non eſt
actus purus.q̇ꝛ ſic eſſet forma ſubſiſtens et ſolo
intell'cu ꝛ nõ ſenſu apprehenderet̃. quare relin-
quitur ꝙ eſt habẽs actuȝ.omne gº tale hꝫ mate
riaȝ.ergo in celo eſt materia. Sed tũc dicen
dum eſt ꝙ materia celi nõ eſt eiuſdẽ rationis cũ
materia iſtorꝝ inferiorꝝ.ſed differt ab ipſa non
quidẽ per aliquid quod faciat cõpoſitioneȝ in
ipſa materia.ſed ꝑ relationẽ ad diuerſos actus
q̇ꝛ forma celi vniuerſalis ẽ in cauſãdo.quod ex
vniuerſali eius operatione põt cõprehendi. ideo
hmõi forma totaȝ poteſtatẽ ſue materie replet
nõ relinquẽs in ea priuationẽ alicuiꝰ alterius
forme.q̇ꝛ oĩs alia forma virtualiter ꝛ effectiue
in forma celeſti cõtinet̃.forme autẽ ipſorꝝ infe-
riorꝝ particulares ſũt q̃tuȝ ad virtuteȝ.ſicut etiaȝ
particulares habent operatões.ꝛ ideo nec replet
totaȝ potẽtialitatẽ ſue materie.ſed cuȝ vna for-
ma eſt in materia ſecũ permittit aptitudinẽ ad
aliaȝ formã cuius ꝑfectionẽ nõ continet emiñẽ
ter hoc eſt cauſaliter ꝛ effectiue.ideo hic ẽ ſermo
de eminẽtia efficientis ſed non cauſe formalis
Quomº aũt differũt ille due eminentie alias
dictum eſt

## Dubitatur tertio. Circa rati

onem ↄcluſionis reſponſiue.in qua dicit̃ ꝙ mo
bilia ñ ſũt ↄtraria quorꝝ motꝰ nõ ſunt ↄtrarii
q̇ꝛ ſi ↄtrarietati motuũ rñderet cõtrarietas mo
biliũ ꝛ econuerſo videret̃ ſequi ꝙ ignis magꝭ ter
re q̃ aque ↄtrariaret̃.q̇ꝛ motꝰ ipſorũ ſimpliciter
ſunt cõtrarii.ↄñs eſt fl'm q̇ꝛ ignis ꝛ terra cõue-
niũt in vna qualitate.ꝛ ñ aqua ꝛ ignis.ad illud
rñdet̃ conformiter vt ad p̃dicta. q̇ꝛ hic agitur
de elementis ſecundũ ꝙ habẽt determiatuȝ ſitũ
in vniuerſo quoniã ſic ↄſtituũt vniuerſũ vt par
tes ꝛ ſecũdum hoc maior contrarietas eſt ignis
ad terrã q̃ ignis ad aquã.licꝫ ↄtrarietas ignis
ad aquaȝ ſit maior ſecũdũ qualitates actiuas
ꝛ paſſiuas .de quibꝰ nõ eſt hic ad ꝓpoſitum.

## Dubitatur quarto circa illud

idẽ.q̇ꝛ nõ videt̃ ꝙ ↄtrarietas motuuȝ ↄſequat̃
ↄtrarietatẽ mobiliũ.nã vna ꝛ eadẽ ſubſtantia
numero ſuſceptiua ẽ ↄtrariorꝝ. vt dicebat̃ i p̃di
camẽtis. Itẽ aer mouet̃ ſurſuȝ exñs in loco a
que.ꝛ deorſuȝ exñs in loco ignis.ꝛ ſic idẽ ↄtra-
riis motibꝰ moueret̃. videtur etiam ꝙ eadem
aĩa mouet̃ motu virtutis ꝛ vicii gº ꝛc. Circa
hoc dicendũ eſt ꝙ phũs vtit̃ hac ꝓpõne ꝙ ſi mo
tus nõ ſũt cõtrarii ꝙ mobilia nõ ſunt cõtraria
nõ aũt ponit econuerſo.ſ.ꝙ mobilia nõ ſũt ↄtra
ria q̇ꝛ motꝰ nõ ſũt ↄtrarii.q̇ꝛ ſi poſſit aliquis di
cere ꝙ omniũ corporꝝ ↄtrarietatẽ hñtiuȝ ſũt cõ
trarii motꝰ:nõ tñ oẽs cõtrarii motꝰ ſunt ↄtrari
orum.ꝛ ↄtra illud obiectiões p̃dicte ꝓcedũt.tñ
ſecundũ rei veritateȝ ↄtrarietas naturaliũ mo-
tuuȝ cõſequit̃ ꝓprietatẽ pricipiorꝝ actiuorꝝ ſiue
formaliũ ad que ſequũtur ꝛ motus.nõ aũt pro
prietatẽ pricipiorꝝ materialiuȝ ꝛ paſſiuorꝝ q̇ꝛ ea
dem materia ſuſceptiua eſt ↄtrariorꝝ idõ alterati
ones que fiunt ex principiis extrinſecis nichil ꝓ
hibet eẽ circa idẽ ſubiectũ q̃uis ſint contrarie.ſi
qua vero alteratio ſit ex principio extrinſeco ſi-
cut ſanatio oꝫ ꝙ ↄtrarietas taliũ alteratioᵒ cõ
ſequat̃ ↄtrarietatẽ mobiliũ ꝛ eadẽ rõ ẽ de moti
bus localibꝰ. Ad illud vero ꝙ obicit̃ de aere di
citur ꝙ nõ ẽ ↄtradictio i oĩbꝫ q̇ꝛ oppoſitorꝝ ẽ ꝙ
ſint in idẽ ꝛ ſꝫᵒ idẽ ꝛ reſpctũ eiuſdẽ q̃ ſũt de rõe
eiꝰ.motꝰ aũt aeris naturalis nõ eſt ſurſuȝ ꝛ deor
ſuȝ reſpectu eiuſdẽ.ſꝫ ſurſuȝ reſpectu aque ꝛ terre
deorſũ reſpectu ignis. Uñ tales motus nõ ſunt
ↄtrarii q̇ꝛ nõ ſunt ad cõtraria loca ſꝫ ad eundẽ

## Dubitatur quinto de hoc quod di

cit phũs ꝙ omẽ alterabile ẽ augmẽtabile ꝛ dimi
nuibile hoc videt̃ eẽ falſũ.nã augmẽtatio fit ꝑ
aduentũ alicꝰ extrinſeci ↄuerſi in ſubaȝ aliti. ꝛ
hoc nõ põt ↄuenire niſi plãtis ꝛ aĩalibꝰ gº ꝛc.

Dicendũ ẽ breuiter ad dubiuȝ ꝙ phũs capit
augmẽtũ ꝛ decrementũ gñaliter ꝓ oĩ motu qui
ẽ ad maiorẽ vel minorẽ q̃titatẽ.ꝛ ſic ſe extendit
ad rarefactionẽ ꝛ ↄdenſatõeȝ .nec ꝓpter hoc im
pedit̃ rõ phi.nã ſicut augmẽtatio ꝛ diminutio
ꝓprie nõ fiũt niſi cũ alteratõe.ita nec rarefactõ
ꝛ ↄdẽſatio fiũt ſine alteratiõe ꝛ hec de zº pũcto

## Ad rationes ante oppoſituȝ

q̃ſtionis. Prima ſoluet̃ ex prio notabili. Ad
ſecũdã rñdet Auerrois ꝙ in celo nõ ẽ virtus
ad eẽ ſꝫ dũtaxat ad motũ ſecũdũ locũ.ſꝫ in hoc
manifeſte videt̃ ↄtradicere phõ qui in .zº me-
thaphi. ponit virtutẽ in ſempiternis ad hoc vt
ſemꝑ ſint.iſte aũt fuit deceptꝰ q̇ꝛ extimauit vir
tutẽ eſſendi ſolũ ꝑtinere ad potẽtiã paſſiuam.ſ.
materiã cũ tñ magꝭ ꝑtineat ad formã gº vnũ
quodq̃ȝ eſt ꝑ ſuã formã. idõ taȝ diu habꝫ vnaq̃
q̃ȝ res eẽ quãta ẽ vis forme.idõ aliter ẽ dicendũ
id ꝙ requirit virtutẽ infinitã oꝫ eẽ infinitũ.infi
nitũ aũt ꝛ finitũ vnũquodq̃ȝ dicit̃ ſꝫᵒ ꝙ quan
tũ.ſꝫ cũ ↄſtat ꝙ ipſũ eẽ alicꝰ rei ↄſideratũ abſo
lute nõ ẽ quãtũ ſi ↄſtat ipſũ nõ habere ꝑtes ſꝫ
totũ ſimul ẽ.hñ tñ ↄtingit ꝛ accidit ei ꝙ ſit quã
tuȝ ꝛ hoc dupliciter ↄtingere põt ſꝫᵒ durationẽ
inq̃tũ ſubm ẽ motui ꝛ ꝑ ↄñs tẽpori ſicut eſt eſſe
rerꝝ variabiliũ.vñ virtꝰ eẽndi corporis celeſtis eẽ ſubiectũ ẽ
motui variari nõ põt niſi ꝑ durationẽ finitã q̇ꝛ
tale finitũ eſt ꝑ durationẽ finitã. Alioº eẽ cuiꝰ
libꝫ rei põt dici infinitũ ꝑ accidẽs ſicut quãtuȝ
ex ꝑte.ſ.ſubiecti q̃d hꝫ determiatã q̃titatẽ. Dicẽ
duȝ ẽ gº ꝙ eẽ celi nõ eſt ſubm variatõis ꝛ tpis
idõ non ẽ q̃tuȝ q̃titate duratiõis.ꝛ ꝑ ↄñs nec fi
nitũ nec infinitũ nec ꝑ ſe nec ꝑ accidẽs. ẽ aũt q̃
tuȝ ſꝫᵒ q̃titatẽ corporis exñtis q̇ꝛ corpꝰ cuius ẽ
eſt finitum.ꝛ ſecundum hoc eẽ eſt finitum.ſic er
go virtꝰ eẽndi corpis celeſtis hoc mõ finita ẽ ꝛ ip
ſuȝ finitũ ẽ.idõ nõ ſe extẽdit infinite hoc eſt vſq̃ȝ
ad infinita.nõ tñ ſequit̃ ꝙ ſit determiatũ ad eẽ
temꝑe finito q̇ꝛ finitũ ꝛ infinitũ ipi nõ accidũt
loquẽdo de infinito ſꝫᵒ tempꝰ q̇ꝛ nõ ſubiicitur
variationi aut tẽpori ſed ſuũ eẽ mẽſurat̃ eo ꝙ
eſt in primo euiterno.verũtamẽ virtꝰ eiꝰ finita
eſt nõ ſe extendẽs ad infinita q̇ꝛ magnitudo ce
li cuiꝰ eſt finita eſt ꝛ ideo eẽ eiꝰ finituȝ eſt ex ꝑte
mobilis.ꝛ eiꝰ duratio trãſcendit omẽ genꝰ q̃ti
ꝛ infiniti vel finiti ꝓprie ꝛ illud nõ videbatur
iſti Aueroi. Tertia ſoluta ẽ ex dictis in .zº du
bio. Ad quartã dicit̃ ꝙ nõ eſt alterabile alte
ratiõe corruptiua que fit ab abiectiõe alicuius
forme ſed hñ eſt alterabile alteratiõe ꝑfectiua q̃
fit retinẽdo formã ſine abiectõe alteriꝰ. Se
quit̃ in textu. Quod aũt nõ eſt circulatiõi ꝛc.

## Queritur octauo. Utrum

Motui circulari ſit aliquis motꝰ ↄtrarius. Ar
guit̃ ꝙ ſic.nã motui recto eſt aliquis ↄtrarꝰ gº
ꝛ circulari.ↄña tenꝫ a ſiſi. zº arguit̃. motꝰ
circulares facti in eodẽ circulo ſe inuicẽ impedi
unt gº ad inuicẽ cõtrariant̃. In oppoᵒ eſt.p.
in hoc capº huiꝰ primi tractatꝰ ſic dicens. Quod
aũt circulationi nõ eſt ↄtraria latio alia ex mul-
tis vtiq̃ȝ quis accipiet fidẽ. Pro rñſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

q̃ phũs oñdit ꝙ neceſſe ẽ aliquod corpꝰ eſſe p̃-
ter quatuor elemẽta.ꝛ oñdit differẽtiam hmõi
quĩti corporis a quatuor elementis.ↄñr oñdit
ꝙ integritas vniuerſi requirit aliquod corpus
ſimplex p̃ter quatuor el'a ꝛ illud ẽ quintũ corpꝰ
dicẽs ꝙ ſicut ex dictis ꝓbatũ eſt ꝙ preter corpa
grauia ꝛ leuia ponendũ eſt quintum corpꝰ. Ita
etiã manifeſtũ eſt ꝙ impoſſibile eſt eẽ maioreȝ
numerꝝ ſimpliciũ corporꝝ. Quia ſicut ſupra di-
ctuȝ ẽ neceſſe ẽ ꝙ cuiꝰlibꝫ corporis ſimplicis ſit
aliquis motꝰ ſimplex.ſꝫ nõ ẽ aliquis motꝰ ſim
plex preter ꝑdictos.quorꝝ vnus eſt circularis
aliꝰ rectꝰ qui in duas ꝑtes diuidit̃.nã rectoruȝ
quidã eſt a medio qui dicit̃ ſurſũ. aliꝰ ad medi
uȝ qui dicit̃ deorſuȝ ille aũt qui ẽ circularis ẽ pri
mi ꝛ ſupmi corꝑis.idõ relinquit̃ ꝙ p̃ter predicta
corꝑa ſimplicia nõ ſit aliq̃d aliud corpꝰ ſimplex
ꝛ ita itegritas vniuerſi ex illis .5.corpibꝰ ↄſiſtit.q̇ꝛ
p̃ter iſtos tres motꝰ.ſ.a meº ad meᵒ ꝛ circa me
diũ nõ ẽ aliꝰ motꝰ .ꝛ ideo ex ꝑte motus cõclu-
ditur integritas vniuerſi ex illis quinq̃ȝ corꝑibꝰ
quorꝝ quatuor mouent̃ recte.ꝛ aliud circulari-

ter.ſed qꝛ phūs ꝓbādo celū ēē ingenitū ⁊ incoꝛruptibile ſuppoſuerat ꝙ motui circulari nullꝰ ſit motꝰ cōtrarꝰ.iō in pn̄ti capꝰ hoc oñdit.ꝑ qꝰ.

**Sciendum eſt ſecundo** Q multipliciter ymaginari poſſumus ꝙ aliquis motꝰ ſit cōtrarꝰ motui circulari. Unoꝰ ꝙ ei opponatˀ motꝰ rectꝰ.vt puta.motui facto ſupꝛa diametꝝ motꝰ factꝰ ſupꝛa ſemicirculū.ſi enīʒ vt hʒ textꝰ motui circulari aliqs motꝰ opponereť maxie videreť ēē motꝰ rectꝰ.qꝛ linea recta vnā fractionē hʒ.linea aūt circularis ꝑ totuʒ videť habere fractionē.⁊ ſʒꝰ hoc rectū ⁊ circulare videnť ēē ꝯtraria. Itē videť etiā ex alio.qꝛ figura diuidiť ꝑ rectā ⁊ circularē tanꝙ ꝑ differentias cōtrarias.gꝰ videť ꝙ motꝰ recꝰ maxime ſit ꝯtrarꝰ motui circulari. zꝰ mō ymaginari poſſumꝰ ꝙ in ꝑtibus circulatōis eēt ꝯtrarietas ⁊ hoc multipliciter.Unoꝰ ꝙ motꝰ facti ſuꝑ eundē ſemicirculuʒ terminis trāſpoſitis ad inuicē erūt ꝯtrarii. Alioꝰ ꝙ motꝰ facti ſuꝑ ſemicirculos diuerſos ex eadē ꝑte dyametri deſcriptos ad inuicē ꝯtrariantur. Alioꝰ ꝙ motus facti ſuper vnū ſemicirculū eſſent ꝯtrarii alii motui facto ſupꝛa ſemicirculū ex oppoſita ꝑte ſemi circuli deſcriptū. 3ꝰ mō ⁊ minus pꝛīcipaliter ymaginari poſſumꝰ ꝙ vna tota circulatio alteri toti circulatōi ꝯtrariť. Illis modis ⁊ nō pluribꝰ ymaginari poſſumꝰ motui circulari aliquē motū ēē ꝯtrariū.vbi.

**Sciendum eſt tertio** Q ad ꝯtrarietateʒ motuū localiū duo requirunť. Primū ē ꝙ ſint ad loca ꝯtraria.⁊ hꝰ rō ē. qꝛ ꝯtrarietas eſt oppoſitio ſʒꝰ formā.mō motꝰ cauſat formā ⁊ ſpeciē a termīo ad quē.iō illi motꝰ ſunt ꝯtrarii quoꝝ termī ꝯtrariānť.Secūdū quod requiriť eſt qꝛ ꝯtraria ſʒꝰ locū ſunt q̄ maxie diſtāt ſʒꝰ locuʒ.⁊ ſʒꝰ locū maxia diſtātia inter aliqua mēſurari oʒ ꝑ lineā rectā q̄ finita ē ⁊ recta. iō ſeqť ꝙ illi motꝰ fiāt ſʒꝰ lineā rectā. qꝛ ſola linea recta inter duo pūcta ē finita.qꝛ nō ſūt niſi vna recta ſʒ linee curue infinite deſcribi poſſunt inter duo puncta.⁊ ita ꝯtrarietas in motibꝰ localibus oʒ attendi ſecūdū lineā rectā. Et hoc eſt qđ dicit phūs .5ꝰ phiſicoꝝ .ꝙ ꝯtraria ſʒꝰ locū ſūt q̄ ſʒꝰ rectitudinē diſtant plurimū . Quo notato ſit.

**Concluſio pꝛima.** Motui circulari nō ꝯtrariať motꝰ rectꝰ. Probať nā motui recto ꝯtrariať motꝰ rectꝰ.gꝰ nō circularis.tenet ꝯñā nā tantū vnū vni ē ꝯtrariuʒ. ⁊ ſic pʒ ꝙ motꝰ factꝰ ſupꝛa dyametꝝ nō ꝯtrariať motui facto ſupꝛa ſemicirculū. Et ex hac ꝯcluſiōe poſſet inferri ꝙ motui circulari nullꝰ ſit motꝰ ꝯtrarꝰ.qꝛ cū motui circulari maxie videatur opponi motus rectꝰ.⁊ tñ nō ſibi opponiť.ſeqť ꝙ nullus aliꝰ motꝰ ſibi ꝯtrariať. ꝑ locū a maiori.

**Concluſio ſecunda.** Motꝰ facti ſupꝛa diuerſos ſemicirculos ex eadeʒ ꝑte dyametri deſcriptos ad īuicē nō ꝯtrarianť. Probať naʒ ſupꝛa eādē dyametrum poſſūt deſcribi īfiniti circuli ⁊ ſic vnū īfinitis ꝯtrariareť qđ eſt impoſſibile.Et ſic poſſʒ ꝓbari ꝑcedēs ꝯꝰ.ſ.ꝙ motꝰ factus ſupꝛa dyametꝝ nō ꝯtrariať motui facto ſupꝛa circulum.Nec valet ſi dicať ꝙ motꝰ factꝰ ſupꝛa vnū ſemicirculum ꝯtrarieť motui facto ſupꝛa aliuʒ ſemicirculum ⁊ nō motibꝰ factis ſupꝛa quēlibʒ.nā in ꝓpoſito vt dictū ē attēdiť ꝯtrarietas ex ꝑte termioꝝ.⁊ iō eadē eſt rō ꝙ motꝰ vnꝰ cōtrarieť motui qui eſſet ex oppꝰ termīo ⁊ omnibꝰ aliis in eundem terminū.

**Concluſio tertia:** Motꝰ facti ſupꝛa eundē ſemicirculū termīs trāſpoſitis nō ſūt ad inuicē ꝯtrarii. Patʒ.nā nō fiūt ſʒꝰ lineā breuiſſimā.ſed ꝯtrarietas in motibꝰ localibꝰ oʒ attendi ſʒꝰ lineā bꝛeuiſſimā.gꝰ ⁊c.

**Concluſio quarta:** Motꝰ facti ſupꝛa diuerſos ſemicirculos eiuſdē totalis circuli nō ſūt ad inuicē ꝯtrarii. Patet ꝑ rōeʒ imediate factaʒ. Pʒ etiā aliūde.nā illi motꝰ poſſūt ad inuicē cōtinuari motꝰ aūt ꝯtrarii ad inuiceʒ non ꝯtinuanť.vt diciť.5ꝰ phiſicoꝝ.gꝰ ꝯꝰ vera.

**Concluſio quinta** eſt iſta.ꝙ vna totalis circulatio nō ꝯtrariať alteri totali circulatōi. Pʒ.nā illi motꝰ ſūt ab vno terīo in eundeʒ terminū.gꝰ nō ſūt ꝯtrarii.Teʒ ꝯñā. nā motꝰ ꝯtrarii oʒ ēē a ꝯtrariis terīs in ꝯtrarios terios. vt diciť.5ꝰ phiſicꝝ. zꝰ ꝓbať ꝯꝰ qꝛ vel illi duo motꝰ eſſent ſʒꝰ eundē circulū vel ſʒꝰ diuerſos. Nō pōt dici ſʒꝰ.qꝛ tūc nō eſſent ꝯtrarii.nā contraria habēt fieri circa idē.nec pōt dici pꝛꝰ. qꝛ vel eſſʒ in eodē mobili vel in diuerſis.nō in eodeʒ.nā ideʒ moueret ſimul ꝯtrariis motibꝰ.nec in diuerſis.qꝛ vel illi motꝰ eſſent eque fortes vel vnus eēt fortioꝛ alio.ſi eēnt eque fortes tūc mutuo ſe impedirent ⁊ ſic ambo mobilia eſſent fruſtra.vel vnꝰ dñareť alteri ⁊ tūc vnū mobile eſſʒ fruſtra qꝛ nō moueret ſicut fruſtra ē calciamētū cuꝰ nō eſt calciatio.mō deꝰ ⁊ naťa nihil faciūt fruſtra vt dicit textꝰ.Et ſic nō pōt dici ꝙ illi motus ſint ꝯtrarii.Et ꝑ ꝯñs pʒ ꝙ motui circulari nullus pōt eſſe motus ꝯtrarius. gꝰ ⁊c.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**

Ad pꝛimā negať ꝯñā.et dicať ꝙ nō ē ſile.qꝛ in motu recto ſūt duo pūcta maxie diſtātia ſʒꝰ rectū.ſʒ hoc nō eſt veꝝ in motu circulari. Ad ſecundā diciť ꝙ qꝛ mobile motu recto ē coꝛruptibile.iō pōt īpediri a ſuo loco ⁊ motu naťalibꝰ ⁊ q̄to plꝰ impediť tantū tendit in coꝛruptioneʒ ſed mobile motu circulari nō eſt coꝛruptibile iō nō pōt impediri a ſuo motu naťali. Uerūtñ ad hoc ꝙ motꝰ ſint ꝯtrarii oʒ ꝙ ſint ad ꝯtrarios termios ſiue ad loca ꝯtraria ⁊ ſʒꝰ lineā breuiſſiāʒ vt dictū ē. Seqť ī textu. Sʒ quoniā māifeſtū eſt de his ⁊ de reliquis ⁊c.

**Queritur nono: Utrum Sit** aliquod coꝛpus circulariter motuʒ infinitum.

Arguiť ꝙ ſic.naʒ motor celi eſt infinite virtutis.gꝰ celuʒ eſt infinite magnitudīs. tenet ꝯñā nam motoꝛis ad mobile debet ēē aliqua pꝛopoꝛtio.mō infiniti ad finituʒ nulla eſt ꝓpoꝛtio gꝰ ⁊c. zꝰ aliquod coꝛpꝰ circulariter motū eſt finitū.ideo eſt aliquid infinitū.tenet ꝯñtia qꝛ ſi vnuʒ oppoſitoꝝ eſt in reꝝ natura ⁊ reliquum 3ꝰ ſi celū eſſet finitū magnitudine extra celū eſſet ſpaciū infinitū.⁊ cū hmōi ſpaciū nō poſſit eſſe vacuuʒ.ſequitur ꝙ eēt repletū coꝛꝑe infinito.ſʒ nō recte moto gꝰ circulariter. Ad oppꝰ eſt phūs in .1ꝰ cap.ſecūdi tractatꝰ ſic dicētis ꝙ quidē igitur neceſſe eſt ꝙ circūfertur coꝛpꝰ finituʒ ēē omē ex his palā. Pro rñſiōe ad q̄ſitū

**Sciendum eſt pꝛimo.ꝙ poſt** ꝙ phūs oñdit ꝑfectionē vniuerſi ex quibus ꝑtibus ⁊ quot perfectio eius integratur. ꝯñť inquirit de infinitate ipſiꝰ.nā vt dictū eſt .3ꝰ phiſicꝝ. quidā rōneʒ perfecti attribuerunt infinito.⁊ qꝛ aliquid dicitur infinitū tripliciter. Unoꝰ ſecundū magnitudinē. zꝰ mō ſʒꝰ multitudinē. Et 3ꝰ mō ſʒꝰ durationem.Ideo pꝛimo inquirit an vniuerſuʒ ſit infinitū ſecundū magnitudinem. zꝰ vtꝝ ſit infinitū ſʒꝰ multitudinē. Et 3ꝰ vtrū ſit īfinitū ſʒꝰ durationē. Et hꝰ cōſiderōnis rōnem aſſignat phūs ex diuerſitate que accidit ꝓpter poſitionē infiniti.qꝛ quidā poſuerūt īfinitū ēē.que quidē poſitio diuerſitatem inducit circa oēm materiaʒ naťaleʒ ⁊ fuit pꝛincipiū oīm ꝯtradictōuʒ inter illos qui aliquid enūciauerūt.Illi enī qui poſuerūt vnū materiale pꝛincipiū infinituʒ poſuerūt alia fieri quaſi ꝑ ſeparatōeʒ ab illo.⁊ pꝛopter infinitateʒ illiꝰ pꝛincipii dixerunt etiā infinitas eſſe reꝝ generatōes.vt ſi aliquis diceret ꝙ ex infinita maſſa paſte poſſint fieri panes in infinitū.Illi vero qui poſuerūt pꝛincipia finita vt Empedocles dixerūt gñationes fieri in infinitū ꝑ reciꝓcā ꝯgregatōeʒ ⁊ ſegregationē elementoꝝ.

**Sciēduʒ eſt ſecundo ꝙ cau**ſaʒ quare tanta differētia inter phōs ſequiť ex poſitione infiniti aſſignat phūs.qꝛ qui modicū trāſgreſſus a veritate diſcedēs fit longe plꝰ decies milies.⁊ hoc ē qđ ſepe diciť ꝙ parꝰ erroꝛ in pꝛincipio magnꝰ eſt in fine. qꝛ oīa ſubſequētia depēdent ex pꝛīcipiis.vt Democritꝰ inducēs numeꝝ in q̄titate continua deſtruit maximas pꝛopoſitionū mathematicaliū.Et hoc etiā maxie apparet in erroꝛe viaꝝ.qꝛ qui paꝝ elongať a via recta pꝰ hoc ꝯtinue ꝓcedēs multo longiꝰ efficiť ab ea ⁊ ab eꝰ termio.⁊ huiꝰ cauſa ē nā pꝛincipiuʒ q̄uis ſit modicū in magnitudie ē tñ maxiꝰ ī virtute.ſicut ex modico ſemie gñať magnū aīal vel arboꝛ magna.qꝛ gꝰ oēs qui locuti ſūt de infinito poſuerūt ipʒ ēē pꝛincipiū vt dictū ē.3ꝰ phiſicꝝ.in ꝯditionibꝰ infiniti datis ab antiquis ideo oʒ ipʒ ēē magnū in virtute. ⁊ cū hmōi infinitū ſit maxiꝰ in q̄titate ex quo īfinitū ē:ſi pꝛīcipiuʒ qđ ē minimꝰ ī q̄titate faciat magnā dīāʒ in ſeq̄ntibꝰ qꝛ magnū eſt ī virtute: mlto magis infinitū qđ nō ſolū excedit in virtute pꝛīcipii ſʒ etiā in q̄titate.iō ꝯuēiens ē phō naťali facere ꝯſiderationē de īfinito an ſit aliqđ coꝛpꝰ īfinitū vel nō.qualiter aūt in hoc.1ꝰ libꝛo ⁊ in .3ꝰ phiſicꝝ. differēter agať de īfinito ſatis dictū ē ibidem.

**Sciēduʒ eſt tertio** Q ſi ſit aliqđ coꝛpꝰ infinitū necē eſt ipʒ ēē ſimplex vel ꝯpoſitꝰ qꝛ oē coꝛpꝰ eſt ſimplex aut cōpoꝰ.qꝛ tantaʒ hʒ q̄titatē cōpoſituʒ q̄ta ē q̄titas ſimpliciū ex quibus cōponiť.iō ſi ſimplicia coꝛꝑa finita ſint mltitudie ⁊ magnitudine oʒ ꝙ cōpoſiꝰ ſit etiā finituʒ.qđ aūt ſimplicia ſint finita mltitudie iā ſupꝛꝰ ꝓbatū eſt. Reſtat gꝰ videre ſolū vtꝝ aliqđ coꝛpꝰ ſimplex poſſit ēē infinitū magnitudie. Et pꝛīo vidēdū eſt de coꝛꝑe circulariter moto qđ ē pꝛimū inter coꝛꝑa ſimplicia. Pro quo ponitur.

**Concluſio Reſponſiua.** Impoſibile eſt coꝛpꝰ circulariter motū ēē infinitum Probať ſex rationibꝰ textꝰ. Pꝛīa rō. Si coꝛpus circulariter motū eſſet infinituʒ impoſſibile eēt ipſuʒ moueri circulariter.ſʒ hmōi coꝛpꝰ pꝛꝰ circulariter moueť igiť ⁊c. Pꝛimā ꝑteʒ añcedētis ꝓbat phūs.nā ſi ſit aliqđ coꝛpꝰ circulare infinituʒ ducātur due linee.ſ.a.⁊.b.a cētro ipſiꝰ.⁊ extendanť ad extenſionē eius.hoc ē in infinitū. et a.moueať cōtinue.b.vero quieſcat.Tūc arguit ſic phūs. ad hoc ꝙ hmōi coꝛpꝰ circuieat necē eſt lineaʒ.a.ꝑtingere ad ſitū ipſiꝰ.b.ſʒ hoc ē impoſſibile.qꝛ inter ipſas ē infinita diſtātia.qꝛ hec eſt naťa lineaꝝ egredientiū ab eodē centro ꝙ q̄to a centro plꝰ diſtant tanto plꝰ a ſe inuicem recedūt.⁊ ita ſi recedūt in infinitū a cētro in īfinitū a ſe inuicē diſtabūt.cū gꝰ infinitū nō ſit ꝑtrāſibile.ſequiť ꝙ ſi tale coꝛpꝰ ē infinituʒ nō poterit moueri circulariter. Secūdaʒ ꝑtē declarat dupꝉr. Pꝛīo qꝛ ad ſenſū videmꝰ coꝛpꝰ celeſte moueri circulariter. zꝰ qꝛ ꝓbatū ē ꝙ motꝰ alicui coꝛpoꝛi eſt naťalis ⁊ nō alicui eoꝝ.gꝰ coꝛpi celeſti Pro ſecūda rōe ſuppoiť pꝛīo. ꝙ ſi a tꝑe finito auferať tꝑs finitū reſiduū erit finitū.zꝰ ſuppōitur ex hitis in 6ꝰ phiſicoꝝ ꝙ motꝰ magnitudo ⁊ tꝑs ꝯſiliter ſe hʒ ad ēē finitū ⁊ infinitū. Tūc arguiť ſic.ſi coꝛpꝰ circulare ſit infinitū extra eiꝰ centrū deſcribať linea.a.b.ex vtraq; ꝑte īfinita ⁊ immobilis.⁊ a cētro illiꝰ coꝛpoꝛis ducať linea g.e.q̄ mouēdo ꝯpleat circulū in coꝛꝑe celeſti.cū gꝰ celū in .24.hoꝛis voluatur:tꝑs in quo linea g.e.trāſit lineaʒ.a.b.erit finitū qꝛ circuiēdo totuʒ celuʒ necē ē circuire totā lineaʒ.a.b.⁊ ꝑ ꝯñs linea.a.b.eſſet finita per ſuppoſitionem factam

⁊ cum linea.a.b. denotet extentionem predicti corporis ſequitur predictum corpus eſſe finitum. Pro tertia ratione ſupponitur ꝙ ſi vna magnitudo iuxta aliaꝫ moueatur tunc ille due magnitudines eque cito ⁊ ſimul ſe inuicem abſoluūt.ſiue ambe moueātur ↄtra ſe inuicē. ſiue vna quieſcat ⁊ alia moueat̃.nec eſt differentia niſi in hoc ꝙ ſi ambe cōtra ſe inuicē moueātur velotius abſoluentur ſuppoſito ꝙ ſit equalis velocitas vtrobiqꝫ.⁊ ita ex hac ſuppoſitione ſequitur ꝙ ſi linea infinita pertrāſeat finitaꝫ in eodem tempore ab eadē pertrāſitur. 2º ſupponitur ex.6º phiſicoꝝ.ꝙ ſpaciū infinituꝫ pertranſiri nō poteſt tempore finito.Tūc arguitur ſic.tempore finito ſcꝫ.24.horaꝝ celuꝫ pertrāſit circulum deſcriptum circa centruꝫ mundi.ergo in eodem tempore ab illo codeꝫ circulo pertranſitur.⁊ per ↄñs ipſum celum non eſt infinitum.

Quarta ratio.corpꝰ circulare ē figuratuꝫ q2 circulus eſt figura.quod autem eſt figuratuꝫ eſt finitum q2 figura eſt que termio vł termīs clauditur.omne vero tale eſt finituꝫ. Quinta rō pro qua fingetur centruꝫ in corpe circulari ⁊ ſit g.per quod producat̃ linea.a.b.ex vtraqꝫ parte infinita.deinde ducatur alia linea extra centꝝ predicti corporis ⁊ ſit.e. ⁊ ꝑpendiculariter interſecet illam lineam.a.b.⁊ ille due linee quieſcāt deinde producātur alie due linee a centro corporis que ſit.g.ꝫ.infinita verſus.ꝫ.⁊ moueatur ad motum predicti corporis. Tunc arguitur ſic ad hoc q2 hmōi corpus circueat̃.neceſſe eſt lineam.ꝫ.pertranſire lineā.e.⁊ lineam.a.b. ſed hoc eſt impoſſibile cū vtraqꝫ pars ipſaꝝ ſit infinita ergo ſi corpꝰ celeſte eēt infinitū non moueret̃ circulariter.cuꝫ gº ad ſenſuꝫ pateat circulariter moueri.gº Sexta rō ſi celū eſſet infinitū tūc circueūdo tranſiret ſpaciū infinitum.ſed ſi ſpaciuꝫ eſſet infinitū ita eſſet tempꝰ.ergo non moueb̃it niſi in tpe infinito cuius oppoᵐ pꝫ ad ſenſum. Aliter poteſt formari rō oſiue.q2 tēpus ī quo celum circuit eſt finitū ergo ſpaciū eſt finitum ⁊ per conſequens mobile.q2 tempus mobile ⁊ ſpacium ſimul diuiduntur.Sed circa iſtas rōnes.

## Dubitatur primo. An ſit aſ

ſignare centrum in corpore infinito circulari.ſi enim eſſet vt videntur ſupponere rōnes ſequit̃ ꝙ non eſſet infinitum.q2 centꝝ equaliter diſtat ab extremis.hoc autem nō cōſtat ī infinito. gº ⁊c̨. Ad hoc dicitur ꝙ ſi corpus infinitū moueret̃ circulariter oporteret ī ſpacio aſſignare cētrum.q2 omnis motꝰ circularis procedit a centro immobili. Sed ſi quereret aliquis an in tali infinito corpore eſſet dare medium. Rñdetur ꝙ mediuꝫ dicitur dupliciter.Unoº poſitiue.quod.ſ.equaliter diſtat ab extremis Alio modo dicitur negatiue.ſ. quod non plus accedit ad vnum extremū ꝙ̄ ad aliud. ⁊ hoc modo bene daretur mediuꝫ ymo infinita darēt̃.Uno vt dicit phūs implicat dicere ꝙ ſit corpꝰ īfinde circulariter motū.q2 inꝙ̄tū infinitū careꝫ medii poſitio ⁊ inꝙ̄tū motū circulariter hꝫ tale mediū

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ ſi motor celi ſit infinite virtutis.nō oportet celum eſſe infinitum. q2 talis motor mouet per intellectum ⁊ voluntatē. ⁊ nō mouet motu naturali ſꝫᵐ extremū ſui poſſe. Et ad ꝓbationē cum dicitur ꝙ motoris ad mobile debet eſſe proportio.nō oportet ꝙ ſit ꝓportio equalitatis ſeu īequalitatis.oꝫ enī in omni motu mouēs excedere reſiſtentiaꝫ moti. Ad ſecūdā negat̃ ↄñtia ad eiꝰ ꝓbationē dicitur ꝙ illud habet veritateꝫ de contrarie oppoſitis.⁊ adhuc non oportet ꝙ ſi vnum ſit in reꝝ natura ꝙ propter hoc alteꝝ ſit.ſed ſufficit ꝙ poſſit eſſe vt dicitur in pº ꝑdicamētis ꝙ eadē eſt potētia contrarioꝝ. Ad tertiaꝫ negatur ↄña.q2 extra celuꝫ nichil eſt niſi ſꝫᵐ ymaginationē. ymagīatōi autem nō oꝫ credere.yº eſt incōueniēs vt dicit̃ 3º phiſicoꝝ. Sequitur in textu. Sed adhuc neqꝫ quod ad mediuꝫ neqꝫ quod a medio fertur infinitū erit.

## Queritur decimo: Utrum

Poſſibile ſit aliquod corpus ſimplex recte motum eſſe actu infinitum. Argui ꝙ ſic auctoritate phī in 2º de aīa qui dicit ꝙ ſi igni apponeretur infinitum cōbuſtibile in infinitū cōbureret ⁊ augmentaretur.⁊ tamē eſt corpus ſimplex recte motum gº. Ad oppoᵐ eſt phūs dicens in 4º capitulo huiꝰ ſecūdi tractatus.ſꝫ adhuc neqꝫ quod ad mediuꝫ neqꝫ quod a medio fert̃ infinitū eſt. Pro rñſione ad queſitum.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs determinauit de corpore ſimplici circulariter moto ꝙ nō poteſt actu eſſe infinitū. ↄñr hoc idem probat de recte moto.Et primo ex parte locoꝝ que ipſis corporibꝰ recte motis ꝓpria ſunt .2º ex parte grauitatis ⁊ leuitatis eorum.

Pro prima ratione ſupponit phūs ꝙ omis motus rectus ſimplex vel eſt ſurſuꝫ vel deorſum

Supponit ſecundo ꝙ motꝰ ſurſū ⁊ deorſum cōtrarii ſunt.q2 ſunt ad loca contraria.vt habetur.5º phiſicoꝝ.Ex quo ſequitur ꝙ ſurſum ⁊ deorſum ſunt finita ⁊ determinata:ergo corpora q̄ in hmōi loc̨ ſunt:ſunt finita etiā ⁊ determinata.nam cum contraria maxime diſtant adinuicem.⁊ in infinit̨ nō ſit dare maximuꝫ. ſequit̃ ꝙ cum hmōi loca ↄtraria ſint ꝙ ſint finita ⁊ determinata. Pretermiſſa autem hac ꝓbatione tā ꝙ̄ euidente ⁊ manifeſta alia ꝓbatione vtitur.ꝓ q̄ ſuppōit tertio ꝙ ſi vnuꝫ ↄtrarioꝝ determinatuꝫ ē ⁊ finitū reliquuꝫ determinatū erit ⁊ finitū q2 cōtraria ſūt viuꝰ generis ⁊ vnius potētie.

## Concluſio reſponſiua. Im

poſſibile eſt aliquod corpus recte motuꝫ ſimplex eſſe infinitum. Probat̃.naꝫ medium mundi quod eſt terminꝰ motus deorſuꝫ finitū eſt ⁊ determinatū.ergo locꝰ ſurſuꝫ qui ē ſibi cōtrarius finitus eſt ⁊ determinatus. ⁊ per ↄñs corpora in hmōi locis locata finita erunt et determinata. Aſſumptū ꝓbat phūs.nā vnūquodqꝫ ſimplex qd' eſt de natura coꝝ que ſubſtant ſi deorſuꝫ feratur tendit ad aliquid determinatū.a quo ſi recedat aſcendere dicitur.⁊ oꝫ hoc eē medium mūdi.gº mediū mundi ē determinatū.⁊ ꝑ ↄñs ſurſuꝫ ē determinatū. Ex quo ſequitur ꝙ locus medius inter ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ finitus eſt. gº corpora ibi poſita finita erunt. Probat̃ ↄña. nam ſi locꝰ medius eſſet īfinitꝰ.tūc motus de ſurſum in deorſum eēt infinitus vel econtra.quod ꝓbatur.6º phiſicoꝝ eē impoſſibile. Et ꝓbatur ex alio.nam corpora que naturaliter mouētur ſurſum ⁊ deorſum.naturaliter inclinant̃ ad eē ſurſum ⁊ deorſū ſꝫ ſi motꝰ de ſurſū ī deorſū eēt infinitus nunꝙ̄ poſſet ſurſuꝫ aut deorſū eē corpus latum. quia ꝑ̄ter naturalis inclinatio fruſtrarent̃ quod eſt impoſſibile.nam deus ⁊ natura nichil faciunt fruſtra. 2º probat̃ ↄº ex parte grauitatis vel leuitatis.nā probatio precedens arguit ex parte locoꝝ. Et arguit̃.ſi eēt aliquod corpus graue actu infinitū.neceſſariū eēt grauitatem eius eē infinitā.ſed impoſſibile eſt grauitatem eē infinitam.⁊ ſimiliter argueretur de leui ⁊ eius leuitate.Et probat̃ prima pars illiꝰ cōditionalis.q2 ſi non ſic ſlet oppoᵐ.⁊ ſit corpus graue īfinitum.a.b. cuiꝰ grauitas finita ſit.g. deinde capiat̃ vna pars corporis infiniti que ſit.b.d. q̄ cū ſit minor toto.eius grauitas erit minor grauitate totiꝰ.ſit ergo grauitas eiꝰ.e. que erit finita ergo habebit proportionē ad grauitatē.g.q̄ ponitur finita.capiat̃ ergo alia pars in corpore infinito que ſe habeat ad acceptā partē.b.d.ſicut grauitas.g.ſe habet ad grauitateꝫ.e.⁊ ſit illa pars d.ꝫ.⁊ addatur parti prius accepte ⁊ ſit totū.b.ꝫ. tunc gº ſicut pars grauitatis que ē.e.ſe habꝫ reſpectu partis corporis q̄ eſt.b.d.ita tota grauitas.g.eſt totius.b.ꝫ. Ex quo inferunt̃ tria inↄuenientia.primū ꝙ erit eadē grauitas corporiſ finiti ⁊ infiniti.yº erit aliquid corpus graue cuius non erit grauitas ſecundū totū reſiduū illiꝰ corporis infiniti. 2ᵐ inconueniēs .q2 cū iterū parti.d.ꝫ.poſſit addi alia pars corporis infiniti ⁊ creſcente magnitudine grauis creſcit eiꝰ grauitas.ſequitur quod corporis finiti maior erit grauitas ꝙ̄ infiniti. 3ᵐ.incōueniens ē ꝙ inequalium magnitudinū eēnt equales grauitates hec autem ſūt incōuenientia.gº incōueniēs eſt corporis īfiniti grauitatē eſſe infinitā.Nec differt ī propoſito an grauitas.e.⁊ grauitas.g.ſint commēſurate aut non.q2 cū vtraqꝫ ſit finita grauitas.e.multociēs ſumpta reddit totā grauitatē. g.vel excedet ipſā vel deficiet ab ea.Itē ſi in grauitate.g.poteſt accipi aliqua pars cōmēſurabilis toti.⁊ tūc in corpore graui infinito accipiet̃ aliqua pars finita cuius erit illa pars grauitatiſ q̄ eſt pars grauitatis.g.ſibi cōmēſurata. ⁊ tunc procedet argumentū.q2 nichil differt ad pñ.em demonſtrationē an primo accipiat̃ pars corporiſ aut grauitatiſ. nichil etiam differt demonſtrando an tale graue corpus ſit anomiomerū aut nō q2ſi ſit anomiomeꝝ adhuc in eo erit maior grauitas partis quātacūqꝫ ſit illa ꝙ̄ grauitas totius.nec vnꝙ̄ poterunt in eo capi tot ꝑtes quantecunqꝫ accipiant̃ ꝙ poſſit ipm totuꝫ corpꝰ cōſumi. Deinde ꝓbat phūs minorē huc rōnis.ſ. ꝙ impoſſibile ſit infinitā eſſe grauitatē q2 tunc moueret ⁊ nō.quod ē impoſſibile. Pro cuius ꝓbatōe ſupponitur prīo ꝙ maior grauitas ideꝫ mobile mouet per maius ſpaciuꝫ in equali tpe aut per equale in minori quam minor grauitas moueat. Supponitur 2º ꝙ qualis ē proportio grauitatū talis eſt proportio tēpoꝝ.ita.ſ.ꝙ creſcēte grauitate decreſſit tps ꝓportionaliter ita ꝙ maior grauitas mouet in minori tempore. 3º ſupponit̃ ꝙ oīs grauitas finita quātacūqꝫ fuerit mouet tēpore finito. Tūc arguitur ſic. grauitas aliqua finita mouet mobile ſuuꝫ per maius ſpaciuꝫ in minori tēpore finito.gº a fortiori grauitas infinita ſi eēt moueret mobile ſuuꝫ per maius ſpaciū in minori tempore ꝑ primā ſuppoſitionē.⁊ ſic illa grauitas moueret. Sꝫ ꝙ non moueret probat̃ q2 qualis ē proportio grauitatuꝫ inter ſe talis eſt proportio tempoꝝ vt dicit ſecūda ſuppoſitio. Sed grauitatis infinite ad finitā nulla eſt proportio.ergo nec temporis in quo mouet grauitas infinita ad tempꝰ in quº mouet finita erit proportio.ſed cuiuſlꝫ temporiſ diuiſibilis ad tempꝰ diuiſibile eſt aliqua ꝓportio.gº ſi grauitas infinita moueret ipſa moueret in indiuiſibili temporis quod nō eſt tempꝰ.q2 omne tps diuiſibile eſt.⁊ ſic in illo indiuiſibili non fit motus q2 omnis motꝰ fit in tpe vt ꝓbatur ſeptimo phiſicoꝝ:ergo non moueret ⁊ ꝑ cōſequēs moueret ⁊ nō moueret. Et ſi dicat̃ ꝙ moueret in minimo tempore ſecundū ſenſuꝫ. cōtra hoc arguitur ⁊ capiatur aliqua grauitas finita q̄ mouet in maiori tempore.cū hec duo tpa finita ſint habebūt proportionē.augeat̃ ergo illa grauitas finita ſecundum illā proportionem qua tps quo mouet excedit tempus in quo mouet grauitas īfinita.tūc cū creſcēte grauitate decreſcat tps.ſequitur ꝙ grauitas finita ⁊ infinita mouebunt in equali tempore quod eſt impoſi

bile. gͦ impoſſibile eſt grauitatē eſſe infinitam. ⁊ per ꝯñs etiā impoſſibile eſt corpus graue eſſe ſimpliciter infinitum. Ita dicendum eſt de leui.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā cōcedatur ꝙ ſi apponerentur infinita cōbuſtibilia igni in infinitū poſſet augeri ſic ꝙ non repugnaret nature particulariter accepte multum augeri eo ꝙ tales forme elementoꝝ latam poſſunt habere quantitatē. ſimpliciter tamē loquēdo forma ignis non poteſt informare infinitam materiam hoc eſt materiā ſub infinita quātitate. eo ꝙ manēte forma ignis manet determinate ſpeciei. ⁊ per cōſequēs determinate virtutis. Ex parte etiā nature ignis in ꝯmuni accepte ⁊ ſecundum ꝙ eſt pars vniuerſi repugnat ſibi materiaꝫ infinitā habere. propter proportionē partis ad totum. Hec aūt auctoritas dicitur a phō contra antiquos ⁊ per illā vult innuere ꝙ forme elementoꝝ non requirūt materiā circa quantitatem determinatā ſicut forme aīatorum ⁊ brutorum. Sequitur in textu. Poſt hec autem intendendū vtrū ſi nō infinitū ⁊c.

## Queritur vndecimo. Utruꝫ

poſſibile ſit aliquod corpus ſenſibile eſſe actu infinitum. Arguitur ꝙ ſic. nā quocūꝫ corpore ſenſibili dato contingit dare maius gͦ ⁊c. Et cōfirmatur per geometrā qui in ſuis demōſtrationibꝰ facit lineā infinitā ergo ⁊ corpus. 2ͦ arguitur. multa ſūt corpora ſenſibilia ad maxiꝰ indeterminata vt ignis ⁊ cetera elementa. qꝛ vt habetur. 2ͦ de aīa ſi apponerentur infinita cōbuſtibilia i infinitū ꝯtingit ignē augmētari. gͦ ignis poteſt eſſe infinitus. ⁊ per conſequēs aliquā eſſet infinitus. In oppoꝰ eſt phūs in quinto capͦ huius ſecundi tractatus. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs probauit multitudinē corpoꝝ ſimplicium eſſe finitā ex parte motus localis. ⁊ deinde rationibꝰ propriis oñdit nullū corpoꝝ ſimplicium eſſe infinitū magnitudine. ex quibꝰ ſatis ſequitur ꝙ nullū corpꝰ cōpoſitū eſſet infinitum ꝯñr qꝛ probatio q̄ eſt per mediū cōmune perfectiorem facit ſcientiam. ideo in pñti capitulo rōne cōi oſtendit nullū corpꝰ eſſe infinitū magnitudine. Et per corpꝰ ſenſibile intelligitur omē corpꝰ naturale ſiue ſenſibile ſenſu tactꝰ ſiue ſenſu viſus tantum. Et hoc primo oñdit phūs rōne naturali ſumpta ex parte motus. deinde rōnibꝰ logicis que ex cōibus procedunt. Et primo procedit ratōe naturalis ex pte motus localis de qua in pñti queſtione videbitur. deinde eā format ex parte actionis ⁊ paſſionis q̄ ſunt in omni motu. vt videbitur in queſtione ſequēti. Pro probatione igitur de qua videndū eſt in pñti queſtiōe pmittitur. p. vnā diuiſionē trimēbrem. cuius primū eſt ꝙ neceſſe eſt omne corpꝰ eſſe finitū aut infinitum. qꝛ hoc dictū finitū aut infinitū eſt paſſio quantitati adequata. ſi aūt omne corpus ſit finitū iā habetur intentū. ſi vero dicatur ꝙ tale corpꝰ ſit infinitū tūc ſumitur ſꝫ membꝝ diuiſionis qꝛ aut eſt anomiomeꝝ hoc eſt diſſimiliū partiū ſicut eſt homo qui ex carne ⁊ oſſibus eſt. aut eſt omiomerum. i. ſimiliū partiū vt aqua cuius quelꝫ pars eſt aqua. Si vero ſit anomiomeꝝ tunc eſt tertiū mēbꝝ qꝛ. ſ. vel ſue partes finite ſūt vel infinite. Si ergo pbatū ſit ꝙ nullū corpus infinitum pōt cōponi ex infinitis ſpeciebꝰ qꝛ etiā nullum corpus omiomeꝝ aut anomiomerū neca liquod ipſoꝝ pōt eſſe infinitū: vniuerſaliter eſt concluſū ꝙ nullū corpus naturale eſt infinitum Sit igitur.

## Concluſio Reſponſiua pro

Prima pte. Nullū corpꝰ partiū diſſimiliū eſt cōpoſitū ex partibus infinitaꝝ ſpecieꝝ. Probatur nam ſi ita eſſet cū cuiuſlibet corporis ſimplicis ſit tantū vnus ſimplex motus ſecundū naturā nec motus vnus ſimplex poſſit duobꝰ corporibus ſimplicibus ſecundū ſpeciem cōuenire ita ꝙ cuilibet ſꝫ naturā cōueniat. ſequitur ꝙ oporteret infinitos eſſe motus ſimplices. ſed prius pbatū eſt ꝙ nō ſunt niſi tres. gͦ impoſſibile ē aliquod corpꝰ ꝯpōi ex ptibꝰ infinitaꝝ ſpecieꝝ qꝛ ille ptes eſſent corpora ſimplicia. cū prima ꝯponentia aliquod mixtū oporteat eſſe ſimplicia.

## Concluſio ſecunda. ꝙ impoſ

ſibile eſt eē aliquod corpꝰ infinitū partiū diſſimiliū ptibꝰ exñtibus finitis ſecūdū numerū. Pꝫ nā ſi eſſet infinitū ſꝫ numeꝝ oporteret alterā eaꝝ aut plures eſſe infinitas magnitudine qꝛ ex finitis multitudine nō reſultat niſi finitū ſed nō ē poſſibile aliquā partiū primo ꝯponentem aliquod mixtū infinitā eſſe magnitudine qd̕ probatur quadrupliciter. Primo ſic. nā ſi eſſet poſſibile aliquā partiū taliū eſſe infinitā magnitudine vel eēt grauis vel leuis. gͦ haberꝫ grauitatē vel leuitatē infinitā qd̕ in pcedēti reprobatum ē. 2ͦ ſic qꝛ tunc haberet locū naturalē infinitū quod nō poteſt dici. nā ut priꝰ dictum eſt. locꝰ deorſū finitꝰ eſt ⁊ determinatꝰ gͦ ⁊ locus ſurſū. qꝛ ſicut vnū oppoſitoꝝ finitū ē ita ⁊ reliquū. ⁊ per ꝯñs locꝰ intermediꝰ finitus eſt.
3ͦ ſi loca naturalia grauiū ⁊ leuiū eſſent infinita. tunc motꝰ ſurſū ⁊ deorſū eēnt infiniti qd̕ eſt impoſſibile. nā ſi ſic mobilia nūꝗ̄ eſſent mota ad ſua loca. ſꝫ qd̕ ē impoſſibile factū eē impoſſibile ē fieri. ſic ꝙ nō ē poſſibile dealbatū eē nō cōtingit dealbari. ſicut qd̕ impoſſibile ē itum eſſe in egiptū impoſſibile ē ire. gͦ impoſſibile ē loca naturalia eē infinita. 4ͦ omne corpꝰ habet diſtētionē in omnē partē. ſi ergo aliqua ps mixti eēt infinita ipſa haberet diſtētionē in oēꝫ partē ſiu ⁊ ſic occuparet oēm locū. ⁊ ſic alie ptes nō poſſent in ipſo manere. Et ſic ꝙ nō eſt poſſibile aliquod corpus omogeneū eſſe infinitum.
Forſitā tñ diceret aliquis ꝙ nō eſt poſſibile aliquod corpꝰ quātitatiuū vnū ⁊ cōtinuū eſſe infinitū. ſunt tamē infinita diſcreta ⁊ diuiſa vt poſuit Democritꝰ infinita corpora Athomalia ⁊ Anaxagoras infinitas ptes carnis ⁊ oſſis. Contra hoc replicat phūs qꝛ ſi iſta ponātur nihil prohibꝫ ꝯmōi corpa ſic diuiſa ad inuicē ꝯiungi quo facto ex ipſis fiet vnū infinitum. ⁊ ſic procedit ratio ſicut prius.

## Concluſio tertia. Impoſſibi

le eſt aliquod corpꝰ ſimiliū ptiū eē infinitū Pꝫ nā ſi ſic haberet motū naturalē. vel ergo ſurſū moueretur vel deorſū aut circulariter. non ſurſum nec deorſū qꝛ tunc haberet leuitatē aut grauitatem qd̕ prius eſt improbatū. nec circulariter qꝛ impoſſibile ē aliquod corpꝰ circulariter motū eſſe infinitū vt priꝰ dictū ē. Unū nichil differt corpꝰ circulariter motū eſſe infinitū ⁊ dicere celum eſſe infinitū. ſed pbatū eſt celū nō eſſe infinitū qꝛ tēpore finito ꝯplet ſuā reuolutionē gͦ nō eſt infinitū. Item ſi eſſet aliquod corpꝰ tale infinitū eſſet mobile qꝛ omne corpꝰ eſt mobile vt pbatū ē in hoc libro qꝛ habet naturā. ⁊ natura eſt principiū motus ⁊ quietis. vel ergo naturaliter moueretur vel violenter. ſi violenter neceſſario haberet aliquē motū ſibi naturalē. qꝛ motꝰ violentus cōtrariatur naturali. ſi ergo haberet motū naturalem oporteret habere locū ſibi naturalē. qꝛ locus naturalis eſt terminus motꝰ naturalis vt patuit. 4ͦ phiſicoꝝ. Sed impoſſibile ē loca naturalia eſſe infinita vt pbatū eſt. ergo impoſſibile ē corpꝰ omiomeꝝ eē infinitū. Ex hiis ſequitur

## Concluſio reſponſiua. ꝙ Im

poſſibile ē corpꝰ ſenſibile eſſe actu infinitū ſiue ſit omiomeꝝ ſiue anomiomeꝝ.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā negatur aſſūptū qꝛ nō contingit dare maius corpꝰ toto vniuerſo. Et ad cōfirmatiōē geometricam dicitur ꝙ geometra ⁊ mathematicꝰ abſtrahūt a motu ſenſibili vt alias dictū eſt. iō capit lineā infinitā. non actu. qꝛ ymagīatio nō caperet ſe quātā quātitate indetermīata ⁊ nūꝗ̄ capit tantum quin poſſit capere maiorē. nec propterea ſequitur ꝙ ponat lineā actu eē īfinitā. Similiter diceretur ad ſecūdā ꝙ ſi ignis nō habeat terminū pfixū ſui augmēti. repugnat tñ ſibi actu eē infinitū. nūꝗ̄ n. ē tantꝰ quin poſſit eē maior vt quidā volūt ⁊ videtur autoritas ptendere. Sequitur in textu. Quod aūt oīno īpoſſibile īfinitū ⁊c.

## Queritur duodecio. Utruꝫ

ex parte actionis ⁊ paſſiōis ꝯcludi poſſit aliqd̕ corpus ſenſibile nō eē infinitū. Arguitur ꝙ nō nā ſi eēt aliquod corpꝰ infinitū haberꝫ virtutē actiuā ⁊ paſſiuā gͦ eēt actiuū ⁊ paſſiuū. ⁊ p cōſequēs ſi poneretur aliquod corpꝰ infinitū nō ppter hoc tolleretur actio aut paſſio. gͦ ex parte actionis ⁊ paſſionis nō pōt ꝯcludi nullū corpus eē infinitū. 2ͦ ſic. virtꝰ motiua primi motoris eſt finita cū mouet corpꝰ finitū ⁊ tpe finito. ergo ex parte actōis nō pōt pbari nullū corpꝰ infinitū. In oppoꝰ ē. p. in caͦ vltīo textꝰ. Pro R.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs oñdit euidenter nullū corpꝰ ſenſibile eſſe actu infinitū rōe ſumpta ex pte motꝰ localis ꝯñr idē oñdit ex pte actōis ⁊ paſſiōis que oēm motū cōſequuntur. ⁊ poſtremo in vltīo caͦ huius tractatꝰ ad hoc adducit quaſdā rōes logicales ex cōibus pcedentes. Pro quo.

## Sciendum eſt ſecundo. ꝙ oē

Corpꝰ ſenſibile aut ē actiuū aut paſſiuū. accipiēdo actiuū ⁊ paſſiuū extēſo noīe aut mouēs ⁊ mobile qꝛ oē corpꝰ ſenſibile neceſſario hꝫ virtutē actiuā aut paſſiuā aut vtrāꝫ. ⁊ ſi ē ad corpus actiuū neccrio agit in corpꝰ finitū aut infinitū. ⁊ ſi ē paſſiuū neceſſario patitur a finito aut īfinito. Oſtēſo gͦ ꝙ īfinitū nō pōt pati a finito nec finitū ab infinito. nec infinitū ab īfinito. ꝯſequēter ꝯcluſū erit ꝙ nullꝰ corpꝰ ſenſibile poteſt eē actu infinitū.

## Concluſio prima:

Corpꝰ infinitū nō pōt pati a finito. pbatur nā ſi nō ſit ita detur oppoꝰ ⁊ ſit infinitū paciēs. a. ⁊ finitū agens b. ⁊ tempꝰ in quo ſit actio ſit. g. ꝙ quidē tempꝰ oportet eē infinitū. nā oīs actio neccrio hꝫ finē. capiatur gͦ ps finiti agētis. b. q̄ ſit. d. ⁊ cū virtus ptis ſit minor virtute totiꝰ ſequitur ꝙ illa pars. d mouebit in tpe. g. minꝰ mobile ꝗ̄ ſit. a. Detur ergo illa ps ipſiꝰ. a. mota ab ipſo. d. in tpe. g. ⁊ ſit e. cū gͦ ipſū. d. ad. b. habeat pportionē capiatur in ipſo. a. ps que ſe habeat ad ptē. e. ſicut ſe hꝫ b. ad. d. ⁊ ſit illa ps. z. Tūc arguitur ſic. ſicut ſe hꝫ b. ad. d. ita ſe hꝫ. e. ad. ʒ. gͦ p locū a trāſmutata pportione ſicut ſe hꝫ. d. ad. e. ſic ſe hꝫ. b. ad. ʒ. ſed d. mouet. e. in tpe. g. gͦ b. mouet. ʒ. in eodē tpe qꝛ in equali tpe. b. finitum mouebit. a. ⁊. z. ſcꝫ finitū ⁊ infinitū totū ⁊ ptē. qd̕ eſt impoſſibile gͦ impoſſibile ē infinitū pati a finito.

## Concluſio ſecunda.

Eſt. ſ. impoſſibile ē finitū ab infinito pati pbatur. qꝛ ſi nō ſic detur oppoꝰ ⁊ ſit agēs infinitū. a. ⁊ finitū paciens b. ⁊ tps ſit. g. ⁊ capiatur ps infinita agentis. a. q̄ ſit e. q̄ cū ſit minoris virtutis ꝗ̄ totū nō mouebit ī tpe. g. totū. b. mouebit gͦ ptē ipſiꝰ. b. ſit gͦ illa

pars.d.ꝙ̄ habebit ꝓportionē ad totuꝫ, cuꝫ ſit finitū. capiat̄ ergo in ipſo.a. alia ps ꝙ̄ ſe habeat ad partē.c. iam acceptā ſicut ſe hꝫ.b.ad.d. tunc per locū a trāſmutata ꝓportione quod iā ꝯcluſuꝫ eſt ſupra illa pars ſecundo accepta in.a.mouebit ipſuꝫ.b.in tp̄e.g. quare finitum equali tp̄e mouebitur ab infinito ⁊ finito a toto ⁊ pte qḋ ē impoſſibile. igitur finitū nō pōt pati ab ifinito.

## Concluſio tertia.

Infinitum nō pōt pati ab infinito. Probat̄ qꝛ ſi nō detur oppoꝰ. ⁊ ſit infinitū agēs.a. ⁊ infinitū paciens.b. ⁊ tēpus g. capiat̄ ergo pars infiniti pacientis ꝙ̄ ſit.d. cū ergo infinitū agens magis ꝯualeſcat ſupra pteꝫ ipſius.b. ꝙ̄ totū ſequit̄ ꝙ ipſā mouebit in parte tempis.g. ſit igitur illa ps tpis.ꝫ.ꝙ̄ cū tps finituꝫ ſit habebit ꝓportionē ad totū tps. capiat̄ g° alia pars in ipſo paciente infinito.b.ꝙ̄ ſe hꝫ ad partē.d. iam acceptā ſicut ſe habꝫ totū.g.ad ptem.ꝫ. cōcludet̄ ergo per locū a trāſmutata ꝓportione ꝙ ſicut.d. moueť a toto.a. in pte tempoꝛ ipſius.ꝫ. ita illa ſecūda ps ipſiꝰ.b. mouebiť ab ipſo toto.a.in toto tp̄e.g. g° in equali tp̄e infinitū mouebit finitū ⁊ infinitū. impoſſibile ē g° infinitū pati ab infinito. Quare ſit.

## Concluſio reſponſiua.

Scilicet ꝙ ex parte actionis ⁊ paſſionis ſufficiēter cōcludiť nulluꝫ corpꝰ ſenſibile eē actu infinitū. qꝛ ſi eſſet aliquod infinitū tale nec eēt actiuū nec paſſiuuꝫ. mō omē corpꝰ ſenſibile ē actiuum vel paſſiuuꝫ. Et in rōibꝰ haꝝ ꝯ°nū ſemꝑ ſuppoñiť ꝙ virtus partis mioꝛ ē virtute totiꝰ. Supponiť etiā ꝙ oīs actio ſit in tp̄e finito. qꝛ tps infinitū nō hꝫ finē. ⁊ oꝫ oēm actionē habere finē. nā impoſſibile ē fieri qḋ impoſſibile ē factū eē. Supponiť etiā ꝙ oē finitū ad finituꝫ hꝫ ꝓportioneꝫ ⁊ ꝑ hoc pꝫ rñſio ad ꝙ̄ſitū igiť ⁊c̄. Deinde philoſophus ꝓbat hāc ꝯ°nē rōibꝰ logicis. Prima ſi eſſet aliqḋ corpꝰ ſenſibile actu infinitum vel moueret̄ circulariter vel recte. nō primū qꝛ motꝰ circularis eſt circa mediū. mō ī infinito nō ē dare mediū ſicut nec extrema. nec moueret̄ recte. qꝛ oē mobile motu recto naturaliter mobile ē ad aliquē locū. ⁊ violēte ad locū oppoꝰ. ⁊ cū locꝰ ſit equalis locato ſi eſſet mobile motu recto opterꝫ eē duo loca infinita. ⁊ cū locꝰ nō ſit ſine locato ſeꝙ̄tur ꝙ eēnt duo infinita corpora qḋ ē impoſſibile. Secūda rō. oē corpꝰ moueť ab alio ſiue naturaliter ſiue violēte. ſꝫ virtꝰ mouentis ſemꝑ dꝫ excedere reſiſtētiā mobilis. g° ſi eēt corpꝰ infinitū virtꝰ mouētis eēt infinita. ⁊ cū eēt aliud ab eo ſequeret̄ ꝙ iā eſſent duo ifinita. Uñ ꝙ virtꝰ infinita nō poſſit eē finiti corporis. neqꝫ finita infiniti iā ꝓbatū eſt. 6° phiſicoꝝ. Sꝫ qꝛ ad hāc rōnē poſſꝫ aliquis dicere ꝙ aliqua moueñť a ſeipſis. ⁊ ita ſi ponamꝰ aliquod corpꝰ infinituꝫ poterimus dicere ꝙ a ſeipſo mouebiť. quare nō oportebit duo eſſe infinita. Cōtra hoc pōit phūs tertiā rōeꝫ. qꝛ oē quod moueť a ſeipſo aīatuꝫ ē. ſꝫ oē aīatū finitū eſt. qꝛ hꝫ detiatā figuraꝫ ⁊ detiatā ꝓportionē ptiū ad totū. g° impoſſibile ē aliqḋ corpꝰ infinitū eē aīal aut aīatum ⁊ ꝑ ꝯñs moueri a ſeipſo. Et qꝛ etiā ad has rōes poſſꝫ aliquis dicere ꝙ nō eſt aliqḋ corpꝰ vnum vere ꝯtinuū infinitū. ē tñ aliquod corpꝰ infinitū ꝯſtitutū ex athomis per vicinitatē ad inuicem quēadmodū ꝓbauerūt Democritꝰ ⁊ Leucipus. Jdeo adhuc ꝯtra hoc oñdit.p. ꝙ nō eſt poſſibile illo° ponere corpꝰ infinitū. qꝛ ſꝫ Democritū illa athomalia ſūt eiꝰ dē ⁊ vniꝰ generis ⁊ nature poſitiōe ordine ⁊ figura dūtaxat differētia. ſed eoꝝ ꝙ̄ ſunt eiuſdē nature idē eſt motꝰ totiꝰ ⁊ ptiū vt vniꝰ ſintille ignis ⁊ totiꝰ ignis. quare ſi vnū illoꝝ athomaliū ſit leue totū ꝯſtitutū ex illꝭ athomalibus erit leue. ⁊ ꝑ ꝯñs nullum erit graue ⁊ ſi vnū ſit graue totū erit graue ⁊ ſic nulluꝫ erit corpus leue. Jtē vbi nō eſt aſſignare mediū nec extrema ibi nō eſt aſſignare ſurſuꝫ aut deorſuꝫ. qꝛ deorſuꝫ eſt mediū ⁊ ſurſuꝫ extremuꝫ. Sꝫ in toto ꝯpoſito ex athomis ⁊ vacuitatibus ſi ſit infinituꝫ nō erit in eo aſſignare medium nec extrema iō nec ſurſuꝫ nec deorſuꝫ. ⁊ ꝑ ꝯñs nichil erit graue aut leue. qꝛ graue eſt qḋ moueť deorſuꝫ. ⁊ leue quod moueť ſurſuꝫ. ergo nō pōt poni corpꝰ infinitū quēadmodū poſuerūt illi antiqui. Sic g° ex oībꝰ iſtis patet intētō.p. in hoc tractatu. videlicꝫ ꝙ nullū eſt corpꝰ infinitū ſenſibile. Ex quo inferri pōt ꝙ nec mathematicū ſiue intelligibile. qꝛ nō ſunt corpora mathematica nec itelligibilia ſꝫ eē exñtia preter ſenſibilia. igiť ⁊c̄.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā ꝯceditur ꝙ ſi eſſꝫ aliquod corpꝰ ſenſibile infinitū opteret ipſuꝫ habere virtutē infinitaꝫ. ⁊ qꝛ hoc eſt impoſſibile qꝛ ad poſitionem virtutis naturalis infinite ſequuñť ꝯtradictoria ideo impoſſibile ē aliquod corpꝰ ſenſibile eē infinitū actu. Ad ſecūdā ꝯcediť aſſūptuꝫ ſꝫ dicatur ꝙ primꝰ motoꝛ nō eſt agēs naturale ſimpliciter: Sꝫ ꝑ intellectū ⁊ volūtatē. iō nō oꝫ ꝙ agat ſꝫ vltimū ſui poſſe. hic aūt ē ſermo de virtute actiua naturali vel paſſiua ⁊ de agēte naťali. Sequiť in textu. Quoniā aūt nec plures ⁊c̄.

## Queritur tredecimo.

Utrum Si eſſent plures mūdi terra vniꝰ naturaliter moueret̄ ad terrā alťiꝰ. Arguiť ꝙ nō. qꝛ ſi eēnt plures mūdi terra vniꝰ mūdi adhuc haberꝫ naturalē iclinationē iā quā añ hēbat ſcilicꝫ naturaleꝫ ad mediuꝫ hꝰ mūdi. g° ſi eēnt plures mūdi adhuc inclinaret̄ naťaliter terra ad terrā hꝰ mūdi. 2° arguiť ſi terra hꝰ mūdi caſu pōito naturaliter moueretur ad mediū illiꝰ mūdi ſeꝙ̄ret̄ ꝙ naturaliter aſcenderet quod ē impoſſibile. pꝫ ꝯña qꝛ nō pōt vere moueri naturaliter ad mediū alťiꝰ mūdi niſi naťaliter ꝓcedēdo a medio hꝰ mūdi accedēdo ad extremum. ⁊ hoc eſt aſcendere. Ad oꝰ ē phūs in tribꝰ primis capitulꝭ hꝰ tractatus. Pro rñſione.

Sciendum eſt primo ꝙ poſt ꝙ̄ phūs ꝓbauit totū vniuerſuꝫ corporeuꝫ nō eē infinitū ſecundū magnitudinem. hic ꝯñr oñdit ipſuꝫ nō eſſe infinitū ſꝫ multitudinē ꝓbādo ꝙ nō eſt niſi vnꝰ mundꝰ. ⁊ hoc triplici rōe. quaꝝ prima ſumitur ex pte inferioꝝ corpoꝝ. Secūda ex pte ſuperioꝝ. Tertia ex pte vtroꝝqꝫ. Pro prima rōe p̄mittit quatuoꝛ ſuppoſitiōes. Prima eſt qꝛ oē corpꝰ naturale inferiꝰ naťaliter mobile eſt ⁊ etiā violēte. naturaliter quidem qꝛ hꝫ in ſe naturā. violēte quidē qꝛ quodlꝫ tale ꝑ virtutē fortioris agētis trāſmutari pōt a ſua ſpecie cum corruptibile ſit. g° ⁊ a ꝓprio loco. Secunda ſuppoſitio ē ꝙ oē corpꝰ naťaliter quieſcēs in aliquo loco eſt mobile naturaliter ad illuꝫ locū ⁊ ecōtra. ⁊ ſi violēte quieſcat etiā violēte mobile eſt. rō eſt qꝛ quies eſt finis motꝰ iō ꝓportionari debent motꝰ ⁊ quies. Tertia ſupp° eſt ꝙ ſi aliquis motꝰ ꝯueñat violēte alicui corpori ꝯtrarius eſt ſibi naturalis. Quarta eſt ſi eēnt plures mundi ex quibꝰ ꝯſtitueretur vnꝰ mundꝰ conuenirent in ſpecie ⁊ virtute cū corporibꝰ ex quibꝰ cōſtituitur aliꝰ mundꝰ. Quod probat phūs dupliciter. primo. Niſi ita eſſet tūc illi plures mūdi ſolo noīe ꝯuenirent ſicut et partes eoꝝ. ⁊ ita ꝓprie nō deberēt dici plures mūdi. ſicut ſidꝰ celeſte ⁊ bellua marina nunꝙ̄ dicuñť duo ſicut plures canes. ⁊ tñ illi qui poſuerūt plures mundos dixerūt eos vniformiter ſe habere in noīe mūdi. Secūdo qꝛ motꝰ ſimplicium corpoꝝ ex quibꝰ cōſtituitur alius mūdꝰ finiti ſunt ſꝫ ſpeciē. nō .n. ſūt niſi tres vt oñſū eſt. ⁊ ita ſi eēnt plures mūdi opteret etiā corpora alteriꝰ mūdi habere vnū vl̄ plures illoꝝ motuuꝫ qui cōueniūt corporibus huiꝰ mūdi. ſed quoꝝ corpoꝝ eſt idē motꝰ ſecūduꝫ ſpecieꝫ illa ſunt eadē ſꝫ ſpecieꝫ ⁊ virtutē igiť ſi eſſent plures mūdi corpora vniꝰ mūdi eēnt vnius ſpēi ⁊ nature cū corporibꝰ alteriꝰ mundi vt terra vniꝰ cuꝫ terra alteriꝰ ⁊ ſic de alijs.

**Concluſio reſponſiua. Corruptibile** ⁊ genitū cōuertūt. iſta cōcluſio probat ſic. qꝛ ſi aliquid eſt corruptibile vel illud eſt genitū vel ingenitū qꝛ quodlibet cum quolibꝫ vel eiꝰ oppoꝰ ſtat. ſi genitū habet intentū. ſi ingenitū cū ad ingenitū ſequat icorruptibile vt ſupponitur ex prius dictis ſiue ꝓbatur. ſequitur quod idē ē corruptibile ⁊ incorruptibile. ⁊ eodē modo ꝓbaretur ꝙ oē genitū eſt corruptibile. pꝫ ergo ꝙ genituꝫ ⁊ corruptibile cōuertuntur inter ſe. Secūda rō. ſemꝑ ens ⁊ ſemꝑ nō ens cōtrarie opponuntur. ergo inter ea eſt dare mediū cū neutruꝫ cōſequatur ꝙ ſcꝫ nec eſt ſemper ens nec ſemꝑ nō ens ſed quādoqꝫ eſt ens ⁊ quādoqꝫ nō eſt ens ⁊ cū taꝫ genitū ꝙ corruptibile ſit quādoqꝫ ens ⁊ quādoqꝫ nō ens. ſequitur ꝙ oē corruptibile ē genitū ⁊ ecōtra. Et ſi quis obiciat qꝛ nō ſequit ꝙ ſi aliquid ſit mediū inter duo cōtraria ꝙ illđ ſit vnū ⁊ idem numero. Cum inter duo ꝯtraria repiunt plura media q̄ nō cōuertunt ad inuicē neqꝫ ſunt idē. vt inter albū ⁊ nigruꝫ mediāt rubeum fuſcū viride ⁊ croceū quoꝝ vnū nō eſt alterum. Rn̄det ꝙ genitū ⁊ corruptibile nō ſemper conuertūtur dumtaxat quia ſemper mediant inter ſemꝑ ens ⁊ ſemꝑ nō ens. ſed etiā quia ꝯuertunt cū illo tertio quod eſt qn̄qꝫ ens ⁊ qn̄qꝫ non ens. quod quidē 3ꝰ. mediat inter ſemꝑ ens ⁊ ſemꝑ nō ens. ita vt fiat tale argumētuꝫ q̄cūqꝫ cū eodē 3ͦ ꝯuertūtur inter ſe illa cōuertuntur. ſed genitū ⁊ corruptibile cum eodē 3ͦ cōuertunt. gͦ inter ſe ꝯuertūtur. Ex iſta ꝯͦne ſequitur alia reſponſiua ad ſecundā partē queſiti q̄ licet ꝓbata fuerit tn̄ iteꝝ ꝓbatur. videlicet ꝙ ingenitū ⁊ incorruptibile cōuertūtur. ꝓbatur ꝯͦ ſi aliquid eēt ingenitū neceſſario illud eſſꝫ corruptibile vel incorruptibile qꝛ quodlibet cū quolibet vel eius oppoſitū ſtat. ſi incorruptibile habetur intentuꝫ. ſi corruptibile cū ad corruptibile ſequatur genituꝫ vt dictum eſt. ſequitur ꝙ idem erit genitum ⁊ ingenitū quod implicat cōtradictionē. oportet ergo dicere ꝙ omne genitum eſt corruptibile. ⁊ ſimiliter probaretur ꝙ ingenitum non corrumpitur. Ex iſtis cōcluſionibus infertur falſitas opinionis Platonis dicentis aliquod genitum cuiuſmodi dicebat eſſe mundum perpetuari ⁊ eſſe incorruptibile. ⁊ aliquod ingenitum cuiuſmodi dicebat eſſe illa ex quibus genitus ē mundus poſſe corrumpi. Tenendus eſt tamē philoſophus in iſtis loquendo de generatione ⁊ corruptione proprie dictis. loquendo etiam de potentia ordinata ſcilicet ponente ordinem ⁊ legem rebus ipſis. Philoſophi enim eſt inquirere ordinem ⁊ legem rerum quam participant res a primo ⁊ non ordinem vel legem quem vel quā prima cauſa infinita poteſt facere. quia eius potentia infinita excellit intellectum cuiuſlibet creati.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ**

Ad primam patet ſolutio. quia ſcilicet illud qđ iā genitum ē de facto eſt generabile non quia habeat potentiam ſeparatam ab actu. ſed magis coniunctam actui. ideo eſt generabile prout idem eſt ꝙ quandoqꝫ. Si vero capiatur generabile pro eo quod nondū ē ſed poteſt eſſe. tunc habet potentiam ſeparatam ab actu ⁊ generationis ⁊ corruptionis. Ad auctoritatem fidei dicitur vt prius dicebatur. illa que dicuntur intelligenda ſunt hic de potentia ordinata rebus inſita hoc eſt dante ordinem ⁊ legem rebus ipſis productis. ⁊ non de potentia abſoluta. Et hec de queſtione. Sequitur in textu.

Dicere itaqꝫ nichil prohibere factum eſſe quod incorruptibile ⁊c̄.

**Queritur decionono.** Utruȝ omne corruptibile de neceſſitate corrũpat̄. Arguit̄ ꝙ nõ qꝛ omne corruptibile ꝓ quolibet inſtã ti in quo eſt cõtingens ipſum non corrũpi ergo põt nõ corrũpi. ⁊ per ɔñs oĩ corrũperet̄ cõtin genter corrumperet̄ ⁊ non ex neceſſitate. 2° arguit̄ quod bona cõpoſitione eſt cõpoſituȝ nõ debet de neceſſitate diſſolui. ſed corruptibile omĩ bona cõpoſitione eſt cõpoſitũ. ergo nulluȝ cor ruptibile de neceſſitate corrũpet̄. Ad oppoꝰ eſt phũs in vltimo capit° hꝰ primi.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt**
ꝙ phũs probauit ꝙ genitũ ⁊ corruptibile ⁊ etiã ingenitũ ⁊ incorruptibile cõuertãtur. ɔñr repro bat opinionẽ cõtrariã per hoc ꝙ. ſ. ex cõtraria o pinione neceſſe eſt aliquod principiorꝫ ſuprapoſi torꝫ deſtrui. ⁊ primo oñdit quomõ per hanc po ſitionẽ deſtruitur id quod ſuppoſitũ eſt. ſcilicet ꝙ nõ contingit ſimul eſſe ⁊ nõ eſſe. Plato enim ponẽs aliquod factũ ſiue genitũ eſſe incorrupti bile. ⁊ aliquod ingenitũ eſſe corruptibile deſtrue bat ipſum principiuȝ ⁊ etiaȝ aliquod quo dicit̄ ꝙ omne habens virtutem eſſendi neceſſario hȝ hmõi virtutẽ reſpectu temporꝭ finiti ⁊ determi nati ſimpliciter aut infiniti ſimpliciter. ymo po nere ſicut Plato dicit eſt ponere aliquod habere virtutẽ eſſendi ꝓ tempore ex vna parte īfinito et altera parte finito. Itẽ ſic dicere eſt deſtruere illd̕ principiuȝ propoſituȝ. quod nõ cõtingit habe re potentiam ad eſſe ⁊ nõ eſſe ſimul. nam ſi ali quid ſit genitũ hȝ potentiã ad qñqȝ non eſſe. et ſi ſit incorruptibile ad ſemꝑ eſſe. ⁊ cũ vnũquod qȝ tãdiu eſt ꝙdiu poteſt eſſe. ſi habeat potentiã ad ſemꝑ eẽ ſemꝑ erit. ⁊ cũ habeat potentiam ad qñqȝ nõ eſſe vt dictũ eſt ſi ponat̄ ꝙ aliqñ non ſit ſequit̄ ꝙ idẽ erit ⁊ nõ erit. ⁊ ſimiliter ꝓbaret̄ ꝙ di cere aliquid ingenitũ eẽ corruptibile eſt deſtrue re illud principiuȝ qꝛ potẽtia ſẽꝑ precedit actum in eodẽ. ſi g° aliquid ſit genitũ ita ꝙ nõ ſemꝑ ꝓ fuerit habet potẽtiaȝ ad nõ eſſe. ſi vero ſit incor ruptibile tũc haberet potẽtiaȝ ad eſſe ⁊ ſic prius haberet potẽtiã ad eſſe ⁊ nõ eẽ ſimul. Et ſimiliter ar gueret̄ ſi diceret̄ ꝙ aliquid ſit ingenituȝ ⁊ incor ruptibile. Si quis tñ obuiet iſtis rõibꝰ dicẽdo illud quod ẽ genitũ ⁊ īcorruptibile hȝ potẽtiam ad qñqȝ eẽ ꝓ tpe ꝓterito ꝑ quod nõ fuit. ſȝ nõ ꝓ tpe futuro ꝑ quod ſemꝑ erit. Et ſimiliter ſi ali quid ingenitũ ⁊ corruptibile hȝ potẽtiaȝ ad eſſe reſpectu ꝓteriti ⁊ nõ futuri. Contra hoc replicat phũs dicẽs. ꝙ ad preteritũ nulla eſt potentia. ſȝ ſolũ ad pñs vel futurꝫ qꝛ omne quod ẽ in potẽ tia cõtingit eẽ in actu. ꝓteritũ aũt impoſſibile ẽ eẽ in actu. g° ad preteritũ nulla ẽ potẽtia. Et ita ſi aliquid ſit genitum ⁊ cõcedat̄ ꝙ habeat po tentiã ad qñqȝ eſſe oȝ ꝙ ſit reſpectu futuri. ⁊ ſilr̄ ſi illud incorruptibile habeat potẽtiã ad ſem per eſſe in futuro. ⁊ ꝑ ɔñs ad eẽ ⁊ nõ eſſe ſimul. ſimiliter ſi aliquid ſit ingenitũ ⁊ cõcedat̄ ꝙ habe at potentiã ad ſemꝑ eſſe oȝ ꝙ ſit reſpectu futuri ⁊ ſi illud ſit corruptibile hȝ potẽtiã ad qñqȝ nõ eſſe reſpectu futuri ⁊ ſic habebit potentiã ad eſſe ⁊ nõ eſſe ſimul. Pȝ ergo qualiter Plato diffini ens illa duo deſtruit illud principiũ. Sed iteruȝ poſſȝ aliquis obiicere qꝛ licet ſit aliquid ingeni tuȝ ⁊ īcorruptibile ⁊ ita habeat potẽciaȝ ad ſemꝑ eẽ ⁊ nõ eſſe nunꝙ tñ corrũpet̄ ⁊ ita nõ ſequit̄ ꝙ ſiml̄ ſit ⁊ non ſit. Cõtra h° ſit.

**Concluſio reſponſiua ſcilicet**
ꝙ oẽ corruptibile naturaliter de neceſſitate cor rũpitur capiẽdo hãc ꝓpoſitionẽ in ſenſu cõpo ſito vt ſit ſẽſus hec ẽ neceſſaria omne naturaliter corruptibile corrũpet̄. ſȝꝙ ꝙ li neceſſe dicit ne ceſſitatẽ ex natura ſecundũ ſe ſũpta qꝛ nichil ꝓ hibet aliquid quod naturaliter eſt corruptibile virtute prime cãe nũꝙ corrũpi. Probat̄ hec ɔ° qꝛ ſi aliquid eſt corruptibile aut neceſſario corrũpet̄ vel nõ. ſi primũ habetur intentuȝ. Si nõ. ſed cõ tingẽter: ⁊ poterit nõ corrũpi. ponat̄ ergo ꝙ nun ꝙ corrũpat̄ tũc ſequit̄ ꝙ aliquid exñs a natura ꝑpetuo ẽ fruſtra. Probat̄. 2° ſi aliquid ſit corrup tibile põt qñqȝ non eſſe. ſi vero non corrũpat̄ neceſſario poſſibile eſt ꝙ nunꝙ corrũpatur. po nat̄ g° ꝙ ita ſit tũc erit ſẽꝑ. ergo habet potentiã ad ſemper. eſſe quia vnumquodqȝ eſt quaȝ diu poteſt. eſſe cum igitur habeat potentiam ad ſem per eſſe ⁊ ſemper ſit ⁊ etiam habeat potentiaȝ ad quandoqȝ non eſſe ſi ponatur ꝙ non ſit aliquã do. tunc ſequitur ꝙ poſſibile erit idem eſſe ⁊ nõ eſſe ſimul. Iteȝ arguitur ad ɔ°nẽ rõe natura li. qꝛ omne corruptibile cõpoſituȝ eſt ex ɔtrariis ⁊ ſimiliter generabile. qꝛ tam generatio ꝙ corru ptio ſunt termini alterationis que eſt de ɔtrario in cõtrariũ. ſȝ omẽ cõpoſitũ ex cõtrariis neceſſe eſt qñqȝ corrũpi. qꝛ ɔtraria inſe inuicẽ agũt et ſe inuicẽ deſtruũt. g° neceſſe ẽ oẽ corruptibile qñ qȝ corrumpi. Ex his pȝ intẽtio phi cõtra Pla tonẽ. nã phũs iſtis rõibꝰ probat ꝙ impoſſibile eſt aliquid eſſe genitũ gñatione phica ⁊ natura li ⁊ eſſe incorruptibile naturaliter quorꝫ opꝰ ſen ſit Plato vt dicit phũs. Uerũtñ dicũt quidam Platonẽ nõ ſic intellexiſſe mũduȝ ſic eẽ incorru ptibilẽ ſicut ea q̃ in ſe habẽt neccĩaȝ cauſã corrup tionis. ſȝ Plato voluit mundo deſignare depẽ dẽtiã ſui eẽ ab alio qꝛ neccitas eſſendi nõ ineſt ei a ſeipſo ſȝ a prima cauſa. ſȝ quicũqȝ fuerit intel lectꝰ Platõis nõ aufert aliquid a ꝓpoſito qꝛ. p. obicit ɔtra verba ipſiꝰ. Uñ dicit manifeſtũ eẽ ꝙ impoſſibile ẽ ꝙ ideȝ quod eſt corruptibile qñqȝ nõ corrũpi qꝛ ſi qñqȝ nõ corrũpitur nõ corrũ petur ⁊ ita erit īcorruptibile. phũs. n. impugnat Platonẽ vt verba ſonant. iõ vult dicere phũs ꝙ licet mũdus depẽderit ⁊ dependeat a prima cauſa. ſed cum illa dependentia ſtat ꝙ ẽ inge nitꝰ ⁊ īcorruptibilis vt probauit octauo phiſico rum. Iſte tamen rõnes tam hic ꝙ ibi debẽt in





telligi naturaliter ⁊ hoc nõ repugnat y° magis oppoꝰ repugnat.

**Ad rationes ante oppoſituȝ**
Ad primã dicitur ꝙ omne corruptibile in inſtã ti in quo corrũpitur cõtingẽter corrũpit̄. ⁊ cũ in fertur g° vnũ corruptibile de neceſſitate corrum pit̄. ɔñã nõ valet qꝛ arguit̄ ſecundum quid ad ſimpliciter. multa enĩ ſunt neceſſaria in vniuer ſali q̃ ſunt cõtingentia in ꝑticulari. ibi etiam eſt fallacia ɔpoſitionis arguẽdo a ſenſu diuiſo ve ro ad ſenſũ cõpoſituȝ falſum. Ad ſecundam dicit̄ ꝙ res ſic ſe habẽt ad eẽ ſicut ad bonũ qꝛ eſ ſe eſt quoddam bonum. ⁊ ad malum ſicut ad non eſſe. ⁊ ideo res que habent compoſitio nem bonũ ſimpliciter. ſed res cuiꝰ eſſe eſt ꝑmix tũ potentie ad eẽ nõ ſunt cõpoſite bona ɔpoſi tione ſimpliciter ſed ſolum in ſuo gener ⁊ tales ſimpliciter ſunt generabiles ⁊ corruptibiles. Et hec de queſtione ⁊ de primo de celo ⁊ mũdo.

## Sequitur Liber Secundus

**Quod quidem igitur neque factuȝ eſt omne celum. neque contingit corrumpi quemad modum quidam dicunt ipſum. et cetera.**

**Irca inicium ſecundi libri de Celo et mundo Queritur primo.**
Utrũ celũ ſit ſempiternũ ⁊ immortale motũ motu ſẽpiterno ſine fatigatõe ⁊ pena. Arguit̄ ꝙ nõ qꝛ celũ hȝ materiã g° nõ eſt ſempiternũ. 2° arguit̄. Celũ nõ viuit cũ non habeat aĩam g° celuȝ nõ eſt immortale. 3° nullus motꝰ eſt in finitꝰ vt ꝓbat̄. 6° phiſicorꝫ. g° celuȝ nõ mouet̄ motu ſempiterno. Ultimo arguit̄. motꝰ celi ẽ ſucceſſiuꝰ. oĩs aũt ſucceſſio in motu ꝓuenit ex a liqua reſiſtentia. ſed omnis reſiſtẽtia cauſat do lorẽ ⁊ fatigationẽ mouẽtis. g° celũ mouet̄ cũ do lore ⁊ fatigatõe. In oꝰ ẽ. p. ĩ p° tractꝭ. hꝰ ſecũdi.

**Scienduȝ eſt primo. ꝙ poſt**
ꝙ phũs ĩ pᵒ libro determĩauit de toto vniuer ſo in quo oñdit quedã eſſe corpora mota circu lariter ⁊ quedã mota motu recto. ɔñr in hoc 2° incipit determinare de corporibꝰ circulariter mo tis q̃ ſũt perfectiora corporibus recte motis. Et primo agit de ipſis ꝙtũ ad ſubſtãtiã eorꝫ. ⁊ ita in ꝓpoſito celũ accipit̄ ꝓ aggregato ex oĩbꝰ cor poribus circulariter motis: Pro quo.

**Scienduȝ eſt ſecundo. ꝙ Fa**
tigatio ſic ſolet diffiniri. Fatigatio eſt diminutõ potẽtie actiue cognitiue ꝓpter diuturnã actionẽ reſtaurabilis ꝑ quieteȝ. ⁊ ponit̄ ibi diminutio tã ꝙ genus. ⁊ ponit̄ potẽtie actiue qꝛ potẽtia paſſi ua nõ fatigat̄. ⁊ ponit̄ cognitiue ꝓpter potẽtiã na turalẽ q̃ nõ fatigat̄ vt ignis nõ fatigat̄ in cale faciendo. dicit̄ inſuꝑ ꝓpter diuturnã actõeȝ q. ſi diuidat̄ põa puta. ꝑ egritudinem aut ſeniũ nõ ꝓpter hoc dicet̄ fatigatio. ⁊ eadẽ de cauſa dicit̄ reſtaurabilis ꝑ quietẽ. nã ſeniũ ẽ diminutio po tentie ⁊ tñ nõ dicit̄ fatigatio qꝛ nõ reſtaurat̄ ꝑ quietẽ. fatigatõ. n. accidit ꝓpter īclinatõeȝ nat̄ aleȝ ad aliquẽ aliũ motũ ɔtrariũ motui. cuius potẽtia ẽ fatigata ⁊ principiũ. Quibꝰ notatꝭ ſit.

**Concluſio prima.** Celuȝ ẽ ſempiter nũ. hec ɔ° vt dicit̄ ĩ textu. ſatꝭ ꝓbata ẽ rõibꝰ ⁊ ſi gnis iqꝰ oñſũ ẽ ꝙ celũ ẽ igẽitũ ⁊ īcorruptibile ⁊ etiã mũdꝰ iõ ꝓnũc dimittit̄ vlterior ꝓbatio eiꝰ.

**Concluſio ſecunda.** Celum eſt im mortale pȝ qꝛ celũ ẽ ſempiternũ g° ẽ immortale Uerũtñ ꝓprie loquẽdo ſẽpiternitas refert̄ ad eẽ ⁊ imortalitas ad opꝰ vitale q̃ď quidẽ opus vi tale eſt quidã motus ipſi celo.

**Concluſio tertia** Reſpõſiua. Motꝰ celi ẽ finis oĩm aliorꝫ motuũ ⁊ nõ ẽ aliꝰ motꝰ fi nis eiꝰ. Pȝ qꝛ oẽ ɔtẽtũ ſe hȝ ad ɔtinẽs ſicꝭ ad fi nẽ qꝛ tiat̄ ad ipȝ. ſȝ ipfectũ ſe hȝ ad ꝑfectũ ſicut ɔtẽtũ ad ɔtinẽs. g° ipfectũ ſe hȝ ad ꝑfectũ ſicut ad finẽ ſuũ. ſȝ ſolꝰ motꝰ circulařꝭ ẽ ꝑfectꝰ qꝛ in

eo ſolum finis cõiungitur cum principio. omnis
aũt mot⁹ recti ſunt imperfecti. q2 in talib⁹ finis
non coniungitur principio. ⁊ quando ſunt in ſu
is finibus terminant̃ quiete. ergo motus celi ẽ
finis omniũ motuum. Et cum motus circularis
ſit cõtinuus ⁊ perpetuus ipſius celi vt oñſuʒ eſt
in primo libro. ſequitur ꝙ motus celi etiaʒ ſit fi
nis omnium motuuʒ. Sic igitur pʒ ꝙ motus ce
li eſt ſempiternus ⁊ hoc ſatis ꝓbatum eſt in octa
uo phiſicoꝝ. Ex quo ſequitur ꝙ celum ẽ im
mo. tale. pʒ q2 motus celi eſt opus vitale ipſius
celi. eo ꝙ opus vite eſt mouere ſeipſũ. ergo ſi ca
piatur celum ſub aĩa eius dicitur mouere ſe. et
mediante eius motu dicitur eſſe cauſa omnis vi
te in iſtis inferioribus.

## Concluſio quarta.

Celum
mouetur ſine dolore ⁊ fatigatione. Pʒ q2 nõ ha
bet naturalem inclinationem ad aliquẽ alium
motũ cũ non ſit graue vel leue. g° mouetur ſi
ne dolore ⁊ fatigatione. Et per iſtam infert
falſitatẽ opinionũ quorũdam dicẽtiũ de cauſa
permanẽtie celi in ſuo loco. quidã enim dixerũt
celum eſſe naturaliter graue. ſed dicebãt ad hoc
ꝙ cõſeruetur in ſuo ſitu indiget quodã gigante
vt cõſeruetur in ſitu ſuo. ⁊ hũc vocabãt Athlã
tem ſtantẽ ſupra duas columnas eũ ſuſtinentes
ne grauitate ſua caderet deorſum. Alii vero iſtã
opinionẽ ſuſtinentes dixerunt ꝙ per illũ Athlã
tem dicitur intelligi materia hoꝝ inferioꝝ que
eſt ita ꝯpreſſa vt amplius cõprimi non poſſit. ⁊
ſuſtinet celum ne cadat deorſum. q2 cadere non
poſſet ſine penetraciõe dimenſionũ. Et ſi iſti per
Athlantem intellexerunt primam cauſam que ꝓ
ducit celum ⁊ conſeruat ipſuʒ tũc aliquid diui
num continet ⁊ eſt vera ſua poſitio. ſi vero ipſi
intellexerunt vt verba ſonãt friuola eoꝝ opini
o ẽ ⁊ ſatis reprobata eſt per hoc ꝙ iam ꝓbatũ
eſt ꝙ celum nõ eſt graue nec leue. Alia fuit opi
nio ipi⁹ Empedoclis ponẽtis celum permanere
in ſuo loco per velocitatem ſue circulationis pre
uenientis eius motum deorſum. Sed cõtra
hoc arguit phũs. q2 licet quãdoqʒ ita accidat
ꝙ aliquid a ſuo motu naturali impediat̃ ꝓpter
velocitatẽ motus oppoſiti. irrõnabile eſt tamen
dicere aliquid perpetuuʒ deſtitui ab eo quod eſt
ſibi naturale. ⁊ id quod eſt ſibi violentuʒ perpe
tuo ineſſe. q2 ea que ſunt a natura vt in plurib⁹
inſunt. ⁊ ea que inſunt cõtra naturaʒ vt in pau
cioribus. Alia fuit opinio Platonis ponen
tis celum eſſe animatũ. ⁊ animam eius ſic deti
nere ipſum cõtra ſuam naturalem inclinationẽ
ſed hec poſitio nõ poteſt ſtare ex parte corporis
q2 impoſſibile eſt aliquod coactum in tali coacti
one durare perpetuo. 2° ex parte aĩe. q2 cum
anima mouet celum cõtra naturalem inclinati
onem non mouet ipſum ſine dolore ⁊ triſticia. ⁊
cũ motus celi ſit cõtinuus ⁊ perpetuus ſequere
tur ꝙ eſſet in cõtinuo dolore ⁊ perpetua triſticia
⁊ ſic talis aĩa nunꝗ̃ poſſet vacare ſpeculationi.
⁊ eſſet miſerabilior aĩabus brutorum que quã
doqʒ quieſcunt videlicʒ in ſomno. Et ſic poſitõ
Platonis ſuſtineri non põt. Verũ tñ phũs
non cõtradicit poſitioni Platonis. eo ꝙ ponit
celum eſſe animatũ. q2 hoc etiã ponit phũs vt
patebit infra. ſed quantũ ad hoc ꝙ Plato poſu
it aĩam celi per quãdã coactionẽ ⁊ vitam mo
uere celum ⁊ detinere ipſum in loco violente in
quo eſt. Verũtamen alii dicũt ꝙ Plato non
intellexit hanc poſitionẽ vt verba ſonant eo mõ
quo phũs reprehendit ipſuʒ. ſed voluit exprime
re ꝙ natura ſecundũ quã contingit talis mot⁹
eſt ei ab alio. De cauſa autem permanẽtie ce
li in ſuo loco dicendum eſt ꝙ per naturam ſuaʒ
permanet in ſuo loco ⁊ ſic mouetur in eo. Nec
eſt querenda cauſa alia quam ſecundũ ſuã na
turam propriam. ⁊ ita mot⁹ ſurſum aut deorſuʒ
non poterit ſibi conuenire nec ſecundum ſuã na
turam nec preter naturam. ideo oportet ꝙ ſecun
dum ſuã naturã in tali loco ⁊ ſitu permaneat.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam negatur ꝯña. q2 materia celi non ẽ
cõtrarietati nec priuationi admixta. Ad ſe
cundam dicitur ꝙ aliquid dicitur viuere dupli
citer vt ſufficit ad propoſitum. Uno° quod ha
bet principiũ vite ſubſtantialiter conſtituẽs ipſũ
⁊ iſto modo celum nõ viuit. Alio° dicitur ali
quid viuere q2 recipit quendã motũ ⁊ ſpiritum
vite a ſuperiori viuente. ⁊ illo° celum dicitur vi
uere ſuſcipiens motum ab intelligentia viuẽte.
qui quidẽ motus eſt cauſa vite in iſtis inferiori
bus. Ad aliam dicitur ꝙ in. 6° phiſicoꝝ ꝓ
batum ẽ motuʒ non eẽ infinitũ ex parte mobil̃
ſed non eſt probatum ꝙ motus non ſit infinit⁹
per reiterationẽ plurium circulationuʒ. Ad
vltimam dicitur ꝙ intelligentia mouet celuʒ tã
ta velocitate quantã requirit habere in ordine
ad ſuum finem. ideo cauſa ſucceſſionis ipſius ce
li eſt intelligentie mouẽtis celum ad nutũ ⁊ vo
luntatẽ ⁊c̃. Sequitur in textu.

Quoniã aũt quidã ſunt qui dicunt eſſe a
liquid dextrum ⁊ ſiniſtrum celi.

## Queritur ſecundo: Utrum

In omni corpore reperiantur ſex differentie po
ſitionuʒ ex natura rei diſtincte. Arguitur ꝙ ſic
q2 ſex differẽtie poſitionũ ſumuntur a terminis
dimenſionũ. ſed in omni corpore ſunt tres dimẽ
ſiones quaꝝ quelibet terminata eſt duobus ter
minis. ergo in omni corpore ſunt ſex differentie
poſitionũ. 2° ſi eſt inſtantia de aliquo hoc eſ
ſet de corpore inanimato. ſed in tali corpore re



periuntur ſex differẽtie poſitionũ. dicimus. n. co
lũnam eſſe dextraʒ ⁊ ſiniſtraʒ. ⁊ etiam ymaginis
vnã partẽ dextrã ⁊ aliã ſiniſtrã. vnã partẽ inferi
oreʒ aliã ſuperiorẽ. g° reꝑiunt̃ in oĩ corpore. In
oppo⁹ eſt. p. ĩ. 2° cap° h⁹ ſecũdi de celo ⁊ mũdo

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs egit de ꝑpetuitate celi. ꝯñr tractat de di
uerſitate ꝑtiũ ſitualiũ ipſi⁹ celi. ⁊ p° tractat re
probando opiniones Pictagoricoꝝ. deinde ſe
cundum opinionẽ ꝓpriam.

## Sciendum ẽ Secundo. ꝙ de

huiuſmõi pñcipiis q̃ dicunt̃ differentie poſitio
nuʒ determiatũ eſt in libro de ꝓgreſſu aĩaliuʒ.
q2 ſunt ꝓprie naꝛe illoꝝ aĩaliũ. in aĩalib⁹ enim
maxime vident̃ differẽtie poſitionũ exiſtere ſʒ⁹
debitas partes. ita ꝙ aliquib⁹ aĩalibus. ſ. ꝑfecti
q̃ nõ ſolũ ſenſiunt ſʒ etiã mouent̃ motu locali
inſunt oẽs tales partes. ſ. dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ. añ ⁊ re
tro. ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ. Quibuſdã vero aĩalib⁹. ſ.
imperfectis ⁊ immobilib⁹ inſunt quedã tantũ. ſ.
ſurſuʒ deorſuʒ. ante retro. vegetabilib⁹ ⁊ plãti
nõ inſunt niſi due. ſ. ſurſum ⁊ deorſum.

## Sciendum eſt tertio quod

differentie poſitionũ ꝑdicte ſumunt̃ a terminis
dimenſionũ nõ abſolute ſed ſʒ⁹ ꝙ in ipſis reſi
dent ⁊ ſunt q̃dã principia motuuʒ. vt pʒ in aĩali
ꝑfecto in quo reꝑiunt̃. ſurſuʒ enĩ dicit̃ illa ps in
qua ſituat̃ ps ꝑ quam ſumit̃ alimentũ ⁊ incipit
mot⁹ augmẽti ⁊ nutrimẽti qđ quidẽ extremũ ẽ
dimenſionis q̃ eſt longitudo. ⁊ oppoſitũ ei⁹ mag
nitudis dicit̃ deorſuʒ. Similiter illa ps in qua
incipit mot⁹ ſenſatõis. que quidẽ ps ẽ vnũ ex
tremũ ꝓfũditatis dicit̃ ante. ⁊ oppoſita ps. ſ. in
extremo alio dicit̃ retro. Siĩr dextꝝ dicit̃ illa
ps a qua incipit mot⁹ local̃. lʒ enĩ mot⁹ localis
diſtinguat̃ ĩ cerebro ĩ quo maxĩe viget ſenſus vt
habet̃ in libro de motib⁹ aĩaliuʒ. Primo tñ ex
plicat̃ mot⁹ iſte in latere dextro. q2 nuca que eſt
vicari⁹ cordis ⁊ cerebri a quib⁹ deriuat̃ mot⁹ ĩ
ceteris ꝑtib⁹ corꝑis latiores ⁊ ampliores hʒ exi
tus ⁊ venas verſus lat⁹ dextꝝ ꝙ̃ ſiniſtꝝ. q2 ibi
reſidʒ maior calor propter ſitũ cordis qđ ẽ fons
⁊ origo totius caloris ĩ aĩali. Et ita dextꝝ eſt illa
pars a qua incipit mot⁹ localis. q̃ quidẽ ps eſt
vnũ extremũ latitudinis. ⁊ oppo⁹ extremũ dicit̃
ſiniſtrũ. Et ſic pʒ ꝙ ĩ aĩali ꝑfecto reꝑiunt̃ oẽs di
fferentie poſitionũ. Ex quib⁹ pʒ ꝙ in quibuſ
cũqʒ nõ reꝑiunt̃ pñcipia alicui⁹ mot⁹ ibi non
reperiunt̃ differentie poſitionũ diſtincte ex naꝛa
rei. ſʒ vbi reperiunt̃ pñcipia augmẽtatõis ⁊ ſen
ſationis ⁊ mot⁹ local̃ ibi reꝑiunt̃ ille ſex differen
tie poſitionũ ex naꝛa rei diſtincte. ſʒ vbi reꝑit̃ ſo
lum principiũ actiuũ mot⁹ augmẽti ⁊ decremẽti
vt in plãtis ſolũ reꝑit̃ ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ. ⁊ vbi reꝑ
iunt̃ principia mot⁹ augmẽti ⁊ ſenſatõis ſimul
⁊ nõ principiũ mot⁹ localis ibi reꝑiunt̃ ſurſuʒ ⁊
deorſuʒ. añ ⁊ retro. ⁊ nõ dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ vt in aĩa
lib⁹ imꝑfecti q̃ nõ mouent̃ motu ꝓgreſſiuo. Sʒ
vbi reperit̃ principiũ mot⁹ local̃ tantũ ⁊ nõ pñ
cipiũ alicꝝ motuũ vt in celo. q2 iſte mot⁹ ꝑfec
tiſſim⁹ ẽ ⁊ ẽ entis ꝑfecti vt dicebat̃ 8° phiſicoꝝ
idõ ibi reꝑiũt̃ ille ſex differẽtie poſitionũ ex naꝛa
rei diſtincte ſʒ⁹ diuerſas hitudĩes ꝑtiuʒ corꝑis
ad motũ localẽ vt declarat̃ in ſequẽti cap° ⁊ ſe
quẽti queſtione. Quib⁹ notatis ſit.

## Concluſio prima:

In corpo
rib⁹ inaĩatis nõ reꝑiunt̃ alique differentie poſi
tionũ diſtincte ex natura rei ꝙuis hmõi differẽ
tie dicant̃ de hmõi aĩatis ꝑ reſpectũ ad hitudi
neʒ ad nos. Probat̃ pña ps. q2 he differentie
nõ ſunt ex natura rei in aliquo corꝑe niſi ꝓ quã
to in illo reꝑiunt̃ pñcipia pluriuʒ motuũ aut ali
cui⁹ mot⁹. ſʒ nullũ inaĩatũ hʒ in ſe principiũ ac
tiuuʒ alicui⁹ mot⁹. g° pña ps ꝯ°nis vera. Se
cunda ps pʒ ꝑ ſecundã rõnẽ añ oppo⁹. Uñ in
corꝑib⁹ inaĩatis hmõi differẽtie dicunt̃ eſſe tri
pliciter in ordine ad nos vt dicit̃ in textu. Pˣio°
vt illud dicat̃ dextꝝ quod eſt ad dextrã partem
⁊ ſiniſtꝝ quod eſt ad ſiniſtrã. 2° mõ dicit̃ ali
quid dextꝝ vel ſiniſtꝝ. ante vel retro ꝑ ſĩĩtudi
neʒ ad partes noſtras. ſicut in ſtatua dicim⁹ dex
truʒ quod ẽ ſiĩe dextro hoĩs. ⁊ ſiniſtꝝ ſiniſtro. 3°
modo aliquid dicit̃ dextruʒ ꝑ oppoſitionẽ dicen
do. ſ. illud dextꝝ quod opponit̃ ſiniſtro noſtro.
⁊ ſiniſtꝝ quod opponit̃ dextro. ſicut pʒ in yma
gine reſultante in ſpeculo. Et eadẽ rõ eſt in aliis
poſitionib⁹. Sʒ in ipſis rebʒ inaĩatis ſʒ⁹ ſe cõſi
deratis nulla inuenit̃ diuerſitas taliũ ꝑtiuʒ. Et
hoc pʒ. q2 ſi compenat̃ ad nos ecõtrario ꝙ̃ pri⁹
illud quod erat dextꝝ dicit̃ ſiniſtrum ⁊ econuer
ſo. ⁊ ſiĩe eſt in aliis poſitionib⁹. in reb⁹ aũt aĩa
tis qualitercũqʒ vertant̃ eodẽ mõ ſemꝑ ſe ha
bent hmõi partes. ideo ibi eſt diſtinctio realis
⁊ ex naꝛa rei ſed non in aliis.

## Concluſio ſecunda.

In omĩ
corpore aĩato reperiunt̃ differentie poſitionũ ex
naꝛa rei diſtincte. vt in plantis ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ.
⁊ in aĩalib⁹ imperfectis cũ illis duab⁹ añ ⁊ re
tro. In aĩalib⁹ aũt perfectis reperiunt̃ omẽs. ꝓ
batur concluſio quo ad primã partem. q2 omne
aĩatum hʒ in ſe principiũ alicui⁹ mot⁹. vt plan
te habent principiũ augmẽti ⁊ decrementi. aĩa
lia uero imperfecta cum hoc habent principiuʒ
ſenſatiõis. ſed preter illa duo animalia ꝑfecta
habent principiuʒ motus. ergo ſequitur ꝙ in oĩ
corpore animato reperiuntur iſte differentie ex
naꝛa rei diſtincte oẽs vel alique. Sʒ põt aliquis
querere que pars in plantis dicitur ſurſuʒ. ⁊ que
deorſuʒ. q2 in plãtis ſolũ reꝑiunt̃ ille due. Dicit̃

ꝙ radices dicuntur ſurſuꝫ ſꝫꝰ naturam rei.ſ. plã te.q2 in eas incipit motus augmenti.⁊ pars oppoſita .ſ.rami dicunt̃ deorſuꝫ ex natura rei.ſꝫ ſecundũ ſitum totiꝰ vniuerſi rami ſunt ſurſuꝫ.⁊ radices ſunt deorſuꝫ.q2 plus recedũt a loco leuiori.ſꝫ pars que dicitur ſurſum in homine ex natura rei.ſ.ex natura ipſius hominis dicitur etiam ſurſuꝫ ex parte tocius vniuerſi.In aĩalibus aũt perfectis aliis ab hoĩbus mouentibꝰ ſe de loco ad locũ ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ medio modo ſe habent q2 ſurſuꝫ in ipſis ſecundũ naturã rei non eſt ſimpliciter ſurſuꝫ.nec deorſuꝫ ſimpliciter deorſuꝫ ſed medio mõ ſe hꝫ.Et ꝙ in iſtis aĩatis abſolute diſtinguãt̃ differentie poſitionũ patet. q2 non mutantur in ipſis ad mutationẽ cuiuſcũqꝫ alteriꝰ qualiter enĩ homo diſponat̃ pars dextra ſemper eſt dextra ⁊ ſic de aliis partibꝰ Ex dictis patet ordo iſtaꝝ differentiaꝝ poſitionis ad inuicem Surſuꝫ enĩ ⁊ deorſuꝫ ſunt priores differentie aliis.priores quidẽ ſecunduꝫ viam generationis a qua prioritate in iſtis inferioribus non cõuertitur ſubſiſtendi cõſequẽtia.quia ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ ſunt extrema longitudinis.ante ⁊ retro profunditatis.dextrum ⁊ ſiniſtrum latitudinis.longitudo auteꝫ prior eſt aliis dimenſionibus. ergo ſurſum ⁊ deorſum ſunt priores differentie. Item in aliis animalibus ſurſum eſt principium alimenti.ante principium ſenſatiõis.dextrum eſt principium motus localis.ſed in animalibus perfectiſ motus augmenti precedit motum ſenſatiõis.⁊ motus ſenſatiõis motum localẽ.ergo ⁊c. Itẽ in quocũqꝫ reperiunt̃ alie differentie ibi reperit̃ ſurſum ⁊ deorſum.ſimiliter vbi reperiuntur dextrum ⁊ ſiniſtrum ibi reperiuntur ante ⁊ retro. ſed non conuertitur.ergo ſurſum ⁊ deorſum ſunt priores. Ex quo infert textus ꝙ iuſtum eſt increpare Pictagoricos qui attribuerũt celo dextruꝫ ⁊ ſiniſtrum ⁊ non ſurſum ⁊ deorſuꝫ ⁊ ante ⁊ retro que ſunt tamẽ priores ex natura rei ipſi dextro ⁊ ſiniſtro.nam cum celum ſit perfectiſſimum.ſi iſte differentie ponentes perfectionem in corpore attribuant̃ alii corpori.rationabile ẽ ꝙ attribuãt̃ celo veluti pfectiſſimo. Itẽ cũ celũ ſit primũ corpꝰ rõnabile ẽ ꝙ priores differentie priꝰ ſibi attribuant̃.vti ſunt ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ. Et ꝙ ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ ſint priores adhuc phũs oñdit q2 videmus de aĩali pfecto ꝙ dextruꝫ ⁊ ſiniſtꝝ differũt ſoluꝫ virtute.ſed ſurſum ⁊ deorſuꝫ differũt virtute ⁊ figura.⁊ ſiĩiter añ ⁊ retro. ⁊ ita magis differũt iſte quatuor ꝙ dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ.⁊ illd' atteſtat̃ quandã prioritatẽ in ipſis differẽtiis. Secundũ mediuꝫ ẽ.ſurſuꝫ in aĩali perfecto dicit̃ principiuꝫ vñ motꝰ localis ẽ.qui vt dictũ ẽ originẽ ⁊ diſtinctioneꝫ capit a cerebro.dextꝝ vero a quo motus localis explicat̃.⁊ ante dicit̃ illud ad qd' eſt motꝰ localis.gͦ ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ habẽt quandaꝫ virtuteꝫ principii in ordine ad alias. Et ſic iuſte increpãt̃ Pictagorici q2 reliquerũt priores differẽtias ⁊ poſteriores attribuebãt pfectiſſimo corpori.ſ.celo. Increpãt̃ eciã rõnabiliter q2 attribuebãt dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ oĩbꝰ corpibꝰ.cum tñ repiantur in ſolis corpibꝰ hñtibꝰ in ſe ipſis principiuꝫ motus localis. Ex oĩbꝰ iſtis pꝫ in quibꝰ corpibꝰ reperiant̃ ipſe differẽtie poſitionum ex natura rei diſtincte.⁊ in quibꝰ nõ. Pꝫ eciã in quibus reperiunt̃ omẽs.⁊.in quibus alique ⁊ alique nõ.in animalibus enim perfectis repeiũtur omẽs.⁊ in impfectis quatuor.⁊ in ſolis vegetabilibꝰ reperiunt̃ due ex natura rei diſtincte.

Rationes ante oppoſitum ſolute ſunt ex dictis. Sequit̃ in textu. Nobis autem quoniam determinatũ eſt priꝰ.

## Queritur tertio. Utrum

In omni corpore celeſti reperiantur ſex differentie poſitionum ex natura rei diſtincte. Arguitur ꝙ non.q2 in illo ſolo corpore diſtinguntur ex natura rei differẽtie poſitionum quod eſt animatum.ſed celum non eſt animatum.ergo ⁊c. Minor patet.quia ſi haberet aliquaꝫ animam haberet vegetatiuam ⁊ ſic augeretur ⁊ nutriret̃ quod in primo reprobabatur. Secundo arguitur.ſurſuꝫ ⁊ deorſum ante ⁊ retro diſtingunt̃ in corpore quo in reperiuntur non ſoluꝫ virtute ſed etiam figura vt dictum eſt prius.ſed corpus celeſte cum ſit ſpericum habet omnes partes ſimiles in figura.ergo in eo non reperiuntur ſurſum et deorſuꝫ.ante ⁊ retro ⁊ per conſequens nec dextrum ⁊ ſiniſtrum cum ſint poſteriores aliis. Tertio arguitur.In omni corpore in quo reperiuntur dextrum ⁊ ſiniſtrum ex natura rei diſtincta vna pars mouetur ante aliaꝫ ſcilicet dextra añ ſiniſtraꝫ quia vt dictũ eſt prius motus localis incipit a dextro.ſed in corpore celeſti omnes partes ſimul mouent̃ ⁊ celũ nunquã moueri incepit vt probatum eſt octauo phiſicoruꝫ. ergo ⁊ cetera. Quarto arguitur.Surſum eſt principium augmenti.⁊ ante eſt principium ſenſatiõis vt dictum eſt prius.ſed iſti motus non reperiuntur in celo.ergo nec eius differentie 5ͦ. arguitur.Surſum ⁊ deorſum attenduntur ſecundum extrema longitudĩs.ſꝫ in celo nõ eſt lõgitudo.q2 de rõe lõgitudĩs ẽ ꝙ ſit maior aliis. et cum celum ſit ſpericum in eo non eſt dimenſio vna excedens aliam.ergo in celo non eſt ſurſuꝫ nec deorſuꝫ. In oppoſitũ eſt phũs in textu. Pro reſponſione.

**Scienduꝫ eſt primo. ꝙ poſt** ꝙ dictum eſt priꝰ ꝙ ſex differentie poſitionum reperiantur in celo.Conſequenter in iſto paſſu determinatur ſecundum quas partes accipiantur.Et ideo intelligendum ꝙ ſumuntur ſecundum extrema dimenſionũ in quibus diſtincte virtutes que ſunt principia actiua ⁊ paſſiua plurũ motuum inueniunt̃.in hiis.n.que habẽt principiuꝫ dũtaxat motus localis in ſeipſum diſtinguunt̃ differentie poſitionũ ex natura rei ſecundum diuerſas habitudines ad motum localem.ſurſum.enim in aĩatis eſt principiuꝫ vnde motus localis.dextrum eſt a quo motus explicatur.⁊ ante eſt ad quod eſt motus. Ex quo ſequitur.ꝙ licet celũ ſolum moueatur motu locali.nichilominus in eo poſſunt reperiri ſex differẽtie poſitionum ex natura rei diſtincte ſecundum diuerſas habitudines ad motũ localeꝫ ipſius. ⁊ p hoc ſoluitur quarta ratio añ oppoꝰ.

**Sciendum eſt ſecundo ꝙ in** animali perfecto ſurſuꝫ ⁊ deorſuꝫ.⁊ ſiĩiter ante ⁊ retro nedum virtute diſtinguunt̃. ſꝫ etiã figura vt dictum eſt prius. ſed tamen diſtinctio in figura minus principalit̃ facit ad diſtinctionẽ harũ differentiaꝝ.q2 diſtinctio ſecundũ virtutem principaliter facit ⁊ ſufficit ad hoc ꝙ diſtingant̃ ex natura rei. Unde ſi homo in quo diſtinguunt̃ iſte differentie virtute ⁊ figura efficeretur ſperice figure.dum tamẽ ĩ qualibet parte hominis retineret propriaꝫ virtutem quã habet nũc. nichilominus in homine adhuc remanerent iſte differẽtie ex natura rei ſecũdũ diuerſas virtutes ⁊ per hoc ſoluitur ſecũda rõ añ oppoꝰ.

**Sciendum ẽ tercio. ꝙ licet in** animali perfecto quod ſẽp mouet̃ quãdo ĩcipit moueri motus eius incipit a dextro. ⁊ ita pars dextra mouetur ante ſiniſtram.adhoc tamẽ ꝙ in celo reperiantur ex natura rei dextꝝ ⁊ ſiniſtrũ non requiritur ꝙ incipiat moueri de nouo ⁊ ꝙ moueatur vna pars ante aliam.ſed ſufficit ꝙ ĩ celo ſit vna pars determinata in qua principaliter reſideat virtus motiua ĩ qua incipet moueri ſi quieſceret ⁊ poſtea moueretur.⁊ ita eſt in celo. ⁊ illa pars vocatur dextra.⁊ per hoc ſoluet̃ tertia ratio ante oppoꝰ.

**Sciendum ẽ quarto. ꝙ licet** In celo omnes linee ducte a cẽtro ad circunferẽtiam ſunt equales.neqꝫ vna ẽ maior alia q2 celum eſt corpꝰ ſpericũ.q2 tñ in vnoquoqꝫ genere ipſuꝫ pfectiꝰ priꝰ ẽ.⁊ cũ longitudo inter dimẽſiones ſit prior.in celo illa linea que eſt pfectior põt dici prior ⁊ p ꝯñs longitudo celi. ⁊ per ꝯñs q2 vnũquodqꝫ tantũ pfectũ ẽ quantũ eſt immobile.gͦ illa dimẽſio in celo q̃ eſt immobilis ſicut eſt axis mundi ſup cuius polos immobiles mouet̃ celũ eſt pfectior.⁊ p ꝯñs prior dimẽſio . ꝯñr ſequit̃ ꝙ ſit longitudo. Uñ nõ oꝫ ꝙ longitudo alicuiꝰ corporis ſit maior dimẽſiõe latitudinis extẽſiue.ſꝫ ſufficit ꝙ ſit prior.⁊ p hͦ ſoluitur quinta ratio.

**Sciendum ẽ quinto. ꝙ plato** ⁊ Ariſt̃.dixerũt celũ eẽ aĩatum. Et circa hoc quidaꝫ dixerũt ꝙ intelligentia ſepata nõ poſſet mouere celuꝫ immediate.ideo poſuerũt Ariſt̃. ⁊ Plato celum eſſe aĩatum. q2 cuꝫ intellectꝰ ſit vniuerſaliũ.ſi intelligentia moueret celũ immediate nõ plꝰ moueret hoc motu ꝙ illo. nec hac velocitate ꝙ illa.⁊ ideo iſti dixerũt aĩatũ habere virtutẽ imaginatiuã q̃ determinet motũ vſeꝫ intelligentie ad hũc motũ vel illuꝫ. Sed hec poſitio ſuſtineri non poteſt.q2 virtus ymaginatiua eſt virtꝰ ſenſitiua organica. Sꝫ organuꝫ ſẽſus fũdatuꝫ eſt in aliqua cõplexione qualitatuꝫ primaꝝ.a quibꝰ denudatũ ẽ ipſũ celuꝫ. ideo in celo nõ põt eſſe virtus ymaginatiua. Nec vꝫ motiuuꝫ ꝙ intelligẽtie nõ ſoluꝫ cognoſcũt vlia ⁊ vlr.ſed etiaꝫ p ſpecies vniuerſales cognoſcunt ſingularia ⁊ ſingulariter. Alii aũt dixerũt vt refert Simpliciꝰ celũ eſſe aĩatũ nõ ꝙ habeat aĩaꝫ ratõalẽ ſeu intellectualẽ.ſꝫ q2 hꝫ quandã vitaꝫ ſcꝫ cõtemplatiuã p quã cõuenit ſibi ſic naturaliter moueri.ita ꝙ aĩa celi nõ eſt aliud ꝙ natũa corporis celeſt̃.ita ꝙ celũ p aĩaꝫ eiꝰ moueatur eo modo quo ꝯtingit graui moueri deorſuꝫ ⁊ leui ſurſuꝫ.Et ſic ſꝫꝰ eos nõ haberet principiuꝫ ſui motꝰ actiuũ ſꝫ paſſiuũ tantũ. Hoc aũt ẽ ꝯtra intentionẽ Ariſt̃.qui ponit celũ eẽ aĩatũ qd' non diceret ſi ĩ ſeipſo haberet principiũ paſſiuum ſui motꝰ queadmoduꝫ grauia ⁊ leuia. Iteꝫ ĩ.8ͦ phiſic̃. phũs pbat ꝙ deueniendũ eſt ĩ ordie mobiliũ ad vnũ primũ qd' in ſe hꝫ pricipiũ ſui motus qd' eſt diuiſibile in ptẽ per ſe mobilẽ ⁊ ptẽ p ſe motã.ſꝫ hͦ nõ põt eſſe aliud ꝙ celũ.gͦ ſꝫꝰ intentionẽ Ariſt̃.oꝫ celũ eſſe aĩatũ. Sꝫ tũc dubitat̃.an ipſa aĩa quã oꝫ eẽ ſpũalẽ ⁊ a qua dicitur celũ aĩatũ ſit ſibi ꝯiũcta aut ab eo ſepata. Ad hͦ põt rñderi ꝙ nõ multũ refert ꝙtũ ad modũ mouẽdi vtꝝ moueat̃ a ſubſtantia ſeparata vel coniuncta. Sed q2 cum ipſum mouetur a ſubſtantia coniuncta que dicitur anima eius ipſum celum eſt nobilius ad iſtã nobilitatẽ intẽdẽtes Plato ⁊ Ariſt̃.dixerũt celũ eẽ aĩatũ. Sꝫ diceret aliq̃s ꝙ celũ ppter ꝯiũctionẽ aĩe nõ ẽ nobiliꝰ cũ ipſa aĩa ſi ſit ſepata nobilior ẽ ꝙ ꝯiũcta Dicit.n. Plato ꝙ bonũ aĩe rõalis ẽ qñ ſepat̃a corpe.cũ gͦ mouẽs ſit digniꝰ ⁊ pfectiꝰ moto.⁊ motꝰ mouẽte magĩ depẽdeat quã a moto videt̃ ꝙ motꝰ celi nobilior erit ab aĩa ſepata ꝙ ꝯiũcta videt̃ gͦ ꝙ cũ attẽderẽt ad nobilitatẽ ipſiꝰ debuiſſẽt dixiſſe celũ ñ eẽ aĩatũ ſꝫ moueri a ſuba ſepata. Suſtinendo ergo probabiliter Platoneꝫ ⁊ Ariſtot̃ ſine aliqua temeraria exceptione poſſet dici ꝙ anima noſtra rõnalis ꝙtũ ad aliquid nobiliꝰ ẽ eſſe extra corpꝰ ꝙ in corpe ꝙtuꝫ ad hoc ꝙ mouet ipſuꝫ corpus cõtra naturalẽ in

clinationem quando eſt in corpore. ita quantū ad aliquid nobilius eſt eſſe in corpore. quantuʒ ad hoc. ſ. ꝙ ipſa exñs in corpore conſequitur perfectius eſſe ſpeciei. Si gͦ eſſet aliqua ſubſtātia ſpiritualis coniuncta ipſi celo vt forma eius pſe determinata eſſet ad motum celi ſic ꝙ non moueret ipſum celum contra naturalem eius inclinationem ⁊ ex qua cum corpore celeſti cōſtitueretur vna ſpecies. tunc motus celi perfectior eſſet per hoc ꝙ talis ſubſtantia eſſet cōiūcta ꝙ̄ ſeparata. qꝛ actio ſiue motus qui fit per inſtrumentum coniunctum principali agenti vt ſic perfectior eſt ꝙ̄ motus qui fit per inſtrumentum ſeparatum. Et hoc modo poſſent defendi Plato ⁊ Ariſtotel. ſi intellexerunt celum eſſe animatuʒ hoc eſt moueri a ſubſtantia ſpirituali coniuncta ſecundum eſſe. Dubium eſt tamen apud antiquos an ſic intellexerunt. qualitercunqʒ autem intellexerint tenendum eſt ꝙ celum non mouetur a ſubſtantia intellectuali coniuncta ſecundum eſſe ſed ſeparata. ⁊ quod natura celi ſe habet ad motum eius vt principium paſſiuuʒ naturaliter etiam inclinatiuum ad talem motum. ⁊ intelligentia ſeparata ſecunduʒ ſe. ſe habet ad motum celi vt principium actiuum ⁊ principale

Sed ad videndum qualiter celum poteſt dici animatum. Notandum eſt cum Alberto. ꝙ anima noſtra habet triplicem habitudinem ad corpus. Una eſt quantum ad eſſe. non ꝙ in eſſe dependeat a corpore. ſed quia naturaliter habet eſſe in corpore. ⁊ hanc habitudinem non habet intelligentia ad celum mouens ipſum. qꝛ non facit vnum ſecundum eſſe. Et hoc videtur Ariſtotel. ſenſiſſe in octauo phiſicorum, cum dicit. ꝙ moto celo non mouetur motor eius nec per ſe nec per accidens. Aliam habitudineʒ habet ad corpus quantum ad apprehenſionem quia acquirit ſuam cognitionem mediante ſenſu qui eſt corpus. Et iterum hanc habitudinem non habet intelligētia mouēs celuʒ. qꝛ non cognoſcit mediante celo. ſed per lumen prime cauſe diffuſuʒ per omnes ſubſtantias intellectuales.

Tertiam habitudinem habet anima ad corpus quantum ad agere ſiue pati. qꝛ influit motum ipſi corpori. quo ipſū corpus agit ⁊ operatur ⁊ hanc habitudinem ad celum habet intelligentia ipſum mouens. nam ſicut intellectus noſter practicus vtitur corpore ad explicanduʒ formas artis in materia artificiali. ita intelligentia mouens celum vtitur celo tanꝙ̄ inſtrumento ad explicandum formas naturales generabilium. ⁊ hoc modo poteſt dici celum eſſe animatum qꝛ recipit motum qui eſt tanquam vita ab ipſa intelligētia mouēte vt a principio vite. ⁊ ita intelligentia vnitur ipſi celo. non ſicut forma materie ſed dumtaxat ſicut motor mobili. Et huic dicere oppoſitum eſt articulus condemnatus. Ex quibus patet.

**Concluſio Reſponſiua.** Scilicet ꝙ in omni corpore celeſti ſunt ſex differētie poſitionum ex natura rei diſtincte. Probatur quia celū i ſe habet principiū motꝰ localis. ergo in eo reperiuntur huiuſmodi differentie poſitionum. conſequentia tenet. quia iſte differentie diſtinguuntur ex natura rei ſecundū determiatas virtutes habentes habitudineʒ ad diuerſos motus vel ad motum localem tantuʒ. ⁊ cum celum ſit corpus perfectiſſimum. ⁊ moueatur tantum motu locali qui eſt perfectiſſimus. ſequitur ꝙ celum in ſe habet huiuſmodi differentias. Et accipitur celum cum dicitur ꝙ habet in ſe principium actiuum motus pro aggregato ex corpore celeſti ⁊ intelligentia mouente. ex quibꝰ fit vnū non ſecunduʒ eſſe ſed ſecunduʒ operari. Auctoritates ſunt pro dictis. Rationes ſoluuntur ex dictis. Sequitur in textu.

Dico autē longitudinē quidē ipſius ⁊c.

**Queritur quarto. Utrum** In celo polus ſemper nobis manifeſtus qui dicitur arcticus ſit deorſum. ⁊ polus ſemper nobis immanifeſtus qui dicitur antarticus ſit ſurſum. ⁊ oriens ſit dextrum ⁊ occidens ſiniſtruʒ. punctꝰ meridiei ante. ⁊ punctꝰ noctis retro. Arguitur primo ꝯtra primā partē queſiti. qꝛ ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ vbi diſtinguūtur ex natura rei attenduntur ſʒꝰ extrema longitudinis rei. Secundū aſtrologos longitudo attenditur ſʒꝰ diſtantiam orientis ⁊ occidentis. ⁊ latitudo ſecundū diſtantiā ſeptentrionis ⁊ meridiei. gͦ ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ nō ſunt poli mundi: ſed magis oriens ⁊ occidēs. 2ͦ arguitur ſʒꝰ Pictagoricos nos ſumus in emiſperio ſuperiori ⁊ ad dextꝝ celi. qꝛ polꝰ nobis manifeſtꝰ eſt ſurſuʒ ⁊ ei oppoſitꝰ eſt deorſū. gͦ ⁊c. Deinde arguitur cōtra ſecundā partē queſiti qꝛ ſi oriēs ſit dextꝝ celi. ⁊ occidēs ſiniſtꝝ cū eadē ps ꝗ nūc ē in oriēte ſtatim ſit in occidēte. ſequitur ꝙ in celo nulla ps determiata erit dextra ⁊ ſiniſtra. gͦ eadeʒ ps ſucceſſiue erit dextra ⁊ ſiniſtra. Item in celo oriēs ⁊ occidēs nō ſunt detiata. neqʒ ſimiliter meridies. neqʒ pūctꝰ noctis. ſʒ ſʒꝰ vnā regioneʒ attenditur vnū oriēs ⁊ aliā meridies. ⁊ ſʒꝰ aliā attēditur aliud oriēs ⁊ alia meridies. gͦ ſiniſtꝝ et dextꝝ attēduntur in celo penes oriēs ⁊ occidens. gͦ ſequitur ꝙ dextꝝ ⁊ ſiniſtꝝ nō ſunt ptes determinate in celo. In oꝰ ē phūs i textu. p rñſione

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ̄ phūs oſtendit ꝙ in celo repiuntur ſex differentie poſitionis ex natura rei diſtincte eo ꝙ ſūt principiū motꝰ localis. conſequenter oſtendit penes quas partes ipſius celi ſumantur huiuſmōi drē.



**Sciënduʒ eſt ſecundo. ꝙ pro** oſtenſione huius ſecunduʒ quas partes celi accipiantur hic ſex differentie poſitionuʒ ſupponitur ex dictis ꝙ ſurſuʒ ⁊ deorſum vbi diſtinguntur ex natura rei ſumuntur ſecundū extrema longitudinis pquanto ex vno extremoꝝ originatur motus localis. qꝛ omnis motus localis ab aliquo immobili procedit. ideo in omni corpore dicitur eſſe principium vnde motus vbi reperitur aliquid immobiliter ſe habens in illo corpore. ⁊ qꝛ in corpore celeſti oia puncta ſunt mobilia demptis duobus polis. ſequitur ꝙ ipſi poli mūdi quodāmodo poſſunt principia dici motꝰ ipſiꝰ celi. ſequitur etiā ꝙ diſtātia que ē inter duos polos debet dici longitudo. qꝛ de rōe longitudinis eſt ꝙ ſit maxima dimēſio. non quidē ſʒꝰ quantitateʒ ſʒ ſecundū virtutē ⁊ perfectioneʒ. ⁊ cū ſit ſimplicior. eo ꝙ conuenit ſoli diſtantie ꝗ eſt inter polos qꝛ ſola illa eſt immobilis. gͦ ⁊c. Supponitur vlteriꝰ ex dictis ꝙ vbicunqʒ diſtinguūtur ſurſū ⁊ deorſuʒ ex natura rei ſʒꝰ diuerſitatē partium illius corporis penes ſurſum ⁊ deorſum attenditur maior diſtantia ꝙ̄ penes alias. ſequitur etiam ꝙ nō reperiantur alie differentie. Supponitur etiam ꝙ illa pars a qua incipit motus localis alicuius mouentis ſe ipſum dicitur dextra. ⁊ ps oppōita dicitur ſiniſtra. ⁊ pars ad quā ē motus eſt anterior. ⁊ pars oppoſita dicitur poſterior. Tamē in textu phūs nō facit mētionem de ante ⁊ retro qꝛ habitis aliis differentiis ſatis habetur ante et retro. qꝛ dictum eſt prius ſurſuʒ eſſe principium vnde motus. dextrum a quo motꝰ. ⁊ añ ad quod eſt motus. Quæ ſatis pbatur.

**Concluſio prima: Surſum** et deorſuʒ in celo ſunt poli mundi. Probatur. qꝛ vt dictū eſt ſurſum ⁊ deorſuʒ ſumuntur ſʒꝰ extrema longitudinis. ſed diſtantia que eſt inter polos eſt longitudo celi. qꝛ illa ſola eſt immobilis ergo ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ ſūt extrema illius diſtantie que quidem extrema dicuntur poli mundi. 2ͦ probatur. per habitudineʒ huiuſmōi polorum ad equinoctialeʒ ab vtroqʒ diſtantē equaliter diſtinguūtur in celo duo emiſperia. ſ. ſuperius ⁊ inferius ⁊ ſic ſecundū hmōi diſtantiā attenditur in celo maior diuerſitas ꝗ ſit in ipſo. cū ergo ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ in aliquo corpore ſint partes maxime diſtantes. in aialibus enim differunt virtute ⁊ figura. ideo ſequitur ꝙ ſurſuʒ ⁊ deorſum ſunt poli mundi. 3ͦ probatur ſʒꝰ cōem modū loquēdi. nos eniʒ coſueuimꝰ dicere ꝙ poli mūdi ſint latera mundi ſʒ latera. mūdi ſunt id quod eſt iuxta polos ex vtraqʒ pte. ita ꝙ oriens ſit vnuʒ latus. et occidens aliud. cū ergo latera in aliquo corpe ſint id quod eſt iuxta ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ vt patet in aiali. ſequitur ꝙ ſurſuʒ ⁊ deorſuʒ ſunt poli mūdi

**Concluſio ſecunda. Dextruʒ** Celi eſt in oriente. ⁊ ſiniſtruʒ eiꝰ eſt in occidēte. Probatur. qꝛ cuiuſcūqʒ mouētis ſe ipſuʒ ps a qua motus incipit dicitur dextrū. ⁊ ps ſibi oppoſita dicitur ſiniſtꝝ. gͦ in celo cū ſe ipſuʒ moueat eſt vna pars determinata ꝗ dicitur dextra. ⁊ alia ꝗ dicitur ſiniſtra. ⁊ cuʒ ps in celo a qua incipit motus dicatur oriens ⁊ oppoſita occidens vt pʒ de ortu ⁊ occaſu aſtroꝝ. ſequitur ꝙ oriens eſt dextra ps celi. ⁊ occidens ſiniſtra. Et eſt hic ſermo de oriente ⁊ occidente ſimpliciter. ⁊ non in ordine ad habitantes in diuerſis regionibus. vt ad motꝰ aſtroꝝ ⁊ planetaꝝ. qꝛ ſʒꝰ hoc diuerſi diuerſa hñt orientia ⁊ occidentia. yͦ in diuerſis temporibꝰ diuerſa ſunt puncta orientis ⁊ occidētis habitātibꝰ in eadē regione ſʒꝰ aſcenſuʒ ⁊ deſcenſuʒ ſolis in obliquo circulo. Oriens aūt ⁊ occidēs ſimpliciter in celo debent dici ⁊ attendi in ordine primi mobilis qui ē ſup polos mundi. Et ꝗuis eadem ps celi prius ſit in oriente ⁊ poſtea in occidente. qꝛ tñ motor celi manet immobilis ⁊ p ſe ⁊ per accidens a quo deriuantur virtutes in celo ſʒꝰ quas diſtinguuntur perfectiōis differētie. ideo ſēper oriens ⁊ occidens ſunt immobilia ⁊ ſimiliter dextruʒ ⁊ ſiniſtrū. ⁊ hoc ideo. qꝛ itelligētia mouens celum penitus immobilis dicitur reſidere in vna determinata parte. ⁊ ibidem primo influere motum. ⁊ hec pars dicitur dextꝝ ⁊ oriēs ſimpliciter. Neqʒ eſt ymaginandū ꝙ vna pars dicatur denſior aliis que primo ſuſcipiat motionem intelligentie que quidem pars dicitur dextra a qua inciperet motus celi ſi inciperet. quia cum illa pars circueat totam terram. non videtur ratio quare nobilior effectus cauſaretur in vna parte terre ꝙ̄ in alia. ⁊ ita non attenditur dextrum in celo in ordine ad aliquam partem ſimpliciorem ⁊ determinatam ipſius celi. vt quidam dicunt Albertum ymaginari. Sed vt doctor ſanctus vult attenditur ad aliquem determinatum ſitum ſecunduʒ quem intelligentia reſpicit celum.

**Concluſio Reſponſiua. Po**lus arcticus eſt deorſum in celo ⁊ antarcticus eſt ſurſum. Patet quia niſi ita eſſet ſequeretur ꝙ motus celi eſſet a ſiniſtro ad dextrum redeundo iterꝝ in ſiniſtrum. Patet conſequentia. quia ſi polus arcticus eſſet ſurſum ⁊ emiſperium noſtrū ſuperius. tunc ſi ymaginaretur vnus homo cuius caput eſſet in polo arctico. ⁊ pedes in polo antartico habens faciem ſupra emiſperiuʒ. tūc ipſe haberet manum dextraʒ in occidente ⁊ ſiniſtram in oriente. ⁊ cum motus ſit ab oriente in occidentē vt patet ad ſenſum. ſequeretur ꝙ motꝰ celi eēt a ſiniſtro ad dextrum iteruʒ redeundo in ſiniſtrum. Sed ſi oppoſito mō ymagiaretur

ille homo haberet dextram ⁊ ſiniſtraꝫ in occidente. quare ſequitur arcticus ē deorſuꝫ ⁊ antarticꝰ ſurſuꝫ. Ex quo concludit phūs ꝙ habitātes ſub antartico polo ſi ſint ſunt in emiſperio ſuperiori ⁊ ad dextruꝫ celi. ⁊ nos habitātes ſub polo arctico vel verſus poluꝫ arcticū ſumus ī emiſperio īferiori ⁊ ad ſiniſtruꝫ. Et ſi arguat̄ cōtra hoc q2 tā in emiſpio ſuperiori quā inferiori aliqui poſſunt eē ad dextꝝ ⁊ ad ſiniſtrum. ergo nō ſequit̄ ꝙ ſi nos ſumꝰ in emiſperio inferiori ꝙ ꝓpter hoc ſimus ad ꝑtem ſiniſtrā celi. Rn̄dēt quidā ad hoc. ꝙ phūs loquit̄ ſecundū greciam in qua habitabat q̄ eſt verſus occidenteꝫ ⁊ ad ſiniſtram partē celi. Quia tn̄ phūs indifferenter tam de habitantibꝰ in inferiori ꝙ ſupiori locutus eſt. ideo dicendū eſt aliter. ꝙ phūs locutus ē ſecundū moduꝫ Pictagoricoꝝ qui quidē referebant ſurſuꝫ ad dextruꝫ. ⁊ deorſuꝫ ad ſiniſtruꝫ et cum nos ſimus in emiſpio inferiori dicit nos eſſe ad ſiniſtraꝫ ꝑtem. ⁊ illos qui ſunt in ſuperiori ad dextraꝫ. Sed contra hoc arguit̄ q2 dixerunt Pictagorici nos eſſe in emiſpio ſuperiori ⁊ apud dextruꝫ. Ad hoc dicitur ꝙ forſan hº dixerunt conſpicientes ad polū noſtꝝ. q2 polꝰ noſter ſemꝑ eminet. ideo dixerunt ipſum eſſe ſurſū Uel aliter dicit̄ ꝙ ita dixerūt aſpiciētes ad motum planetaꝝ oppoꝰ motui diurno quodā mō ⁊ ſꝫꝰ hunc motū planetaꝝ articus eſt ſurſum et antarticus deorſum. ⁊ dextruꝫ eſt in occidente ⁊ ſiniſtꝝ in oriente. ⁊ ſic patet ſecundum quas ꝑtes celi ſumant̄ differentie poſicionū in celo.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ aſtrologi dicētes ⁊ loquētes longitudinem eſſe ab oriente in occidēs loquantur de lōgitudine terre habitabilis ſiue climatum ⁊ vniuerſi tocius. vnde lōgitudo climatum attenditur ab oriente in occidēs. ⁊ latitudo ab aquilone in auſtrum ſiue in ſeptentrionem. Ad alias patet ſolutio ex dictis. Sequitur in textu. Quoniam autem nō eſt ꝯtrariꝰ ⁊c̄.

## Queritur quinto. Utrum

Neceſſe ſit celum moueri pluribꝰ motibus ad ſaluandum generationes ⁊ corruptiones in iſtis inferioribus. Arguitur ꝙ non. q2 nobiliꝰ non eſt propter minus nobile. ſed celum nobilius eſt ⁊ etiam motus eius ꝙ ſint hec inferiora ⁊ generationes ⁊ corruptiones eoꝝ. ergo non eſt neceſſe ponere pluralitatē motuuꝫ celeſtium propter generationes ⁊ corruptiones illoꝝ inferioꝝ.

2º arguitur. celuꝫ agit in hec inferiora tripliciinſtrumento. ſ. motu lumine ⁊ īfluentia ⁊ fierēt generationes ⁊ corruptiones in iſtis inferioribꝰ

3º ſic. ceſſante motu celi adhuc manerēt elementa cōtraria adinuicem. gº adhuc agerent ⁊ paterentur adinuicem. et per conſequens non ē neceſſe ponere celum moueri pluribus motibus ad ſaluandum generationes ⁊ corruptiones in iſtis inferioribus. In oppoꝰ eſt philoſophus

## Sciënduꝫ eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ philoſophus determinauit de diuerſitate partium celi ſecundum ſitum. conſequenter agit de diuerſitate partium celi. que attenduntur ſecundum ordinem plurium corpuꝫ celeſtiuꝫ.

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ ſi

Motui celi eſſet aliquis motus contrarius cuꝫ contraria differant ſecundum ſpeciem vniuerſum n̄ eſſet ſimpliciter perpetuum q2 eſſet vnus motus circularis ⁊ non eſſet alius ſibi contrariꝰ ⁊ ideo ꝑ ſe facile eſſet aſſignare rationem vnam de pluralitate motuuꝫ celeſtiuꝫ ⁊ etiā corporuꝫ. ſed q2 motui circulari nullus eſt motꝰ cōtrariꝰ ō oꝫ ex alio aſſignare rationem et cām pluralitatis. ⁊ hoc eſt difficile vt dicit phūs. q2 accidentia corpoꝝ celeſtium ſunt nobis ignota. tum pº propter elongationem corpoꝝ celeſtium a nobis. tum ſecundo q2 corpora celeſtia non conueniunt in accidentibꝰ cū iſtis inferioribꝰ. ergo accidentia corpoꝝ celeſtium ſunt alterius nature eo ꝙ iſta inferiora ſunt gn̄abilia ⁊ corruptibilia ⁊ ideo pro iſto ſtatu in quo cognitio noſtra itellectiua ortū hꝫ a ſenſu cū ex cognitiōe accidentium veniamꝰ in cognitionem ſubſtātie difficile eſt nobis queſtiones formatas de celeſtibꝰ a nobis determinari. ⁊ ꝙuis hoc ſit difficile. tn̄ phūs per viā reſolutōis reſoluendo effectus in cauſas ⁊ poſteriora ī priora determiat preſētē queſtionem ⁊ alias queſtiones q̄ ſunt de celo ⁊ accidētibꝰ eiꝰ. ⁊ ꝓ determinatōe pn̄tis queſtionis poit phūs ſex ꝯn̄as. Prima. ſi celum eſt quid diuinū et ſempiternum neceſſe eſt motum eius eſſe ſempiternum ⁊ circularem. Secunda ſi motus celi ē ſempiternꝰ ⁊ circularis necē eſt in medio mūdi eē aliqd̓ corpꝰ quieſcēs quod vocatur terra. Tertia ꝯn̄a ē. ſi terra ē necē eſt igneꝫ eē. Quarta. ſi ignis ⁊ terra ſunt. necē eſt elemēta intermedia eē. Quīta. ſi el̄a ſunt necē eſt gn̄ationes ⁊ corruptiones eē. Sexta. ſi gn̄atōes ⁊ corruptiones ſint necē eſt celū moueri plibꝰ motibꝰ. ⁊ eē pl̄a corpora mota pluribꝰ motibꝰ. ſi. n. ſint plures motꝰ circulares oꝫ eē plura corꝑa celeſtia. q2 vniꝰ corꝑis ſimplicis nō eſt niſi vnꝰ motꝰ ſimplex ſꝫꝰ nat̄aꝫ ꝓpriā. ⁊ motꝰ ꝯueniēs alicui ſupra nat̄aꝫ vl̄ preter nat̄aꝫ neceſſario ꝯuenit alicui ſecundū nat̄aꝫ ꝓpriā. Primā ꝯn̄aꝫ ſic ꝓbat. ꝑ. q2 vnūqd̓qꝫ cuiꝰ ē aliqd̓ ꝓpriū opꝰ illd̓ eſt gratia ſui oꝑis. ſꝫ dei. i. celi ē aliqd̓ ꝓpriuꝫ opꝰ qui dicit̄ iminortalitas. gº ē grā illiꝰ oꝑis ⁊ q2 nichil deſtituit̄ a ſua ꝓpria oꝑatōe. ſi celū ſit ſempiternuꝫ. ſequit̄ ꝙ motꝰ eiꝰ erit ſempiternꝰ ⁊ ꝑ ꝯn̄s circularis. ſꝫ ſolꝰ motꝰ circularis pōt eſſe perpetuꝰ Secundam ꝯn̄am ꝓbat ſic. q2 motus circularis ē circa mediū. nō aūt mediu ē accidētal̓ ergo nō





poteſt eſſe ſine ſubiecto oꝫ ergo in medio mūdi aliquid. eſſe ⁊ cū mundꝰ ſit corporeꝰ oꝫ illud eē corpus q2 mediuꝫ corporis ē corpꝰ. ſed illud nō poteſt eē aliqua pars celi. primo q2 celū ſecūduꝫ ſe totū perpetuo mouet̄ circulariter. ergo nulla pars eius poteſt quieſcere in medio. 2º q2 vel ibi quieſceret ſecundū naturam ⁊ tunc celuꝫ eſſꝫ mobile ad mediū ſecundū naturā quod priꝰ improbatū eſt. vel ibi quieſceret cōtra naturā ⁊ hº eſt irrōnabile q2 cū motus celi ſit perpetuus oꝫ illud corpꝰ quieſcens ꝑpetuo quieſcere ī medio ⁊ illud ꝙ mouet cōtra naturaꝫ ꝑpetuo moueret qd̓ n̄ poteſt dici. ergo oꝫ ꝙ in medio mundi ſit aliquod corpꝰ ꝑpetuo quieſcēs quod nō ſit aliqua pars celi. ⁊ illud eſt terra qd̓ ſupponit̄ ꝓ nūc ⁊ in fine huius ſecundi ꝓbabitur gº ⁊c̄. Tertiaꝫ cōſequētiam probat duplici ratione. prima ſi vnum cōtrarioꝝ eſt in reꝝ natura ita ⁊ reliquū et ſi vnum cōtrariū ſit habet aliquā materiam ſibi ſubiectā. mō eadem eſt materia ⁊ potētia cōtrarioꝝ. que quidē potentia ad duo cōtraria nō pōt eſſe ꝑpetuo fruſtra. ⁊ ita ſi ſit vnū cōtrarioꝝ neceſſe eſt reliquuꝫ eſſe. ſed ignis ⁊ terra contrariantur. ergo ſi terra eſt neceſſe eſt ignem eſſe.

Tertia ratio. Habitus ſēper prior eſt priuatione ſed ignis ſe habet ad terram ſicut habitus ad priuationem. ergo ignis ſe habet ad terraꝫ ſicut prius ad poſterius. ſed poſito poſteriori ponitur prius. ergo poſita terra ponitur ignis. quod autē ignis ē vt habitus ⁊ terra vt priuatio. Patet quia motus ⁊ leuitas conueniunt igni. quies autem ⁊ grauitas conueniunt terre. ſed motus ē habitus reſpcetu quietis ⁊ leuitas reſpectu grauitatis. igitur ⁊ cetera. Quartam conſequentiam probat philoſophus. Ignis ⁊ terra habent contrarietatem ad alia elementa media. nam vnumquodqꝫ elementum habet cōtrarietatem ad omnia alia vt̓ probatur ſecundo de generatione. ſed ſi vnum contrariorum ſit in natura ita ⁊ reliquum. ergo ſi ignis ⁊ terra ſint neceſſe eſt alia elementa eſſe. Quintam conſequentiam probat philoſophus duplici ratione. Prima omnia elementa ſunt contraria adinuicem. contraria autem agunt ⁊ patiuntur adinuicem ⁊ corrumpunt ſe inuicem. ergo ſi omnia elementa ſint. neceſſe etiam eſt generationes ⁊ corruptiones eſſe. Secūda ratio. irrationabile eſt aliquod mobile eſſe ſempiternum cuius motus non poſſit eſſe ſempiternus. ſed motus qui eſt ꝓprius elementis non poteſt eſſe ꝑpetius ⁊ ſempiternus. ergo nec elementa poſſunt eſſe ſempiterna. ergo generabilia ſunt ⁊ corruptibilia.

Sextam conſequentiam probat philoſophus quia nichil poteſt eſſe cauſa permanentie rerum in eſſe ⁊ ſucceſſionis generationis ⁊ corruptionis. ⁊ diuerſitatis genitorum in ſpeciebus ⁊ figuris. q2 contrariorum contrarie ſunt cauſe per ſe Quaꝓpter ad ſaluandum illa in iſtis inferioribus oportet ponere celum moueri pluribus motibus. Unde primus motus qui eſt maxime vniformis ponitur cauſa permanentie rerum in eſſe. ſed motus ſolis ſub obliquo circulo qui mouetur motu acceſſus ⁊ receſſus in ordine ad nos ponitur cauſa ſucceſſionis generationis ⁊ corruptionis. motus aūt firmamenti ⁊ planetarum qui quidem motus variatur aſpectu planetarum ponitur eſſe cauſa diuerſitatis rerum in ſpeciebus ⁊ figuris ⁊ alijs accidētibꝰ. Ex omnibꝰ precedentibus pꝫ reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ efficiens nunquam producit effectum niſi inquantum forma generati eſt quedam ſimilitudo forme generātis. ⁊ ita effectus ipſius cauſe efficientis non eſt finis ipſius cauſe efficientis. ſed magis econtra cauſa efficiens finis effectus. Ad ſecundam dicitur ꝙ quamuis Alexander dicat ꝙ ceſſante motu celi fierent generationes ⁊ motus in iſtis inferioribus per lumen ⁊ influentiam ſed nō eſſent ordinati. quia celum per ſuum motum ſecundum determinata tempora facit generationes ⁊ ſecundum alia tempora corruptiones. quod non eſſet niſi eſſet motus celi. tamen probabilius videtur eſſe dicendum ꝙ ceſſante motu celi ceſſarent omnes motus hic inferius. eo ꝙ motus eſt principale inſtrumentum ⁊ primum inter illa tria inſtrumenta mediantibus quibus celū agit in hec inferiora. ⁊ alia duo non ſufficiunt mouere hec inferiora ſine motu celi. lumen enim et influentia deſcendunt in hec inferiora per motum. Ad ſecundam dicitur ꝙ ſi elementa manerent ſub ſuis qualitatibus actiuis ⁊ paſſiuis ceſſante motu celi n̄ agerent. quia virtutes eorum ſunt adeo materiales ꝙ nō mouerent niſi mote. ideo ſi remoueret̄ vtꝰ primi mobilis cuius ſunt inſtrumenta non mouerent nec agerent nec paterentur adinuicem. Et hec de queſtione. Sequitur in textu.

Figuram autem ſpericam neceſſe eſt habere celum ⁊c̄.

## Queritur ſexto. Utrum Celum

de neceſſitate ſit ſperice figure. Arguitur ꝙ non quia ſpera eſt corpus ſolidum vnica ſuperficie contentuꝫ. ſed orbis de ſua ratione hꝫ duas ſuperficies concauam ſcilicet ⁊ conuexam ergo celum eſt orbicularis figure et non ſperice 2º celū pōt eſſe oualis figure lenticularis ⁊ columnaris. ergo non eſt neceſſe eſſe figure ſperice. Ān̄s ꝓbat̄ q2 ſi ita ponat̄ ex hº nō ſequit̄ aliqd̓

īconueniens dum moueatur ſuper polis longi
tudinis hmōi figurarꝫ. 3º ſic figura ſperica ē
minima. cum ergo celū ſit maximū ⁊ omniū con
tentiuum ſequit̄ ꝙ talis figura non ſit ꝓportio
nata celo. Ad oppoꝰ eſt philoſophus. Pro
reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de perpetuitate celi ⁊ de
diuerſitate partiū eiuſdem. ꝯñr determinat de fi
gura ipſius q̄ꝛ figura facit ad motū. oñdit ergo
phūs ꝙ celū eſt ſperice figure ⁊ hoc quadruplici
via ſiue medio. Primo oſtendit ex prioritate ſpe
rice figure in ordine ad alias figuras rectiline-
as. 2º oñdit ratione neceſſitatis ducēdo ad in
conueniens. 3º ex ordine motus celi ad omnes
alios motus. 4º ex ratione ſumpta ex figu-
ra corporꝫ inferiorꝫ. Iuxta hoc ſit.

## Concluſio prima. Inter om

nes figuras planas circulus eſt prima figura. pꝫ
q̄ꝛ vnum eſt prius multitudine ⁊ ſimplex compo
ſito. ſed figura plana ſperica. ſ. circulus contine-
tur vna linea. rectilinea vero cōtinetur pluribus
q̄ꝛ vt dicit Euclides due linee recte ſuperficiem
claudere non valent vnica vero linea circularis
ſuperficiem claudit. ergo inter figuras planas
ſperica eſt prior. ꝯña tenet q̄ꝛ omnis figura pla-
na vel eſt circularis vel rectilinea. 2º proba
tur. perfectū prius eſt imperfecto natura, tempo-
re ⁊ diffinitione. ſed figura ſperica eſt ſecundū ſe
perfecta. linea aūt recta eſt imperfecta. q̄ꝛ ſi ſit fi-
nita poteſt recipere additionem. ſi vero ſit infi
nita caret fine quē nata ē habere. ergo inter om-
nes figuras planas ſperica eſt prior.

## Concluſio ſecunda. Inter

Omnes figuras ſolidas ſupficiales ſperica eſt pri
or. patet q̄ꝛ corpus ſperice figure vna ſuperfi-
cie continetur. rectilinea vero continetur plu-
ribus. vnū aūt prius eſt pluribus gº ⁊c. 2º
ſicut ſe habet figura circularis ad rectilineā in
planis. ita ſe habet figura ſperica ad rectilineā
in ſolidis. ſed in planis ſperica eſt prior rectili-
nea. ergo etiam ⁊ in ſolidis. 3º adducitur ad
hoc teſtimoniū antiquorꝫ qui generātes corpa
ex ſupficiebus ⁊ ea reſoluētes in ſuperficies nō
ſic reſoluebant corpus ſpericū in ſuperficies. q̄ꝛ
licet corpus ſpericū ſit diuiſibile in partes inte-
grales plures. nō tamen in plures ptes ſpericas
ſicut rectilineū corpus diuiditur in plures ſuper
ficies rectilineas. Ex quo pꝫ de intentione illo-
rum figuram ſpericā eſſe primā. ad hoc etiam
adducitur teſtimoniū Pictagoricorꝫ qui ꝓpor
tionantes numeros ad figuras attribuebant v-
nitatem circulo ⁊ plurialitatem triangulo. trian
gulus autē hꝫ tres equales duobus rectis ⁊ ita
ſecundū eos circulus ē prima figura. ⁊ quāuis
ſit prima figura tñ ingreditur cōpoſitionē alia-
rū figurarꝫ ſicut vnitas ingreditur cōpoſitionē
numerorꝫ.

## Concluſio reſponſiua. To

tum celū eſt ſpericū hoc eſt aggregatū ex omni
bus corporibus celeſtibꝰ. Probatur. figura ſpe
rica eſt prima. gº primo corpori debetur quod ē
ſupremū corpus celeſte motū circulariter. ergo
illud eſt ſpericū ⁊ per ꝯñs, primum corpus tan-
gens ipſū eſt ſpericū. ⁊ ita argueret̄ de aliis cor
poribꝰ celeſtibus ꝙ ſunt ſperica ⁊ ꝙ totū celū
eſt ſpericū. ⁊ per ꝯñs cum ignis tangat celū ſe-
quitur ꝙ eſt ſperice figure. ⁊ ita argueretur de a-
liis elementis. q̄ꝛ oportet ꝙ corpus tangens ali
quod ſpericū ſemper ſit ſpericū ſecundū ſuperfi-
ciem ſecundū quā tangit illud. Patet ergo ꝙ to
tus mundus eſt ſpericus. Sed poterit ali-
quis dicere ꝙ ſupremū corpus eſt ſpericū ſecun
dum cōuexū. nō tamen oportet dicere ꝙ ſit ſpe
ricum ſecundū concauū. ⁊ ita nō oportet ꝙ p-
ximū contentū ſit ſpericū ſecundū ſuperficiē
concauā. ⁊ ita deſcendēdo non oportet elemen
ta eſſe ſperica. Rñdetur ad hoc ꝙ cū ſup
mum corpus celeſte ſit eiuſdē diſpoſitionis in oi
bus ſuis partibus oportet ꝙ ſi in parte ſuperio-
ri ſit ſpericum ꝙ etiam in inferiori. ⁊ ita diceret̄
de inferioribꝰ corporibus celeſtibꝰ ⁊ de elemen-
tis. cum enī aer ⁊ ignis ſecundū ſuas naturas ſint
equaliter leues ſecūdū quālibꝫ partē. ⁊ ſimiliter
cū terra ⁊ aqua ſint equaliter graues ſꝫ omēs
ſuas partes equaliter tendunt ad mediū. ⁊ ita
ſi vnum illorꝫ elementorꝫ ſit ſperice figure ſecun
dum vnā ſuperficiem oportet etiam ſecundū ali
am. ergo celum eſt ſpericum. Supponit̄ pro ſe
cunda ratione ꝙ celum ſp mmouetur. ⁊ ꝙ mo-
uetur pluribꝰ motibus. Tunc arguit̄ ſic. ſi celū
ē alterius figure ꝙ ſperice pura rectilinee. ſeque
ret̄ ꝙ ibi eſſet corpus ſine loco. ⁊ locus ſine cor-
pore. ꝯñs eſt falſum ⁊ impoſſibile. ꝯña tenet q̄ꝛ
in corpore figure rectilinee non oēs partes equa
liter diſtant a medio ymo quedā ſunt magis ele
uate ⁊ quedam minus. cum ergo celum ſemper
moueat̄ ſequit̄ ꝙ pars ñ eleuata quādoqꝫ veni
ret ad locum partis magis eleuate ⁊ ita ſequere
tur inconuenientia prius illata. Sed diceret
aliquis vt arguebatur ante oppoꝰ. ꝙ celum nō
eſt ſperice figure nec rectilinee. ſed eſt oualis aut
columnaris ſiue lenticularis figure. gº ex hoc ñ
ſequitur incōuenientia prius illata dū tñ mo
ueatur ſuper dyametrꝫ per quā denotat̄ longitu
do iſtarꝫ figurarꝫ. Dicitur ꝙ ſi celū moueretur
vnico motu ⁊ moueret̄ modo prius dicto nō ſe
querētur incōuenientia prius illata. ſed q̄ꝛ mo-
uetur pluribus motibus ⁊ quodāmodo oppoſi
tis. plures aūt motus non poſſunt eſſe ſup ean-
dem dyametrū. ideo ſi eſſet alicuius predicta-
rum figurarū non ſolū moueret̄ ſup dyametrꝫ
longitudinis. ſed etiam latitudinis ⁊ ꝓfundita-
tis. ⁊ ſic ſequerētur incōuenientia prius illata.
Pro tertia ratione ſupponit̄ ꝙ motus celi ſ ē ſem
piternus cōtinuus ⁊ regularis. Ex qua ſuppoſiti-
one ſequit̄ ꝙ eſt mēſura oim aliorꝫ motuū. Tūc
arguitur ſic. motus celi eſt mēſura omniū aliorꝫ
motuū. ſed in vnoquoqꝫ genere primū eſt men
ſura aliorꝫ illiꝰ generis. gº motꝰ celi ē minimꝰ
omniū motuum. minimꝰ autē motꝰ dicitur qui
eſt velociſſimꝰ. velociſſimꝰ aūt qui eſt in mini-
mo tempore ⁊ ſecundum figurā breuiſſimā ⁊ mi
nimā. ſed inter omnes figuras redeuntes in idē
punctum figura ſperica eſt minima q̄ꝛ in figura
rectilinea linee recte ducte ad angulos ſunt lon
giores aliis. ergo motus celi ē ſecundū figuram
minimā que eſt ſperica. Quarta ratio ſi a-
qua eſt ſperica aer ſpericus. ⁊ ſi aer eſt ſpericꝰ et
ignis. ⁊ ſi ignis ⁊ celū. ſed aqua eſt ſperica. ergo
celū ꝯñtie intermedie tenent virtute illiꝰ princi
pii corpꝰ tangens aliquod ſpericū ſecundum ſe
totum eſt ſpericū ſꝫ illā ſuperficiē ſecūdū quā
tangit. ꝙ autem aqua ſit ſperica ſecundū ſup-
ficiem cōuexā Probat phūs ſupponēdo primo
ꝙ medius locꝰ. ſ. medium mūdi eſt locꝰ infimꝰ
ſimpliciter. Supponit ſecundo ꝙ cū aqua ſit
grauis ſemper fluit ad locū inferiorē. Arguit̄
ſic. capiatur medium mūdi ⁊ ſit. a. ducāt̄ due li-
nee a medio mundi ad duo pūcta ſignata in cō
uexo aque que quidē linee ſint. a. b. ⁊. a. g. dein
de ducat̄ linea a puncto. d. a quo ducatur linea
ad medium mundi. tunc arguitur ſic. vel gº il-
le tres linee. a. b. a. d. ⁊. a. g. ſunt equales vel nō
ſi ſint equales per diffinitionē circuli ſequit̄ ꝙ
linea ducta ad extremitatē linearꝫ ipſarꝫ ē equa
lis ⁊ ſic ſuperficies aque erit ſpica. Si vero vna
earꝫ ſit breuior. tunc punctꝰ terminans eā eſt pro
pinquior medio mundi. ⁊ ſic erit ī inferiori. ⁊ ſic
per primā ſuppoſitionē aqua ſtans in illis duo
bꝰ fluet ad illū punctū quouſqꝫ fiat equalitas
illarꝫ linearꝫ. ⁊ ſic aqua fiet ſperice figure. Sꝫ
forte aliquis diceret ꝙ ſi aqua ſit ſperice figure
ſecundū ſuperficiē cōuexam. hñ ſequitur ꝙ aer
ſit ſpericus ſecundū ſuperficiē cōcauā. ſed nō cō
uexam. Rñdetur ꝙ eadem ratione qua ꝓbatū
eſt aquā eſſe ſpericā ſꝫ cōuexū etiā ꝓbaret̄ de
igne ⁊ aere ꝙ ſint ſperice figure ſecundū conue-
xum variando ſuppoſitionē de deſcenſu in aſcē
ſum. ſicut enim corporis grauis omnes partes
equaliter tendunt ad mediū mūdi ita corporis
leuis omnes partes recedūt a medio ⁊ aſcēdunt
equaliter ad locum ſuperiorem ⁊ ſurſum. Ex
precedentibus pꝫ ꝙ elementa ſunt ſperica ⁊ cor-
pora celeſtia. de terra probabitur tñ ſpecialiter in
textus. ⁊ illud ſic dꝫ intelligi de elementis cōſide
rat̄ ī eſſe ꝓprio ⁊ naturali ⁊ ñ alteratis. ⁊ ita to
tus mundus eſt ſpericus ⁊ magis quā quodcū
qꝫ corpꝰ particulare ſiue ſit naturale ſiue artificia
le ⁊ inter partes mūdi corpora continentia ſunt
magis ſperica ꝙ contenta. ideo ignis eſt ma-
gis ſpericus ꝙ aer. ⁊ aer ꝙ aqua. ex quo ſequit̄
ꝙ terra eſt minꝰ ſperica vt pꝫ ad ſenſū.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primam dicitur ꝙ ibi capitur ſpericum lar
ge vt ſe extendit ad orbicularē vel etiam ꝓ con
tinente ⁊ contento. Secunda ſoluitur ex di
ctis. Ad tertiā dicendum ꝙ figura ſperica eſt
minima ad occupandū locū. ⁊ eſt maxima ad
continendū. ideo debetur primo corpori omīa
continenti magis ꝙ quecunqꝫ alia figura.
Et hec de queſtione. Sequitur in textu.
Quoniam aūt eſt dupliciter in circulo ⁊c.

## Queritur ſeptimo. Utrum

Rationabile ſit celū ſemp moueri verſus vnā
partem determinatā. ſ. illam verſus quam nunc
mouetur ⁊ nunꝙ moueri verſus oppoſitam. ⁊ in
cipere moueri ab vna determinata parte ⁊ nun-
ꝙ ab oppoſita parte. Arguitur ꝙ nō. q̄ꝛ mo
tus qui ſunt verſus partes oppoſitas ſunt oppo
ſiti. ſed ſi vnū oppoſitorꝫ eſt in natura ita ⁊ reli-
quū. ergo celū ñ ſēper mouebitur ad vnā ptē
ymo quandoqꝫ deberet moueri verſus oppoſi-
tam ⁊ a parte oppoſita incipere. 2º arguitur
ſi motus celi ſemp incohoaretur in vna parte ver
ſus vnā determinatā partē tendendo cū per-
petuū non habeat cauſā. ſequitur ꝙ vane que
ritur an rationabile ſit celū moueri ſemper quē
admodū nūc mouet̄. In oppoꝰ eſt phūs in tex-
tu in 2º capº hꝰ tractaꝰ.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de figura celi q̄ꝛ figure fa
ciunt ad modū motꝰ. ꝯñr determinat de modo
motus celi circa quē mouet phūs queſtionē ꝑ
ſentem. Pro quo.

## Sciendū eſt ſecundo. ꝙ illa

que ſunt a caſu ⁊ a fortuna ſunt extra ſemper et
frequenter q̄ꝛ raro ſunt vt dicebat̄ 2º phiſicorꝫ
ideo in ſempiterno nichil eſt a caſu vel fortuna.
⁊ q̄ꝛ celum eſt ſempiternū ⁊ etiā motus eiꝰ. ideo
nec celum neqꝫ motꝰ eiꝰ poteſt eſſe a caſu ⁊ a for
tuna. ⁊ ita oportet quietus celi ⁊ etiā motꝰ eiꝰ
ideo nec celum neqꝫ motus poteſt eſſe a caſu vel
a fortuna. Et ita oportet ꝙ motꝰ celi ⁊ modꝰ eiꝰ
vel ſit cauſa prima vel habeat cauſam determi
natā. ſed manifeſtum eſt ꝙ non poteſt eſſe cauſa
prima cū ſit a mouente. ergo oꝫ ꝙ habeat cauſā
determinatā. quare nō eſt vanū querere de cau
ſa motus celi ⁊ de modo eiꝰ.

## Sciendum ē tertio: ꝙ quantum

ad ſolutionem preſentis q̄ōis. P. ponit excuſationez. q2 poſſet aliquis dicere ꝙ velle de omnibus cauſam querere ꝛ cauſam omnium aſſignare ꝛ nichil pretermittere eſt ſignum magne ſtulticie ꝛ pſumptionis. ſtulticie quidem eo ꝙ talis neſcit diſcernere inter facilia ꝛ difficilia. preſumptionis vero q2 talis homo non cogitat ſue facultatis circa inquiſitionē veritatis. Sed ad hoc dicit phūs ꝙ licet aliqui ſuper hoc ſint increpandi ꝛ vituperandi non tamen iuſtū eſt omnes ſimiliter increpare. ſed oꝫ ad duo attendere. prio quidem ad cauſam que mouet hominē ad inchoandū ꝛ determinandū de talibus an ſcꝫ hoc faciat ex amore veritatis an faciat ad oſtēſionez ſue ſcientie. 2° oꝫ conſiderare qualiter ſe habeat ad inquirendū ꝛ ꝯgnoſcēdū ea que aſſerit vtrum ſcꝫ habeat de hiis debilem cognicionez aut firmiꝰ eam cognoſcat ꝗ quicūqꝫ alius cognouerit. quando enim aliquis ad inquirendūz cauſam alicuius rei difficilis mouetur ex amore veritatis ꝛ pōt attingere ad hoc ꝙ cauſas cognoſcat neceſſarias certius ꝗ ſecundum communem modum poſſint cognoſci. tunc iuſtum eſt reddere grates illi qui tales cauſas neceſſarias adinuenit magis ꝗ increpare.

## Concluſio Reſponſiua Rationabile

eſt celum incipere moueri ab vna determinata parte ſcꝫ a dextra ꝛ nunꝗ ab altera. ꝛ ſemper moueri verſus determinatam partem ꝗ dicitur anterior ſiue punctus meridiei ꝛ nunꝗ verſus oppoſitā. capiendo ſēper t'minos formaliter ꝛ non materialiter vt dictuꝫ ē prius. Probat' cōcluſio. q2 cum natura ſit mota ꝛ directa a primo mouēte ſemper facit de poſſibilibus qd' melius ē. ergo celum debet moueri digniori ꝛ nobiliori motu qd' ē poſſibile fieri. ſed ille motꝰ localis eſt dignior qui eſt a digniori parte. in celo autem dextra pars dignior eſt ſiniſtra. ꝛ anterior poſteriori ſicut in animali. vt illud dicitur in textu. dignior locus eſt ſurſum ꝛ minus dignior eſt deorſuꝫ locus. eodem mō etiā ea que anterius ꝛ poſterius ſe habent ſimiliter ad dextrum ꝛ ad ſiniſtrum. ergo rationabile ē celū ſēper moueri a dextra parte verſus partem anterioreꝫ. Sed aliquis obiiceret contra proceſſuꝫ phi. q2 phūs prius aſſignauit diſtinctioneꝫ partiuꝫ in celo ex parte motus celi. q2 ſcꝫ motꝰ celi incipit ab vna parte ꝛ non ab alia. ideo in illa pte a qua incipit eſt dextruꝫ. hic aūt econuerſo aſſignat ratōꝫ quare celum mouetur ab vna parte ꝛ non ab alia ex diſtinctione partiū celi. ꝛ ita videtur ꝙ ſit circulatio in pceſſu phi. Ad hoc reſpōdetur ꝙ motus celi non eſt cauſa diuerſitatis partiū. ſed virtus motiua ipſius celi eſt cauſa diuerſitatis in diuerſis partibus celi. ꝛ diuerſitas partiuꝫ celi eſt cauſa modi motus celi. ꝛ modus motus celi eſt bene ſignū ꝛ non cauſa diuerſitatis celi. ideo per motum celi ꝛ modum eius tanꝗ per ſignum hn̄ oſtenditur ꝙ ſunt diſtincte ꝛ diuerſe partes in celo ſecundum ſitum diſtincte ex natura rei ꝛ hoc dixit phūs prius. ſed hic oſ̄dit per diuerſitatem partium in celo cauſas ꝑ quas motus celi incipit ab vna determinata parte ꝛ mouetur verſus aliam partem determinatā ꝛ nunꝗ econtra. Patet gº ꝙ genus Demonſtrationis variatum eſt in duobꝰ proceſſibꝰ phi. q2 variat' genus demonſtrationis q2 eſt in ppter quid. ꝛ ideo non ē circulatio. ꝛ ſimile eſt ſicut per motū vene pulſatilis tanꝗ per ſignuꝫ cōcluderemꝰ cor moueri. ꝛ tn̄ ſi queratur cauſa ipſius vene pulſatil' conuenienter aſſignabitur cor pro cauſa ꝛ motus cordis. variando demonſtrationē q2 ē in demōſtrationeꝫ propter quid.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicebatur ꝙ motui circulari nullꝰ eſt motus contrarius qualitercūqꝫ poſſit ymaginari. Ad ſecundā dicitur ꝙ multa ſempiterna habent cauſam ymo omnia dempto primo multa tn̄ ſunt que cauſam habent in ſubiecto proprio ſicut principia demonſtrationū. gn̄ationes tamen neceſſe omnes habent cauſam ꝛc. Sequitur in textu.

## Queritur octauo. Utrum

Ad ſaluandum ea que in motu apparent neceſſe ſit ponere in celo circulos ecentricos concentricos ꝛ alios epiciclos. Arguit' ꝙ non quia cum celuꝫ ſit corpus ſimplex debet eſſe vnius nature ꝛ per conſequēs vnius figure. ergo i eo nō eſt tanta diuerſitas circuloꝝ ponenda. 2° arguit'. ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ nullus eſſet locꝰ ſurſum ſimpliciter. tenet ꝯn̄a. q2 cum eſſent diuerſi circuli habentes diuerſa centra. id quod eēt ſuperius in ordine ad vnum eſſet inferius in ordine ad alium. ꝛ ita nullum eſſet centruꝫ deorſum ſimpliciter neqꝫ determinatum quod eſt incōueniens. 3° arguitur. ſi ponerēt' circuli ecentrici in celo cum celū moueatur continue ꝛ vniformiter pars magis eleuata in circulo ecētrico qn̄qꝫ veniꝫ ad locū partis minus eleuate. ꝛ ꝑ cōſequens oporteret penetrationem dimenſionum fieri et eſſe vacuuꝫ. q2 cum pars magis eleuata veniat ad locum partis minus eleuate plus replebit de loco. iſta aūt ſunt impoſſibilia. gº ponere tales circulos eſt impoſſibile. In oppꝰ eſt Ptholomeꝰ ꝛ alii aſtrologi qui arte ꝛ experientia prius Ariſtotele tales circulos ad ſaluāduꝫ ea que in motibus planetaꝝ apparēt aſſignauerunt. q2 phūs nullaꝫ fecit mentioneꝫ de huiuſmodi circulis in iſto paſſu. lꝫ fecerit in xi. decimo ſue methaphiſice.



## Sciendum eſt primo ꝙ Circulus

illle dicit' concentricus qui hꝫ idem centꝝ cuꝫ centro mundi. Unde concentricꝰ dicit' a con quod eſt ſimul ꝛ centrum ꝙ eſt circulus. ſed dicit' ecentricus qui continet centruꝫ mundi. ꝛ centꝝ ſuū habet extra centrū mundi. ꝛ dicitur ab ex ꝙ ē extra. ꝛ centrum quaſi habens centruꝫ ſuuꝫ extra centrum mundi. Notandum vlterius ꝙ dupliciter ſunt ecentrici. q2 quidā ſunt excentrici ſecundum vtramqꝫ ſuperficiem. ſ. conuexaꝫ ꝛ concauam vt ſunt quidā deferentes. Alii ſunt ecentrici ſecundum vnā ſupficieꝫ tantū ꝛ ꝯcentrici ſecundū aliā et hoc dupliciter. q2 quidā ſūt ecentrici ſecundum conuexum ſicut inferiores circuli orbiuꝫ. vel ſecunduꝫ cōcauum ſicut ſunt ſuperiores qui ſunt ſupra deferentem. Unde circulus ecentricus ſꝫꝰ ſuperficieꝫ concauā ꝛ cōuexam dicitur deferens corpus planete. ꝛ ad motum eiꝰ planeta mouetur. ꝛ pars talis circuli magis diſtans a centro mundi vocat' aux q2 eſt eleuatior. ꝛ pars oppoſita dicit' oppoꝰ augis. ꝛ portiones inter medie dicunt' ſtacōes. Unde iſte circulus deferens ponitur inter duas ſupficies ſui orbis. vnaꝫ ſuperiorē ecentricaꝫ quo ad concauuꝫ. ꝛ aliā inferiorē ecentricā quo ad cōuexū

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ circulus

epiciclus dicitur paruus non continēs infra ſe centꝝ mundi ꝛ eſt in circumferentia circuli deferentis. ꝛ habet ibi centrum. ꝛ dicitur ab epi qd' eſt ſupra ꝛ ciclos quod eſt circulꝰ quaſi exn̄s ſupra circuluꝫ deferentem. ꝛ in circūferentia huiꝰ circuli epicicli mouetur planeta

## Sciendum eſt tertio. ꝙ In

epiciclo quatuor puncta deſcribunt'. ꝛ ad videndum deſcriptionē hoꝝ punctoꝝ poſſumꝰ ymaginari ꝙ ſint due linee pcedētes a centro ecētrici cōcludētes epiciclū vna ex pte oriētis ꝛ alia ex parte occidentis. ꝛ tūc punctus cōtactus ex parte orientis dicitur ſtacio prima. ꝛ punctus cōtactus ex parte occidentis dicit' ſtacio ſecunda. et quando planeta ē in aliqua illaꝝ duaꝝ ſtacionum dicitur ſtacionariꝰ. arcꝰ vero epicicli ſuperior interceptus iter illa duo puncta ſiue inter illas duas ſtaciones dicit' directio. ꝛ quando ille planeta eſt in illo arcu ſiue ſitu dicitur directus arcus vero inferior epicicli interceptꝰ inter illas duas ſtationes ſiue puncta dicit' retrogradatio ꝛ quādo planeta ē in illo ſitu vel arcu dicūtur retrogradari. Et ſic pꝫ de ymaginatione iſtoruꝫ duoꝝ circulorum. Pro quoꝝ intellectu.

## Sciendum ē quarto. ꝙ arte

ꝛ experientia cōpertuꝫ eſt ꝙ vnus ꝛ idē planeta citius pertrāſit vnuꝫ ſignū ꝗ reliquuꝫ ꝗuis planeta ſemper moueatur equaliter ꝛ vniformiter ꝛ ſigna ſunt equalis longitudinis. ſ. triginta graduuꝫ. ſicut ſol tardius tranſit ſignum capricorni ꝗ cancri oppoſitū. compertū eſt etiā ꝙ vnꝰ ꝛ idē planeta citius tranſit vnū et idem ſignū in numero in vno tempore ꝗ in alio. cū tamen ſemꝑ planete moueantur vniformiter ex parte deferentis. quibꝰ ſic ſuppoſitis. Sit igitur.

## Concluſio prima. ad ſaluandum

primā diuerſitateꝫ. ſ. ꝙ vnus ꝛ idem planeta citiꝰ tranſit vnū ſignū ꝗ reliquū ſibi equale videt' neceſſariū ponere circulos ecētricos i qō cuꝫ circūferētia moueāt' planete. Probat'. q2 cū quilibꝫ planeta ſemꝑ moueatur vniformiter et ſigna ſint equalia. ſ. equalis longitudinis non poſſet aſſignari ratio quare vnus ꝛ idem planeta citiꝰ tranſiret vnū ſignū ꝗ reliquū niſi ponat' ꝙ deferens a centro mūdi ſub vno ſigno plꝰ diſtaret ꝗ ſub alio qd' nō poteſt fieri niſi circulꝰ deferens ponat' ecentricus. gº oportet ponere circulos ecentricos. Unde ſi ducant' due linee a centro mundi vſqꝫ ad vnū ſignuꝫ celeſte concludentes ipſum ſignū habebūt maiorem diſtātiam inter ſe ſub illo ſigno in parte diſtantiori a centro mundi ꝗ in parte ppinquiori. hec enī eſt natura duaꝝ lineaꝝ egredietiū ab eodē centro ꝗto plꝰ diſtant a centro tanto plꝰ diſtant inter ſe ꝛ q2 plꝰ diſtant concludēdo cancrum ſignum ſolis ꝗ concludendo capricornum ſignū oppꝰ ꝛ in oppoſito augis. ꝛ ideo plus diſtat i cancro ꝗ in capricorno.

## Concluſio ſecunda. Ad ſaluādum

ſecundā diuerſitateꝫ. ſ. ꝙ vnus ꝛ idē planeta citius tranſit vnū ꝛ idem ſignuꝫ in vno tēpore ꝗ in alio neceſſe eſt ponere circulos epiciclos. Probatur. q2 cū planete vniformiter ſemꝑ moueant'. ꝛ idē ſignū nō ē maius ſe ipo nō poſſet aſſignari ratio cur planeta citius trāſiret vnū ſignuꝫ in vno tempore ꝗ in alio. niſi preter circulum deferentē ꝛ motum ſuū poneretur in circumferentia eius aliquis circulus motus cuiꝰ motu planeta reduceret' in ſignū cōtra motum circuli deferentis. ꝛ talis motꝰ dicitur epicicli. Unde qn̄ planeta eſt in ſtacione prima. tunc ipſe planeta motu circuli deferentis ptranſit ſignū. ſed qn̄ planeta eſt in ſtacione ſecunda motꝰ circuli epicicli reducit planetā in ſignū ꝯtra motum deferentis. ꝛ tūc planeta tardius tranſit illud ſignū ꝗ tranſeat qn̄ eſt in ſtacione prima. ergo ꝑ huiuſmōi circulos epiciclos ſaluat' hmōi diuerſitas ſecunda. Item nos videmꝰ ad ſenſum ꝙ illa pars in macula lune que eſt ſuperior in aſcēſu ē etiam ſuperior in deſcenſu qd' non poſſet fu-

eri niſi per motū epicicloꝝ lunā habere aliū motum in epiciclo. vnde ⁊ illi qui primo inuenerūt illos circulos ⁊ hmōi motus ſaluantes illas diuerſitates fuerunt Caldei qui attribuerūt cuilꝫ planete illos circulos excepto ſole cui attribuerunt ſolum circulū ecentricū .ſ. deferentem quia in motu ſolis non reperitur illa diuerſitas. ſed ſolū in aliis. ideo ſecundum ipſos ſol hꝫ circulū ⁊ non epiciclū ſed ecentricū. Et iſti caldei maiori arte ⁊ experientia locuti ſunt de motu aſtrorum ⁊ planetaꝝ. Verūtamē multi dicunt ꝙ huiuſmodi diuerſitas poſſet aliter ſaluari. nullus tamen ē efficatior modus vł ratio neqꝫ aliquid videtur eſſe ita cōforme rationi. Unde ſciēdū ē ꝙ Egiptii qui fuerūt primi philoſophantes dixerunt cauſam prime diuerſitatꝭ eſſe qꝛ ſol nutritur quodam humore abſtracto a calore eiꝰ ab occeano per quē humoreꝫ ſol efficitur grauis et deſcendit tardius. ſed illo humore digeſto ⁊ conſūpto ꝑ calorēꝫ eiꝰ leuior efficiť ⁊ aſcendit ⁊ mouetur velocius. ⁊ iſti quodāmodo iudicabāt ſecundum ſenſuꝫ. Hec tñ locutio eſt poetica ⁊ fabuloſa. ⁊ minꝰ rōi cōformis. qꝛ oñſum eſt prius celum non eſſe graue nec leue. augmētabile nec diminuibile. Alii vero dixerunt ꝙ omnes orbes celeſtes ⁊ omnes planete mouenť eadeꝫ virtute .ſ. virtute primi. que quidem virtus diuerſimode diffunditur in diuerſis orbibus ⁊ planetꝭ qꝛ illa virtus eſt perfectior in orbibus propinquioribus. ⁊ magis remiſſa in orbibus diſtantibus. ⁊ ita ſecunduꝫ illos quanto aliquis orbis diſtat a primo magꝭ tanto tardiꝰ mouetur. ⁊ propter illaꝫ tardationem iudicamus illos orbes inferiores moueri ab oriente in occidentē ꝗuis non ſit ita. Sed cū ꝑ illud non poſſꝫ ſaluari diuerſitas apparens in aſcenſu ⁊ deſcenſu planetaꝝ idō oportet dicere ꝙ licet orbes ſuperiores moueantur motu primi mobilis. tñ quilibꝫ orbis habet propriū motuꝫ preter primuꝫ qui ē ſuper aliis polis. ⁊ ad hoc in orbe ſunt diuerſi motus particulares preter illos motꝰ predictos ſicut ī corpore humano. lꝫ eniꝫ moto corpore humano mouentur omnes partes ad motū totius preter tamen motum totius oculus habet alium motū preter motū capitis. ⁊ ideo ad ſaluandū predictas diuerſitates videť neceſſariuꝫ ponere predictos circulos. Et de iſtiꝰ ⁊ deſignatione eorundem habetur plenior ⁊ maior declaratio eorūdem in 4º tractatu de ſpera.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ licet vnus orbis ſit vnius ſpeciei ſꝫꝰ ſubſtantiā habet tñ ꝑtes differentes ſecundum accidētales diſpoſitōes ita ꝙ vna ꝑs eſt rarior ⁊ alia denſior. alia luminoſior ⁊ alia minus luminoſa. ⁊ ita in vno orbe preter motū totius orbis poſſunt intelligi multi motus ꝓprii ſed omnes iſti motus ꝓprii ſunt ignoti ⁊ naturales ſicut motus totius ex parte ipſiꝰ celi. Ad ſecundā dicitur ꝙ deorſum ſimpliciter debet attendi in ordine ad centruꝫ totius orbis ſicut in ordine ad centruꝫ primi mobilis quod idem eſt. et nō in ordine ad centꝝ alicuius circuli particularis deferentis. Unde quilꝫ orbis ſecūdū ſe totū eſt concētricꝰ. Ad aliam dicitur ꝙ aux vniꝰ circuli nunꝗ ꝯiungitur augi alteriꝰ ſed ſemper ſtat aux vnius cū oppoſito auge alterius. idō nō ſequunť inconueniētia illa. quidam tñ dicunt ꝙ in ecentrico ſūt quedā corpora rarefactibilia ⁊ cōdenſabilia per que ſaluatur vt non fiat penetratio dimenſionū. prima tñ ſolutio melior ē facilior ⁊ clarior. Sequitur in textu.

De motu autem ipſius qꝛ regularis ⁊c̄.

## Queritur Nono. Utrum

Motus celi ſit regularꝭ. Arguitur ꝙ nō. qꝛ partes ꝓpinquiores polis tardius mouentur ꝙ̄ diſtantiores polis. gº celum nō mouetur regulariter. Arguiť. 2º In motu planetaꝝ accidit talis valriatio vt quidaꝫ planeta quandoqꝫ ſit directionarius ⁊ qñqꝫ retrogadus ⁊ qñqꝫ ſtacionarius qñqꝫ in auge ⁊ quandoqꝫ in oppoſito augis. vt dictuꝫ eſt ī precedenti queſtione gº motus celi non ē regularꝭ ⁊ maxime quoad motus planetaꝝ. In oppoꝰ eſt phūs in textu in vltimo capº huius ſecundi tractatꝰ ſic dicentis. De motu autē ipſius qꝛ regularꝭ eſt et non irregularꝭ deinceps vtiqꝫ dictis eſt pertranſire. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ in precedenti capº phūs aſſignauit cauſam quare celum mouetur ſemper verſus vnam ꝑteꝫ ⁊ nunꝗ verſus aliaꝫ. ꝯñr in vltimo capº illius tractatus determinat de regularitate motꝰ eius

## Sciendum eſt ſecundo. ꝙ Alii

qui ponunt differentiaꝫ inter motuꝫ vniformeꝫ ⁊ regularem. qꝛ vniformitas motus ſumitur penes partes mobilis quando .ſ. oēs partes mobilis equali velocitate mouenť. ⁊ ſic dicūt ꝙ nullum ſpericū corpꝰ poteſt moueri vniformiter licꝫ moueať circulariter. ſed corpus recte motuꝫ moueri poteſt vniformiter. Sed regularis motus attenditur penes partes motꝰ. qñ ſcꝫ eſt equalꝭ velocitas motus in toto ⁊ ꝑte. Et ſic dicūt ꝙ corpus ſpericū pōt moueri regulariter motu circulari. Sed nullo modo motus rectꝰ poteſt eſſe regularꝭ. qꝛ cū motus rectus eſt naturalis velocior eſt in fine ꝙ̄ in principio. et violentus ecōtra eſt Sꝫ ſicut alias dicebatur ī phicis. nec hic necubi phūs facit mentionem de illa differentia. ſꝫ vocat motū regularem cuius nō intendiť nec remittur velocitas in aliqua parte ſui ſed ſemper eſt eque velox.

## Sciendum eſt tertio: ꝙ In

propoſito eſt ſermo de motu primi celi maxime qui dicitur diurnus ⁊ non eſt niſi vnꝰ in tali primo mobili. quod phūs ītelligit ꝑ celū ſtellatū in quo ſunt ſtelle fixe. qꝛ tempore philoſophi nō erat comꝑtuꝫ illud celum .ſ. firmamentū moueri pluribus motibꝰ. quare neqꝫ dicebat neqꝫ apparebat aliud celuꝫ eſſe ſupra ipſuꝫ. vł forte philoſophus dixit firmamētū primū celuꝫ propter īſenſibilitatem ſuperioꝝ orbiuꝫ. qꝛ celuꝫ ſtellatū eſt primuꝫ ſenſibile. intelligit aūt de motu primi mobilis cū querit vtrum motus celi ſit regularꝭ qꝛ omēs inferiores orbes mouētur motu primi celi ſcꝫ motu raptus.

## Concluſio Reſponſiua Ad

queſitum. Motus primi mobilis eſt regularꝭ ꝓbatur. qꝛ ſi eſſet irregularꝭ in eo eſſet intenſio velocitatis ⁊ virtutꝭ .i. ſtatus intenſionis velocitatis ⁊ remiſſio .i. diminutio velocitatis. hec enim tria cōueniunt motibus irregularibꝰ. ſed omis intenſio vel accidit in principio motus ſicut in motu violento. vel in fine ſicut in motu regulari recto. vel in medio ſicut in motu ꝓiectoꝝ. ſed in motu primi celi non poſſunt aſſignari principiū mediuꝫ neqꝫ finis neqꝫ ſecundum durationem cum motus ſit ſempiternus. neqꝫ ſecundū magnitudineꝫ mobilis cum celuꝫ ſit circularis figure non habentis principium medium ⁊ finē diſtincta. ergo non eſt irregularis. Et ſi queratur quid intelligit phūs per motuꝫ proiectoꝝ. Reſpondet Simplicius ꝙ intelligit motuꝫ animalium qui non eſt ſimpliciter ſurſum neqꝫ deorſum ſed ad latus. ⁊ eſt in medio maxime intenſus qꝛ organa motus in principio non ſunt bene diſpoſita neqꝫ excitata ad motum. ⁊ in fine ſūt laſſata. Vel dicendū eſt ꝙ per proiecta intelliguntur ea que percuſſa mouentur ad latus. vt ſagitta velotius mouetur in medio ꝙ̄ in principio vel fine. qꝛ in fine virtus deficit. licet in principio maxima ſit intenſio tamen in medio eſt maior extenſio. Secunda ratio. Si motus primi celi eſſet irregularis. vel eſſet ex ꝑte mobilis vel motorꝭ vel ex parte vtriuſqꝫ ſimul. non ex parte mobilis qꝛ ipſum eſt omnino intrāſmutabile ⁊ īcorruptibile ⁊ per conſequens ſemꝑ in eadeꝫ diſpoſitione ad obediendum motori. ⁊ cū mouens ſemper ſit prius mobili. ſequitur quod motor primi celi erit omnino inuariabilis ⁊ ſic ſemꝑ equaliter mouebit. Tertia ratio. Si celum irregulariter moueretur vel hoc eſſet veruꝫ de toto celo vel de partibus eius. non de partibus eius: qꝛ tunc videremus aſtra variata in elongatiōe ⁊ propinquitate ad inuicem quod falſuꝫ eſt. nec poteſt dici de toto celo. qꝛ tunc remitteretur motus eius. ſed omnis remiſſio fit propter impotētiam ⁊ defectum virtutis. omnis aūt defectus et impotentia eſt preter naturaꝫ vt ſeniuꝫ ⁊ decrementū cōueniūt animali preter naturaꝫ. qꝛ animal eſt mixtum ex elemētis quoꝝ nulluꝫ in animali exiſtens eſt in loco naturali. ⁊ qꝛ id quod ē preter naturaꝫ non pōt ſemper eſſe in illis inferioribus. ideo tandem diſſoluuntur elementa ⁊ corrumpitur animal. ſed ipſum celum eſt corpꝰ ſimplex ⁊ non mixtum ex elementis. neqꝫ habēs in ſe aliquid contrarietatis. ⁊ eſt ſemper in ſuo naturali ⁊ proprio loco ex eo ꝙ in ipſo celo non poteſt eſſe aliqua ꝯtrarietas neqꝫ defectꝰ ⁊ ꝑ cōſequēs neqꝫ in motu eius ē remiſſio. Quarta ratio. Si motus primi celi eſſet irregularis vł ſemper intenderetur vel ſemper remitteretur vel pro medietate temporis finiti remitteretur ⁊ pro alia parte temporis intenderetur. vel viciſſim ⁊ pluries intenderetur ⁊ remitteretur. non pōt dici ꝙ ſemper intendatur ⁊ remittatur. qꝛ motꝰ celi eſſꝫ indeterminatꝰ. qꝛ non eſſꝫ determinatꝰ terminus ſue velocitatis aut tarditatis. hoc auteꝫ eſt impoſſibile. qꝛ vt alias probatū ē omnis motus finitus eſt. nec poteſt dici ſecundum. quia medietas temporis infiniti infinita eſt. ⁊ ſic in tēpore infinito duraret aut iam duraſſet remiſſio celi que tñ remiſſio accidit ꝑ impotentiam que eſt preter naturaꝫ vt iam dictuꝫ eſt. ⁊ ſic aliquid preť naťaꝫ ſic duraſſet tēpore īfinito aut duraret in futuro quod eſt impoſſibile. qꝛ id quod ē preter naturā vt in paucioribꝰ eſt. Iteꝫ irrationabile eſt dicere ꝙ tempus eius quod eſt preter naturam ſit equale tempori eius quod eſt ſꝫꝰ naturā. ergo irrationabile eſt dicere ꝙ tempus impotentie ſit equale tempori potentie ⁊ per ꝯñs ꝙ tempꝰ remiſſionis ſit equale tempori intenſionis. ⁊ ita ñ poteſt dici ꝙ in vna medietate temporis infiniti intendatur. ⁊ pro alia remittatur. Nec poteſt dici tertiuꝫ. qꝛ de hoc non poteſt aſſignari cauſa. cur in vno tempore plus intendatur ⁊ remittatur ꝙ̄ in alio. ⁊ ita ſic dicere eſt ſimile fictioni. Item ſi viciſſim intenderetur ⁊ remitteretur hoc deberet nobis apparere. qꝛ contraria iuxta ſe poſita magis nobis apparent ⁊ ſunt ſenſibiliora. ⁊ tñ hoc nō apparet. ergo ⁊c̄. Patꝫ ergo ꝙ motus primi celi eſt regularis. ⁊ ex eiſdē rationibus poſſet hoc probari de motibus inferioribus ſuo modo ꝗuis phūs applicet ſuas rationes ad motū primum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ patet ſolutio. Nam illud non habet veritatem. quia in vno corpore vna pars formaliter dicta non mouetur velociꝰ in vno tempore ꝙ̄ in alio. Ad ſecundam dicitur ꝙ ꝗuis vnus planeta habeat illos motus quilibet

tamen eſt regularis ſuo modo ⁊ ideo non tollit̃ regularitas ꝑpter pluralitatẽ motuū. vnde planeta in eodem ſitu collocatus ſemper mouetur vno modo licet in vno ſitu moueatur aliter ꝙ̃ in alio. puta in auge mouetur velociꝰ ꝙ̃ in oppoſito augis. ⁊ directus citius mouetur ꝙ̃ retrogradus ⁊c̃. Sequitur in textu.

## Queritur decimo. Utrum

Aſtra ſint de natura ignis. Arguitur ꝙ ſic nam omne quod fit fit a ſibi ſimili. ſed calor et lumen in iſtis inferioribus fiunt ⁊ cauſantur ab aſtris. ergo aſtra ſunt calida ⁊ luminoſa. ſ3 omẽ calidum ⁊ luminoſum ſunt de natura ignis. ergo aſtra ſunt de natura ignis. In oppoſitum eſt phūs in primo capitulo ſecundi tractatꝰ huꝰ libri. Pro rñſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ̃ phūs determinauit in tractatu precedenti de celo de ſempiternitate celi ⁊ motus eiuſdem. ⁊ diſtinctiõe partiū ſitualiū de cauſis motꝰ ſc3 de regularitate ⁊ generaliter de omnibꝰ pertinentibꝰ ad totum celum ſecundu3 eius totalitatem. Cõſequenter in hoc ſecũdo tractatu determinat de nobiliſſimis partibus celi que ſunt aſtra. ⁊ de omnibꝰ accidentibus ipſoꝝ aſtroꝝ. oſtendẽdo que ſit natura aſtroꝝ. qui ſit motus aſtroru3. et qualis ordo. ⁊ cuius figure ſint. Et primo determinat de natura aſtroꝝ. ⁊ de hoc videbitur in iſta queſtione. ⁊ de aliis in ſequentibꝰ. Pro quo.

**Sciendum eſt ſecundo. ꝙ Ali**qui propter rationem factam ante oppoꝭ dixerunt aſtra eſſe de natura ignis. ſed decepti ſunt neſcientes diſtinguere inter generans vniuocu3 ⁊ equiuocum. non enĩ oportet ꝙ omne quod fit per ſe fiat a cauſa ſibi ſimili ſin natura ⁊ ſecũdu3 ſpeciem. ſed hoc ſolum habet veritate3 quando generans eſt vniuocū. ſed a generante vniuerſali equiuoco bene fit aliquid ꝑ ſe abſq3 ꝙ factu3 attingat formam generantis ſecũdum eandem rationem ſpeciei ſecundū ꝙ̃ eſt in generante. Et ſic ex motu orbis ⁊ aſtrorum ⁊ etiam lumine eoꝝ tanꝙ̃ ab agentibus equiuocis generat̃ calor ĩ iſtis ĩferioribus abſq3 ꝙ aſtra formaliter ſint calida licet ſint virtualiter.

**Sciendum eſt tertio quod**

Motus localis de per ſe eſt calefactiuus in materia ſuſceptibili. quod ſic declarat̃ in textu per ſagittas motas. que cum ſunt plumbee ꝙ̃tū ad aliquã partem ſui ex vehementia motus caleſiunt ⁊ quandoq3 liqueſcit plumbu3 ꝑpter calorem. ſi gꝰ ipſe ſagitte ſic igniūt̃ ex motu. neceſſe eſt ꝙ multo magis aer qui eſt in circuitu ſagittaꝝ igniat̃. Nec eſt intelligendū ꝙ calefactio ſagittaꝝ ſit cauſa calefactionis ſicut Simplicius intelligit. Sed intelligendu3 eſt ꝙ calefactio aeris per motum ſit cauſa calefactionis ſagittaru3 vt expoſuit Alexander. Phūs eni3 vult per locum a minori ꝙ ſi ſagitte caleſiant neceſſe eſt ꝙ aer circundans caleſiat. ⁊ ſic ex motu aſtroꝝ ⁊ lumine cauſatur calor in iſtis inferioribus.

Nec v3 propter hoc ꝙ ſi ſagitte caleſiant per motum eaꝝ ꝙ ſtelle caleſiant per motum earum cū vnaq̃q3 ſtellaꝝ feratur non per aerem ſed in ꝓpria ſpera. ideo ille ſtelle non igniunt̃ nec caleſiunt. qꝛ ſunt longe ab aere qui ignitur per motū etiã qꝛ ñ ſūt ſuſceptiue peregrine impreſſiõis. ſed aer qui ſtat ſub ſpera corpoꝝ corruptibilium neceſſario caleſit per motum ſpere celeſtis qꝛ necdũ mouetur ignis ad motum celi. ſed etiam aer vſq3 ad illum aerem qui infra montes continet̃ vt p3 ex motu comete. vt habet̃ primo metheoꝝ.

Nec propter hoc ſequitur ꝙ orbes inferiores etiam caleſiant. qꝛ non ſunt ſuſceptiui caloris ſicut nec ipſe planeta. Et ſi quis diceret qꝛ aer ſẽper equaliter diſtat a terra ⁊ continue mouet̃ quare non ſemper eſt idem calor in vere: yeme: ⁊ in eſtate. ⁊ de die ⁊ de nocte. Reſpõd3 philoſophus ꝙ cauſatur maxime calor per motum ſpere cui infigitur ſol. ⁊ ideo generatur calor per propinquitatem ſolis ad nos. Et hoc dupliciter vnoꝰ ſecundu3 ꝙ per ſuum ortum aſcendit ad noſtru3 emiſperium. ⁊ ideo vniuerſaliter eſt maior calor de die q̃ de nocte. Alioꝰ quando accedit ad cenit capitis noſtri per proprium motu3 ſub obliquo circulo. ⁊ ideo ẽ maior in eſtate q̃ ĩ yeme ⁊ in meridie ꝙ̃ de mane. Et ſic patet ꝙ planete cauſant lumen vniuoce in iſtis inferioribꝰ ſed non calorem. Sed tũc quereret aliquis vnde habet motus localis ꝙ ſit calefactiuus. Ad hoc reſpondet Sanctus Thomas. ꝙ vt dicitur octauo phiſicoꝝ. motus localis eſt primus omniu3 motuu3. in quolibet autẽ genere id qđ eſt primum eſt cauſa omniu3 motuum que ſunt poſt in eodem genere. vt dicitur ſecundo methaphſice. Unde motus localis eſt cauſa quia eſt primus inter omnes alios motus. ⁊ precipue calefactionis. nã omnis calefactio fit inter qualitates primas vel in ſecundis mediantibus primis. inter quas qualitates primas ſunt due actiue. ſ. calidum ⁊ frigidum. vt habet̃ quarto methauroꝝ. ⁊ hee qualitates actiue ſunt priores paſſiuis. ſ. humido ⁊ ſicco. Inter autem qualitates actiuas calidū ẽ priꝰ frigido ſicꝫ forma priuatiõi. ideo calidū ex virtute ſua habet ꝙ ſit calefactiuum ⁊ generatiuum caloris ⁊ non alteriꝰ primo. ⁊ in propinquo corpore. licet alie qualitates prime cauſentur a qualitatibus celeſtibꝰ ſuo modo. Sic ergo cauſat̃ in iſtis inferioribꝰ a motu aſtroꝝ ⁊ lumĩe eoꝝ. ⁊ alie qualitates ab aliis influentiis. Quibꝰ notatis ſit.

**Concluſio reſponſiua. Aſtra** ſunt de natura orbium ſuorum ⁊ non de natura ignis. Prima pars patet. qꝛ pars eſt eiuſdẽ nature cum ſuo toto. ſed aſtra ſunt partes orbiū in quibus ſunt. dicit eni3 cõmẽtator ꝙ ſtella eſt denſior pars ſui orbis. Probatur ratione textus. vnumquodq3 eſt eiuſde3 nature cū illo in quo eſt. ſed aſtra ſunt in ſuis orbibus ⁊ in ipſo mouẽtur ⁊ non ſunt in igne. ergo ſunt de natura ſuoꝝ orbiu3 ⁊ non de natura ignis. Secũda pars ꝓbatur. qꝛ celum eſt alterius nature ab elementis cum moueatur circulariter. ⁊ elementa moueant̃ recte. ſed aſtra mouentur circulariter vt pat3 ad ſenſum. ⁊ etiam naturaliter qꝛ ſemper mouentur tali motu. ergo aſtra non ſunt de natura alicuiꝰ elementi. Item aliqui antiqui dixerunt aſtra eſſe de natura ignis qꝛ credebant celū eſſe de natura ignis. qꝛ vt dictu3 eſt vnū quodq3 eſt de natura eius in quo eſt. cū igitur celum ſit alterius nature ab elementis vt prius probatum eſt. ſequitur ꝙ aſtra ſint alterius nature ab elemẽtis.

Sed forte inſtaret aliquis cõtra prima3 partem cõcluſionis. qꝛ aſtra videntur cõtrariari ſuis orbibus in quibus ſunt. qꝛ aſtra ſunt denſa ⁊ luminoſa quod non cõuenit aliis partibus ſuorum orbium. ergo videtur ꝙ non ſint de natura ſui orbis. qꝛ celum eſt denudatum ab omni contrarietate. Rñdetur ꝙ licet omnis diuerſitas habeat rationem cõtrarietatis. Ad hoc tamen ꝙ aliqua diuerſa dicantur cõtraria duo requirunt̃ vt vult Sanctꝰ Thomas. Primo ꝙ ea q̃ dicuntur diuerſa poſſint eſſe in eodem ſubiecto propinquo vel remoto. ꝙ̃uis enim ignis nõ poſſit eſſe frigidus. natura tamen ignis poteſt ſuſcipere frigiditatem. Secundo requiritur ꝙ illa diuerſa que ſunt grauia non poſſint ſimul eſſe. cõſtat igitur ꝙ in celo neq3 primu3 ſubiectū neq3 propinquū in quo eſt denſitas poteſt fieri rarum nec econtra. aſtrum etiam non poteſt fieri alia pars neq3 ecõtra. raritas ergo ⁊ denſitas in celo non cõtrariant̃. qꝛ in eis deficit prima conditio ꝙ̃uis in iſtis inferioribus cõtrarientur.

Aduertendum tñ cū Sancto Thoma ꝙ raru3 ⁊ denſum cotrario modo ſe habent in iſtis inferioribus ⁊ ſuꝑioribus. qꝛ hec inferiora ſunt paſſiua ⁊ ſuperiora celeſtia ſunt actiua. ideo ɔtrario modo accidit in iſtis elementis ⁊ corporibus ſuperioribus. nam corpora inferiora tanto magis congregant̃ ⁊ ſpiſſant̃ quanto ſunt magis materialia ⁊ paſſiua ⁊ minꝰ habentia de luce. ſicut terra que dominatur in corporibꝰ mixtis. ſed in celeſtibus quanto eſt maior ɔgregatio ꝓducẽtiu3 ſpiſſatione3 tanto magis multiplicat̃ luminoſitas ⁊ virtus actiua. ſicut p3 in corpibus planetarum. Et ſic talis diuerſitas apparens in celeſtibꝰ non h3 rõne3 vere cõtrarietatis. nec propter hoc ſequitur talia corpora celeſtia eſſe corruptibilia nos eni3 videmus ꝙ ꝙ̃uis album ⁊ nigꝝ cõtrarientur in rebus. tamẽ nõ contrariantur in intellectu. Si ergo raꝝ ⁊ denſum contrariẽtur in inferioribus. non ſequitur propter hoc ꝙ contrarientur ĩ ſuperioribus. Sed iſtis obiiceret forte aliquis qꝛ ſi aſtꝝ ſit eiuſdem nature cum ſuo orbe ⁊ ſit diuerſum a ſuo orbe. videtur ꝙ celum non eſt omnino ſimplex. Dicit ad hoc Sanctus thomas ꝙ corpora celeſtia intantu3 dicuntur ſimplicia ꝙ non componuntur ex contrariis. eſt tñ in eis diuerſitas ſecundum naturam ſpeciei lic3 conueniãt ſecundum natura3 generis. ſicut conueniunt in cõi ratione motus licet differant in ſpeciali ratione. qꝛ omnia circulariter mouentur non tamen eodẽ motu ſpeciali. Ueꝝ etia3 celum patitur diuerſitatem in ſuis partibus quo ad qualitates. nec illud tollit eius ſimplicitate3 materie. qꝛ ſemper materia eius manet ſimplex non reſolubilis in plures materias. neq3 h3 priuationem alicuius forme.

**Ad rationes ante oppoſitu3**

Patet ſolutio ex dictis. dictum eſt tamen ꝙ calor in iſtis inferioribus cauſatur a lumine ⁊ motu tanꝙ̃ a cauſis equiuocis. Sequitur in textu.

## Queritur vndecimo. Utrum

Omnia aſtra alia a ſole ⁊ omnis planeta lumẽ ſuum recipiãt a ſole. Arguitur ꝙ non. qꝛ ſi ita eſſet ſequetur ꝙ omne aliud aſtꝝ a ſole paulatim ⁊ ſucceſſiue illuminaret̃ ſicut ⁊ ipſa luna. ɔñs eſt cõtra experientiam. ergo illud ex quo ſequitur eſt falſum. 2ꝰ ſic. in ordine corporu3 vniuerſi ſuperiora ſunt digniora. ergo ſuperiora corpora non recipiunt lumẽ ſuu3 ab inferioribꝰ ſed multa aſtra ſunt ſole ſuperiora. ergo nõ recipiunt ſuum lumen a ſole. ɔña tenet. qꝛ dignꝰ nichil poteſt ſuſcipere ab indigniori. In oppꝭ eſt phūs in hoc primo capitulo huiꝰ ſecũdi tractatus ⁊ omnes expoſitores eiuſdem dicentes omnia aſtra accipere lumen ſuum ab ipſo ſole.

Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ ad** hoc ꝙ aliquod corpus luceat oportet ꝙ habeat in ſe lumen cõpactū ⁊ ſit etiam corpus denſu3 ⁊ vnitum. ⁊ propter hoc aer qui ẽ bene rarus nõ lucet propter eius raritatẽ ꝙ̃uis recipiat lumen ſuum a ſole. Et etiã partes alioꝝ orbium alie a ſtellis ⁊ planetis non lucẽt. qꝛ tales partes ſunt rare ⁊ non vnite nec compacte inter ſe. Et ſi

quis diceret ꝙ tempore ſereno aliquid aliud ab aſtris i celo percipimus viſu. Dicatˀ ꝙ illud ꝗđ ſic percipimus non eſt celum neqꝫ aliqua pars celi ſed eſt aer. qui propter ſuam magnitudinem viſum noſtꝝ quodammō terminat habēs in ſe lumen ſolis ⁊ alioꝝ aſtrorum. ⁊ propter eius nimiā diſtantiam a nobis iudicamus illam partē que terminat viſum noſtrum continuari aſtris. et decipimur. qꝛ viſus noſter propter ſui debilitatem ⁊ impotentiam non poteſt de vlteriori pte ſiue ꝓpinquiori aſtris iudicare.

## Sciendū ē ſecundo. ꝙ Sol

inter cetera aſtra ⁊ planetas debet eſſe maxime lucidus primo propter eius magnitudinem. idō maius habet lumen. qꝛ creſcente magnitudine creſcit virtus. 2º mō propter ſpiſſitudinē ⁊ denſitatem. ideo habet lumen multum intenſum et vnitum. 3º propter eius actiuitatem. ideo lumen ſuum eſt maxime actiuū ⁊ penetratiuum. alterando ⁊ tranſmutādo hec inferiora. 4º eſt maxime lucidus ex propria ſua natura. Dominiū eni habet ſupra ignem qui ē maxime calidus. ideo oportet ꝙ ſol habens dominiū ſupra ignem ſit maxime lucidus eo ꝙ lumen eſt cauſa caloris ⁊ per ꝯñs lumen ſolis vt docet experientia. Celum vero ſtellatum habet dominiū ſuper terram. luna ſupra aquā. ⁊ alii planete ſuper aerem ⁊ ſuper aerea.

## Concluſio Reſponſiua ad

queſitum. Omne aſtrum ſiue planete alii a ſole lumē ſuum recipiūt ab ipſo ſole. Quia quādo aliquid inuenitur in pluribꝰ neceſſe eſt ꝙ illud vni eorū per ſe ⁊ primo inſit. ſed lux ſiue lumen inuenitur in pluribꝰ. ergo neceſſe eſt ꝙ vni eoꝝ primo ⁊ per ſe inſit. Illud aūt eſt ſol. quod patet per expoſitionē nomis. qꝛ ſol dicitur quaſi ſolus lucens. Patet ſecundo qꝛ illud quod ī ordine plurium eſt magis tale primo ⁊ per ſe eſt tale. ſed ſol inter alia aſtra eſt magis lucidus propter cauſas dictas. ergo ſol primo ⁊ per ſe eſt lucidus. Tunc poſſꝫ ſic argui ad concluſionē primum in vnoquoqꝫ genere eſt cauſa omnium que ſunt illius generis. ſed in genere lucidorum ſol eſt primū. ergo eſt cauſa lucis in omnibꝰ lucidis aliis a ſe. ⁊ per ꝯñs omnia alia aſtra ſuſcipiunt lumen ſuum a ſole. Item ſicut eſt in minori mundo. ita rationabile eſt extimare eſſe in maiori mundo. ſed in minori mundo qui dicitˀ homo. eo ꝙ homo quodammō dicitur oīa. cor quod ponitur in medio corporis eſt primū ⁊ fōtale principiū a quo virtus diffunditur in omnibus aliis partibꝰ corporis. ergo a ſimili ſol qui eſt in medio planetaꝝ eſt primum ⁊ fontale principium luminis a quo diffūditur lumen in omibus aliis aſtris. ideo ꝯº vera. Et ſi quis querat quomō differunt aſtrū ⁊ planeta. Dicitˀ ꝙ ſi proprie capiatˀ aſtrū dicitur fixū in ſuo orbe. ſ. in celo ſtellato. Et dicitur fixū qꝛ preter motum orbis non habet aliū motum. Sed planeta dicitur qui exiſtens in aliis orbibus hꝫ motū proprium in ſuo deferente. ⁊ ideo dicitur erraticus ⁊ mouetur ſub zodiaco. In preſenti tñ qōne eſt ſermo tam de planetis ꝙ de aſtris.

## Dubitatur primo. Utrum

In omnibus aliis aſtris ſicut planetis lumē ſit eiuſdem virtutis. Uidetur ꝙ ſic. qꝛ procedit ab eodem principio ⁊ fonte. gº ⁊c. Rñdetur ꝙ lux ſiue lumē poteſt dupliciter cōſiderari. Unoº ſecundū ſe ⁊ abſolute. ⁊ ſic ꝙtum eſt de ſe eſt cauſa caloris vt dictū eſt. Alioº ſecundū eſſe quod habet in recipiente. ⁊ ſecundū hoc contrahit diuerſas virtutes ſecundū diuerſas naturas aſtroꝝ ⁊ planetaꝝ ex aquibꝰ recipitur. ⁊ inde ē ꝙ quedā aſtra ſūt frigefactiua. quedam humefactiua. quedam calefactiua. ⁊ quedam deſiccatiua. quia vnūquodqꝫ receptū eſt in recipiente ſecundum modū recipientis ⁊ non recepti. ideo licet lumen ſecundū ſe ⁊ in ſole ſit calefactiuum ⁊ vnitiuum. non propter hoc ſequitur ꝙ in aliis. Et poſſet dari ſimile exemplum de calore qui ex propria vi ⁊ natura habet incinerare ⁊ alia i naturam ignis cōuertere ⁊ tamen ſecundum ꝙ eſt inſtrumentum potentie vegetatiue habet nutrimentum in ſubſtantiam nutriti conuertere. viuificare. ⁊ vegetare. ideo vnaqueqꝫ qualitas agit vt inſtrumentum quodammodo motum a forma ſubſtantiali que eſt quodammodo ratio eſſendi.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

Omīa alia aſtra a ſole ſiue planete equaliter luceant. Dicitur breuiter ꝙ non. ⁊ hoc patet ex diuerſitate naturarum ipſoꝝ planetaꝝ ⁊ aſtroꝝ. Quedam enim ſunt pure ⁊ nobiliſſime ſubſtantie. ideo ſuſcipiunt lumen ſuum clarum ita ꝙ in eis nichil obſcuritatꝭ relinquitur ſicut in Ioue. In aliis vero lumen [illegible]dit in rubedinē ſicut in marte. ī quibuſdam vero declinat lumē ad pallorem ſicut in venere. In aliis lumen declinat ad albedinem ſicut in galacia. ⁊ ita lumen in aliis aſtris recipitur a ſole diuerſimode ⁊ ſecundū diuerſas diſpoſitiones. De iſtis autem alias latius videbitur.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primam negatur conſequentia. quia luna inter omnia alia aſtra eſt corpus materialiꝰ ⁊ dēſius ⁊ impenetrabilius ⁊ ideo minus diſpoſitū ad receptionem luminis. ideo recipitur ſolum lumen ex vna parte. ſ. ex illa parte qua opponitur ſoli. ſed cetera aſtra ſiue planete ad illuminationem vnius partis illuminātur totaliter ꝑ ⁊ totum corpus lumen ipſius ſolis diffunditur. Recipiunt enim ſolis lumen in profundo propter tranſparentiam corporum ipſorum. quare ⁊c.

Ad ſecundam dicitur ꝙ natura ſagax hoc ē ordinata a ſagaciſſimo principe ordinauit ſolē qui eſt principium luminis eſſe in medio vt parē vite iſtis inferioribus. Naꝫ ſi ſol magis diſtaret a nobis per ſituationem in ſuperioribus orbibus. viuentia nō poſſent viuere propter nimiam frigiditatem. ⁊ ſi eſſet propinquior nobis nimis calefieret. Et ita ſapiētia primi opificiꝭ cuius non eſt niſi pulcrū facere. quoniam ab ipſo omnis inuidia relegata eſt. ſagaciter ſolem ordinauit in medio vt equaliter diffundatur virtus eius in aliis partibus. Poſſet tamen dici probabiliter ꝙ cum commiſiſſet lumen ſuperioribus corporibus ⁊ aſtris. aliquid tamen nobile recepit ab ipſis nobis innominatum nomine ſpeciali. nec illud eſt inconueniens. ideo cōuenientiſſimum eſt ꝙ corpora vniuerſi ad ſe inuicem reciꝓcationem recipiant. Sequitur in textu.

Quoniam autem videntˀ ⁊ aſtra tranſlata ad totum celum.

## Queritur Duodecio. Utrū

Aſtra moueantur motu proprio diſtincto a motu ſuorum orbium. Arguitur ꝙ ſic. quia aſtra ſunt corpora diſtincta a ſuis orbibus. ergo habent motum proprium alium a motu ſuorū orbium. ꝯña tenet qꝛ omne corpus mobile mouetur naturaliter aliquo proprio motu. ergo.

Secundo arguitur. aſtra ſunt ſperice figure ſed figura ſperica eſt aptiſſima ad motum. gº aſtra nata ſunt moueri aliquo motu proprio.

Tertio ſic. luna circungiratur in ſuo epiciclo. ergo mouetur motu proprio alio a ſuo orbe ⁊ ita erit de aliis ergo ⁊c. Sol etiam videtur circungirare in ſuo ortu ⁊ occaſu. ſtelle fixe videntur etiam ſintillare. ergo ⁊c. In oppoꝰ eſt philoſophus in. 2º capº hꝰ ſecūdi tractatꝰ.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de natura aſtrorum oſtēdendo qualis ſit natura ipſoꝝ. ꝯñr determinat de motu eoꝝ dē dependēte a ſua natura prima

## Concluſio Reſponſiua. Ad

queſitū. Aſtra circa axem mūdi non mouentur motu proprio ab oriente in occidens. ſed ſolum mouentur ad motū orbium in quibus ſūt. Probatur cōcluſio tribꝰ rōibus textus. Prima eſt Uel aſtꝝ ⁊ orbis quieſcunt vel ſimul mouentur ambo motibus diuerſis. vel aſtrum mouetur ⁊ orbis quieſcit. vel orbis mouetˀ ⁊ aſtrū quieſcit ſic ꝙ non mouetur motu proprio. Non pōt dici ꝙ ambo quieſcant. qꝛ cum terra ſemper quieſcat vt poſtea probabitur. non poſſet aſſignari ratio diuerſitatis que apparet in ortu ⁊ occaſu aſtrorum. ⁊ in acceſſu ⁊ receſſu planetarum. Nec poteſt dici ꝙ ambo moueantur motibus diuerſis. quia cum videamus aſtrum ⁊ orbē in quo eſt ſimul complere ſuas circulationes. vł hoc eſt naturaliter vel a caſu. non naturaliter. quia motu naturali maiora corpora velocius mouentur minoribus. vt maior terra minori terra. ⁊ etiam in celeſtibus quo ad motum diurnum maior orbis velocius mouetur minori. ⁊ in eodem orbe maiores circuli magis ſcilicet diſtantes a polis velocius mouentur minoribus qui ſunt propinquiores ipſis polis. ergo non poteſt eſſe ꝙ aſtra adequentur in velocitate ſuis orbibus. Item ſi tranſferantur ita ꝙ illa que ſunt in maioribus circulis hoc eſt in diſtantioribus a polis ponerentur ī minoribus ⁊ econtra. Si velocitates aſtrorum adequarentur velocitatibus circulorum tunc aſtra minorum circulorum velocius mouebuntur ꝙ prius mouebantur. et per conſequens in ſuis circulis propriis nō haberent motus naturales determinatos. Nec poteſt dici ꝙ hoc contingat a caſu. quia illa que ſunt a caſu raro ⁊ vt in paucioribus eueniunt. Sed vt in pluribus videmus ꝙ aſtra ſimul complent ſuos motus cum ſuis orbibus ergo et cetera.

Item cum celum ſit incorruptibile nichil ibi poteſt eſſe preter naturam. neqꝫ a caſu. vt dicitur ſecundo phiſicorum. Nec poteſt dici tertium mēbrum ſcilicet ꝙ aſtrum moueatur ⁊ orbis quieſcat. quia ſi aſtra deferrentur de minori circulo ī maiorem ⁊ econtra oporteret ꝙ variarent ſuas velocitates. ergo ex propria natura non haberent determinatas velocitates. Item ſi aſtrum moueretur ⁊ orbis quieſceret. aſtrum diſrumperet ſubſtantiam orbis diuidendo orbem ſi moueretur contra ſuum orbem. vel diuelleret ſubſtantiam orbis contigui ſi moueretur in ſuperficie ſui orbis. vel oporteret ꝙ orbes non eſſent contigui. ⁊ ꝙ inter eos eſſet aliquod paſſibile quod frangeretur ab aſtro ſic moto. Hec autem omnia ſunt impoſſibilia. quia prius oſtēſum eſt ꝙ totum celum eſt impaſſibile. Relinquitˀ gº quartum membrum verum ſcilicet ꝙ orbis moueatur. et aſtrum infixum ſuo orbi quieſcat. ſic ꝙ non mouetur alio motu ſui orbis. ideo dicitur quieſcere quia nō mouetur.

Tertia ratio principalis ad concluſionem eſt iſta. cum aſtra ſint de natura ſuorum orbium oportebit aſtra eſſe ſperica in figura. Sed corporis ſperici nullo modo poſſunt eſſe duo motꝰ

ꝓpꝛii ſcilicet circungirationis ⁊ volutationis.
Si ergo aſtra mouerentur motu ꝓpꝛio. opoꝛte
ret ꝙ altero iſtoꝝ motuum mouerentur. Sed
neutro modo poſſunt moueri. quod pꝫ priꝰ de
circungiratione. qꝛ lꝫ corpus motū motu circun
giratōis mutet locū ſubiecto ⁊ rōe ſꝫꝰ ꝑtes. tñ
totū corpꝰ nō mutat locū ſubiecto. qꝛ axes ⁊ po
li coꝛpoꝛis ſic moti ſunt immobiles. ſꝫ quodlibꝫ
aſtrum mutat locū ratione ⁊ ſubiecto cum mo
ueatur ab oꝛiente in occidens ⁊ econtra. gꝰ nul
lum aſtꝝ mouet᷑ motu circungiratōis. Item
nullū aſtrū videt᷑ circungirare niſi ſol in oꝛtu et
occaſu. ⁊ tñ ſecundū veritatē nō circungirat. ſꝫ
ꝓpter nimiā eiꝰ diſtantiā a noſtro viſu ⁊ ꝓpter
nimiā eius claritatē vt viſus noſter nō poſſit
habere certū iudiciū de ſole. nā viſus noſter
videndo ſolē tremet. ideo videndo ſolē iudicat
ipſū moueri motu circungirationis. qꝛ nichil ꝓ
hibet rem viſibilē moueri vel viſum ad hoc ꝙ
iudicet᷑ res moueri per viſū. Et ꝓpter iſtā cauſā
iudicamꝰ ſtellas fixas ſintillare ꝓpter nimiā di
ſtantiā a nobis. Sed qꝛ planete ſunt ꝓpinqui
oꝛes a nobis ꝙ ipe ſtelle. ideo nos non iudica
mus ipſos ſintillare. dempto tñ mercurio. ſꝫ hꝰ
eſt ꝓpter nimiā paruitatē. Sic ergo patꝫ ꝙ aſtra
non circungirāt ⁊ precipue circa mediū mundi
Nec mouent᷑ motu volutationis. qꝛ qd᷑ ſic mo
uetur: mouetur de facie in faciē. ſed cuiꝰlibet a
ſtri eadē facies ſemper manet verſus nos ſicut
patet de macula lune. Dicunt tñ aliqui ꝙ
inter lunā ⁊ viſū noſtꝝ ſunt ꝗdā coꝛpoꝛa que
ꝓhibent nos videre totā claritatē lune. Alii
dicunt ꝙ luna eſt ſicut quoddā ſpeculū ⁊ in ea
reperiunt᷑ ſimilitudines coꝛpoꝝ inferioꝝ groſſo
rū opacorū. puta terre maris ⁊ ceteroꝝ coꝛpo
rū. ⁊ ſiſitudines ipſoꝝ coꝛpoꝝ recepte i luna fa
ciunt apparentiā macule lune. Licet ille opinio
nes faciliter improbarent᷑ per hoc qꝛ in quacūqꝫ
parte celi ſit luna ſemꝑ apparꝫ in ea ſimilis di
uerſitas ⁊ ſꝫꝰ candē diſpoſitionē. quod nō poſ
ſet eſſe ſi macula lune fieret ex aliquo triū ꝑdi
ctoꝝ modoꝝ. Ideo videtur eſſe dicendum cum
Sancto Thoma ꝙ illa macula ſiue obſcuritas
eſt in luna propter diuerſam diſpoſitionem Lu
ne penes groſſum ⁊ ſubtile. ideo diuerſimode in
diuerſis partibus recipit lumē a ſole. ⁊ magis il
luminatur in quibuſdam partibus ꝙ in aliis
Et ſi querat᷑ quare illa diuerſitas eſt in luna et
non in aliis aſtris. Rñdꝫ quidā phūs nomine
Jambicus ꝙ effectus continent᷑ in ſuis cauſis.
⁊ quāto foꝛme ſunt magis ſuperioꝛes. tanto ma
gis vnite cōtinent᷑ in ipſis. ⁊ quanto cauſe ſunt
inferioꝛes tanto foꝛme continentur in ipſis ma
gis diſperſe. coꝛpoꝛa aūt celeſtia ſunt cauſe coꝛ
poꝝ inferioꝝ. ⁊ inter coꝛpoꝛa celeſtia luna ē infe
rioꝛ ⁊ ideo ſecundū eiꝰ ſuperficiem inferioꝛē cō
tinetur quaſi exterioꝛum diuerſitatis coꝛpoꝛum
generabilium ⁊ coꝛruptibilium. Alii dicunt
quod tamen in idem redit. ꝙ quia luna inter
coꝛpoꝛa celeſtia eſt coꝛpus infimum. ideo eſt coꝛ
pus materialius. ⁊ habet quandam ꝓpoꝛtio
nem cum terra que inter coꝛpoꝛa generabilia te
net locum infimum. ⁊ ideo ſicut terra eſt tota ob
ſcura ⁊ illa coꝛpoꝛa participant aliquid lumi
nis vel perſpicuitatis. ita luna habet aliquid ꝑ
ſpicuitatis ⁊ aliquid opacitatis. ſed illa coꝛpo
ra ſuperioꝛa ſunt tota luminoſa ⁊ perſpicua.

Solet etiam queri de figura huius macule
apparentis in luna. Ad hoc reſpondetur com
muniter ꝙ eſt figura hominis. ideo philoſophꝰ
vocat eam faciem cum dicit. Semper eadem fa
cies lune verſus nos. Sed dominus Albertus
eam ymaginatur ꝙ in ſuperioꝛi parte Lune eſt
quidam leo habens caput verſus occidens et
caudam verſus oꝛiens factam ad modum folii
habentis figuram trium ꝓpoꝛtionum circuli
Et ſuper tergum leonis erigitur quedam arboꝛ
que a ſtipite curuatur verſus occidens. in qua
curuatura apparet homo ſedens. Hec ille.

Tertia et principalis ratio ad concluſionē
eſt. ſi aſtra mouerentur motu ꝓpꝛio cum non
moueātur motu circungirationis vel volutatio
nis. opoꝛteret ꝙ mouerentur progreſſiue per ſuū
oꝛbem. ſed hoc eſt impoſſibile. ergo et cetera.
Minoꝛ patet. quia aſtra nulla oꝛgana habent
apta ad motum progreſſiuum. ideoqꝫ videtur
irrationabile ꝙ natura ꝓuidiſſet animalibus de
oꝛganis aptis ad motum progreſſiuū ⁊ deſpe
xiſſet coꝛpoꝛa celeſtia dignioꝛa ⁊ magis precioſa
non ꝓuidendo de oꝛganis ergo ⁊c.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primam dicitur. vt alias dicebatur ꝙ aſtra
ſunt de natura ſuoꝛum oꝛbium. ⁊ non differunt
a ſuis oꝛbibus ſubſtantia. ſed ſolum differen
tia accidentali. Ideo non opoꝛtet ꝙ habeant
motum localem aliuū a motu ſuoꝛum oꝛbium
circa axem mundi. poſſunt tamen habere ali
quos motus particulares et partiales in ſuis
deferentibus vt alias dictum eſt. Similiter
dicitur ad aliam ꝙ aſtra non ſunt coꝛpoꝛa di
ſtincta ſecundum quantitatem a ſuis oꝛbibus.

Ad tertiam concedatur ꝙ luna cir
cungirat in ſuo epiciclo circa centrum epicicli.
Nec vult hoc philoſophus improbare. ſed im
probat lunam habere motum ꝓpꝛium circa
centrum mundi ab oꝛiente in occidentem et ecō
tra. De illo autē quod dicitur ꝙ ſol circun
girat. dicitur ꝙ ſol vere non circungirat. ſed vi
detur circungirare propter cauſam dictam.
Similiter ſtelle fixe videntur ſintillare propter
eandem cauſam.





Sequitur in textu. Manifeſtum aūt ex
his quoniam ⁊ dicere ⁊c.

## Queritur Tredecimo

Utrum aſtra ⁊ oꝛbes quibus infigunt᷑ cauſent
ſonos armonicos. Arguit᷑ primo ꝙ cauſent ſo
nos. Quia coꝛpoꝛa apud nos mota quādo ſūt
ꝗtitate magna ⁊ velociter mota ⁊ plurima mul
tudine cauſant ſonos. ſed coꝛꝑa celeſtia ſunt ꝗ
titate maxia ⁊ velocitate mota ⁊ multitudine
plurima. gꝰ cauſant ſonos. Deinde ꝓbat᷑ ꝙ
cauſent armonicos ſupponēdo pꝰ ꝙ velocitas
in motu facit ſonū acutū ⁊ tarditas ſonū gra
uē. Supponit᷑ zꝰ ꝙ armonia ſiue cōſonā
tia in ſonis cauſat᷑ ex ꝓpoꝛtione numerali debi
ta acuti ⁊ grauis. Iſtis ſuppoſitiſ ſic arguit᷑. Coꝛ
poꝛa celeſtia in motibꝰ hñt velocitatē ⁊ tardita
tē. ſic ꝙ quedā mouēt᷑ tardiꝰ ⁊ ꝗdā velociꝰ
ſecundū debitas ⁊ determiatas ꝓpoꝛtiones nu
merales. gꝰ ſoni cauſati a motu coꝝ hñt ꝓpoꝛ
tiones in acuto ⁊ graui. ⁊ ꝑ ꝯñs ſunt armonici
ſiue cōſonantiā habētes. In oppoꝰ eſt. p. in
3ꝰ capꝰ huius ſecundi tractatꝰ.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de motu aſtroꝝ. ꝯñr determinat de
ſono coꝝ ſꝫꝰ opiniones antiquoꝝ. qꝛ vt habet᷑
zꝰ de aīa. ſonus eſt effectꝰ motꝰ local᷑.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Pictagorici dixeruntaſtra ⁊ oꝛbes quibꝰ infi
guntur ſuis motibꝰ cauſare ſonos armonicos
multū delectabiles ⁊ delectatioꝛes ꝙ quicunqꝫ
ſoni ſint hic inferiꝰ facti. Et mouebant᷑ ꝓpter rō
nē factā añ oppoꝰ. Et cū quis obiiciebat cō
tra eos cū ſꝫꝰ eos tales ſoni ſūt maximi. nos de
beremꝰ audire eos cū audiamꝰ ⁊ minoꝛes ⁊ tñ
ñ audimꝰ. gꝰ nō ſūt ponēdi tales ſoni. Rñde
bant iſti Pictagorici. ꝙ nō percipimꝰ tales ſo
nos ꝓpter cōſuetudinē. qꝛ tales ſoni ſunt nobis
cōſueti eo ꝙ cōſiſtunt nobis a natiuitate ⁊ ſine
intermiſſione ſilētii. ideo dicebāt ꝙ ñ poteramꝰ
tales ſonos ꝑcipere. Et ad hoc adducūt ſimile
de malliatoꝛibꝰ eris ⁊ ferri. qui ꝓpter cōſuetudi
nē audiēdi ſonos coꝝ malleoꝝ non percipiūt
hmōi ſonos nec ſeipſos iudicāt audire tales ſo
nos. Sed phūs hanc impugnādo opinionē
contra eā ſic arguit. qꝛ ſi coꝛpoꝛa celeſtia per ſu
os motꝰ cauſarēt tales ſonos maxios non ſolū
eſſet inconueniēs ꝙ nos nō ꝑcipemus tales ſo
nos. ſꝫ etiā eēt incōueniēs ꝙ coꝛꝑa inaſata nō
paterent᷑ ab ipſis talibꝰ ſonis. ſi eni eēnt ita ma
ximi ſoni ſicut dicūt iſti Pictagorici deſtruerent
oīa coꝛpoꝛa inferioꝛa etiam dura ſicut lapides.
Uidemꝰ eni ꝙ magni ſoni ſicut ſoni tonitruoꝝ
per accidēs tñ ⁊ rōe coꝛpoꝝ moti violentas et
magnas actiones inferūt coꝛpoꝛibꝰ inferioꝛibꝰ
⁊ maxime duris. ita ꝙ findūt lapides. edificia
deſtruunt. ⁊ ligna diuidūt. Obiicit. zꝰ con
tra ſimile inductū ab ipſis Pictagoricis. qꝛ ſicꝫ
malleatoꝛes eris non ꝑcipiunt ſonos ſuoꝝ mal
leoꝛū. ita neqꝫ ꝑcipiunt minoꝛes ſonos alioꝝ
coꝛpoꝝ. ergo ſi nos nō percipiamꝰ motū coꝛpo
rū celeſtiū ꝓpter cōſuetudinē audiēdi. cū ſꝫꝰ
Pictagoricos tales ſoni ſunt maximi. a foꝛcioꝛi
nō deberemꝰ audire alios minoꝛes ſonos. Dice
bant iſti Pictagorici ꝙ Pictagoꝛas alias audi
erat iſtos ſonos. tñ cū cōſuetus fuit eos audire
ñ plꝰ ꝑcepit. Dicebant etiā ꝙ ſicut canes ꝑcipi
unt multos odoꝛes quos hoies nō poſſunt ꝑci
pere. ita vnꝰ homo pōt hmōi ſonos percipere
⁊ non alius. Illud tamen cuꝫ non poteſt ſtare ꝓ
pter iam predicta. propterea hoc ipſū reprobat
philoſophus. quia ſicut intellectus eſt perceptiꝰ
omnium intelligibilium. ita auditus omnium
audibilium. ideo ſi eēt aliquis auditus qui nō
eſſet perceptiuus cuiuſlibet ſoni. opoꝛteret huiuſ
modi ſonum equiuoce dici ant talem auditum
Poteſt tamen dici ꝙ ſenſus vnius animalis de
lectatur in vno ſenſibili in quo non delectatur
aliud aīal licꝫ ꝑcipiat ſuo modo.

## Concluſio Reſponſiua

Neqꝫ aſtra neqꝫ oꝛbes motibus ſuis cauſant
quoſcunqꝫ ſonos. Probatur. quia ad hoc
ꝙ aliquod coꝛpus motu ſuo cauſet ſonum opoꝛ
tet ipſum facere plagam. hoc eſt motu ſuo diui
dere ⁊ frangere aliquod citius ꝙ natum ſit di
uidi ⁊ frangi. ita ꝙ velocitas motus ꝓueniat
diuiſionem medii. Opoꝛtet etiam ꝙ coꝛpus mo
tum ꝑcuciat᷑ contra aliud coꝛpus. opoꝛtet ergo
coꝛpꝰ cauſans ſonum moueri per medium diui
ſibile. idō dicit᷑ zꝰ de aīa. ꝙ ſonus fit in aere vel ī
aqua tanquā in ꝓpꝛio ſuſceptiuo. oꝛbes au
tem celeſtes ſunt omio indiuiſibiles ⁊ impaſſibi
les cum ſint incoꝛruptibiles. neqꝫ etiam mouen
tur per medium diuiſibile. Aſtra etiam non mo
uentur niſi motu ſuoꝛum oꝛbium. ⁊ ita non mo
uentur per ſuum oꝛbem tanquam per aliquod
medium diuiſibile quod ſit inter duos oꝛbes.
quia inter duos oꝛbes non eſt medium. opoꝛte
ret enim illud medium eſſe de natura celi. ⁊ tunc
eſſet infrangibile. vel de natura elementi tunc
eſſet ibi perpetuo violente quod eſt impoſſibile.
gꝰ neqꝫ aſtra neqꝫ oꝛbes motibus ſuis cauſant
quoſcunqꝫ ſonos.

## Ad rationes ante oppoſitū

Dicitur ꝙ illa tria non ſufficiunt ad hoc ꝙ ali
qua coꝛꝑa cauſent ſonos. Sꝫ cū hꝰ reqrit᷑ ꝙ mo
ueant᷑ per mediū frāgibile. qd᷑ nō ꝯuēit oꝛbibꝰ
neqꝫ aſtris. quia aſtra mouent᷑ ad motū oꝛbis
ſicut clauus ad motū rote. modo qñ aliquod

corpꝰ mouet̃ ad motū ateriꝰ non facit ſonum ſicut nauis mota ad motū fluuii nō facit ſonuꝫ in fluuio. niſi forte faciat in aere ꝙ̄tū ad partem exiſtenteꝫ in aere. Et ſic pꝫ ꝙ nō cauſant armoniam q̄ armonia preſupponit ſonuꝫ. ⁊c̄. Sequitur in textu. De ordine autem ipſoꝝ ⁊c̄.

## Queritur quarto. Utrum

Orbes ſuperiores ſupremo celo ꝓpinquiores velociꝰ moueant̃ motu diurno ꝙ̄ inferiores ⁊ diſtātiores. ⁊ ipſi inferiores velociꝰ moueant̃ motu ꝓprio qui eſt ab occidēte in orientem. Arguit̃ primo ꝙ nō quo ad primā parteꝫ. q̄ omnes orbes motu diurno in equali tempore cōplent ſuos circulos. gͦ motu diurno in equali velocitate mouent̃. Arguit̃. 2ͦ ꝯtra ſecundā pteꝫ. q̄ vt habꝫ phūs in. 2ͦ capͦ huiꝰ tractatꝰ. quāto aliquod corpꝰ maius eſt tanto velocius mouet̃ motu ꝓprio. ſed orbes ꝓpinquiores ſunt maiores q̄ magis diſtant a centro. gͦ debent velocius moueri motibꝰ ꝓpriis ꝙ̄ diſtantiores. In oppoꝰ ē. p. quo ad vtrāq̄ partē in quarto caͦ huius tractatꝰ. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo** ꝙ poſt ꝙ̄ phūs determinauit de nat̃a ⁊ motu aſtrorꝫ et ſtellaꝝ. hic determinat de ordīe ⁊ ſitu eaꝝ. ⁊ maxime de ſitu planetaꝝ. q̄ de ſtellis fixis eſt manifeſtū ꝙ ſunt in octaua ſpera ſituate.

**Sciendū eſt ſecundo.** ꝙ De ordine ⁊ poſitōe planetaꝝ ad inuicē oñdēdo. ſ. qui planete ſunt ſuperiores ⁊ etiā diſtātiores ⁊ q̄ inferiores ⁊ numero eoꝝdē ptinet ad aſtrologū. nec illa poſſūt ſciri ex pͥcipiis naturalis phīe q̄ oīa q̄ cōſiderat reducit ad motū. ſꝫ ſ quirere quare aliqui planete velociꝰ mouent̃ aliis vno motu ⁊ alio motu tardiꝰ ad nat̃aleꝫ ptinet. Uerūtamē ꝓpter doctrine bonitatē de numero ⁊ ordine orbiuꝫ celeſtiuꝫ ⁊ planetaꝝ aliqua dicent̃ in preſenti queſtiōe. Pro quo ſit.

**Concluſio prima.** propter ſeptem planetas neceſſe ē ponere ſeptē orbes diſtinctas inter ſe ⁊ a celo ſtellato. Probat̃ q̄ ſenſu apparet planetas variari in ꝓpinquitate ⁊ diſtantia ad inuicē ⁊ ſtellis fixis. ⁊ cū alibꝫ ſiue planeta moueat̃ motu ꝓprio ab occidēte in orientē vt ꝓbatū eſt priꝰ. ſequit̃ ꝙ oꝫ eē ſeptē orbes a ſe inuicem diſtinctos ⁊ ab orbe aliaꝝ ſtellaꝝ.

**Concluſio ſecunda.** omnes ſtelle fixe ſunt in vno ⁊ eodē orbe. Probat̃. q̄ ſemper ſe hñt in eadem ꝓpinquitate ⁊ diſtantia ad inuicē. gͦ ſunt in vno ⁊ eodē orbe. tenet ꝯña q̄ cū orbes diuerſi ñ poſſint moueri equali velocitate ſcđm ſuos ꝓprios circulos eo ꝙ ſuperiores ſunt maiores oporteret ꝙ ſtelle variarent̃ in ꝓpinquitate ⁊ diſtantia ad inuicē quod nunꝙ̄ viſum eſt. ergo ſunt in eodem orbe quod dicit̃ firmamentū ⁊ a phō ponit̃ priꝰ celuꝫ ꝓpter cauſas aſſignatas. ⁊ ſic habent̃ octo orbes. ſ. celum ſtellatuꝫ ⁊ ſeptem orbes ſeptē planetaꝝ. quoꝝ planetaꝝ numerꝰ ⁊ ordo habetur in hoc verſu. Poſt ſim ſum ſup eſt vltima luna ſubeſt. Uñ ꝑ primaꝫ. ſ. intelligit̃ ſaturnus. ⁊ per. I. Iupiter. et per. m. mars. per alia. ſ. ſol. per. v. venus. per aliam. m. mercuriꝰ. Auctor tñ de ſpera poſuit aliud celū ſupra firmamentū. q̄ vidit ipſum moueri duobus motibus. Sed Ptholomeꝰ ⁊ Algaſel ⁊ Albumaſar quos inſecutus eſt Albertus poſuerunt ſupra firmamentū duos alios orbes celeſtes. Pro cuius ꝓbatione ſupponunt celū ſtellatuꝫ moueri tribus motibꝰ. ſ. diurno ab oriente in occidentem quo peragit ſuuꝫ circuluꝫ in 24. horis. ⁊ motu acceſſus ⁊ receſſus quo perficit. 1. gradum in. 80. annis. ⁊ reuiſionis motu ab occidente in orientem ſuper polis zodiaci. ⁊ hoc motu perficit in. 100. annis gradū vnuꝫ. Et q̄ i toto zodiaco ſiue circulo none ſpere ſunt duodecim ſigna. ⁊ quodlibet habet. 30. gradꝰ. ideo hͦ motu complet ſuum circulum in. 36000. annoꝝ.

Supponunt ſecūdo ꝙ vnius corporꝭ ſimplicis eſt tantū vnꝰ motꝰ ſimplex ſecundū nat̃am. 3ͦ ſupponūt ꝙ motꝰ ꝯueniēs alicui ꝑter nat̃aꝫ aut ſupra naturā neceſſario ꝯuenit alicui ꝑ ꝓpriam nat̃aꝫ. 4ͦ ſupponūt ꝙ motus ꝯueniens alicui corpori inferiori ſecundū naturā ꝓpriam nō conuenit corpori ſuperiori ꝑter nat̃am ſed bene econtra. Supponūt. 5ͦ ꝙ in celeſtibꝰ nichil eſt violentū aut preter naturā q̄ ſunt incorruptibilia. Ex iſtis ſuppoſitionibus ſic arguunt. Firmamētuꝫ mouet̃ tribꝰ motibꝰ vt pꝫ ꝑ experientiā. gͦ oꝫ ꝙ duo illoꝝ cōueniāt ſibi preter naturā aut contra nat̃aꝫ per ſecūdaꝫ ſuppoſitionē ſed nō cōueniūt ei ꝯtra nat̃aꝫ q̄ ſꝑ ſibi cōueniunt. modo nullū violētū eſt ꝑpetuū. gͦ ꝯueniūt ei ſupra nat̃aꝫ. gͦ oꝫ ꝙ ꝯueniāt aliis duobus orbibꝰ ſꝫꝰ naturaꝫ ꝑ terciā ſuppoſitionē. ⁊ cū ñ cōueniāt corꝑibꝰ inferioribꝰ vt pꝫ ꝑ quartā ſuppoſitionē. oꝫ ꝙ ſuꝑioribꝰ ꝯueniāt. ⁊ per ꝯñs ſupra celuꝫ ſūt duo orbes. ⁊ ſic ſūt decē orbes celeſtes. ⁊ hec opinio ꝯiter tenet̃. Uñ primꝰ motꝰ. ſ. diurnꝰ eſt cauſa vniformitatꝭ ⁊ ꝑmanētie reꝝ in eē. motꝰ aūt acceſſus ⁊ receſſus ē ſecūdꝰ ⁊ applicat eē ad materiaꝫ. ⁊ motꝰ firmamēti tertius eſt cauſa diuerſitatis reꝝ inferiorū ī ſpēbꝰ. motus aūt planetaꝝ ſūt cauſa diuerſaꝝ ꝯplexionuꝫ in materia ſꝫꝰ diuerſas nat̃as ipſoꝝ planetaꝝ. Et ſic pꝫ aliqualiter de numero ⁊ poſitione ⁊ ordie planetaꝝ ⁊ orbiū celeſtiuꝫ.

**Concluſio Reſponſiua.** Ad q̄ſitū. Quanto orbes ſunt ſupremo propinquiores tanto motu diurno velocius mouētur ⁊ motu proprio tardius. Prima pars patet. q̄ propinquiores primo celo in equali tempore ad modum primi mobilis deſcribunt maiores circulos. ergo velocius mouentur. Secunda pars





patet quia vt dictum eſt celum ſtellatum motu proprio ſoluꝫ facit vnaꝫ reuolutionē in. 36000. annis. ſaturnꝰ in. 30. annis. iupiter in. 12. mars in duobus. ſol venus mercurius fere conſimiliter in vno anno. Luna vero in menſe. Cauſam vero vtriuſq̄ partis conſequēter aſſignat philoſophus. quia quāto aliquis orbis eſt propinquior ſupremo tanto ſupremum magis preualꝫ ī ipſū. ⁊ ita quāto velociꝰ mouet illū motu diurno tanto tardius motu proprio. quia motus diurnus eſt ab oriente in occidentem. motus vero proprius planetarum eſt ab occidente in oriente ⁊ quodammodo contrariꝰ primo motui.

Et ſi quis obiiciat quia ſecundum philoſophum ſol immediate ponitur ſupra lunam. et tamen motu proprio aliquantuluꝫ tardius mouetur ꝙ̄ venus ⁊ mercurius qui ſunt ſuperiores. Reſpondetur ꝙ quamuis ſecundum ordinem ſitus ſol ſit inferior ꝙ̄ venus ⁊ mercurius ſecundum opinionem philoſophi. tamen ſecunduꝫ ordinem perfectionis ſol eſt ſuperior. In hoc tamē communiter non tenetur philoſophus. ymo aſtrologi moderni tenent ꝙ ſol eſt ſupra mercurium ⁊ venerem ⁊ ſupra lunaꝫ. Nec valet ſi dicatur. quia tunc venus ⁊ mercurius deberent eclipſare ſolem ſicut luna. Dicendum non valet. Et cauſa eſt quia corpus minus non poteſt eclipſare maius niſi ad illud tantum quod poteſt cadere in piramidem vmbroſam corporis minoris. quamuis ergo venus et mercurius quandoq̄ ſint inter aſpectum noſtrum ⁊ ſolem. quia tamen ſunt mlto minores planete ꝙ̄ luna. ideo vmbra eorum non poteſt pertingere ad nos. idō non eclipſant nobis ſolem. Et quamuis luna octies octoaginta ſit minor ſole. tamen quia ē prope nos ideo q̄ vmbra eius attingit ad nos. ideo nobis eclipſat ſolem. Uel diceretur aliter ⁊ forte melius. ꝙ venus ⁊ mercuriꝰ ſunt planete tranſparentes ⁊ non groſſi ſicut luna. ideo non faciunt ſolem eclipſari impediendo lumen eius ne ꝑtingat ad nos quemadmodum luna. Sed poterit aliquis obiicere contra cauſam concluſionis aſſignatam a philoſopho. q̄ ex verbis philoſophus videtur innuere ꝙ a primo īferatur violentia orbibꝰ inferioribꝰ. quod non poteſt dici. cum ſemper moueātur motu diurno. Obmiſſis variis modis dicendi plurium philoſophorum. Reſpondetur ſecundum opinionem Doctoris Sancti ꝙ in vniuerſo eſt dupliceꝫ naturaꝫ conſiderare. ſ. naturaꝫ ſempiterne permanentie ⁊ vniformitatis que eſt ſpūalis ⁊ illa eſt maxime in ſubſtantiis ſeparatis. Alia ē generabilis ⁊ corruptibilis q̄ reperitur in iſtis inferioribus. Corpora autem celeſtia ſunt media inter naturaꝫ ſpūalem ⁊ corruptibileꝫ. ideo aliqualiter participant vtranq̄ naturaꝫ. ſecunduꝫ duos motus. Nam primus motus. ſ. diurnus ē cauſa ſempiterne durationis ⁊ vniformitatis in rebus. ſed motus qui eſt ſub circulo obliquo eſt cauſa generationis ⁊ corruptionis corpoꝝ inferioꝝ. Primuꝫ ergo mobile tanꝙ̄ aliquid nobiliſſime nature ⁊ propinquiſſimum ſubſtantiis ſeparatis habet ſolum primum motum qui pertinet ad naturam vniformitatis reruꝫ. Alia vero corpora celeſtia inquantum recedunt a ſubſtantiis ſpiritualibus applicando ſe formis generabilibus ⁊ corruptibilibus aliquid pticipāt de motu qui pertinet ad naturam difformitatis. et quanto corpus eſt nobilius ⁊ ſuperius tāto plꝰ habet de illo motu. ⁊ ita ſuperior planeta qui ē ſaturnus plus habet de primo motu ⁊ minꝰ de ſecundo inter alios planetas. Sed luna propter propinquitatem ſue nature ad corpora generabilia ⁊ corruptibilia plurimum participat de ſecundo motu. ſ. proprio. ⁊ velociſſime mouetur. ⁊ minus habet de primo. ſ. de diurno. Medii autem planete medio modo ſe habent ſecundum propinquitatem ⁊ diſtantiam ad vtranq̄ naturam. Nec oportet ꝙ ſit proportio velocitatis ⁊ tarditatis ſecundum proportionem diſtantie ad ſubſtantias immobiles ⁊ incorruptibiles.

Cuius ratio eſt. quia motus celeſtes non ſunt omnino naturales. ſed ſunt voluntarii propter finem deſideratum. ideo inquantum ſunt naturales hec proportio velocitatis ⁊ tarditatis inuenitur in eis. ſed inquantū motus eorum ſunt voluntarii propter finem variatur proportio motus eorum non ſecundum proportionem diſtantie ſed ſecundum aliquod finis talis motus.

Et q̄ venus ⁊ mercuriꝰ deſeruiunt planete ſolis vt ſibi colligati ad ſui effectus ꝓductionē. idō q̄ vniformiter mouent̃ cū motu ſolis. Iſtis ſic p̄ſuppoſitis. Reſpōdet̃ ad obiectionē quā phūs dicit ꝙ ſuꝑma ſpera maxie preualet in orbem ꝓpinquū ⁊ minꝰ in remotuꝫ. hoc nō eſt intelligendum ſꝫꝰ aliꝙ̄ coactionem aliquas violentiam. q̄ nihil a ſuꝑioribus receptum in inferioribus eſt ꝯtra naturā inferioꝝ. ſꝫ intelligendū ē ꝙ plꝰ preualꝫ ſꝫꝰ nat̃aleꝫ impꝛſſionē inꝙ̄tū. ſ. naturā ⁊ motū ſuꝑioris orbis magꝭ pticipāt ꝓpinquiora corpora ꝙ̄ diſtantiora. ⁊ ſꝫꝰ hoc ſaluat̃ principiū phī in quo dicebat priꝰ. ꝙ maiꝰ corpꝰ velocius mouet̃ ꝙ̄ minꝰ. ſꝫ. n. planete inſit vterq̄ motꝰ. ſ. ꝓprius ⁊ diurnꝰ. tñ motꝰ diurnꝰ ē nat̃al' planete ſꝫꝰ id qđ eſt digniꝰ in planeta. ſicut ī hoīe ē aīa intellectiua ⁊ ſenſitiua. ⁊ ꝙ̄to plꝰ hō eſt dignior tāto plꝰ hꝫ de motu digniore nat̃e. ſ. intellectiue ⁊ minꝰ de ſenſitiā. ⁊ ꝑ hoc ſoluit̃ rō añ oppoꝰ.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ** dicit̃ ꝙ ꝙ̄uis omnes ſpere in equali tp̄e cōpleāt motū diurnū. tñ maiores in equali tēpore maioreꝫ faciūt circuluꝫ. q̄ velociꝰ mouent̃. Sequitur in textu. Figuraꝫ aūt vniuſcuiuſq̄. ⁊c̄.

## Queritur decimo quinto.

Utrum aſtra ſint ſperice figure. Arguitur ꝙ non. quia figura queritur propter motuʒ. ſʒ nullum aſtrum habet proprium motum vt probatum eſt prius. ergo nullum aſtrum habet figuram propriam. Secundo ſic. pars circuli non eſt circulus. ergo etiam cum aſtra ſint partes corporum ſpericoꝝ vel orbium ideo ñ ſunt ſperica. Tertio ſic. Aſtrum eſt eiuſdem nature cum ſuo orbe. ergo ſequitur ꝙ non eſt diuiſum a ſuo orbe. ⁊ per conſequens non eſt figuratum. tenet conſequentia vltima. quia nichil eſt figuratum niſi terminatum. In oppoᵒ eſt phūs in 5ᵒ capᵒ huius tractatus.

## Scienduʒ eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ philoſophus determinauit de natura motus poſitione ⁊ differentia velocitatis ⁊ tarditatis motus aſtrorum quantum ſpectat ad philoſophum naturalem. conſequēter agit de figura ipſorum. q̄ꝛ figura facit ad modum motus.

## Scienduʒ eſt ſecundo. quod

philoſophus non intendit probare figuram de quarta ſpecie qualitatis ineſſe aſtris. que ſcilicet eſt terminatio ſuperficierum vel linearum de genere quantitatis. ſed intendit probare figuram ineſſe aſtris ſecundū aliquas virtutes ⁊ aliquas qualitates.

## Concluſio Reſponſiua ad

queſitum. Rationabile ē exiſtimare figuram vniuſcuiuſqʒ aſtri eſſe ſpericam. Probatur duabus rationibus. Prima ratio. Natura nichil irrationabiliter nec fruſtra facit. ergo cum aſtra non ſint nata moueri motu progreſſiuo vt dictū ē. ſequitur ꝙ natura dedit eis figuram talē que maxime eſt apta ad motum ſpericum. ſed figura ſperica maxime apta eſt ad talem motum quia figura ſperica nullam ſecum patitur diſtinctionem organorum. que tamen organa neceſſario requiruntur ad motum progreſſiuum. ergo naturam neceſſe eſt dediſſe aſtris figuram ſpericam. Sed obiiceret aliquis quia prius. P. probauit aſtra q̄ꝛ ſperica non moueri motu progreſſiuo. Hic vero oſtendit aſtra eſſe ſperica per hoc ꝙ non ſunt nata moueri motu progreſſiuo. ergo videtur in ſuis rationibus facere circulationem. Ad hoc reſpondet Alexander ꝙ prius philoſophus probauit aſtra non moueri motu progreſſiuo ñ ſolum per illud medium q̄ꝛ eſſent ſperica. ſed pluribus aliis mediis. Similiter hic probat aſtra eſſe ſperica non ſolum per hoc ꝙ non mouentur motu progreſſiuo. ſed etiam pluribus aliis mediis. ⁊ ideo non eſt circulus. Sed huic reſponſioni opponit Simplicius quia non impeditur ratio demonſtrationis circularis per hoc ꝙ vtraqʒ concluſio pluribus mediis oſtenditur. ⁊ ita videtur ꝙ demonſtratio philoſophi ſit circularis. Dicendum eſt ergo ꝙ quamuis per hoc ꝙ vtraqʒ concluſio pluribus mediis demonſtratur non impediatur ratio demonſtrationis circularis. remouetur tamen inconueniens propter quod impugnatur demonſtratio circularis. vt ſcilicet idem ſumatur tanquam notius ⁊ ignotius eodem modo. ſi enim pluribus mediis oſtenſa fuerit vna concluſio poterit fieri nocior vno illoꝝ medioꝝ per ſe ſumpto. ita poterit alia ꝯcluſio accipi ad ampliorem nocionem illius medii. ⁊ illo modo poſſibile ē vti circulo ī demōſtratiōibꝰ vt dictum eſt primo poſteriorum. ſic eſt in propoſito.

Secundo probatur cōcluſio. aſtra ſunt vnius nature. ergo ſimiliter ſe habent ad figuram omnia aſtra. ſed ex hiis que ſenſu apparent manifeſtum eſt vnum aſtrorum eſſe ſpericum ſcilicet lunam. ergo alia ſunt ſperica. Minor patet duplici ſigno. Primo. quia luna creſcit ⁊ decreſcit ſecundum arcuales portiones. ergo luna eſt ſperica. Antecedens patet. quia cum luna directe cōiungitur ſoli totum emiſperium ſuperius a ſole illuminatur ⁊ totum inferius remanet obſcuruʒ ſed cuʒ inceperit recedere a ſole pars que primo a ſole diſtat incipit obſcurari. ⁊ inferius in tanta quantitate ex oppoſita parte incipit illuſtrari quouſqʒ veniat ad quartam partem circuli. ad quam cū peruenerit media pars ſuperioris emiſperii eſt clara ⁊ alia obſcura. ⁊ ita eſt de aliis ⁊ tunc luna dicitur Dyathomos ſiue Dytoma. a dya quod eſt duo. ⁊ thomos quod eſt diuiſio. quia vtrunqʒ eius emiſperium in duo media ē diuiſum per clarum ⁊ obſcurum. Deinde cum luna magis recedit a ſole maior pars inferioris emiſperii illuſtratur verſus nos. ⁊ maior pars ſuperioris obſcuratur quouſqʒ ad medietatem circuli peruenerit. ad quam cum peruenerit totaliter eſt oppoſita ſoli. ⁊ tunc dicitur amphitricos ſecundum aliam litteram. ⁊ tunc dicitur plena lumine verſus nos. quia inferius emiſperium eſt lucidū ⁊ totum ſuperius obſcurum. Et deinde cū per alterum ſemicirculum incipit moueri iterum accedēdo ad ſolē. ⁊ tūc inferiꝰ emiſperiū incipit obſcurari ⁊ ſuperius illuminari. ⁊ ſecundū eaſdem portiones ſecundum quas illuſtratur inferius etiam obſcuratur ſuperius recedendo. ⁊ dicitur in acceſſu ad ſolem amphitricos ⁊ dyathomos in receſſu. Hoc autem nō poſſet contingere ꝙ. ſ. luna creſceret ⁊ decreſceret arcualiter niſi eſſet ſperica. ergo luna eſt ſperica. Secundum ſignū ē quia eclipſes ſolis fiunt ſecundum figuram arcualem. ergo cum fiant per interpoſitionem lune inter noſtrum aſpectum ⁊ ſolem. ergo luna eſt ſperica. quia proprium eſt corporum ſpericorum ſeinuicem arcualiter interſecare. Sed tūc circa



aſſumptum iſtius ſecunde rationis in quo dicebatur ꝙ aſtra ſunt vnius nature.

## Dubitatur primo. an ita ſit

Reſpondet Auerrois ꝙ aſtra ſunt vnius nature ſecundum ſpeciem. ⁊ non differūt niſi numero. Sed ſi Auerrois intelligat ſolum de aſtris fixis cum dicit ꝙ ſunt partes vnius orbis ſcilicet firmamenti dictum ſuum poterit ſuſtineri. Si vero intelligat de aſtris fixis ⁊ planetis dictum ſuum non poteſt ſtare in veritate. Primo quia ea que ſunt eiuſdem ſpeciei habent eaſdem operationes ſecundum ſpeciem ⁊ eoſdem effectus vt patet in rebus naturalibus. ſed non omnia aſtra habent eaſdem operationes. ergo ⁊ cetera.

Secundo. Motus corporum celeſtium ſunt naturales. ergo ſi omnia aſtra eſſent eiuſdeʒ ſpeciei deberent habere eoſdē motus et vniformes. quod patet eſſe falſum tam de planetis comparatis inter ſe ꝙ̃ de ſtellis fixis comparatis ad inuicem. Tertio. multitudo indiuiduorum contentorum ſub vna ſpecie non eſt niſi propter aliquam imperfectionem. vtpote ꝙ ſpecies non poterit perpetuari in vno indiuiduo. idō ſub vna ſpecie reperitur multitudo indiuiduoruʒ vel ſucceſſio vt perpetuetur in illis. Arguitur etiam ꝙ in vnico indiuiduo tali non poteſt recipi perfecte operatio illius ſpeciei. ſicut vnus homo non poteſt acquirere perfecte omnem ſcienciam. conſtat auteʒ ꝙ quilibet orbis perpetuus eſt ⁊ incorruptibilis. ⁊ etiam ad ſuos motus nō indiget aliquo alio quantum eſt ex parte ſui. et ita quilibet orbis eſt perfectus. ⁊ per conſequēs perfectioni repugnat multitudo ſub vna ſpecie.

Item multitudo ſpecierum cuʒ ſit formalis eſt perfectior ꝙ̃ multitudo que eſt materialis. gᵒ cum corpora celeſtia ſint perfectiſſima conuenientiꝰ ē ipſa differre ſpecie ꝙ̃ numero. ⁊ ita cū orbes celeſtes ſint ſpecie differentes. gᵒ aſtra que ī ipſis ſunt ſicut planete non ſolum differunt numero ſed etiam ſpecie. Nec valet ratio quā adducit Auerrois ſic arguens. Si diuerſa corpora celeſtia eſſent diuerſe ſpecies contente ſub genere oporteret materiam eſſe ſub ipſis.

Ad hoc enim dicendum eſt ꝙ non eſt īconueniens ponere materiam in celo. ymo neceſſe eſt cum celum continue moueatur. Dicebatur eniʒ ſecundo methaphiſice. ꝙ ī oī eo quod mouetᷣ neceſſe eſt materiam eſſe. Sed bene verum eſt ꝙ materia celi non eſt eiuſdem rationis cum materia horum inferiorum. Argumentum enim iſtius Auerrois eſt magis contra ipſum ꝙ̃ pro ipſo. quia ſi corpora celeſtia ſolū differrent numero. ⁊ q̄ꝛ cum multitudo ſpecierum ſub vna ſpecie non ſit niſi per rationem materie. multo magis in ipſis eſſet materia quā ſi differrent ſpecie ⁊ conuenirent genere. genus enim reperitur in rebus ſpecialibus in quibꝰ non eſt materia.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ oportet aſtra habere figuram ſpericam ſecundum qualitatem de ſecunda ⁊ tertia ſpeciebus. non tamen habent figurā actu diuiſam ⁊ ſeparatam a figura totius. ſic ꝙ aſtrum ſit vnum corpus diſtinctum figura a ſuo orbe. ſed ibi eſt diuiſio ſecundum qualitatē ⁊ ideo non oportet ꝙ aſtra habeant motum proprium ſecundum actum diſtinctum a motu ſui orbis. ⁊ hoc intelligendo de motu completo circa centrum mundi quo circueunt terram. q̄ꝛ planete in ſuis orbibus ⁊ circulis deferentibus habent circulos epiciclos in deferentibus vt alias dictum eſt. Ad ſecundam dicitur ꝙ in plano pars circuli nō eſt circulus diuidendo ipſm p circunferentiam circuli. ſed tamen intra maiorem circulum poteſt deſcribi minor circulus qui dicitur pars alteriꝰ. ideo ſimiliter pars orbis celeſtis ſi diuidatur orbis per circunferentiaʒ non eſt orbis ſiue ſpera. tamen quia quilibet orbis habet magnam ſpiſſitudinem inter ſuperficiem concauam ⁊ conuexam. ideo in illa portione poſſunt deſcribi multe partes ſperice modo declarato.

Ad tertiam dicitur ꝙ non eſt intelligenduʒ vt dictum eſt aſtrum eſſe terminatum termino quantitatis ſed modo declarato. ⁊ cetera.

Sequitur in textu. Duabus autem dubitationibus entibus ⁊c̄.

## Queritur decioſexto. Utrum

Motus orbium celeſtium debeat multiplicari ſecūdum proportionem diſtancie vniuſcuiuſqʒ orbis ad ſupremum orbem. Ita ꝙ ſupremus orbis mouetur vno motu ⁊ ſecundus duobus et tertius tribus. et quartus quatuor. et quintus quinqʒ. ⁊ ſic deinceps recedendo a primo. Arguitur ſic. quia ſicut eſt in quatuor primis orbibus ita videtur eſſe in aliis. ſed in primis quatuor motus multiplicātur ſecundum proportionem diſtantiaꝝ ad ſupremum orbem. ergo debent multiplicari in aliis. Secundo quanto aliquid eſt perfectius tanto paucioribus indiget. ſʒ ordo in motibus attenditur ſecundum proportionem ad primum. ergo quanto aliquid eſt propinquior primo tanto paucioribus motibꝰ debet moueri. ⁊ quanto remotior tanto pluribus. igitur motus multiplicantur ſecunduʒ proportionem diſtantie. Ad oppoſitum eſt philoſophus in ſexto ⁊ ſeptimo capitulis huius tractatus. in quibus duobus capitulis philoſophꝰ mouet duas dubitationes quas reputat difficilimas. Prima eſt titulus queſtionis. Secunda mouebitur in fine queſtionis.

Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ vt

ſupponitur ex dictis decem ſunt orbes celeſtes. quorum decimus mouetur vnico motu ſcilicet motu diurno. ⁊ ſecūdus duobꝰ motibus ſcilicȝ motu acceſſus ⁊ receſſus ⁊ diurno. ⁊ octauus qui dicitur firmamentum mouetur tribus motibus. quia cum predictis mouetur ab oriente in occidentem. ſed mouetur preter illos motu proprio ab occidente in orientem ſuper polis zodiaci. Quartꝰ vero orbis qui ē saturni. ⁊ quintus ſcilicet iouis. ⁊ ſextus ſcilicet martis quantum ad aſtra illorum orbium mouentur quatuor motibus. ſcilicet motu diurno ab oriente in occidentem. motu proprio ab occidente in orientem. ⁊ motu ecentrici. ⁊ epicicli. Sed ſeptimus ſcilicet ſolis mouetur tribus motibus. ſcilicȝ motu diurno. motu proprio. ⁊ motu ecentrici quoniam vt dictum eſt non mouetur motu epicicli. Venus autem ⁊ mercurius inferiores ſole mouētur quatuor motibus ſicut planete ſuperiores. Sed luna que eſt in īfimo orbe cum illis quatuor motibus habet alium motum quo circungirat in ſuo epiciclo. Patet ergo ꝙ non multiplicātur motus ſecundum proportionē diſtantie ad ſupremum. Et ꝙ illud ſic accidat: oportȝ aduertere ꝙ corpora celeſtia non mouentur pure naturaliter ſed mouentur a motore intelligente ⁊ volente propter determinatum finem.

Quibus notatis ſit.

## Concluſio Reſponſiua Ad

Primam queſtionem. Non oportet motus orbium celeſtium multiplicari ſecundum proportionem diſtantie ad ſupremum vt dicebatur in titulo queſtionis. Probatur concluſio. quia orbes celeſtes non mouentur ſolo impetu nature. ſed mouentur ab aliquo cognoſcente ⁊ volente propter aliquem finem. oportet ergo ꝙ nō habundent nec deficiant in motibus ſecundum exigentiam finium quos attingunt per ſuos motus. cum ergo ordinentur ad diuerſos fines oȝ quoſdam inferiores moueri paucioribus. ⁊ ſuperiores pluribus ⁊ hoc propter diuerſitatem finium. Aduertendum tamen cum philoſopho. ꝙ ſicut eſt in quodam genere entium ſcilicet animalium: ita eſt in celeſtibus. ſed ſic eſt ꝙ ī genere animaliūȝ ſūt quedā que a toto genere ordinantur ad ſanitatem que eſt perfectum bonum animalis. etiā inter animalia quedaȝ ſūt que habent ſanitatē abſqȝ mala immutatiōe ⁊ motu. ⁊ hec animalia ſunt in perfectiſſimo gradu. Alia animalia ſunt que ꝯſequuntur ſanitatem vnica actione vel motu. ⁊ hec ſunt in ſecundo gradu. Alia vero que pluribus actionibus ⁊ motibus. puta. ambulatione: euacuatione: alteratiōe ⁊ cetera. ⁊ ſunt in tertio gradu. Alia vero que nullo modo conſequuntur perfectam ſanitatem ſed aliquam meliorem diſpoſitionem ad ſanitatem ⁊ hoc paucioribus motibus. ⁊ hec ſunt in quarto gradu. Ita gradus encium inueniunt̃ in animalibus. nam perfectiſſimuȝ bonū quod eſt prima cauſa habet in ſe bonum per ſe ſine motu ⁊ mutatione. Alia vero participant bonum perfectum vnico motu ſeu actione ſicut ſunt incorporalia. Alia vero ꝯſequunt̃ pluribꝰ actionibus ſicut corporalia per continuam generationem conſequuntur eſſe ſpecificum perpetuum. Alia vero non poſſunt pertingere ad eſſe completum nature ſpecifice ſicut materia prima

Sic etiam iſti gradus reperiuntur in celeſtibus. ita ꝙ mouens celum ſine ſui mutatione hȝ perfectum bonum ⁊ ponitur in primo gradu. in ſecundo ponitur primum celuȝ quod vnico motu attingit eſſe perpetuum. In tertio ponuntur planete ſuperiores qui pluribus motibus attingunt eſſe perpetuum. in quarto gradu ponitur ſol ⁊ planete inferiores qui ſuis motibus non attingunt eſſe perpetuum. ſed aliquid ordinatum in ipſum ſcilicet generationem ⁊ corruptionem: Et quamuis quilibet planeta cū ſole ordinent̃ ad generationem ⁊ corruptionem. tamen ſol eſt primus planeta attingens huiuſmodi eſſe. et quia paucioribus motibus mouetur ꝙ̄ inferiores. ideo magis habundat in lumine. ſicut etiam celum ſtellatum habundat in lumine ⁊ deficit in motibꝰ. Et ſic patet ꝙ pluralitas vel paucitas motuum non attingit perfectionem aut imperfectionem. niſi dumtaxat in hiis que ordinantur ad vnum finem. ideo licet ſol pluribus motibꝰ moueatur ꝙ̄ ſuperiores ſpere. non eſt tamen eis perfectior. licet bene inferioribus. quia ad cundem finem communē cū eis ordinatur. ideo ſol hec inferiora attingit paucioribus motibus ſecundum principia Ariſtotelis. Ordo tamen dignitatis ⁊ perfectionis in celeſtibus debet attendi ſecundum ordinem ſitus ipſorum. eo ꝙ inferior ſpera continetur a ſuperiori. continens autē nobilius eſt contento. vt ſupra dictum eſt in primo. ⁊ dicetur infra capitulo de figura terre. Et ſic patet ſolutio ad primam queſtionem. Secunda queſtio difficilis eſt quā mouet Ariſtoteles. Quare in octauo orbe q̄ a philoſopho vocatur primum celum eſt tanta multitudo aſtrorum. cum in vnoquoqȝ orbium inferiorum eſt tantum vnum aſtrum. Ad hanc queſtionē ponit philoſophus tres ſolutiones. Prima eſt ex excellentia primi celi quod eſt propinquius primo motori ⁊ alios orbes mouet ⁊ reuoluit motu velociſſimo ⁊ ſimpliciſſimo. ideo primum celum eſt excellentiſſimum ⁊ nobiliſſimuȝ. Et quia ſtella eſt excellentior pars ſui celi. ratio conueniens eſt ꝙ in primo celo propter eius perfectionē





ſunt maxima aſtra. Secunda ſolutio eſt. quia ſicut primum celum alios excedit in aſtris ita alii excedunt ipſum in motibus. ideo ad ecōtra natura ordinauit ꝙ ſicut in primo celo plura aſtra mouentur vno motu. ita in aliis vnum aſtrum moueatur pluribus motibus. Et ſi obiciatur contra hanc ſolutionem quia ꝙ̄uis ſecundum rationem philoſophi celum ſtellatum ſit primum ⁊ moueatur vnico motu. tamen ſecundum opinionem aſtrologorum non eſt primum celum ⁊ mouetur pluribus motibus. ergo hec ſolutio non eſt ſufficiens. Dicitur ꝙ ſi forte moueatur pluribus motibus. minus tamen habet de ſecundo motu qui eſt ab occidente in orientem ꝙ̄ alii celi inferiores. quia illo motu tardius mouetur ſcilicȝ in. 100. annis gradu vno ideo hec ſolutio per aliquid procedit. tamē alio principio ſcilicet principio philoſophi. Tertia ſolutio eſt. primum celum quodāmodo mouet omnes inferiores orbes. ⁊ quia omne mouens debet excedere in virtute ⁊ perfectione mobile ſuum. ideo conueniens eſt ꝙ in primo celo ſint plurima aſtra. ⁊ in orbibus inferioribus ſit vnum aſtrum propter nobilitatem primi ſupra alios orbes. ⁊ per hoc ſoluitur ſecunda queſtio difficilis.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Patet ſolutio ex dictis. Procedunt enim ſupponendo ꝙ illi orbes ordinantur ad finem proprium. quod eſt falſum. quia quidam ordinantur ad parmanentiam. alii ad conſeruationem. alii ad diuerſitatem figuraruȝ. ideo non oportet ꝙ adequentur in motibus. ⁊ tantum de queſtione. Sequitur in textu.

Reliquum autem de terra dicere vbi exiſtat. ⁊ cetera.

## Queritur decimoſeptimo.

Utruȝ terra naturaliter quieſcat in medio mundi. Arguitur ꝙ non. quia terra non eſt in medio mundi. ergo ibidem non quieſcit. Antecedens patet quia nobiliori debetur nobilior locus. ſed ignis inter elementa eſt nobilior et ſimiliter locus medius eſt nobilior. ergo ignis eſt in medio mundi. ꝙ autem locus medius ſit nobilior patet per ſimile in animalibus. in quibus nobilius membrum ſcilicet cor ponitur in medio tanquam in nobiliori loco. Item ille locus eſt nobilior in vniuerſo in quo concurrunt ⁊ vniuntur virtutes vniuerſi. ſȝ ſic eſt de medio mundi quia equaliter ab vtraqȝ ſui parte circūdatum eſt ab omnibus partibus vniuerſi. ergo locus medius eſt nobilior. Deinde arguitur contra queſitum. Omne corpus naturale naturaliter eſt mobile. ſed terra eſt corpus naturale ergo terra eſt naturaliter mobilis. ⁊ per conſequens aliquando mouetur ⁊ non quieſcit perpetuo in medio mundi. Nec poteſt etiam dici ꝙ moueatur motu alterationis ⁊ non motu locali. quia motus localis eſt primus ⁊ ſupponitur ab omnibus aliis motibus. In oppoſitum eſt philoſophus in fine vltimi tractatus huius ſecundi.

## Sciënduȝ eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ̄ philoſophus determinauit de corpore celeſti ⁊ de accidentibus ipſius celi ⁊ partium eiuſdem Conſequenter determinat de terra circa quam celum mouetur circulariter. nec intendit philoſophus in iſto tractatu tractare de terra, ſecunduȝ quod eſt vnum de quatuor elementis. quia ſecundum hoc determinatur in tertio ⁊ quarto libris ſequentibus. ſed determinat de terra ſecundum quod eſt centrum ſpere celeſtis. ⁊ ſecunduȝ hoc tractant aſtrologi. Et determinando de terra philoſophus tria facit. Nam primo determinat de ſitu ⁊ poſitione terre. Secundo de eiꝰ quiete. Tertio de figura ipſius. Et determinando de iſtis tribus prius ponit opiniones antiquorum circa hec tria ⁊ motiua ipſorum. ⁊ poſtea improbat illas opiniones ⁊ ipſa motiua. 3º ponit opinionem propriam. De omnibus illiꝰ ⁊ de opinione antiquorum ⁊ etiam philoſophi videbitur in preſenti queſtione. Et primo de opinionibus antiquorum.

## Sciënduȝ eſt ſecundo. quod

quantum ad ſitum terre ponentes mundum infinitum non habuerunt ponere terram in medio mundi eo ꝙ in infinito non eſt medium neqȝ extremum. Sed inter illos qui poſuerunt mundū finitum quidam qui vocantur Pictagorici qui circa talia dubitauerunt ponunt ignem in medio mundi propter rationem factam ante oppoſitum. quia poſuerunt terram moueri circa medium. ⁊ motu ſuo cauſare diem ⁊ noctem. Et nō ſolum dixerunt hanc terram in qua habitamus ſic moueri. ſed etiam poſuerunt vnam aliam terram quam vocauerunt Antiſtonam. ab anti quod eſt contra. ⁊ ſto ſtas quaſi ſemper ſtans ꝯtra noſtram terram. ⁊ ideo ſecundum eos per terraȝ noſtram que ſemper mouetur ſicut ⁊ alia impedimur ne poſſumus videre aliam terram. Et ad ponendum pluralitatem terrarum mouebātur propter hoc ꝙ eclipſis lune cauſatur per interpoſitionem terre inter ſolem ⁊ lunam. eclipſȝ autem ſolis fit ꝑ īterpoſitionem lune inter nos ⁊ ſolem cum igitur ſint plures eclipſes lune ꝙ̄ ſolis ⁊ ſepius fiant ꝙ̄ ſolis. oportet ꝙ iſtarum eclipſium ſint plures cauſe. ⁊ illud non poteſt ſaluari vt ipſi dicunt conuenienter niſi ponendo plures terras. Sed hec opinio falſa eſt. Primo ꝯtuȝ

ad hoc ꝙ iſti pictagorici poſuerunt igneʒ in medio. in hoc enim fuerunt decepti ex equiuocatione. duplex enim ē mediū ſcilicet magnitudinis ⁊ virtutis. ñ tamen ꝙ medium magnitudinis ſit perfectius quia tale medium circundatur ⁊ continetur ab aliis. modo continens eſt perfectius contento. ſed medium virtutis eſt perfectius. et ideo in tali medio debet poni perfectius corpus ideo ignis debet poni in medio ſecundum virtutem. locus enim ignis eſt finis corporum.

Ad rationem autem Pictag. poteſt dici ꝙ cor animalis non eſt in medio magnitudinis. ymo vmbilicus eſt in medio magnitudinis. ſed cor ē in medio virtutis. Ad aliud motiuum de pluralitate terre dicitur ꝙ pluralitas eclipſium lune non eſt propter pluralitateʒ terre. ſed quia luna pluries dyametraliter reſpicit terraʒ cum maneat inter ipſam ⁊ ſolem. ſol autem non eclipſat niſi a luna minore ipſo ſole. Alii auteʒ philoſophi dixerunt terram in centro mundi. ⁊ dixerunt moueri ipſam circa medium eius. Sed hec opinio quantum ad hoc ꝙ ponit terram eſſe in medio mundi vera eſt. ſed quantum ad hoc ꝙ ponit terram moueri in illo medio falſa eſt vt poſtea probabitur. Alii autem dixerunt terram eſſe in medio mundi ⁊ ibi quieſci. ⁊ ſecundum hoc verum dixerunt. Sed de cauſa quietas terre in medio mundi diuerſificati ſunt in quinqʒ opiniones. quidam enim dixerunt terrā quieſcere in medio mundi propter eius profunditatem in medio quam non contingit pertranſire. ⁊ huius opinionis fuerunt ʒenophales ⁊ ʒenopolus. Sed hanc opinionē deſtruit Ariſtote. tanquam irrationabilem. Alia fuit opinio Talis Mileſii qui poſuit terram ſupra aquā natare ſicut lignum. ⁊ hec opinio admittit ſimilem difficultatem de aqua quid ſubſtarct ipſam.

Item aqua eſt leuior terra. leuiora autem ſemper ſuperferuntur. Item ſicut eſt de partibus terre ita eſt de tota terra. ſed quelibet pars terre poſita in aqua tendit in ſundum ⁊ deſcēdit. ergo ⁊ tota terra. Tertia fuit opinio ponens terraʒ eſſe late figure ⁊ propter hoc nō poſſe diuidere aerem ſubtus exiſtentem. qui aer ſic compreſſus ⁊ non habens locum in quem cedat ſuſtinet ipſam terram. ⁊ huius opinionis fuerunt Aſimenes ⁊ Anaxagoras ⁊ Democritus ⁊ dabant exemplum de quiete ad confirmationem ſue opinionis. Sed hec opinio falſa eſt. quia infra probatur terram eſſe ſpericam. Quarta opinio fuit Empedoclis ponentis ꝙ terra ſic permanet in medio vndiqʒ depulſa ⁊ deiecta propter velocitatem circumgirationis corporis celeſtis. ſicut videmus ꝙ vas repletum aqua habens foramen ſi velociter circunferatur retinet aquam ⁊ non cadit aqua. quia velocitas circumuolutionis preuenit motum aque deorſum

Sed hec opinio improbatur. quia ſi ita eſſet terra detineretur in illo loco violente. quod autem detinetur in aliquo loco violente naturaliter eſt mobile ab illo loco. ⁊ ita terra naturaliter eſſet mobilis in medio quod falſum eſt.

Alie multe rationes ponuntur in textu contra illam opinioneʒ que cauſa breuitatis relinquuntur. Quinta opinio fuit ꝙ terra permanet immobilis in medio eo ꝙ vndiqʒ equaliter diſtat a circumferentia celi. ⁊ ideo oportet vel ꝙ nō moueatur vel ꝙ ſimul moueatur ad diuerſas partes quod eſt impoſſibile. quia qua ratione moueretur ad vnam eadem ratione ad aliam. Et hec opinio fuit Anaximandri que falſa eſt. quia tunc ſi ignis poneretur in medio mundi pari ratione quieſceret. Eſt etiam irrationabilis quia non aſſignat cauſam motus terre ad medium. cum videamus ꝙ vnaqueqʒ pars terre tendat ad medium. Et quia eadem eſt cauſa motus ad aliquem locum ⁊ quietis in eodem. Ideo philoſophus dicit ꝙ mirabile fuit illos inquirere de cauſa quietis terre ⁊ non de cauſa motus ad medium. Et ille ſunt opiniones de quiete terre. Ex iſtis patet quid iſti antiqui ſenſerūt ⁊ dixerunt de ſitu terre. de quibus omnibus reſtat videre veritatē ſecundū opinionem phi. Et circa hoc ſit.

## Concluſio Reſponſiua.

Comprehendens ſitum ⁊ quietem terre. Neceſſe eſt terram in medio mundi quieſcere. Hec concluſio probatur. quia idem eſt motus totius ⁊ partis. ſed vnaqueqʒ pars terre naturaliter fertur ad medium vt docet experientia. ergo tota terra naturaliter mobilis eſt ad medium. Sed vnumquodqʒ corpus quieſcit naturaliter in loco ad quem fertur. ergo terra in medio mundi naturaliter quieſcit. Secundo ſi terra moueretur naturaliter in medio mundi oporteret terraʒ moueri circulariter. quia non poſſet recte moueri niſi recedendo a medio. ⁊ ita naturaliter aſcenderet. ergo oportet ꝙ moueatur circulariter ſi moueatur a medio. ⁊ hoc eſt impoſſibile. quia vnū quodqʒ corpus circulariter motum mouetur pluribus motibus dempto primo mobili. ergo oporteret terram moueri pluribus motibus. ⁊ ita ſi per motum terre ſaluaretur apparentia in motibus planetarum pari ratione ſimilis diuerſitas deberet apparere in motibus aſtrorum.

Tertia Ratio. Pro qua ſupponitur primo. ꝙ idem eſt motus naturalis totius ⁊ partis. Secundo ſupponitur ꝙ vnaqueqʒ pars terre naturaliter fertur ad medium. Ex quo ſequitur ꝙ terra naturaliter in medio quieſcit. Item probatur per ſignum. quia ſi aliquid terre ſurſum proiiciatur per quodcunqʒ tempus ibi permanet vel ſi in ſuperficie proiciatur accidet illud reuerti in eundem locum terre a quo receſſit. ſʒ hoc contingere non poſſet ſi terra moueretur in medio mundi ergo et cetera. Item nos videmus ad ſenſum ꝙ nulla pars terre aufertur a medio niſi per violentiam. ergo neqʒ terra tota. ſʒ vnū quodqʒ naturaliter quieſcit in loco a quo per violentiam aufertur. ergo ⁊c.

## Dubitatur primo. Utrum

Sit idem medium mundi ⁊ terre. Reſpondetur ꝙ duplex eſt medium terre ſcilicet grauitatis terre. ⁊ magnitudinis. Dicendum ergo ꝙ idem eſt medium mundi ⁊ grauitatis terre ſed nō eſt idē mediū magnitudinis mūdi ⁊ terre. Unde motus magnitudinis grauiumʒ a medio mūdi ē a medio grauitatis ⁊ ñ a medio magnitudinis. niſi forte per accidens inquantum accidit idem eſſe medium magnitudinis terre et grauitatis eiuſdem.

## Dubitatur Secundo: Que

Sit cauſa grauitatis terre in medio mundi. Reſpondetur ꝙ propria natura terre. neqʒ eſt querenda alia cauſa extrinſeca niſi prima cauſa. ergo ⁊c.

## Dubitatur tertio. Utrum

Tota terra ſit mobilis ad medium. Dicitur ꝙ ſic. ⁊ ſi per violentiam poneretur extra locum ſuum naturaliter moueretur ad ipſum.

## Rationes facte ante oppoſitum

ſoluuntur ex dictis. Sequitur in textu.

Figuram autem habere ſpericam neceſſariū eſt ipſam. ⁊c.

## Queritur Decimooctauo:

Utrum terra ſit ſperice figure. Arguitur ꝙ non quia nulluʒ corpus ſpericum interſecat ſolem orientem vel occidentem ſecundum lineam rectā ergo non eſt ſperice figure. Arguitur ſecundo. figura ſperica eſt maxime mobilis quia ſolum tangit ſuperficiem in puncto. ſed terra nō eſt maxime mobilis cum non moueatur neqʒ in ſuo loco nec ad alium locum. ergo cum natura nihil faciat fruſtra. ſequitur ꝙ non dedit ſibi figuram ſpericam. Arguitur tertio. Omne corpus ſpericum ſecundum omnem partem ſuperficiei equaliter diſtat a centro ſuo. ꝯtrariuʒ patʒ de montibus qui magis elongantur a centro terre ꝙ alie partes ſuperficiei. ergo terra non eſt ſperica. In oppoſitum ē p.

## Sciendu eſt primo: ꝙ poſt

ꝙ philoſophus oſtendit veritatem de ſitu ⁊ quiete terre. Conſequenter determinat de figura et quantitate per rationes naturales. ⁊ per ſigna ſumpta ſecundum ſenſum oſtendit illam eſſe ſperice figure. ⁊ ex illis ſignis oſtendit terram eſſe modice quantitatis in ordine ad totum celum ⁊ in hoc repugnat opinionibus antiquorum qui dicebant terram nō eſſe ſperice figure.

## Sciendum eſt Secundo:

Qꝙ terra poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo ſecundum propriam naturam. ⁊ hoc modo omnes partes eius debent eſſe equaliter graues ⁊ equaliter tendere ad medium. ideo ſi eſſet diſpoſita ſecundum ſuam aptitudinem ſue nature particularis deberet eſſe ſperice figure.

Alio modo poteſt conſiderari inquantum ē alterata per actionem caloris naturalis. ⁊ ſic in ea ſunt montes ⁊ valles que intenduntur natura vniuerſali propter bonum ⁊ vtilitatem terre naſcentium ⁊ viuentium. ſed iſta conueniunt terre quodammodo violente ⁊ preter naturam particularem eius licet ſit ſecundum naturam vniuerſalem. Et quia vnumquodqʒ magis debet dici quale quod eſt ſecundum naturam vniuerſaleʒ ⁊ propriam ꝙ quale quod eſt preter naturam particularem ſiue per accidens. ideo terra magis eſt dicenda ſperice figure ꝙ alterius figure. ⁊ quia montes ⁊ concauitates terre non ſunt magne in ordine ad totam terram. ideo non impediunt quin poſſit dici ſperica in ordine ad celum.

## Concluſio prima: Terra

eſt ſperice figure ſecundum aptitudinem nature ſue particularis. Primam probat philoſophus duabus rationibus ⁊ tribus ſignis.

Prima ratio eſt vnaqueqʒ pars terre habet grauitatem per quam tendit ad medium. ⁊ ſemper maior pars pellit minorem quouſqʒ equaliter ſint in illo medio. ita ꝙ equalis grauitas ex vtraqʒ parte centri relinquatur. Et ſic omnes partes terre equaliter recedunt a circumferentia celi et accedunt ad medium ipſum. Sed omne tale corpus eſt ſpericum. ergo ⁊ cetera. Et hoc poſſet argui per dictum antiquorum ponentium terram eſſe in medio per circumgirationem motus celi vndiqʒ depellentis ad medium. ergo ſecundum eos oportet terram eſſe ſpericam Uerumtamen eſt cōuenientius dicere terram eſſe ſituatam in medio mundi ⁊ habere figuram ſpericam ſecundum naturam propriam ipſius terre quia eſt corpus grauiſſimum ꝙ propter aliquam violentiam. Et ſi dicatur contra iſtā rationem ꝙ iſta bene concludit ſuppoſito ꝙ omnes partes equales ex vna parte medii ſint ex alia. Sed hoc non ſuppoſito non videtur concludere. Reſpondet philoſophus ꝙ ſiue hoc ſupponatur ſiue non ſemper tenet ꝯñtia. Ideo

ſi ſupponatur tenet ꝯñtia.ſi vero non adhuc tenet ꝯñtia. quia vt dictum eſt prius partes grauiores verſus vnam parteʒ exiſtentes depellunt alias quouſqʒ occupent medium vt tanta velocitas grauis ſit ex vna parte ſicut ex alia. Neqʒ iterum valet dicere ꝙ terra eſt ingenita ⁊ incorruptibilis ergo non oportet omnes partes concurrere equaliter ad medium.quia ſi terra eſſet ingenita oporteret ꝙ eſſet naturaliter diſpoſita. ⁊ ſi eſſet naturaliter diſpoſita eſſet quodammodo ordinata ac ſi fuiſſet genita per actionem nature. Secunda ratio eſt que ſumitur ex figura motus partium terre.Quia omnia corpora grauia ex quaque parte celi deſcendentia feruntur ad terram ſecundum angulos equales ſcilicet rectos que cauſantur ex linea recta, per quam eſt motus.⁊ linea exiſtente in ſuperficie terre.quia corpus graue non firmiter ſtat ſupra terram niſi ſecundum lineam perpendicularem.ergo terra eſt ſperica.Tenet conſequentia quia ſi terra eſſet naturaliter lata in ſua ſuperficie non fierent motus corporum grauium ad terram ab ipſo celo vndiqʒ ſecundum angulos rectos.

Secundo modo patet Concluſio per ſignum qꝛ Eclipſis lune ⁊ deciſiones penes clarum ⁊ obſcurum in Eclipſi fiunt per lineam circularem.ſed tales Eclipſes cauſantur per vmbram terre cadentem inter ſolem ⁊ lunaʒ.ergo illa vmbra eſt rotunda.ſed ſolum corpus ſpericum eſt natum facere vmbram rotundam.ergo ⁊ cetera

Secundum ſignum eſt ex apparẽtia aſtrorum. quia procedendo modicum a ſeptemtrione ad meridiem vel econtra variantur aſtra que ſunt ſupra caput noſtrum.quia alie ⁊ alie ſtelle ſunt apparentes in egipto verſus meridiem que non videntur verſus polum articum Et econtra. Multe apparent verſus ſeptentrionem que nõ apparent exiſtentibus verſus auſtrum. Similiter procedendo ab oriente in occidens vel econtra contingit magna varietas in ortu ⁊ occaſu aſtrorum.ſed hoc non eſt niſi propter rotunditatem terre.ergo terra eſt rotunda.

Tertium ſignum eſt ꝙ Mathematici menſurauerunt quantitatem terre per habitudinem circuli eiꝰ ad circulum celi.ſed hoc non potuiſſent facere niſi terra eſſet rotunda. Jpſi enim primo inuenerunt quantitatem circuli qui ſupponitur vni gradui celi.⁊ deinde in equali proportione attribuendo cuilibet gradui celi tantum ſpatium inuenerunt quantum eſt circuli terre.

Ex iſtis ſignis patet ꝙ terra eſt modice quantitatis in ordine ad celum. Patet primo.quia ſi eſſet magne quantitatis non ita cito fieret apparentia aſtrorum procedenti a ſeptemtrione verſus auſtrum et econtra.vel ab oriente in occidens.et cum hoc contingat ſequitur ꝙ terra eſt modice quantitatis in ordine ad celum. Secundo. qꝛ Aliqui voluerunt adaptare locum qui eſt inter columnas Herculeas in occidẽte loco qui eſt circa indiam ideſt in oriente ⁊ ꝙ nõ eſt niſi vnuʒ mare inter illa duo loca. Qꝛ probat phũs qꝛ in vtroqʒ illoꝝ naſcunt̃ Elephantes quod videt̃ propter ꝓpinquitateʒ illorũʒ locoꝝ.Sʒ hoc nõ eſſet niſi terra eſſet pue ꝗtitat̃. 3º qꝛ mathematici.terrã menſurãtes circũdũt rotunditateʒ eiꝰ ad quadraginta milia des ſtadioꝝ.i.quadrageſies decẽ milia ꝗ valẽt quatuorcentũ milia ſtadioꝝ.⁊ cuʒ ſtadiuʒ ſit octaua ps miliaris. ⁊ octaua ps illius numeri ſit .50000.ideo ſecundum iſtos ambitꝰ terre ꝯtinet .50000.miliaria.⁊ cũ duo miliaria faciũt leucã ſequitur ꝙ continet. 25000 . leucaꝝ. ſed ſecundũ modernos aſtrologos ambitꝰ terre ponit̃ minoris quantitatis.qꝛ ponitur cõtinere ducenta ⁊ .52000. ſtadioꝝ que valẽt.15.milia. ⁊ ſeptingenta ⁊. 50.leucas quod põt inueniri facilit̃ qꝛ vni gradui celi ſupponũt̃ . 700.ſtadia ꝗ habẽt 46.leucas cũ.12.ſtadijs.⁊ applicãdo tot leucas cuilʒ gradui celi inuenit̃ ꝓdictꝰ numerꝰ.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primã dicit̃ ꝙ ſʒꝰ rei veritatẽ terra interſecat ſoleʒ ſʒꝰ lineã circularẽ.ſʒꝰ aũt apparẽtiam videt̃ interſecare ſʒꝰ lineã rectã.⁊ hoc ꝯtingit propter elongationẽ ſolis a terra ⁊ magnitudinem rotunditatis terre rõe quaꝝ vna pars circuli terre includit̃ in angulo viſuali. gº videmꝰ ſolum admodum magne partis circuli viſe a longe videnti recte linee eẽ.⁊ ſi hoc nobis apparet illis circulis maxime erit circa rotũditatẽ terre q̃ lʒ ſit minima reſpectu celi.eſt tñ maxia reſpectu corpoꝝ mixtoꝝ ⁊ aiatoꝝ. Ad ſecundã dicit̃ ꝙ terra eſt ſperice figure ꝓpter equalẽ motũ ſuaꝝ ptiuʒ ad centꝝ.⁊ qꝛ ille motus nõ ſibi conueniret fruſtra.ideo nec illa figura. Ad tertiaʒ pʒ ſolutio. Et hec de.2º de celo ⁊ mundo.

Super.3º libro Johãnes verſoris nullas fecit gloſulas ſʒꝰ moreʒ ſcole pariſienſis. gº

## Sequitur Quartus liber De graui autem et leui.et cet





## Jrca inicium quarti Libri de celo et mundo Queritur primo Utrum.

Sit aliquod corpꝰ ſimpliciter graue.⁊ aliquod ſimpliciter leue.⁊ aliquod graue ⁊ aliquod leue ad alterum ſiue in reſpectu. Arguitur primo quo ad primam partem ꝙ non. quia illud eſt graue aut leue ſimpliciter.quo exiſtẽte aut graui aut leui nihil eſt grauius aut leuius. Sed quocũqʒ corpore graui dato aut leui adhuc eſt dare grauius aut leuius.ergo nullum eſt graue aut leue ſimpliciter. Minor patet.quia dato quocunqʒ corpore graui poteſt ſibi addi aliquid graue ⁊ ſic erit grauius. Secundo arguitur quo ad ſecundam partem negatiue. quia ſi eſſʒ aliquod corpus graue vel leue in reſpectu tale eſſet aqua vel aer.ſed hoc non.quia illud dicitur graue aut leue in reſpectu cuius grauitati eſt leuitas admixta. vel cuius leuitati eſt grauitas admixta.ſed grauitati aque non eſt leuitas admixta.neqʒ leuitati aeris eſt grauitas admixta.quia forma ſubſtantialis aque ⁊ aeris ſunt forme ſimplices.oportet ergo virtute conſequẽtis huiuſmodi formas eſſe ſimplices.ergo et cetera. Jn oppoſituʒ eſt phũs in primo capitulo hꝰ quarti libri.

## Sciendum eſt primo.ꝙ poſt

ꝗ philoſophus determinauit de corporibus ſimplicibus mobilibus motu recto. ſcilicet de elementis ſecundum opinionem antiquorum. conſequenter determinat de eiſdem ſecundum ꝙ ſunt mobilia motu recto ſecundum opinionem propriam.oſtendendo quid ſit corpus graue .et quid corpus leue.⁊ quas proprietates habeant corpora grauia ⁊ leuia ſecundum ꝙ ſunt mobilia motu recto.

## Sciendum eſt Secundo.

ꝙ quadrupliciter poteſt intelligi aliquod corpus eſſe graue ſimpliciter. Uno modo vt aliquid dicatur graue ſimpliciter quo exiſtente graui nichil eſt ipſo grauius.Et hoc modo parua gleba terre non eſſet grauis ſimpliciter.quia tota terra eſt grauior ea. Secundo modo dicitur graue ſimpliciter quod nichil leuitatis habʒ admixtum.et iſto modo quodlibet corpus graue ſimplex diceretur graue ſimpliciter. Tertio modo dicitur graue ſimpliciter. vt ſimpliciter idem eſt quod ſine addito.vt dicatur graue ſimpliciter hoc eſt ſine addito.⁊ illiuſmodi non ſunt ad propoſitum. Quarto modo dicitur graue ſimpliciter quod natum eſt deſcendere in omnibus elementis preterquam in vno.et illo modo parua gleba terre dicitur graue quoddam ſimpliciter. Et ſimiliter poſſet fieri diſtinctio de leui ſimpliciter.

## Sciendum eſt Tertio: ꝙ ali

quid dicitur graue ad alterum ſiue in reſpectu dupliciter.Uno modo dicitur graue in reſpectu quod habet aliquid leuitatis admixtum. et ſic nullum corpus ſimpliciter poteſt dici graue in reſpectu.et ſic non capitur in propoſito.Alio modo dicitur aliquid graue in reſpectu quod in vno elemento eſt natum aſcendere ⁊ in alijs duobus deſcendere. Et hoc modo aqua dicitur quoddam graue in reſpectu. quia aſcendit per aquam et deſcendit per aerem ⁊ ignem.et ſimilis diſtinctio poteſt fieri de leui in reſpectu.

## Concluſio prima: Ali

quod eſt graue ſimpliciter.et aliquod ẽ leue ſimpliciter. Probatur quia eſt aliquod corpus natum moueri ſimpliciter deorſum ⁊ ad medium mundi.⁊ aliquod corpus ſimpliciter ferri ſurſuʒ ⁊ ad extremum vniuerſi.ergo eſt aliquod corpꝰ graue ſimpliciter.⁊ aliquod leue ſimpliciter.conſequentia tenet a diffinitione ad diffinitum. Uel aliter arguitur.Eſt aliquod corpus ſimplex natum deſcendere per tria elementa. ſcilicet per ignem aerem ⁊ aquam.⁊ illud eſt terra.Et eſt aliquod corpus ſimplex natum aſcendere per tria elementa.ſcilicet per terram aquam ⁊ aerem. ergo ẽ aliquod corpꝰ graue ſimpliciter.⁊ aliquod leue ſimpliciter.

## Concluſio ſecunda. Eſt

Aliquod corpus graue ad alterum ⁊ aliquod corpus leue in reſpectu. Patet.quia eſt aliquod corpus natum deſcendere per duo elementa. ⁊ aſcendere per vnum ſcilicet aqua. Eſt etiam aliquod natum deſcendere per vnum elementum ⁊ aſcendere per duo.⁊ illud eſt aer. ergo eſt aliquod corpus graue in reſpectu.⁊ aliquod leue in reſpectu.Conſequentia patet. per diffinitiones grauis ⁊ leuis in reſpectu ſiue ad alterum.⁊ hoc graue aut leue communiter vocatur graue aut leue ſecundum quid.

## Dubitatur primo. An gra

uitas ⁊ leuitas ſint forme ſubſtantiales grauiuʒ ⁊ leuiuʒ. R̃ñdetur ꝙ nõ.nam grauitas ⁊ leuitas ſunt qualitates motiue ipſoꝝ elementoꝝ cõſequentes eſſe ſubſtantiale cõpletum ipſorum eoꝝ. Harꝝ aũt virtutũ operationes ſiue actus ſecundi ꝯñtes carẽt nominibus ꝓprijs vt habet textus. Sʒ tñ ſi liceret fingere noia poſſemꝰ dicere vt Albertꝰ ꝙ actꝰ ipſiꝰ grauitatis ẽ grauire.ſ.moueri deorſum.Et leuitatis eſt leuire ſcilʒ moueri ſurſum.

## Dubitatur Secundo. vtrum

Aliquod elementum in ſuo loco naturali ſit leue aut graue. Videtur ꝙ ſic. quia in ſuo loco naturali retinet ſuam formam ſubſtantialem. ergo retinet grauitatem vel leuitatem que ſunt qualitates motiue conſequentes formas elementorum. Ad oppoſitum tamen videtur eſſe experientia. quia aliquis exiſtens in aqua nõ percipit grauitatem aque exiſtentem ſupra ſe ipſuʒ. ſimiliter ſitule poſite in aqua ⁊ plene aqua leuãtur ſurſum violentia. hoc autem non eſſet ſi aqua eſſet grauis in ſuo loco. ergo ⁊ cetera.

Ad dubium reſpondetur ꝙ aliquid dicitur graue aut leue dupliciter. Uno modo habitualiter hoc eſt in actu primo. quod ſcilicet habet grauitatem aut leuitatem per quam tenderet in locum ſuum ſi eſſet extra locum. quamuis non moueatur a loco ſuo naturaliter. Alio modo aliquid dicitur graue aut leue actualiter hoc eſt in actu ſecundo. quod ſcilicet tendit ad ſuuʒ locum actu. quia habet motum conſequentẽ grauitatem vel leuitatem. Elementum ergo in ſuo loco naturali exiſtens bene eſt graue aut leue primo modo. ſed non 2º mõ. Et ꝑ hº ſoluunt̃ rationes facte hinc ⁊ inde.

## Dubitatur tertio. Utrum

quodlibet corpus quod eſt alio grauius in aere ſit grauius in aqua. Reſpondetur ꝙ non ⁊ hoc ſatis docet experientia. nam magnum lignum eſt grauius in aere paruo plumbo. ⁊ tamen paruum plumbum in aqua eſt grauius ꝙ̃ magnum lignum. nam lignum in aqua ſupernatat ⁊ plumbum ſubmergitur. Et hoc contingit. quia in ligno eſt plus de aeris poroſitate ⁊ de aqua. ſed in plumbo eſt plus de terra ꝙ̃ de aere. hoc ergo eſt propter diuerſam mixtionem elementoꝝ in mixto. Ex precedentibus ergo patet. quid ſit graue ſimpliciter. et quid leue ſimpliciter. quid graue in reſpectu. et quid leue in reſpectu.

## Ad Rationes patet ſolutio

ex dictis. ⁊ ſequitur alia queſtio.

Sequitur in textu. Alteram cauſam putant ⁊ dicunt quidã ⁊c̃.

## Queritur Secundo. Utrum

Uacuum ⁊ plenum ſint cauſa grauis ⁊ leuis.

Arguitur ꝙ ſic auctoritate omnium philoſophorum antiquorum fere concorditer conuenientium in hoc. ergo ⁊ cetera. Secundo arguitur. Uacuum ⁊ plenum ſunt cauſa raritatis ⁊ denſitatis. ſed raꝝ eſt leue ⁊ denſum ẽ graue. ergo vacuum ⁊ plenum ſunt cauſe grauitatis ⁊ leuitatis. In oppoᵘ eſt. p. in textu.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̃ philoſophus determinauit quid ſit graue ſimpliciter ⁊ quid leue ſimpliciter. ⁊ quid graue in reſpectu. ⁊ quid leue in reſpectu. Conſequenter agit de cauſis grauium ⁊ leuium. Et ponit primo opiniones antiquorum ⁊ eas improbat. Et de illis videbitur in preſenti queſtione. Secundo determinat veritateʒ. ⁊ de hoc videbitur in ſequentibꝰ queſtionibꝰ.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Plato poſuit corpora componi ex ſuperficiebus ⁊ in ſuperficies reſolui vt alias dictum eſt. Et quia trigonus eſt prima figura inter figuras rectilineas. ideo poſuit corpora conſtitui ex trigonis. Et conſequenter poſuit illud corpus eſſe grauius quod conſiſtit ex pluribus trigonis. ⁊ illud leuius quod ex paucioribus conſiſtit. Sed in hoc defecit ⁊ errauit Plato. quia nichil tractauit de cauſis grauis ⁊ leuis ſimpliciter. ſed ſoluʒ determinauit de graui ⁊ leui in reſpectu. oſtendendo ſolum quid ſit corpus grauius ⁊ quid leuius. Defecit etiam determinando de grauibus ⁊ leuibus in reſpectu. quia in hoc falſum dixit dicendo ꝙ illud ſit grauius quod conſtat ex pluribus trigonis. ⁊ leuius quod ex paucioribus. quia ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ paruus ignis eſſet leuior ⁊ citius aſcenderet ꝙ̃ magnus ignis. Conſequens eſt falſum. Patet tamen conſequentia. quia ſecundum opinionem platonis paruus ignis conſtat ex paucioribus trigonis ꝙ̃ magnus ignis. ⁊ ſic ſecundum diffinitionem leuioris dataʒ a Platone paruus ignis eſſet leuior ꝙ̃ magnus. quod eſt falſum. Sequeretur etiam ſi ſic eſſet ꝙ magnus ignis eſſet grauior ꝙ̃ parua terra. Conſequens eſt falſum. Patet tamen conſequentia. quia magnus ignis conſtat ex pluribus trigonis ꝙ̃ parua terra. Et ſic patet ꝙ᷑ Platonis opinio de grauitate ⁊ leuitate ſtare non poteſt in veritate. Unde opinio Platonis magis videtur intelligi de corpore de genere quantitatis ꝙ̃ de genere ſubſtantie. Alia fuit opinio antiquorum philoſophorum dicentium quaſdam vacuitates eſſe corporibus imbibitas. ⁊ huiuſmodi vacuitates eſſe cauſaʒ leuitatis. ⁊ etiã dixerũt partes plenas eẽ cauſas grauitatis. ⁊ ita ſʒᵒ illos vacuuʒ ẽ cauſa leuis ⁊ plenuʒ ẽ cauſa grauis. Et iſti triptiti ſunt qꝛ quidã poſuerũt illud corpꝰ eſſe leuiꝰ q᷑ ↄ̃ſtat ex maiori motu ſiue habeãt plures ꝑtes plenas ſiue pauciores ſiue equales ꝙ̃ corpꝰ leue. Alii dixerũt illud corpus eſſe leuius quod conſtat ex maiori vacuo ⁊ minore pleno ꝙ̃ illud quod econtra. Sed alii dixerunt illud corpus eſſe leuius cuius proportio ſui vacui ad ſuum plenum eſt maior ꝙ̃ proportio alterius leuis ad ſuum plenum. Et iſti omnes nichil tractauerunt de graui ⁊ leui ſimpliciter. ſed ſolum de grauiori ⁊ leuiori ſicut illi de opinione prima. Iſti tamen conueniunt in hoc ꝙ ponunt vacuum impellere corpora ſurſum ſiue mouere ſurſum. ⁊ plenum deorſuʒ. Philoſophus tamen reprobat iſta in textu tanꝙ̃ falſa. Quapropter contra hanc opinionem ſit.

## Concluſio prima: Illud

non eſt leuius in quo eſt plus de vacuo. Probatur ſic. quia ſic magnuʒ auruʒ eſſet leuius modico igne. Patet conſequentia. quia ſecunduʒ iſtos in magno auro eſt plus de vacuo ꝙ̃ in modico igne. Cõtra ſecundaʒ opinioneʒ ſit.

## Concluſio ſecunda. Illud

ñ eſt leuius alio quod conſtat ex maiori vacuo ⁊ minori pleno. Patet qꝛ ſi ſic ſequeretur ꝙ magnus ignis eſſʒ leuior aliqua parte terre. ↄ̃ñs nõ eſt concedendum quia terra non eſt leuis. Patʒ conſequentia. quia magnus ignis ſecundũ eos conſtaret ex maiori vacuo ⁊ minori pleno ꝙ̃ aliqua pars terre.

## Concluſio tertia. Contra ter

tiam opinionem. Aliquid non dicitur leuius alio quia proportio ſui vacui ad ſuum plenum maior ſit ꝙ̃ proportio alterius. Patet quia ſi ſic ſequeretur ꝙ minor ignis eque cito moueretur ſurſum ſicut magnus. Patet conſequentia quia in paruo igne eſt equalis proportio ſui vacui ad ſuum plenuʒ. ⁊ ſimiliter ſequeretur ꝙ parua terra eque cito deſcenderet ſicut magna ꝑs terre.

## Concluſio quarta: vacuitas

non eſt cauſa mouens corpora ſurſum. neqʒ plenitudo deorſum. Patet quia cum vacuum ſecũdum iſtos ſit corporibus inbibitum ⁊ ſit diſtenſuʒ ſecunduʒ tres dimenſiones. ſequeretur ꝙ vacuum moueretur ad motuʒ corporis in quo infunditur ⁊ imbibitur. ⁊ ita argueretur de plenitudine. Si ergo vacuitas moueret ſurſum ⁊ plenitudo deorſum ſequeretur ꝙ idem eſſet motũ ⁊ mouens ſeipſuʒ quod improbatur in. 7º phiſicoꝝ. Iteʒ improbatũ eſt in. 4º. phiſicoꝝ. ꝙ vacuuʒ non põt eſſe in natura. ⁊ ꝙ ponẽtes vacuuʒ ꝑpter motuʒ deſtruũt omnino motuʒ.

Item cuʒ illud quod ẽ ſimpliciter leue ſit in termino leuitatis nichil habens de permixtione cõtrarii. ſequeretur ꝙ illi non poterant dare corpus aliquod ſimpliciter leue. quia non dixerunt aliquod corpus componi ſolum ex vacuitatibꝰ Et ſimiliter argueretur ꝙ ſecundum eos nullum eſſet corpus ſimpliciter graue. quia non poſuerunt aliquod corpus cõponi ex plenitudine tãtum. Sic gº patʒ ꝙ iſti nõ ſufficienter tractauerunt de cauſa grauis ⁊ leuis.

## Concluſio Reſponſiua.

Uacuuʒ non ẽ cauſa leuitatis. nec plenuʒ cauſa grauitatis. Patʒ quia tunc nulla res eſſet ſimpliciter grauis aut leuis quod patet ex precedentibus. Si queratur ergo que ſit cauſa grauitatis ⁊ leuitatis in corporibus grauibus ⁊ leuibus. Dicatur ad hoc ꝙ ipſa forma ⁊ materia grauium ⁊ leuium corporum eſt natura grauitatis ⁊ leuitatis eorum. grauitas autem ⁊ leuitas ſunt qualitates naturaliter conſequentes ⁊ per ſe naturas ſubſtantiales corporum grauium et leuium. nec eſt querẽda alia cauſa intrinſeca ꝙ̃ natura grauis et leuis.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur. ꝙ antiqui non ſunt tenendi nec auctoriſandi in hoc. Ad ſecundam negatur ꝙ vacuum ⁊ plenum ſunt cauſa raritatis ⁊ denſitatis. ymo natura propria rarorum et denſorum ſunt eorum cauſa. ergo ⁊ ceꝫ.

Sequitur in textu. Nos autem dicimus primum determinantes de quo

## Queritur tertio. Utrum

Ex parte qualitatum motiuarum ſufficienter concludi poſſit numerus quaternarius elementorum. Arguitur ꝙ non. quia in elementis nõ ſunt niſi due qualitates motiue ſcilicet grauitas ⁊ leuitas. ergo non erunt niſi duo elementa

Secundo arguitur. ſi illo modo poſſet concludi numerus elementorum quaternarius hoc probaretur ſic arguendo. Eſt aliquod corpus leue ſimpliciter quod natuʒ eſt ferri ſurſuʒ ſimpliciter. ⁊ eſt aliquod graue ſimpꝉr quod natũ ẽ ferri deorſuʒ ſimpꝉr. ſʒ hec duo ſunt grauia ſimpꝉr qꝛ ſunt extrema alicuiꝰ grauitatis ſimpꝉr. ſʒ inter quecunqʒ duo extrema ſimpꝉr q̃ ſunt extrema vniꝰ grauitatis neccẽ eſt eẽ duo media quoꝝ vnũ magis accedat ad vnũ extremũ ⁊ aliud ad reliquũ gº ſequit̃ ꝙ quatuor erũt corpa grauia ⁊ leuia ſcʒ duo media ⁊ duo extrema. Tũc ↄ̃tra hoc arguit̃. Inter duo extrema grauia poſſunt plura eẽ media duobꝰ. vt in colorib. ⁊ odoribꝰ i quibus poſſũt eẽ plura media duobꝰ. gº nõ ſequit̃ ſi ſit aliquod graue ſimpliciter ⁊ aliq᷑ leue ſimpliciter ꝙ nõ ſint niſi duo media. ⁊ ꝙ nõ ſint niſi quatuor corpa grauia ⁊ leuia. 3º arguit̃ in 2º de gñatione ſufficiẽter ꝓbat̃ numerꝰ quaternarius eloꝝ. gº ſuperfluum ẽ hº probare hic. In oppoᵘ ẽ phũs in textu.

Pro Rñſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ philoſophus improbauit opiniones antiquorum de graui ⁊ leui. ꝯcludit ꝙ non eſt querenda alia cauſa grauitatis ⁊ leuitatis preter naturas corporis grauis ⁊ leuis. ꝯñr in hac parte intendit determinare ex parte illaꝶ qualitatum .ſ. grauitatis ⁊ leuitatis numeꝶ quaternarium ipſoꝶ elementoꝶ.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

inter corpora vniuerſi ⁊ maxime inter eaꝗ ſunt per ſe ⁊ principales partes vniuerſi ⁊ maxime ſicut ſunt quatuor elementa continens ſemper eſt dignius contento. ⁊ ſe habet ad ipſum ſicut forma ad materiaꝫ. Ex quo patet ꝙ aqua ſe habet ad terram ſicut forma ad materiam ⁊ actus ad potentiam. Et ſimiliter dicendum eſt de aere reſpectu aque. ⁊ de igne reſpectu aeris. Ex quo ſequitur ꝙ terra inter cetera elementa eſt materialius ⁊ potentialius eoꝶ. qꝛ continet ⁊ non continet. Et propter hoc etiam ē minime actuitatis qꝛ actuitas oritur a forma. Et maxime reſiſtentie qꝛ reſiſtentia oritur a materia. E conuerſo aūt dicitur de igne. ignis enim eſt inter omnia elemēta formalius ⁊ actualius elementum. ⁊ ob hoc ē magis actiuus. qꝛ habet plus de forma. ⁊ minꝰ paſſiuus. gͦ minus reſiſtitiuus. qꝛ minus habꝫ de materia. Media autem elementa actualia ſunt ⁊ potentialia ſed reſpectu diuerſoꝶ. qꝛ cōtinent ⁊ continent.

## Sciendum eſt tertio ꝙ cum

Elementa ſint diſtincta ſpecie ⁊ ſint corpora ſimplicia ſimplices formas ⁊ naturas habentia oportet ꝙ motus eorum ſint diſtincti ſecundum ſpeciem. ⁊ ꝙ motus eorum ſint ſimplices. Et ſic oportet ꝙ ſint quatuor motus recti ſimplices ſpecie ſpecialiſſima diſtincti. ⁊ ꝙ ſint quatuor loca naturalia ſpecie ⁊ natura diſtincta.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ ali

ter in ſecundo de generatione probatur numerꝰ quaternarius quatuor elementorum. ⁊ aliter in hoc libro. qꝛ in ſecundo de generatione ꝓbatur ex ꝯbinatiōe quatuor qualitatum primaꝶ ſimpliciter. in quibus non poteſt reperiri niſi quadruplex conueniēs combinatio ⁊ poſſibilis. Sꝫ in iſto libro probatur numerus elementorum ex parte locorum naturalium ad que mouent̄ naturaliter ipſa elementa. ⁊ ex parte motuum elementorum ⁊ etiam virtutum motiuarum eoꝶ ⁊ ideo ratio probatiua huius numeri quaternarii elementorum in hoc libro eſt numerus locoꝶ in libro vero de generatione eſt motus ad formam. Et ideo quamuis probetur numerus elementorum ex parte illorum trium. hoꝶ .ſ. locorū motuum ⁊ virtutum motiuarum. tamen ex iſtis tribꝰ ſumitur vna ratio. quia virtutes motiue diſtinguuntur ſecundum ſpeciem ex parte motuū. ⁊ motꝰ diſtinguuntur ſpecie ex parte locoꝶ.

## Concluſio Reſponſiua

Ex parte qualitatum primarum ſufficienter probari poteſt numerus quatuor elementorum ſꝫ ꝙ ſunt corpora ſimplicia mobilia ad vbi.

Probatur concluſio per rationem recitatam in ſecunda ratione ante oppoſitum. que ſufficienter probat numeꝶ quatuor elementorum quaternarium. Item probat̄. omne corpus ſimplex mobile motu recto aut eſt graue aut leue. Si graue hoc eſt dupliciter. aut eſt graue ſimpliciter ſcꝫ ſecundum naturam ⁊ ſemper natum ē moueri deorſum ſimpliciter .ſ. per tria elementa ⁊ ſic eſt terra. aut eſt graue ſecundum quid in reſpectu ⁊ ſic eſt aqua. Si ſit leue hoc eſt dupliciter aut eſt leue ſimpliciter ⁊ ſic eſt ignis. aut ē leue ſecundū quid ⁊ ſic ē aer.

## Dubitatur primo. Utrum

Leuitas ignis ⁊ leuitas aeris differant ſpecie. et ſimiliter grauitas terre ⁊ grauitas aque. Arguitur ꝙ non. quia caliditas ignis ⁊ aeris non differunt ſpecie. ſimiliter frigiditas terre ⁊ aque non differunt ſpecie. ergo nec leuitas ignis ⁊ aeris ſpecie differunt. nec grauitas terre ⁊ aque. Tenet conſequentia. quia leuitas videtur cauſari a caliditate. ⁊ grauitas a frigiditate.

Oppoſitum arguitur. quia vniꝰ corporis ſimplicis eſt tantum vnus motus ſimplex ſibi conueniens ſecundum naturam propriam. Sed natura propria ignis differt ſpecie a natura ꝓpria aeris. gͦ ⁊ motus ignis ſpecie differt a motu aeris. ⁊ per conſequens proximū principiū motus ignis quod eſt leuitas ignis ſpecie differt a virtute motiua aeris que eſt leuitas aeris. Et ſimiliter argueretur de grauitate terre et aque.

Dicitur ad dubium. ꝙ ille qualitates motiue differūt ſpecie ⁊ conueniūt gñe vt probatū ē

Et poſſet ſic probari ex parte locorum. quia loca naturalia ad que mouentur elementa differunt ſpecie. ⁊ motus elementorum ſpecie differunt. gͦ ꝑ conſequens virtutes que ſunt principia huiuſmodi motuum differunt ſpecie. quia poſitione diſtinguuntur ſecundum ſpeciem per ſuas operationes. Ad rationem dubii negat̄ conſequentia. nec valet probatio. quia leuitas ignis non ſolum cauſatur a caliditate. ſed etiaꝫ a ſiccitate ignis. ⁊ ſic ab illis duabus. Et ſimilit̄ leuitas aeris a calore ⁊ humiditate aerea. ⁊ ſimiliter diceretur de grauitate aliorum elementorum ſuo modo. Unde grauitas ⁊ leuitas ſūt qualitates priores via perfectionis. poſteriores tamē ſecūdum generationem. poſt enim grauitatem ⁊ leuitatem ſequitur motus local̄ immediate qui eſt perſeccuſſiuus. generatione tamen vltimus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ virtutes motiue elementorum non ſunt niſi due in genere. ſunt tamen quatuor ſpecie. Ad ſecundam dicitur ꝙ illa ꝓbatio ñ eſt ſufficiens ſꝫ eſt probatio inſufficiens. quia hoc aſſumptum .ſ. ꝙ inter duo extrema contraria poſſunt eſſe plura grauia duobus habet ſolum veritatē in contrariis extremis inter que ſunt media per participationem extremorum. ſicut eſt in coloribus. et ſaporibus. aer autem aqua neqꝫ ea que ſunt aeris aut aque nō ſunt media per participationem extremorum. ſꝫ ſunt formaliora altero extremorum. Nec dicitur leuitas in reſpectu eo ꝙ aliquid grauitatis immixtum habeat. ſed ſic nominatur propter penuriam nominum. et ſic dicitur per ſimilitudinem ad grauitatem proprie dictam. ⁊ ſimilit̄ dicere tur de grauitate. Ad tertiam patet ſolutio ex dictis. Sequitur in textu.

Quoniam autem locus eſt continentis terminus. ⁊c̄.

## Queritur quarto. vtrum

Loca naturalia grauium ⁊ leuium ſimplicium ſint cauſe ſuorum motuum. Arguitur ꝙ nō quia vel eſſent extrinſece vel intrinſece. Non intrinſece. quia intrinſece non ſeparantur ab eo cuius ſunt. modo locus eſt diuiſus a loco. Neqꝫ ſunt cauſe extrinſece. quia vel eſſent efficientes vel finales. non efficientes. quia omne mouens effectiue eſt cum mobili quod mouetur ad locum. neqꝫ etiam ſunt cauſe finales quia finis et forma coincidunt vt dicitur ſecundo phiſicorum. cum ergo non ſint cauſe formales neqꝫ erunt cauſe finales. Secundo arguitur. ꝙ nō ſint cauſe finales. quia finis nō mouet motu reali immediate. ergo ſequitur ꝙ loca non poſſūt eſſe cauſe finales motuum grauiū ⁊ leuiū.

In oppoſitum eſt philoſophus in textu.

Pro reſponſione.

## Sciendū eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs remouit opiniones antiquorū de cauſis grauis ⁊ leuis. grauium ⁊ leuium. ꝯñr oſtendit ſecundum opinionem propriaꝫ que ſunt cauſe grauium ⁊ leuiū.

## Sciendum eſt Secundo.

ꝙ omnis motus naturalis eſt per ſe inter terminos contrarios ⁊ non ſoluꝫ per accidens. Et hoc poteſt probari inducendo in omnibus motibꝰ ⁊ mutationibus. Poteſt etiam oſtendi ratione quia niſi ſic motus naturalis non eſſet de determinato termino in determinatum terminum. ſꝫ eſſet inter terminos differentes. ⁊ quodlibet fieret ex quolibet quod eſt inconueniens. Omnis ergo motus localis eſt per ſe inter terminos contrarios. ⁊ per conſequens inter determinatos terminos. Cum igitur cuilibet potentie paſſiue correſpondeat determinata potentia actiua a qua ſpeciem habet. oportet dicere ꝙ quodlibet mobile motu recto habeat potentiaꝫ motiuā mouētem ipſum ab vno determinato loco in vnuꝫ determinatum locum. et tale mouens actiuum in grauibus ⁊ leuibus eſt generans vt probatum eſt ⁊ hic dicitur. Nunc ergo reſtat dicere quā habitudinem habeant loca naturalia grauium ⁊ leuium ad ipſa grauia ⁊ leuia.

## Sciendum eſt tertio: ꝙ loca

Grauium ⁊ leuium ſimplicium in ordine ad ipſa non poſſunt habere rationem cauſe effectiue quia oportet mouēs ſimul eſſe cum moto. Nec poteſt dici ꝙ loca moueāt attrahēdo ſicut magnes attrahit ferrum. quia quanto corpus ē grauius tanto tardius deberet moueri deorſum. Nec poteſt dici loca naturalia habere rationem cauſe materialis nec formalis. quia ſunt extrinſeca locatis. ⁊ ꝓcipue cum mobilia actu moueantur ad loca. Quibus notatis ſit.

## Concluſio Reſponſiua.

Loca naturalia grauium ⁊ leuium ſimplicium ſunt cauſe ſuorum motuum in genere cauſe finalis. Probatur. quia ſicut ſe habent ſanabile ⁊ ſanationis motus ad ſanitatem. ⁊ augmentatio ⁊ augmentabile ad quantitatem. ita ſe habꝫ mobile localiter ⁊ ſuus motus ad vbi ⁊ ad locū ſed ſanabile ⁊ ſanatio ordinantur ad ſanitatem etiam augmentabile ⁊ augmentatio ad quantitatem vt ad finem ordinatur. ergo mobile localiter ⁊ motus eius ſe habent ad locum vt ad finem. Item illud ad quod mobile mouetur eſt finis mobilis ⁊ motus intenti a motore. ſed grauia et leuia ſimplicia mouentur ad ſua loca naturalia a generante aut per ſe intendente. ergo loca ſūt cauſe motuum. Item vnū quodqꝫ naturaliter appetit ſe eſſe perfici ⁊ conſeruari tanquam finem deſiderando illa per que perficitur ⁊ conſeruatur in eſſe. ſed mediantibus locis naturalibus in quibus ſunt virtutes generatiue ⁊ conſeruatiue corporum grauium ⁊ leuium generantur ⁊ conſeruantur grauia ⁊ leuia. ergo ſequitur ꝙ loca grauium ⁊ leuiuꝫ naturaliter appetuntur a grauibus ⁊ leuibus. Unde in ipſis locis corporum grauium ⁊ leuium ſunt influxe quedam virtutes a primo locante ipſorum grauium ⁊ leuium ſecundum determinatas differētias ipſorum locorum ad primum locans ⁊ ad primum locum. ideo ratio quare eſt illa ratio ſitus in loco terre ⁊ in loco aque eſt certa diſtantia quā habet vnuſquiſqꝫ locꝰ ad primuꝫ locās

⁊ non alius. Pʒ ergo ꝙ loca naturalia ſunt fines grauiuʒ ⁊ leuiuʒ ⁊ motuum eorundē.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ loca naturalia grauium ⁊ leuium ſunt fines motuum eorum. non quidem intrinſeci ſed extrinſeci. Unde finis generationis debet eſſe extrinſecus ⁊ ſemper coincidit cum forma. ⁊ ideo finis generationis in motu locali ē vbi ⁊ ad queʒ intrinſece terminat̄ motus. Sed finis rei genite eſt duplex. nam quidam eſt inherens ⁊ dicitur propria operatō rei ad quem res ipſa ordinat̄. ⁊ dicitur finis pro quanto mediante tali operatione attingit aliquid extra ſe. ⁊ illo modo motus grauium ⁊ leuium habet modū finis. ſʒ locus naturalis eſt finis extrinſecꝰ ñ inherens qui aliquādo vocat̄ ſpecies corporuʒ grauium ⁊ leuium pro quanto habent eſſe in ſuis locis mouentibus completuʒ Ideo dicit phūs ꝙ moueri ad locum eſt moueri ad propriam ſpeciem. Uel hoc dicit ꝙ ſemper continēs ſe habet ad contentum ſicut forma ad materiam. Ad ſecundam dicitur ꝙ finis non mouet realiter ſecluſo efficiente. ſed motu reali dependens ab efficiente in mouente dependet a fine ſuo modo. ideo ille motus realis phiſicus eſt a quatuor cauſis et a qualibet ſuo modo ſcʒ propter finem ab efficiente immobili propter determinatum vbi ſeu formam.

Sequitur in textu. Figure autem non cauſa eius quod eſt fieri ſimpliciter deorſuʒ aut ſurſum.

## Queritur quinto. Utrum

figure grauium ⁊ leuium ſint cauſe motuuʒ ſurſum ⁊ deorſum eorūdeʒ. Arguit̄ ꝙ ſic. q2 nos videmus corpora plumbea ⁊ ferrea late figure quamuis ſint multū grauia manere ſupra aquā ⁊ ſupernatare ipſi aque. ⁊ corpora minus grauia lʒ ſint rotunda aut accuta deorſum cadere. ſed hoc non eſſet niſi figure eorum eſſent cauſe motuum. ergo ſequitur ꝙ figure grauium ⁊ leuiuʒ ſunt cauſe motus eorundem ſurſum ⁊ deorſum

In oppoſitum eſt phūs in vltimo capitulo ſic dicens. figure autem non quod eſt cauſa huius ſimpliciter ferri ſurſum aut deorſum. ſed eiꝰ quod eſt velocius aut tardius. Pro reſpōſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs oſtendit que ſint cauſe motuum grauium ⁊ leuium ſimplicium ſcilicet loca naturalia de quibus viſum eſt in precedenti queſtione. Conſequenter in hoc vltimo capitulo oſtendit qualiter figure eorum ſe habeant ad huiuſmodi motus. circa hoc inquirens cauſam huius ſcilʒ quare corpora grauia late figure etiaʒ ſi ſint grauiora ſupernatant aque ⁊ etiam volitant per aerem. ſed corpora minus grauia lʒ ſint rotunda vel accuta deſcendunt per aerem. Et iuxta hoc phūs recitat opinionē Democriti dicentis quoſdam vapores eleuatos ab aqua pellere corpora ſurſum ſi ſint late figure. quia vt dicebat plures tales exalationes vel vapores cōtrapulſant ipſis corporibus late figure. ſed ſi corpora grauia ſint figure ſtricte tunc pauci vapores vel exalationes contrapulſant. ⁊ ideo digeſtis huiuſmodi vaporibus corpora grauia cadunt deorſum. Et cum arguitur contra hanc opinionem corpora late figure cum ſupernatent aque magis deberent ferri ſurſum i aere ꝓpter plures exalationes eleuantes corpora lata ſurſum. Hanc obiectionem ſoluebat Democritus dicēs ꝙ huiuſmodi exalationes cum ſunt in aere ſunt diſgregate que in aqua erant congregate. Et ideo vt dicebat ipſe exalationes non poſſunt contrapellere corpora grauia ſurſum in aere ſicut in aqua. Sed illud dictum Democriti non eſt rationabile quia niſi ille exalationes eſſent eleuate contingeret grauia late figure cū ſupernatare in aqua ⁊ per aerem volitare aut ſaltim tardius moueri. ⁊ corpora minus grauia rotunda cadere deorſum ⁊ deſcendere ⁊ velocius moueri. Ideo aliam cauſam aſſignat philoſophus dicēs ꝙ corporum quedam ſunt facilis diuiſionis ſicut ſunt q̄ nō ſunt terminabilia termio propio ſed bene termino alieno. ⁊ quanto ſunt magis terminabilia termino alieno ⁊ minus termino ꝓprio tanto ſunt facilius diuiſibilia. ob hoc aer eſt facilioris diuiſionis ꝙ aqua. Alia ſunt corpora bene terminabilia termino ꝓprio ⁊ male termino alieno. ⁊ quanto ſunt magis terminabilia termino proprio ⁊ minus alieno tanto ſunt difficilius diuiſibilia. ⁊ ideo terra inter omnia elementa eſt difficilius diuiſibilis. Et hec potentia ſcilicet facilis diuiſionis perficitur ex duobus ſcilicet raro ⁊ humido. Similiter corporum que nata ſunt diuidere quedam facilius diuidunt ⁊ alia difficilius. Unde potentia actiua ad diuidendum maxime videtur compleri ⁊ perfici in tribus ſcʒ. duro graui ⁊ accuto. ⁊ quanto minus hʒ de illis tribꝰ tanto aliquid eſt minus diuiſiuum.

## Sciendum eſt ſecundo: ꝙ la

titudo eſt impeditiua potentie diuiſiue. ⁊ rotunditas ⁊ accuties iuuant potentiam diuiſiuam Ratio huius eſt. q2 corpꝰ late figure ſub ſe comprehendit multū de medio ⁊ ita eſt maior reſiſtētia ex parte medii ꝙ quando corpus eſt rotundum vel accutum. q2 tunc non multum comprehendit ſub ſe de medio diuiſibili. ⁊ ita non eſt magna reſiſtentia ex parte medii. Et q2 aqua ē difficilius diuiſibilis ꝙ aer a toto genere. ideo quedā corpora late figure nō deſcendunt in aqua que cadunt deorſum in aere. Quibus notatis ſit.

## Concluſio Reſponſiua.

Quāuis figure grauiuʒ ⁊ leuiuʒ ſimpliciuʒ non ſint cauſe ſuoꝝ motuuʒ. ſunt tñ cauſe velocitatis ⁊ tarditatis motuuʒ eorūdem. Prima ps patet. q2 nature corpoꝝ grauiuʒ ⁊ leuiū ſunt cauſe ſuoꝝ motuuʒ. cuʒ ergo figure eoꝝ non ꝑtineant ad naturam eorūdem exinde ſequitur ꝙ non ſunt cauſe motuuʒ eoꝝ. Secunda pars patet. q2 maior vl̄ minor virtus corporis grauis vl̄ leuis facit ad maiorem velocitatem motus aut tarditateʒ. ergo figure eoꝝ nō ſunt totales cauſe velocitatis ⁊ tarditatatis motꝰ eorundem. ⁊ cuʒ ipſe figure aliquid faciant ad tarditatem et velocitateʒ pro quāto impediunt vel iuuāt diuiſionē medii vt dictuʒ ē. ſequit̄ ꝙ figure ſunt cauſe velocitatis ⁊ tarditatis motꝰ grauiuʒ ⁊ leuiū Ideo dicit phūs ꝙ quāto potentia motiua ipſiꝰ mobilis magis excedit potentiam medii ad reſiſtendum ⁊ diuidi. tanto mobile velocius mouetur ꝑ mediuʒ. ⁊ potētia motiua ad hoc ꝙ excedat reſiſtentiam medii iuuat̄ per figuraʒ rotundam vel acutaʒ ⁊ impeditur ꝑ figuraʒ latam. ergo figura facit ad velocitateʒ ⁊ tarditateʒ ⁊ quo ad equalitatem motꝰ. Et per hoc patet rñſio ad q̄ſitum.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

dicitur. ꝙ bene probāt ꝙ figure corpoꝝ ſimplicium aliquid faciunt ad velocitateʒ ⁊ tarditatem motus. ſed non ꝓbāt ꝙ faciant ad eſſentiam ipſius vt patet in ꝯ°ne. Auctoritas allegata eſt pro dictis. Et tantuʒ de queſtione ⁊ per conſequens de toto libro de celo ⁊ mundo.

## Sequitur Liber De generatione et Corruptione primus.

De generatione autem et corruptione et natura. et cet.

# De generatione et corruptione

## Circa initium libri De generatione et corruptione queritur primo utrum

De corpore mobili ad formaʒ sit ſcia tanq̃ de ſubo h° libri ꝓprie ariſtotelˀ qui grece dicitˀ pygeneos. Arguitˀ ꝙ nõ qz de corpe mobili ad formã nõ eſt ſcia. quia tale eſt gñabile et corruptibile et ꝑ ɔſequẽs ſingulare. ſed de corruptibilib° et ſingularib° nõ eſt ſcia. vt habetˀ. 1° poſterioꝝ. ergo zc. 2° arguitˀ de nõ ente nõ eſt ſcia. ſed mlta entia gñabilia z corruptibilia nõ ſunt vt roſa pluuia et hmõi. ergo de corruptiõe et gñatione nõ eſt ſcia. Tertio ſic. ſcia denoiatur a ſuo ſubiecto. ſed hec ſcia dicitˀ de gñatione et corruptiõe. ergo corpus gñabile et corruptibile eſt ſubiectuʒ hui° libri et nõ corpus mobile ad formã. Ad Oppoſitũ ſunt rõnes expoſitoris phi partem affirmatiuaʒ tenentis.

**Sciẽdum eſt primo** Qz in octo libris phiſicoꝝ determiatum ẽ de corpore mobili ɔſiderato ſecũduʒ ɔmunẽ rationẽ corporis mobilis. et in libro de celo et mũdo determiatũ ẽ de corpe mobili ad vbi. ſed in illo libro determinatur de corpe mobili ſimplici ad formã in cõi ſiue ſit forma eſſentialˀ. ſiue accidẽtalis. ſiue corporis ſimplicis. ſiue mixti. ſiue ꝑfecti ſiue imꝑfecti. ſed de corpe mobili ad formam corporis mobilis imperfecti prout eſt ĩ via ad talẽ mixtionẽ conſideratˀ in libro metheororum. ſed de corpe mobili mixto ad formã inaĩati imꝑfecti cõſideratˀ in libro de mineralib°. de corpe aũt mobili mixto ad formã aĩati conſideratˀ in ſequentib° libriſ de aia. ſcʒ in libro de vegetabilibus et plãtis. et in libris de aĩalibus. Ex illo patet ꝙ iſte liber tenet tertiũ ordinẽ inter libros phie naturalis. nã cõe ẽ ãte ſpeciale ideo liber phiſicoꝝ prim° eſt. Et qz motus localis ſiue ad vbi ſimplicior ẽ aliis motibus et cõior ideo liber de celo ſecundũ ordinẽ tenet. Et qz prius eſt aliquid cõſiderare ſimpliciter q̃ ɔtracte. ideo corp° mobile ad formã in cõi cõſideratum de quo agitˀ in iſto libro prius cadit in cõſideratione ſcie q̃ corp° mobile ad aliq̃ formã determiatã. Et ſic pʒ ordo h° libri pygeneos ad alios libros naturalis phie.

**Sciẽduʒ ẽ ſecundo** Qz corpus mobile gñabile et corruptibile. dupliciter poteſt cõſiderari. Uno° ſecundũ ſuũ eſſe ſingulare. et hoc mõ qz tale gñatur z corrũpitˀ ideo de ipo tali nõ eſt ſcia. Alio° põt ɔſiderari ſecũdũ ſuũ eſſe vle abſtractũ a ſingularib° in quibus eſt comparando ipm ad ſuas cauſas et principia vlia a quibus habet eẽ in ſuis ſingularibus: et ſic de ipo eſt ſcia. Nam ratio mobilis eſt immobilis. et rõ gñabilis eſt ingñabilis hoc ẽ ingenerabiliter ineſt. Unde licet verũ ſit dicere de corpe naturali vlr accepto ꝙ gñalr poſſumus dicere ꝙ eſt generabile et corruptibile ſenſibile nõ tñ ſic ɔſideratũ monetˀ. gñatˀ. corrũpitur aut ſentitˀ de perſe. ſed ſolũ ex cõſequẽti pro quãto eſt in ſuis ſingularib°. Nec valet ar° dicẽdo ꝙ ſenſus ẽ ſingulariũ. cũ de nullo verꝝ eſt dicere ꝙ ſit ſenſibile niſi ſit ſingulare. et hoc eſt qz act° et oꝑatiões ſunt ſingulariũ. ergo de nullo põt dici ꝙ ſit ſenſibile niſi ſit ſingulare. q̃uis cnĩ ſenſus q̃tũ ad actũ ſentiendi ſit ipo ſingulare. ita ꝙ id quod ſentitˀ ſit ſingulare nõ tñ ſecundũ quã ſenſus ꝑcipit ſenſibile nõ enĩʒ color particularis ẽ obiectũ ꝓpter q̃uis nunq̃ videatˀ niſi hic color ꝑticlaris. et hui° rõ eſt. qz viſus videt z° modũ ſui qui eſt naturalis ſub hic et nunc. Et proportionabiliter dicendum ẽ de gñabili et corruptibili reſpectu gñantis et corrumpentis.

**Sciẽdum eſt tertio** Qz mot° et mutatio tantũ in quatuor generib° inueniũtur. ſcʒ in ſubia quãtitate. qualitate. et vbi. Mot° aũt ad vbi nõ põt dici mot° ad formã. et rõ hui° eſt. qz per ipm non acquiritˀ in mobili aliqua forma abſoluta. et ita per corpus mobile ad formaʒ in titulo queſtiõis intelligatur mobile ad ſubſtãtiã qualitatẽ et quãtitatẽ. Et qz inter illos motus vel mutatiões mutatio ad ſubam ẽ pricipalior et anectuntˀ et ſupponũt alii motus. ſcʒ augmẽtatio. alteratio. ideo iſte liber denoiatur de gñatiõe et corruptiõe. q̃uis in illo libro agatur de omi motu ad formã. Nec ſequitˀ ꝙ corp° gñabile et corruptibile ſit ſubm hui° ſcie. quia nõ oportet ſemp denoiari ſciaʒ a ſubo ꝓprio. ſʒ aliqñ a pte digniori. vt in illo libro vel aliquo alio

**Concluſio reſponſiua.** De corpe mobili ad formã eſt ſcia tanq̃ de ꝓprio ſubo hui° libri. Pria ps patet. qz corp° mobile ad formã eſt ens intelligibile habẽs ptes z proprietates. ergo zc. Secũda ps pʒ per diffinitionẽ ſubiecti attributiõis ſibi cõuenienteʒ. zc.

**Dubitatur primo** An de corruptione ſit ſcia naturalis. Videtˀ ꝙ nõ. qz corruptio nõ eſt naturalis y° preter naturã vel ɔtra. ergo de corruptiõe nõ eſt naturalis ſcia. Dicitˀ ꝙ aliqua res põt dici naturalis dupliciter. Uno° quia cadit ſub intentiõe nature vlis ĩ primo z ꝑ ſe. ſed ſecũdario ꝑ q̃to nõ põt fieri gñatio alicui° ſine corruptione alterius. ſed corruptio eſt ɔtra naturã ꝑticularẽ q̃ dicitur forma. Alio° põt dici naturalis. qz eueniat

ſecundū naturā ita ꝙ habeant fundamētū in aliquo naturali principio. et hoc⁹ corruptio dicit̄ naturalis q̄ fundat̄ i materia q̄ dicit̄ natura. materia ei naturaliter ē priuatiōi admixta ſcʒ materia hoꝝ inferiorū. Et ſic de corruptiōe eſt ſcīa naturalis. q̄ ſcīa naturalis hʒ ꝯſiderare de oī eo quod pōt ſequi ex principio nature et quod etiā pōt cadere ſub itentiōe nature. Dicit̄ vltra ꝙ ſcīa naturalis ñ eſt practica ideo ñ ſolū hʒ ꝯſiderare vnū oppoſitoꝝ ſicut practica. ſed ē ſpeculatiua q̄ eſt eadē ꝯiuʒ oppoſitoꝝ. ideo nō ſolū hʒ ꝯſiderare gñatiōem. ſed etiā corruptionē oppoſitā generationi.

## Dubitatur ſecundo Utrum

Re corrupta poſſit ſcīa ei⁹ pmanere in anima

Ad hoc dicit Egidius ꝙ res ipē pñt habere triplex eſſe. Unū in ſeipis quod eē hñt qñ exiſtunt i reꝝ natura. Aliud eſſe hñt i ſuis cāis Et aliud hñt in itellectu. Et hec tria ſe habēt p ordinē. nā ſi res ſint i ſeipis hñ ſunt i ſuis cāis et in itellectu. ſi vero ſint in ſuis cāis vl' intellu nō oʒ ꝙ ſint in ſeipis. mlt̄a ei ſunt in itellectu q̄ nō ſunt i ſeipis nec i ſuis cāis ſicut ens rōis Si ergo res ñ ſit i ſeipis dū tñ habeāt eē i ſuis cāis hñ ſūt ſcibiles. q̄ quiditas rei material' eſt obm noſtri itellect⁹. Et ad hoc ꝙ cognoſcat̄ ab itellectu ſufficit ꝙ ſit in potētia. Nec placet ipi Egidio hic mod⁹ loquendi ꝙ deſtructa re q̄tū ad eē actuale ꝙ remaneat q̄tum ad eſſe eſſentie. q̄ impoſſibile ē ꝙ deſtruat̄ penes eē exiſtentie et ꝙ reāneat eēntia. q̄ deſtructis primis ſubiis ipoſſibile eſt aliquid alioꝝ remanere. q̄ vnūquodqʒ remanet ſub ſuo eſſe. Niſi quis velit dicere ꝙ res maneat i potētia tātuʒ ſcʒ in ſuis principiis actiuis et paſſiuis ꝓpinquis et etiā remotis et nō in potētia formali. q̄ ipē Egidius nō poit inchoationē formaꝝ. Sic ergo illa potentia actiua ꝛ paſſiua ſufficit ad hoc ꝙ res ſciat̄ et remaneat ſcīa in intellectu. Sed verum ē vt dicit ipē Egidi⁹ ꝙ ñ poſſumus de nouo acquirere ſcīaʒ de aliqua re gñabili ꝛ corruptibili niſi haberet eē actuale. q̄ intellectus noſter acquirit ſcīaʒ mediāte ſenſu qui ē ſingulariū actu exiſtenciū. ſʒ ſcīa acquiſita ſi deſtruatur res q̄tuʒ ad eſſentiā manēt fantaſmata in fātaſia ꝛ ſpēs intelligibilis in itellectu quibus mediātibus adhuc pōt ſciri et intelligi. ꝛ ſic ſi nunquā fuiſſet roſa in actu nō haberem⁹ ſcīaʒ de ea ſed poſtq̄ haberemus ſcīam de roſa ipa corrupta q̄tum ad eſſe exiſtentie remaneret in potētia in ſuis cauſis modo predicto poſſum⁹ habere ſcīam de ea nā ſpecies itelligibilis que eſt in intellectu eſt formalius in cognitione rei. deſtructo aūt materiali et remanente formali dicitur res remanere. ſicut patet de ſignificatione noīs. nā in ſignificatione noīs res exiſtens extra intellectū eſt quaſi materiale ſignificationis nominis ſed cōceptus rei formatus in aīa per ſpēm intelligibileʒ eſt tātum formale in ſignificatione. q̄uis igit̄ varietur materiale in re remanente formali in aīa nō cadit nomē a ſua ſignificatione. ideo re exiſtente aut non exñte in nomīe idem ſignificat. ex⁹ eſt de loco qui eſt immobilis ratiōe formali in eo quod eſt ſit⁹ ꝛ ordo a concauo celi q̄uis materiale loci quod eſt ſuperficies corporis ꝯtinētis varieē. ꝛ ita diceret̄ de fluuio et cineribus. vt patet 4° phi'.

Ad rōes ante oppo⁹ patet ſo° ex dict'. ꝛc̄. Sequitur textus. Antiquorū quidem igit̄.

## Queritur ſecundo: Utrum

Ponentes vnum principiū materiale poſſint ſaluare diſtinctionē generatiōis ab alteratiōe.

Arguitur ꝙ ſic. motus et mutatiōes diſtinguntur per terminos ad quos ſunt. ergo ad diſtinctionē motuū et mutacionuʒ impertinēs eſt diſtinctio ſubiorum. 2° ſic phūs ponit vnuʒ materiale principium omniū alterationum et ſaluat diſtinctionē alterationis a generatione ergo ſimiliter antiqui ponentes vnuʒ materiale principium potei ūt ſaluare diſtinctiōeʒ gñationis ſimpliciter ab alteratiōe. In Oppo⁹ eſt phūs in 2° capitulo h⁹ libri. Pro reſpōſiōe

## Sciendum eſt primo:

Qz poſtq̄ phūs poſuit materiam huius libri et ordinem tractādi in prohemio ꝯſequēter determinat ordinē premiſſum de natura generatiōis et corruptionis et de natura annexorū ipius alterationis augmētationis nutritionis actionis et paſſionis tactus et mixtionis. et hec eſt materia per ordinem hui⁹ libri primi. Deinde in ſecundo peragit de natura gñatorum et corruptoruʒ et de cauſis gñationis et corruptionis determinādo anteʒ de natura generationis et corruptionis. primo recitat oppiniones antiquoruʒ et iṗbat eas. Deinde determiat ſcd⁹ oppinionē ꝓpriam et tractat de natura gñationis et corruptionis ſimpliciter.

## Sciendum eſt ſecundo

Qz antiqui phi ignorauerunt naturā materie et forme et non conſiderauerūt niſi principiū materiale inſufficienter quia cōſiderauerūt ipm eſſe actu ens. ꝛ quidā poſuerunt ipm ignē eſſe principiū materiale. alii aerē. alii aquā. alii aliquod medium inter aerem et aquā. Alii poſuerunt plra principia materialia ſicut Empedocles poſuit quatuor elementa eſſe pricipiū oīum et litem. et amiciciam eſſe principia exiſtentie ꝛ non exiſtentie. Sed anaxagoras poſuit infinita principia homiomera eſſe principia rerū vt infinitas ꝑtes oſſis eē principia oſſis. Sʒ democrit⁹ et leucipp⁹ poſuerunt infinita corpora indiuiſibilia differencia poſitione ordine et figura eſſe principia rerum et ſic inſufficienter tetigerunt naturam materie. nihil cognoſcendo de forma. Aduertendum tamē ꝙ Anaxagoras et Empedocles quodāmodo contrarie ſe habent in poſitione principiorum. quia Empedocles ponit quatuor elementa eſſe ſimpliciter principia omnium. etiam homiomeratorum que ponit Anaxagoras eſſe principia. ſed ecōtra anaxagoras poſuit ſua principia homiomera eſſe principia elementorum.





## Sciendum eſt tertio: Quod

generatio ſimpliciter diſtinguitur a generatiōe ſecundum quid. ex parte duorum ſcʒ ſubiecti. ꝛ termini. ſubi quidē. quia ſubiectū generatiōis ſimpliciter eſt ens in pura potentia. que eſt potentia ad eſſe ſubſtantiale. ſed ſubiectum generationis ſecundum quid eſt ens in actu ſimpliciter ſcʒ ens in actu ſubali. ꝛ in potētia ſecūdū quid ſcʒ ad eſſe accidētale. ꝛ ita gñatio ſecūdū quid eſt idē ſecundū rem ꝙ alteratio. aut alia mutatio accidentalis. Ex parte vero termioꝝ differunt. quia termin⁹ generationis ſimpliciter eſt forma ſubalis: et terminus generationis ſecundū quid eſt forma accidentalis.

## Concluſio prima. Antiqui

ponentes vnū principiuʒ materiale neceſſario habent dicere generationē eſſe alterationem.

Probatur quia materiale principiū debet manere vnū et idem in tota tranſmutatione. cū ergo ſecundū eos ſit ens in actu. ſequitur ꝙ vnū et idem in tota tranſmutatiōe manet vnū ꝛ idem in actu. ſed alteratio eſt quādo manēte eodem in actu fit variatio in paſſibilib⁹ qualitatibus. ergo mutatio facta in illo principio materiali quod eſt in actu ſecundū eos eſt alteratio vel aliqua accidentalis mutatio. nam quod euenit enti in actu eſt ei⁹ accidens. et ita deſtruunt generationē ſubſtantialem. ergo ꝛc̄.

## Concluſio ſecunda: ponētes

plura principia materialia videntur apparēter ſaluare generationē ꝛ alterationē diſtingui ab aliis motibus. tñ dictum illorum deſtruit omnē mutationeʒ ad formam. Prima pars patet. quia ex congregatione illorū principioꝝ dicunt res fieri ꝛ ex ſegregatione res corrumpi et ſecūdū mutacionē eorū in figuris et ordinē dicunt alias mutationes fieri. ergo apparēter videntur ſaluare omnē mutationē. ideo dicit phūs ꝙ anaxagoras propriam vocem ignorauit et ſibi ipi contradicit ponendo multa principia. et ponendo generari et corrumpi eſſe idē quod alterari. quia ponētes eſſe plra principia habent ponere omnes mutatiōes eē diſtinctas

Secunda pars pʒ ſcʒ ꝙ deſtruant omnē motum ad formā. quia ſecundum illos illa plura principia materialia ſunt prima principia. cū ergo illa prima principia nō fiant ex alterutris neqʒ ex aliis ſequit̄ ꝙ nō ſunt generabilia nec corruptibilia. ſed ſi generatio ſit impoſſibil' alteratio erit impoſſibilis. ergo ponentes plura principia materialia deſtruunt omnē mutationem naturalem. Et ſi quis diceret ꝯtra hāc ratiōem ꝙ poſſibile eſt aliquid alterari ſine eo ꝙ ſubaliter mutetur. ꝛ ita non videtur ꝙ ſi trāſmutatio in ſuba eſt impoſſibilis ꝙ alteratio ſit impoſſibilis. Ad hoc dicendū eſt ꝙ alteratio perfectiua ſicut eſt illumiatio poteſt eſſe poſſibilis in aliquo corpore. et tamē tranſmutatio in ſuba erit ipoſſibil'. Sʒ loquēdo de trāſmutatiōe corruptiua q̄ eſt cū abiectiōe vni⁹ ꝯtrarii et acceſſu alterius bene poteſt fieri actu in corpore ſine corruptiōe ſubali. ſʒ ſi corruptio ſubalis ſit impoſſibilis talis alteratio eſt impoſſibil' quia gñatio et corruptio ſunt termini et fines talis alterationis. Modo ſi finis ſit impoſſibil' id quod eſt ad finem eſt impoſſibile. et tamen id quod eſt ad finem poteſt eſſe actu abſqʒ eo ꝙ finis ſit. 2° probatur ꝯ° omnis mutatio naturalis de contrario in cōtrariuʒ eſt. ſed vnū contrarium non fit eſſentialiter aliud. vt albedo nō fit nigredo. ergo in omni trāſmutatiōe ſubſtātiali oportet aliquā materiā preſupponi quod ē ꝯtra negātes vnū materiale principiuʒ et ponentes plura. Sciendum eſt ꝙ illi ponentes plura principia ponebant ipa plura ſp eſſe actu ens ignorantes tñ actum illorum. ſcʒ formaʒ. Tertio arguit̄ ad cōcluſionē. ſi alteratio eſt neceſſe eſt vnum ſubiectum eſſe. et ſi vnum ſubiectum ſit neceſſe eſt omnē alterationem poſſe fieri. quia omniū habentium tranſmutationem adinuicem materia eſt vna. vt habetur in textu. et poſtea declarabitur. ergo negantes vnum materiale principium et ponentes plura deſtruunt alterationem. et per conſequens omnem tranſmutationem naturalem.

## Concluſio .iii. Empedocles

in poſitione ſua contradicit ſenſui et rationi et ſibi ipi et inſufficienter tractauit an ſit vnum principium vel plura. Primum patet quia poſuit ꝙ vnū elementum non poteſt in aliud tranſmutari. cuius oppoſitum patet ſenſui. Secundū patet quia dicit elementa non poſſe tranſmutari adinuicē. et iterū dicit ex hiis fieri mixta quod eſt contrarium rationi. quia ſi impoſſibile ſit ea adinuicem tranſmutari impoſſi

bile eſt mixta ex biis fieri. Tertio ꝫ patet q̄ꝛ dicit elementa ingenerabilia et incorruptibilia et tamen ponit ꝙ adueniente vniuerſali amicicia congregantur elementa remotis corum qualitatibus in vnum chaos et deſtruitur mundus et adueniente lite vniuerſali recuperatis qualitatibus omnibus corum ſegregantur elementa et generatur mundus. et ita poſuit elementa generari et corrumpi. nam elementa nō poſſunt amittere et recuperare ſuas qualitates quoniam generantur et corrumpuntur. Sed diceret Empedocles ꝙ tunc ſoluꝫ quando adueniret vniuerſalis amicicia erāt corruptibilia et non ſemper. Sed hoc dicere non valet. quia cum corruptibile et incorruptibile radicentur in natura rei. Incorruptibile ñ pōt fieri corruptibile aut econtra. ergo ſi elementa ſunt tunc corruptibilia. ſequeretur ꝙ et ſemper. 4ᵒ patet ſcilicet ꝙ inſufficienter determinauit an ſit vnū aut plura principia. quia Empedocles non declarauit an ipm chaos ſit principium elementorum aut econtra. an ipa elementa ſint principia ipſius chaos. ergo ⁊c.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ diſtinctio ſubiectorū non eſt impertinens ad diſtinctionem motuuꝫ quia motus eſt actus entis in potentia ſecundum quod in potencia tanꝙ ſubiecti proprii. ideo ſubiectum quodamᵒ pertinet ad motum ſicut materia ad formam. Ad aliam dicitur ꝙ phūs ponit vnum principium materiale quod ſecundum ſe eſt principium non actu ens tantū et non tota ſubſtantia rerum. Sed illi antiqui ponunt vnum vel plura principia materialia eſſe actu ens et totam ſubſtantiam reꝝ quod eſt īpoſſibile. ⁊c. Sequit̄ ī textu. Quoniā aūt.

## Queritur tertio. Utrum ſit

vna mat̄ia oīuꝫ hñtiū trāſmutationē adiuicē

Arguitur ꝙ non. q̄ꝛ phūs. 5. methaphi. diſtinguens modos vnius dicit ꝙ illa ſunt ideꝫ numero quorum materia eſt vna. ſed nunquā aliquid tranſmutatur in idem numero cū trāſmutatio fiat ſemper in oppoſitū. ergo nulla entia tranſmutationem habentia adinuicem habebunt vnam materiam adinuicem. 2ᵒ arguit̄. non quodlibet eſt in potētia ad quodlꝫ nam materia equi non eſt in potentia ad generationem equi. et cum eſſenciale materie ſit eſſe ī potentia ſic debemꝰ loqui de potētia ſicut de materialitate. cum ergo in omnibus corporibus non reperiatur vna ratio potentialitatis ſequitur ꝙ in eis non reperitur vna materia. Tertio ſic. ſi omnium tranſmutabilium ad inuicem materia eſt vna vel eſt vna ſecūdum eſſe vel ſecundum eſſentiam. nō ſecundū eſſe. quia quorū non eſt vna forma horuꝫ ñ eſt dare vnū eſſe. mō diuerſorū generabiliuꝫ ſunt diuerſe forme et per conſequens diuerſa eē. Nec eſt vna ſecundum eſſentiam. quia cū diuerſoꝝ generabilium ſunt diuerſe eſſentie. materia que eſt de eſſentia vnius poterit etiā eſſe de eſſentia alterius. nullo ergo modo materia generabilium poteſt eſſe vna. ergo ⁊c. In oppoᵒ eſt phūs in. 5ᵒ capitulo huius libri. diſputans contra antiquos ponentes plura principia materialia vbi dicit ꝙ omnium tranſmutabilium adinuicem materia eſt vna.

## Sciendum eſt primo. quod

Materia poteſt dupliciter cōſiderari. vnomoᵒ quantum ad actum ſcꝫ ſcdᵒ ꝙ eſt ſub forma et ꝑ habitudinē quam habet ad determinatam formam per diſtinctas diſpoſitiones quibus diſponitur ad illam et non ad aliaꝫ. Aliomoᵒ poteſt conſiderari ſecundum eſſentiam videlꝫ vt eſt denudata et expoliata per intellectum ab omni forma determinata et ab omni diſpoſitione ad formam determinatam.

## Concluſio prima. materia

accepta ſecundum eius potentiaꝫ ſcilicet vt eſt denudata ab omni forma per intellectum eſt vna omnibus generabilibus et corruptibilibꝰ

Probatur. quia in quolibet genere cauſarum eſt ſtatus et eſt deuenire ad vnum. vt probatur. 2ᵒ methaphiſ. ſicut ergo deueniēdū eſt ad vnum primum efficiens et ad vnum finem et ad vnam premordialem formā. ſic deueniēdū eſt ad vnam primam materiam. ergo materia omnium generabilium et corruptibilium talis eſt vna. Item in omni motu et mutatione ſemper ſupponitur aliquid quod non abicitur neqꝫ per motum acquiritur quod manet ſub vtroqꝫ termino mutationis. hoc autē non eſt forma. ergo materia.

## Secunda concluſio. materia

proxima et diſpoſita ad ſuſceptionē forme non eſt vna in omnibus habentibus tranſmutationem adinuicem. Patet. quia alii et alii actus requirunt aliam et aliam potentiam cum actꝰ proprius vnius cuiuſqꝫ rei recipiatur in propria potentia. cum ergo materia ſecundum ſuā naturam ſit in potentia ad formam. ſequitur ꝙ ſecundum diuerſitatem formarum eſt diuerſitas materiarum. vt liquabiliuꝫ materia eſt aqua et ycopermatum et ignitoruꝫ materia eſt ſicca. ergo non habentium tranſmutationē adinuicem materia proxima non eſt vna.





## Sed dubitatur quomodo

materia ſecunduꝫ ſe conſiderata dicatur vna in omnibus generabilibus et corruptibilibus cum nihil idem videatur eſſe in diuerſis ſpeciebus. Sciendum eſt ꝙ prout habet commentator duodecimo methaphiſ. materia non eſt vna per aliquam vnam indiuidualem formaꝫ ſed eſt vna per indifferētiaꝫ. quia ſi omnis materia abſolueretur ab omni forma vel conſideraretur vt abſoluta ab omni forma non remanet niſi ipſa ſola. nam cum ſit actus qui diſtinguit vt habetur. 9ᵒ methaphi. vbi nullus eſt actus ibi nulla eſt diſtinctio. et q̄ꝛ in materia vt ſic nullus intelligitur actus ſed eſt pura potentia excludens omnem actum. ideo nulla eſt ibi diſtinctio. ergo materia prima ſecundum ſe conſiderata eſt vna omniū per indifferentiam. q̄ꝛ non habet per quid differat. Unde phūs 5. methaphiſ. loquens de modis vnius vult ꝙ vnitas materie ſit quaſi vnitas generis. nō eſt ergo aliquid vnum per vnitatem forme. licet enim ſpecies ſit vna: genus tamen non eſt vna forma. nam vt vult temiſtius primo de anima conceptui ſpeciei correſpōdet ypoſtaſis hoc eſt reſpondet in natura aliquid vnum ſcꝫ vna forma quam recipit talis conceptio vt fundamentum. ſed generi non competit talis vnitas. et ideo generis conceptus ſine ypoſtaſi ſumptus eſt ex rerum ſingularium ſimilitudine collectus. vnitas ergo generis eſt ex quadam rerum ſimilitudine ſingularium et ex remotione differentiarum. vt remouendo ab homine et leone rationale et irrationale remanet animal. Bene ergo dicitur ꝙ vnitas generis eſt quaſi vnitas materie. ⁊ cꝰᵒ cum quelibet illarum ſit per indifferentiam et non per vnitatem forme.

Patet igitur materiam eſſe vnam. non quālibet ſed primam. et patet qua vnitate eſt vna q̄ꝛ per quandā indifferentiam vna eſt. Utꝰ autem preter hanc vnitatem ſit alia vnitas. Poſſumus dicere ꝙ eſt etiam vnitas per attributionem ad omnem formam. quia data quelibet materia generabilium ipſa poteſt fieri materia cuiuſlibet forme date et ꝓportiōari actui et de hoc videbitur alias latius ꝙ generabiliū et corruptibilium materia non poteſt eſſe vna.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ illa ſunt eadem numero que habent vnam materiam numero ſingularem et indiuidualem. ſed illa non ſunt eadem numero ergo eadem materiam habent remotam per indifferentiam modo declarato.

Ad ſecundam dicitur. ꝙ licet nō quodam generabile ſit in potentia ſpecifica ad quodlibet aliud. tamen ex quolibet generabili poteſt fieri aliud propter potentiam remotam niſi forte accidat impedimentum per accidens propter improportionem qualitatum. quia ex grano milii non poſſet fieri leo cū ſcdᵒ ꝓportionē requirat̄ alia materia. Ad tertiam dicitur ꝙ non eſt eadem materia omnium generabilium et corruptibilium ſecundum eſſe ſed bene ſecundum eſſentiam ſi accipiatur ſecundum ſe ſed ſi accipiatur vt eſt determinata per formaꝫ ē pars determinate eſſentie. et hec de queſtiōe.

Sequitur in textu.

## Queritur quarto. Utrum

Democritus ponens corpora indiuiſibilia eſſe principia rerum poſſit ſaluare diſtinctionem generationis ab alteratione ⁊ ab aliis motibus.

Arguit̄ ꝙ ſic. vnumquodqꝫ componitur et fit ex his in que reſoluitur. ſed res naturales reſoluuntur in corpora athomalia poſitiōe ordine et figura differentia. ergo ex his fiunt et ꝯponuntur. et per ꝯſequens per ꝯgregationē huiuſmodi corporū fiunt generatiōes et ꝑ diſgregationem corruptiones et per tranſmutationem huiuſmodi corporum in vnogenito in poſitione et ordine fiunt alterationes et per ingreſſum et receſſum eorum minuuntur et augentur corpora. Minorem probat democritus. quia poſſibili poſito in eſſe nullum ſequitur impoſſibile. ſed poſſibile eſt quodlibet corpus naturale ſecundum quodlibet ſignum ſiue punctuꝫ diuidi. quia diuiſibile ſi ſecundum aliquod ſignum et de facto diuiditur. ergo ſecundum quodlibet. quia non eſt maior ratio de vno quam alio. ponatur ergo ꝙ aliquod corpus actu ſit diuiſum ſecundum quodlibet ſignum vel ergo diuiſione facta nihil remanebit vel remanebunt magnitudines diuiſibiles vel puncta vt ſuperficies vel paſſiones vel corpora indiuiſibilia. ſed nullum horum poteſt dici preter vltimum. Non enim primum poteſt dici. quia corpus ex nihilo fieret et eſſet. Nec ſecundum quia pūctū additum puncto non auget ipſum quod patet. quia in linea recta ſunt tantum duo puncta in actu lineam terminantia. et ſi diuidatur in duas medietates fient quatuor puncta. ſi ergo puncta aliquid augerent cum in magnitudine diuiſa ſint plura pūcta in actu ꝙ in non diuiſa ſequeretur ꝙ omnes partes magnitudinis ſimul ſumpte eſſent maiores ꝙ

tetum. in reſolutione ergo corporis non relinquuntur puncta. Et eadem ratione probari poſſet ꝙ neqꝫ ſuperficies. quia cum ſit indiuiſibilis ſecundum profundum vna addita alteri non augebit ipſam in ſecundum profundum. cum igitur corpus ſit profundum non poteſt componi ex ſuperficiebus. et per conſequens neqꝫ reſolui in ſuperficies. Nec poteſt dici quintum. ſcilicet ꝙ relinquatur paſſio. quia illud quod relinquitur ex diuiſione ſegregabile eſt ab alio ⁊ exiſtit diuiſione facta. ſed nulla paſſio ſegregabilis eſt a ſuo ſubiecto. ergo paſſio non relinquitur corporibus diuiſis. Relinquitur ergo ꝙ corpora que diuiduntur diuiduntur in corpora indiuiſibilia. quare per conſequens componuntur ex ipſis. et ſic talia corpora ſunt ponenda. Iterum arguit ſic Democritus. Quicquid apparet ſenſui eſt verum. ſed ſunt aliqua corpora ſecundum ſenſum indiuiſibilia. ergo ſunt ponenda. Preterea illa ſunt ponenda per que ſaluari poteſt generatio et corruptio rerum ſed hoc non fit niſi congregatione et ſegregatione principiorum. principium autem eſt indiuiſibile. quia ſi eſſet diuiſibile iam eſſet principiatum. corpus etiam non poteſt fieri ex non corpore. ergo oportet ponere corpora athomalia. quorum congregatione res generantur et ſegregatione corrumpuntur. ⁊c.

In oppoſitum eſt philoſophus in quarto. et quinto capitulis huius tractatus.

## Sciendum eſt primo: quod

Poſtquam philoſophus recitauit oppiniones antiquorum de principiis naturalibus ⁊ oſtendit ꝙ nullus eorum ſecundum rei veritatem rerum naturalium ſaluabat tranſmutationem. conſequenter comparat poſitionem Platonis et Democriti adinuicem. Pro quo.

## Sciendum eſt ſecundo. quod

Plato poſuit corpora componi ex ſuperficiebus et in ſuperficies reſolui. que autem fuit oppinio Democriti ſatis patuit in rationibus ante oppoſitum. Poſuit enim Plato corpora indiuiſibilia eſſe principia rerum. et ad ſaluandum diuerſitatem que in ſenſu apparet poſuit huiuſmodi corpora eſſe infinitarum ſpecierum. et ſecundum ꝙ congregantur aliter et aliter figurata generantur diuerſa. ſicut ex eiſdem litteris aliter ⁊ aliter ordinatis fiunt comedie ⁊ tragedie. et ſecundum ꝙ huiuſmodi corpora indiuiſibilia in aliquo corpore ſe habent in alio ſitu et ordine dicebat tale corpus alterari ſicut colores etiam alii et alii ſecundum alium et alium ſitum.

## Sciendum eſt tertio. Quod

Quia pro inconuenienti habuit Democritus aliquod corpus fieri ex incorporeo. ideo licet poſuerit corpus diuiſibile poſſe diuidi ſecundum quodlibet ſignum. non tamen poſuit ꝙ diuideretur ſecundum quodlibet ſignum continuatiuum ſed ſecundum quodlibet ſignum diuiſiuum. quia ſi diuideretur ſecundum quodlibet ſignum continuatiuum et diuiſiuum tunc diuiſione facta non remaneret aliquod cotinuum et per conſequens neqꝫ aliquod corpus. quare cum corpus diuidatur in ea ex quibus componitur ſequeretur ꝙ corpus fieret ex non corpore quod habuit Democritus pro inconuenienti.

## Concluſio prima: poſitio

Platonis eſt irrationabilior poſitione Democriti Probatur. quia irrationabilius eſt corpora componi ex non corporibus quam ex corporibus. ergo irrationabilius eſt componi corpora ex ſuperficiebus que non ſunt corpora ſicut Plato poſuit quam ex corporibus indiuiſibilibus vt ponit Democritus. Secundo quia Plato per ſuam poſitionem non potuit ſaluare niſi generationem et corruptionem. Democritus autem apparenter ſaluauit omnes alios motus. et adhuc Plato non locutus eſt de omni generatione. ſed ſolum de generatione elementorum. Democritus autem de omni generatione curam habuit. Item ratio Platonis ſecundum quam ſuam poſitionem perſuadebat ſophiſtica eſt ⁊ extranea philoſopho naturali.

Arguebat enim ꝙ ſi non eſſent dabiles ſuperficies indiuiſibiles ex quibus conſtituuntur corpora ſequeretur ꝙ ante triangulum eſſent alie figure quod eſt falſum. Democritus autem proprius et philoſophicis rationibus perſuadebat ſuam poſitionem vt patet ex rationibus ante oppoſitum. Democritus etiam conſiderabat ſenſibilia particularia que ſunt plura et a quibus ſumebat experientiam. quia experientia eſt de ſingularibus. Sed Plato conſiderat vniuerſalia que ſunt tota pauca in ordine ad particularia de quibus non habetur experientia. ideo dicitur in textu ꝙ platonici qui fuerunt de numero exiſtentium indocti id eſt inexperti intuentes ad pauca id eſt vniuerſalia facile id eſt debiliter annunciauerunt. Et hoc eſt quod ſolet dici ꝙ aſpicientes ad pauca de facili paralogiſantur.

## Concluſio ſecunda. Licet





poſitio Democriti ſit magis apparens tamen ad eam ſequuntur impoſſibilia. Patet quia cum corpus ſit continuum omne corpus eſt diuiſibile. ergo neqꝫ corpus indiuiſibile additum alteri augebit ipſum. et per conſequens ex corporibus indiuiſibilibus non poteſt aliquod corpus componi. Nec valet quod dicit Democritus ꝙ corpus non diuiditur ſecundum quodlibet ſignum continuatiuum quamuis diuidi poſſit ſecundum quodlibet ſignum diuiſiuum. quia in linea idem eſt punctum ſecundum rem quod terminat partes adinuicem et ſuper quod cadere poteſt diuiſio. et ita idem eſt ſignum continuatiuum et diuiſiuum.

## Concluſio tertia. generatio

non eſt idem ꝙ congregatio corporum indiuiſibilium neqꝫ corruptio eſt idem ꝙ ſegregatio eorum. Patet quia tunc generatio et corruptio eſſent motus locales. et genitum non eſſet aliquod vnum ſimpliciter ſed ſolum eſſet vnum congregatione ſicut aceruus lapidum. Sequeretur etiam ꝙ generatio et corruptio non eſſent mutationes ſecundum ſubſtantiam ſed ſolum ſecundum accidens. Item generatio eſt huius totius in hoc totum et ſimiliter corruptio. ergo generatio fit abſqꝫ diuiſione continui et per conſequens generatio non eſt idem ꝙ congregatio et corruptio idem ꝙ ſegregatio.

## Ad rationes ante oppoſitum

Ad primam dicitur ꝙ quodlibet corpus diuiſibile eſt infinitum ſi conſideretur ſola ratio continui. non tamen oportet propter hoc ꝙ corpus ſit actu diuiſum in infinitas partes. quia potentia non eſt ad actum perfectum ſed eſt ad actum imperfectum ſcilicet ꝙ corpus ſit actu diuiſum in partes vlterius diuiſibiles. nam diuiſio ſemper fit in puncto et cum illi puncto ſuper quod fit diuiſio non continuetur neqꝫ contiguetur aliud punctum ſemper cadit linea media. nam duo puncta a linea per diuiſionem nunquam media poſſunt auferri niſi lineae et ita nunquam auffertur continuitas quin ſemper relinquatur in partibus diuiſio. Ad ſecundam dicitur ꝙ non eſt verum ꝙ omne quod apparet ſenſui ſit verum et maxime circa ſenſibilia communia vel per accidens. ſed ſic eſt in propoſito. magnitudo enim eſt ſenſibile commune. Ad aliam dicitur ꝙ corpora athomalia et ſi ſint parua quantitate ſunt tamen compoſita ex materia et forma. ideo non ſunt ſimpliciter minima ymo ſunt compoſita et reſoluuntur in materiam et formam. et ita ſunt principiata et non principia. ⁊c. Sequitur textus. Determinatis autem his. primo videndum eſt vtrum generatur quid ſimpliciter et corrumpitur: aut proprio quidem nihil. ⁊c.

## Queritur quinto: Vtrum

Sit aliqua generatio ſimpliciter. Arguitur ꝙ non. quia ſi eſſet aliqua talis generatio eſſet ex non ente ſimpliciter. modo ex non ente ſimpliciter nihil fieri poteſt. ergo et cetera. Minor patet. quia ſimpliciter idem eſt ꝙ principaliter vel vniuerſaliter. modo ſi ſimpliciter idem eſt ꝙ principaliter ſiue primum tunc non ens ſimpliciter idem eſt ꝙ non ſubſtantia que eſt primum ens. ſed non exiſtente ſubſtantia non exiſtit aliquod aliorum predicamentorum. ergo non ens ſimpliciter illo modo idem eſt ꝙ nihil et per conſequens ex non ente ſimpliciter illo modo nihil fit. Similiter ſi li ſimpliciter idem ſit quod vniuerſaliter tunc etiam non ens ſimpliciter idem erit ꝙ nihil. modo ex nihilo nihil fit. ergo ex non ente ſimpliciter qualitercunqꝫ dicatur non ens ſimpliciter nihil fieri poteſt. ergo ⁊c.

Secundo ſic. ſi eſſet aliqua generatio ſimpliciter vel eſſet ſucceſſiua vel inſtantanea. non ſecundum quia omne quod generatur prius generabatur vt dicitur ſecundo phiſicorum. nec poteſt dici primum. quia tunc forma ſubſtantialis intenderetur et remitteretur quod eſt inconueniens. Tertio ſic. nihil debet poni a philoſopho niſi quod notum eſt et manifeſtum ad ſenſum ſed non eſt manifeſtum aliquid generari ſimpliciter. ergo ⁊c. In oppoſitum eſt philoſophus in ſexto ſeptimo et octauo capitulis huius tractatus.

## Sciendum eſt primo: quod

Poſtquam philoſophus determinauit de generatione ſecundum opiniones antiquorum quas improbauit. conſequenter determinat de ipſis ſecundum oppinionem propriam. Et primo querit philoſophus an ſit aliqua generatio ſimpliciter. et ſimiliter de corruptione. De hoc enim dubium fuit apud antiquos. Nam quidam poſuerunt generationes ſimpliciter eſſe alterationes. Alii licet ex ſuis dictis cognoſcerentur ponere differentiam inter generationem et alterationem: tamen ſuas poſitiones ſaluare non poterant. ideo conueniens eſt dicere an ſit aliqua generatio ſimpliciter vel non.

## Sciendum eſt ſecundo quod

Generatio eſt tranſmutatio de non eſſe ad eſſe

corruptio vero per oppoſitum eſt de eſſe in non eſſe et quia mutationes capiunt ſpeciem a terminis ad quos ſunt. Conformiter ſicut reperit duplex eſſe ſcilicet eſſe ſimpliciter quod eſt eſſe ſubſtãtiale ⁊ eẽ ſʒ quid quod ẽ eſſe accidẽtale ita duplex eſt generatio. quedã enim eſt ſimpliciter que eſt ad formam ſubſtantialem. et qdaʒ ſecundum quid que eſt ad accidens.

## Sciendum eſt tertio. Quod

generatio põt dici ſcd quid et ſimpliciter duppliciter. ſcʒ comparatiue et abſolute. ſi abſolute tunc generatio cuiuſcunqʒ ſubſtantie erit generatio ſimpliciter. et generatio cuiuſcunqʒ accidentis erit generatio ſecundũ quid. quia abſolute loquendo omnis ſubſtantia eſt ens ſimpliciter et omne accidens eſt ens ſecundũ quid Si vero comparatiue tunc cõparando ſubſtãtiam ad accidens generatio ſimpliciter et generatio cuiuſcunqʒ accidentis eſt ſecundũ quid. ſed cõparando vnã ſubſtantiam ad aliam tũc in genere ſubſtantie eſt generatio ſimpliciter et generatio ſecundum quid. quia vna ſubſtãtia eſt perfectior alia. et generatio perfectioris ſubſtantie eſt generatio ſimpliciter. ⁊ generatio ſubſtantie minus perfecte eſt generatio ſecundum quid. Et ſimiliter de accidentibus. quia etiam vnum acicdens perfectius ẽ alio. Sʒ preter illos duos modos antiqui poſuerunt aliũ modum per quẽ diſtinxerunt generationẽ ſimpliciter a generatione ſecundũ quid. diſtinxerũt enĩʒ ſic. quia cũ ſit aliquid multũ ſenſibile ẽ generatõ ſimpliciter et corruptio ſcd quid. Sed qñ ecõtra ſit aliquid multũ ı. ſenſibile ẽ generatio ſecundũ quid et corruptio ſimpliciter. Sed illi ponebãt differentiã inter intellectũ et ſenſum. ita ꝙ ſicut dicebant ꝙ illud quod nõ eſt ſenſibile ſit non ens et quãto aliquid eſt magis ſenſibile tanto ẽ magis ens. et abſurde cũ opportʒ ecõtrario dicere. quia inter res corporeas ſube minus ſenſibiles minus habent de materia et plus de forma.

## Concluſio reſponſiua. Ali

qua eſt generatio ſimpl'r. Probat'. quia eſt aliqua trãſmutatio de nõ eſſe ſubſtãtiali ad eẽ ſubſtãtiale. ergo ẽ aliqua generatio ſimpliciter et proportionaliter arguẽtur ꝙ ẽ aliqua generatio ſecundũ quid. qꝛ eſt aliqua tranſmutatio de nõ eſſe ſubſtãtiali ad eẽ accidentale. igitur.

## Aduertẽdum ſecundo. quod

non ens ſimpliciter põt accipi tripliciter. Uno° vt idem ẽ ꝙ vniuerſaliter. et ſic nõ ens idem ẽ ꝙ nihil. et hoc mõ ex nõ ente ſimpliciter nihil ſit naturaliter. Aliomõ ſimpliciter idem eſt ꝙ primum ſiue principale. et ſic ens ſimpliciter idem ẽ ꝙ ſubſtãtia. et hoc mõ ex nõ ente ſimpliciter nihil ſit. qꝛ ſi ñ eſt ſubſtãtia nõ ẽ aliquod aliorũ predicamẽtorũ. et per cõſequẽs nihil ẽ.

Tertio° nõ ens ſimpliciter idem ẽ ꝙ actualiter. et hoc mõ nõ ens ſimpliciter idẽʒ ẽ ꝙ non ens actu. et hoc mõ generatio ſimpliciter eſt ex non ente hoc modo dicto. ſcʒ ex eo quod ñ eſt actu aliqua ſubſtãtia ſed tantũ potẽtia. nam generatio ẽ mutatio que eſt actus entis in potentia. et cũ potentia ad eſſe ſubſtãtiale ſit potentia ad eſſe ſimpliciter opportet ꝙ generatio ſimpliciter ſit ex nõ ente in potentia ad eſſe ſubſtantiale. Sed cõtra hoc obicitur in textu. quia vel illud ens quod eſt in potentia ex quo ẽ ſimpliciter generatio ẽ actu aliquod aliorum predicamentorũ. vel actu vnũ ſed omnia in potentia. non primũ. qꝛ tunc accidentia exiſterẽt ſine ſubiecto. nec ſecundũ. qꝛ quod ñ eſt actu aliquid non debet dici illud ſicut nigrũ quod eſt in potẽtia albũ non propter hoc dicit' albuʒ ſi ergo illud ex quo ẽ generatio ſimpliciter non eſt actu ſubſtãtia neqʒ accidẽs cũ ens ſufficienter diuidatur in illa duo. illud erit non ens. et ſic ex nihilo fiet aliquid quod eſt impoſſibile.

Ad hmõi ſolutionẽ habendam interponit phũs quẽdaʒ dubitatiões q̃ eſt via ad ſoluendũ predictã difficultatẽ. Eſt ergo dubitatio de cauſis perpetuitatis generationis et corruptionis. Ad quod reſpondet' ꝙ duplex eſt cauſa ſcilʒ effectiua et materialis. cauſa effectiua eſt duplex quedã eſt mouẽs et immobilis et hec ẽ prima cauſa. et de tali pertinet determiare ad primũ philoſophũ. Alia eſt mouens perpetuo motu que ẽ celum et precipue ſol qui continue mouet' ſub obliquo circulo et de hac determinabitur in fine ſecundi libri. Nunc autẽ ſolum reſtat determinare de cauſa materiali. Et videtur ꝙ ex parte materie non debeant generationes et corruptiones perpetuari. quia quod corrumpit' tendit ĩ nihil ſimpliciter. ⁊ ita videt' ꝙ iam ſit cõſumptũ principiũ materiale niſi ſit infinitum in actu quod non eſt dicendũ vt probatũ eſt. 3° phi'. Nec poteſt dici infinitum ꝙ ſit infinitũ in potentia diuiſionis. quia ſequeret' ꝙ poſterius generata eſſent minora prioribus.

Ad hoc dicendum eſt ꝙ ex parte materie eſt perpetuitas generationis et corruptionis eo quod generatio vnius eſt corruptio alterius id eſt ad corruptionẽ vnius immediate ſequatur generatio alterius. Unde cum aliquid corrumpitur ſit reſolutio vſqʒ ad materiam. et nõ corrumpitur materia ſecundũ ſubſtantiã ymo manet eadem ſub vtroqʒ termino generationis et ita non opportet ꝙ materia ad hoc quod generationes et corruptiones ſint perpetue Ex per hoc patet ſolutio difficultatis mote .n..m ſub-





iectum generationis eſt in potentia ad formaʒ rei generande ſed eſt actu ſub forma rei corrũpende. materia enim per nullũ inſtans eſt ſine forma. Uerum eſt tamen ꝙ generatio non ẽ per ſe ex materia ſecundum quod eſt actuata ꝑ formam abiciendam. ſed ſecundum quod eſt in potentia ad formam acquiendã. et ita ſubiectum generationis ſimpliciter per ſe eſt ens in potentia et per accidens in actu ens. Et per hoc patet ſolutio alteri⁹ dubitationis quare ſcʒ dicimus omnẽ generationem eſſe ex aliquo corrupto. hoc eni nõ eſt qꝛ materia ſit denudata ab omni forma ſed cum eſt in potentia ad vnam eſt actu ſub alia. et ſimul eſſe ñ poteſt ſub duabus formis ſubſtantialibus id eo nunq̃ introducitur forma in materia quin abiciat' ſecũda ſub qua ẽ: ideo dicimus ꝙ generatio ſemper ẽ ex aliquo corrupto. Ex illis patet quid eſt generatio ſimpliliter et quid corruptio. ⁊ quot modis poteſt dici generatio ſecundum quid. et quot modis accipitur ſimpliciter. et que ſit cauſa perpetuitatis generationis et corruptionis.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ ratio illa procedit ex inſufficienti diuiſione vt añ patuit. Ad ſecundam dicitur ꝙ generatio ſimpliciter ſecundum propriam rationem mutacionis eſt inſtantanea. ſed ſi capiatur ſecundum quod eſt ad mixta alterationi ſic eſt ſucceſſiua. Ad vltimam dicitur ꝙ nihil debet poni a philoſopho naturali niſi ſit cognoſcibile ad ſenſum vel ꝑ intellectum. modo generatio ſimpliciter non ẽ intellectui immanifeſta. et poteſt eius cognitio accipi per ſenſũ. ergo ⁊c. Sequitur in textu. Propter quid autem hoc quidem ſimpliciter dicatur generari et corrumpi. ⁊c.

## Queritur Sexto. Utrum

Generatio vnius ſit corruptio alterius. Arguitur ꝙ ſic. quia generatio et corruptio ſunt mutationes oppoſite. ergo vna non eſt alia. Secundo ſic. cum mixtum corrumpitur reſoluitur in quatuor elementa ſicut ex his componitur. ergo corruptio vnius non erit ſemper generatio alterius ymo quandoqʒ plurium. Tertio arguitur in mutatione aliquid corrũpitur ſcilicet nutrimentum et tamen nihil videtur generari. Quarto ſic generatio ſcientie in intellectu et lumĩs in medio nullius eſt corruptio. In oppoſitum eſt philoſophus in textu pro reſponſione ad queſtionem.

## Sciendum eſt primo quod

Titulus queſtionis poteſt habere duplicem ſenſum. vnum quidem talem. an generatio et corruptio ſint vna et eadem mutatio ſiue motus. Et quo ad hoc dicendum eſt ꝙ dupliciter poteſt conſiderari generatio et corruptio. Uno modo ſecundum proprias et eſſentiales rationes et hoc modo non ſunt vna et eadem mutatio ymo habent rationes oppoſitas. Alio° poſſunt conſiderari ſecundum eſſe. et hoc mõ ſunt idem mot⁹. quia in omni motu aliquid abicitur ſcilicet terminus a quo. et aliquid acquiritur ſcʒ terminus ad quem. idõ in omni motu eſt generatio quedam et corruptio. licet alia ratione motus dicatur generatiuus. et alia ratione dicatur et corruptiuus. Alium ſenſum poteſt habere titulus' qõis talem. Utrum ad vnius compoſiti ſubſtantialis corruptionem ſequitur generatio alterius et econtra. et iſtum ſenſum capit ariſtoteles.

## Sciẽdum eſt ſecundo quod

Materia ſimul et ſemel non poteſt habere plures formas ſubſtantiales. alias vnum ens eẽt plura entia. quia cũ quelibet forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter ſicut poſſet habere duas formas ſubſtantiales. pari ratione poſſet habere tres vel quatuor etiã in ĩfinitum. et ita vnum ens poſſet eſſe infinita entia. Item actus actiuorum ſunt in patiente prediſpoſito ſecũdo de anima. modo alia ⁊ alia forma ſubſtantialis aliam et aliam diſpoſitionem in materia requirit. ergo ſi due forme ſubſtantiales ſimul eſſent in vna materia ſequeretur ꝙ in vna materia poſſent ſimul eſſe diſpoſitiones contrarie.

## Et ſi obiciatur de formis

ſubſtantialibus eiuſdem ſpeciei que requirunt eãdẽ diſpoſitionẽ ergo videtur ꝙ ſimul plures poſſunt eſſe in eadem materia. Reſpondetur ꝙ cum in habentibus materiam ipſa ſit principium indiuiduationis: impoſſibile eſt duas formas ſubſtantiales vel etiam accidentales eſſe ſimul in eadem materia adequata.

## Sciendum eſt tertio Quod

Materia per nullum inſtans poteſt eſſe nuda et ſeparata ab omni forma. quia materia ſecundum ſe non eſt ens ſʒ ẽ in potentia ad ens ſolum. et efficitur ens actu per formam. ſi ergo ſepararetur actu ab omni forma ſequeretur ꝙ ſimul eſſet et non eſſet quod implicat contradicionem. Hoc etiam poteſt oſtendi ex ordine agentium. nam ſemper agens poſterius plura preſupponit in actione q̃ agens prius ſicut artifex plura preſupponit q̃ natura. et natura quam agens primum. cum ergo agens

primum poſſit agere nullo ſubiecto preſuppo-
ſito ſequitur ꝙ agens naturale in ſua actio-
ne preſupponit materiam. Et cum agens natu-
rale non agat niſi per motum et tranſmatatio-
nem cuius ſubiectum oportet eſſe actu. ſequitur
ꝙ omne agens in ſua actione preſupponit ma
teriam actu exiſtentem. et cum non ſit in actu
niſi per formam ſubſtantialem. ſequitur ꝙ ma
teria ſine forma permanere non poteſt nec ſuſti
nere tranſmutationem agentis naturalis ad
formam.

## Concluſio reſponſiua. gene

ratio vnius eſt corruptio alterius et econtra id
eſt ad vnius compoſiti ſubſtantialis corrup-
tionem ſemper ſequitur generatio alterius et
econtra. ita ꝙ in predicta propoſitione non ſit
pedicacio per ſe et eſſentialis ſeu ydentica ſed
ſit predicatio per concomitantiam. Proba
tur concluſio. quia corruptio compoſiti ſubſtan
tialis nihil aliud eſt ꝙ abiectio forme illius cō
poſiti a materia. vel ergo illa forma abiecta
inducitur noua forma vel non. ſi ſic ſequitur ꝙ
ad corruptionem vnius ſequitur generatio al
terius. ſi vero illa forma abiecta non induca-
tur noua ſequitur ꝙ materia manebit nuda
quod eſt impoſſibile. Eodem modo poſſet
probari ꝙ ad generationem vnius ſequitur
corruptio alterius. quia cum generatur aliquod
compoſitum ſubſtantiale acquiritur noua for
ma in materia. et cum materia prius non eſſet
nuda ſequitur ꝙ erat ſub aliqua forma. vel
ergo illa abicitur adueniente alia vel non. ſi
abiciatur ſequitur ꝙ ad generationem vnius
ſequitur corruptio alterius ſi vero non abicia
tur ſequitur ꝙ due forme ſubſtantiales erunt
in eadem materia quod prius probatum eſt
eſſe impoſſibile. ergo relinquitur ꝯcluſio vera.

Ex quo infertur ꝙ cum materia ſit ingene-
rabilis et incorruptibilis ſecundum ſuam ſub-
ſtantiam et eius appetitus ſaciari non poſſit
per vnam formam. et tamen non poteſt ſimul
habere plures formas ſubſtantiales. nec poteſt
manere nuda ab omni forma. ſequitur ꝙ ma-
teria eſt cauſa proprietatis generationis ⁊ cor-
ruptionis.

## Dubitatur An generatio

ſecundum quid ſemper preſupponat corrup-
tionem quemadmodum generatio ſubſtan-
tialis. Reſpondetur ꝙ accidentia ſunt du
plicia quedam enim habent contrarium et quedam non. Habentia enim contrarium dupli-
cia ſunt. quia quedam ſunt que ſe habent ad
inuicem ꝙ ambo ſeparari poſſunt a materia
ſicut dulce et amarum. alia vero ſic ſe habent
ꝙ vnum ſemper ineſt materie. vt ſunt contra-
ria immediata. Dicendum ergo primo ad
dubium ꝙ in accidentibus non habentibus
contrarium ſed tantum priuationem oppoſitā
generatio vnius non eſt proprie corruptio alte-
rius de quibus arguebat tertia ratio ante op-
poſitum ſicuti eſt generatio luminis in medio
que non eſt alicuius corruptio. Dicendum
ſecundo ꝙ in contrariis que poſſunt ambo ſe-
parari a materia non oportet in generatione
vnius preſupponere corruptionē alterꝰ. illius
ſcilicet quod poteſt ſeparari a materia cum alio
contrario. Quis ſit verum dicere ꝙ ſemper ad
generationem vnius contrarii ſequitur alterꝰ
corruptio contrarii medio vel extremo. Di
citur tertio ꝙ in contrariis immediatis ge-
neratio vnius ſemper eſt corruptio alterius.

## Ad rationes. prima ſoluta ē

in primo notabili. Ad ſecundam dicitur ꝙ
impertinens eſt vtrum ad corruptionem vnius
ſequatur generatio vnius vel plurium. Ad
tertiam dicitur ꝙ in nutritione non acquiritur
noua forma ſimpliciter neq; nouum eſſe et ita
non eſt ibi generatio ſimpliciter ſed tantum eſt
ibi partialis generatio pro quanto acquiritur for
ma ipſiꝰ nutrimēti in materia ipſius nutriti. et
ita ſicut nō eſt ibi generatio ſimplicirer ita nec
corruptio ſimpliciter. Ad quartam patet
ſolutio ex ſolutione dubii. ⁊c. Sequitur in textu.
De generatione autem et alteratione. ⁊c.

## Queritur. vii. vtrum gnatio

Differat ab alteratione Arguitur ꝙ non. quia
alteratio eſt mutatio qua aliquis aliter et ali-
ter ſe habet. ſed ita eſt de generatione. quia ſe
cundum ipſam aliquid aliter et aliter ſe habet
ergo generatio eſt alteratio. Secundo ſic.
forma ſubſtantialis que per generationem in-
troducitur eſt quedam qualitas vt dicitur. 5.
methaphiſ. cum ergo omnis mutatio ad qua-
litatem ſit alteratio. ſequitur ꝙ generatio erit
alteratio. Tertio ſic in omni motu aliquid
abicitur et aliquid acquiritur. ergo in omni mo-
tu erit generatio et corruptio. et per conſequēs
generatio et corruptio non differunt ab aliis
motibus.



In oppoſitum eſt phūs in vltimo capitulo ſe-
cundi tractatus huius libri.

## Sciendum eſt primo. quod

Poſt ꝙ philoſophus in precedenti tractatu de
terminauit de generatione conſequenter deter-
minat in hoc ſecundo tractatu de augmētatio
ne et alteratione. et prius de alteratione ꝙ de
augmentatione. quia alteratio eſt via ad qua
litatem et etiam forma ſubſtantialis qualitas
quedam dici poteſt vt aūt oſtendatur in quo dif
ferunt generatio et alteratio.

## Sciendū eſt ſecundo quod

In qualibet re tranſmutabili duo oportet con-
ſiderare ſcilicet accidētia inherentia et ipm ſub
iectum et ſecundum vtraq; pōt fieri tranſmu-
tatio. differēter tū. quia quū ipo ſubiecto ſenſibili
manente eodē ſecundum ſubſtantiam fit muta
tio in paſſionibus et paſſibilibus qualitatibꝰ
ipſius ſiue ſint contrarie ſiue medie tunc dicitur
eſſe alteratio. et hoc eſt diffinitio alterationis.
ſed cum totum ſubiectum mutatur in aliud.
nullo ſenſibili manēte eodē ē dicitur eſſe gnā. Vñ
hec ē diffinitio gnātiōis. gnātio ē mutatio hꝰ
totius in hoc totum nullo ſenſibili manente eo
dē. et ita generatio eſt maxime ſenſibilis et ap
parens quādo ex inſenſibili fit ſenſibile hoc eſt
quando ex paruo ſenſibili fit multum et mag-
num ſicut cum ex aere fit aqua. et ita corrup
tio eſt maxime apparens quando aliquid mul
tum ſenſibile corrumpitur in paruum ſenſibile
ſicut cum aqua corrumpitur. Sed quereret
aliquis an ſit contra rationem generationis
quod in genito remanet eadem qualitas que
erat in corrupto: Ad hoc reſpondet phūs.
ꝙ in hiis corruptibilib; q̄ adinuicē trāſmutantur
quādoq; manet aliqua paſſio eadem in genito et
corrupto. ſicut patet quando ex aere fit aqua
quia ambo ſunt dyaphana. non opportet tū
ꝙ huiuſmodi permanentes ſcz dyaphanū aer
vel aque que trāſmutātur ſint paſſiones al-
oquin ipſa talis tranſmutatio eſſet alteratio
quia quandocunq; illud ꝙ trāſmutatur eſt
paſſio permanens eſt alteratio. ſed tantū eſt ge
neratio quando illud ꝙ tranſmutatur non eſt
paſſio permanens. et hoc manifeſtat phūs per
exemplum. nam homo muſicus corrumpitur
quando amittit habitum muſice. ⁊ tunc homo
immuſicus generatur eo ꝙ muſica non eſt paſ-
ſio hominis muſici cum ſit de ratione eius ſi-
militer muſica eſt de ratione homi nis immu-
ſici. ideo homo muſicus non manet ſed ta-
men homo manet idem numero. ſi ergo muſica
et immuſica nō eſſent paſſiōes. ſed eſſent de rōe
eius tunc per trāſmutationem muſice et immu
ſice fieret generatio vnius. ſed quia muſica et
immuſica ſunt paſſiones hominis. ideo quā-
do fit de homine immuſicus fit alteratio hōis
quāuis ſit generatio muſici ex immuſico. Ad
uertendum tamen ꝙ non vult dicere phūs ꝙ
manet eadem qualitas in numero in genito et
corrupto ſed bene manet eadē ſecundum ſpe-
ciem et genus.

## Concluſio prima: generatio

differt ab alteratione. Probatur. quia in ge
neratione eſt mutatio hꝰ totius in hoc totū
nullo ſenſibili manente eodem. ſed in alteratio
ne manet idem ſubiectum ſecundum ſubſtan-
tiam et fit ſolum mutatio in paſſionibus ⁊ paſ
ſibilibus qualitatib; eius igitur ꝯcluſio vera.

## Concluſio ſecunda. gnātio

etiam differt ab aliis motibus. Patet quia ge
neratio eſt ad formam ſubſtantialem. alii vero
ad formas accidentales. vt alteratio ad qua-
litatem et augmentatio ad quantitatem et loci
mutatio ad vbi. Item proprium et imme-
diatum ſubiectum generationis eſt yle. hoc eſt
materia prima. ſed immediatū ſubiectum ali-
orum motuum eſt materia exiſtēs in actu ſub-
ſtantiali. ſcilicet ipm compoſitum ſubſtantiale
ergo generatio differt ab aliis motibus. Sic
ergo patet ꝙ generatio differt ab aliis motibꝰ
ex parte terminorum et ſubiectorum. Alie etiā
differentie multe ſolent aſſignari inter genera-
tionem et alterationem. nam ſubiectum gene-
rationis non generatur ſed ſubiectum altera-
tionis alteratur. Alia differentia eſt quia per
generationem acquiritur aliquid nobilius ſibi
non autem per alterationem. Alia differentia
eſt quia generatio eſt ſucceſſiua ſic quod eſt
inter formas intenſibiles et remiſſibiles non
autem alteratio. Alia differentia eſt quia ſemel
generatum et idem in numero nō poteſt natu
raliter amplius in idē generari. ſed quod ſemel
alteratū eſt iterū bene alterabitur.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primam dicitur ꝙ aliter ſicut ⁊ alterum du
pliciter ſolet capi. Uno modo vt dicit diuerſi-
tatem accidentalem tātū. et ſic in generatione
nō reperitur aliter et aliter. ſed aliud ⁊ aliud. Alio
mō pōt capi large vt dicit quamq; diuerſitatē
ſiue ſubalē ſiue accidentalē ⁊ hoc mō eſt cōe ad

generationē et ad alterationē. Ad ſecūdā dicitur ꝙ forma ſubſtantialis non eſt qualitas ſecundū ſe ſed tamen bene habet modū qualitatis. Ad vltimam dicitur. ꝙ in omni motu ad formam bene eſt generatio et corruptio ſecundum quid. ſed in omni tali eſt generatio ſimpliciter de qua hic intenditur et hec de queſtione. Sequitur in textu. De gñatiōe aūt ⁊c.

## Queritur ſeptimo. Utrum

In corruptione ſubſtantiali ex parte formarum ſubſtantialium neceſſe ſit reſolutionem fieri vſq₃ ad materiam nudam. Arguitur ꝙ non. prius eſt vnam formam abici quam alia₃ introduci. ergo ſi abiciantur omnes forme ſubſtantiales in illo priori materia manet nuda quod eſt contra prius dictum. Secundo ſic nihil corrumpitur niſi a ſuo contrario. ſed forma corporeitatis nulli forme contrariatur cum ſit communis omnibus generabilibus et corruptibilibus. ergo ſemper manet in materia et per conſequens nō fit reſolutio vſq₃ ad materiam nudam. Tertio ſic. ſecundū philoſophum embrio prius viuit vita plante quam vita animalis. et vita animalis quam vita rationali. vel ergo adueniente ſenſitiua abicitur vegetatiua vel non. ſi non habetur intentu₃. nō poteſt dici etiam ꝙ abiciatur quia anima vegetatiua non contrariatur ſenſitiue neq₃ ſenſitiua rationali. ergo vna adueniente nō abicitur alia. Quarto ſic cum ex viuo fit cadauer manet forma oſſis. ergo non omnes forme abiciuntur a materia. Ultimo cum generatur mixtum ex elementis forme elementorum remanent in mixto. quia vt habetur capitulo de mixtione non corrumpitur vnum elementū neq₃ ambo. ſed manet virtus eorum. ergo nō fit reſolutio vſq₃ ad materiam primam. In oppoſitum videtur eſſe ariſtotiles ponens differentiam inter generationem et alios motus per hoc quod yle eſt proprium ſubiectum generationis. yle autem eſt materia nuda.

## Sciendum eſt primo: quod

Si in eodem compoſito poſſent eſſe plures forme ſubſtantiales non opporteret in corruptione ſubſtantiali reſolutionem fieri vſq₃ ad materiam. ſed ſi in vno compoſito ſit tantu₃ vna forma ſubſtantialis neceſſe eſt in corruptione ſubſtātiali reſolutionē fieri vſq₃ ad materia₃.

## Sciendum ē ſecundo. quod

eſt quedam oppinio ponens elementa formaliter in mixto ſub ipſis formis ſubſtantialibus ſub eſſe tamen ligato et de hac oppinione poſtea videbitur. Alia ē oppinio ꝙ in homine ſūt plures anime diſtincte ſecundum rem. et prior eſt anima vegetatiua. et poſtea aduenit ſenſitiua ſine abiectione vegetatiue. et inde aduenit anima rationalis. Tertia fuit oppinio auicebron ponentis in quolibet compoſito ſubſtantiali tot formas ſubſtantiales quot predicata eſſēcialiter diſtincta poſſūt predicari de illo compoſito. Quarta fuit oppinio alberti et auicenne ponentium forma₃ corporeitatis perpetuam et manentē ſub vtroq₃ tranſmutationis naturalis termio. Quinta oppinio ponit ꝙ in quolibet viuente ſunt forme plures partiales ſubſtantiales. ita ꝙ alia eſt forma carnis. et alia oſſis. et alia ſanguis. ſed eſt vna totius que dicitur aīa. Sic ergo omēs iſte oppiniones conueniunt ī hoc quod yle eſt ſubiectum generationis ſimpliciter. et ꝙ in corruptione ſubſtantiali nō fit reſolutio vſq₃ ad materiam primam. Et de omnibus iſtis oppinionibus ſatis viſum eſt in aliis libris.

## Concluſio prima ꝯformans

ad ea que dicta ſunt in aliis libris. In cōpoſito ſubſtantiali non eſt niſi vna forma ſubſtantialis ſimplex in eſſentia licet in aliquibus ſit multiplex in virtute. hec concluſio ſatis probata eſt in pluribus locis. nam ſi eſſent plures forme ſubſtantiales in ꝯpoſito illud ꝯpoſitum non eſſet ſimpliciter vnum ſed plura entia. generatio etiam non eſſet niſi alteratio. quia quelibet forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter. ergo et cetera.

## Concluſio reſponſiua. In

corruptione ſubſtantiali ex parte formaru₃ ſubſtantialiu₃ neceſſe ē reſolutionem fieri vſq₃ ad materiam primam. Patet ex concluſione precedenti. et cetera.

## Dubitatur primo: Utrum

eadem qualitas vel etiam quantitas maneat in genito que prius fuit in corrupto. Uidetur ꝙ ſic. quia niſi ſic non eſſet facilior tranſitus in elementis habentibus ſimbolum ꝗ̄ in non habentibus. conſequens eſt cōtra philoſophū in ſecundo huius. patet tamen conſequentia quia in habentibus ſimbolū tot qualitates corrū perent quot corrūpentur in ñ hñtibus. nec facilior



tranſitus attēderetur penes hoc quod eſt paucciora corrumpi. Item eadem cicatrix maneret in genito que prius fuit in corrupto. et idē color et eadē figura manere₃ ī genito q̄ prius erat in corrupto. et ita de multis aliis accidētalib₃.

In oppoſitum tamen arguitur per diffinitionem generationis a phō datam. generatio eſt mutatio huius totius in hoc totum nullo ſenſibili manente eodem. Ad illud dubium reſpondendū eſt aliter ſecundum eos qui ponunt inchoationem formaru₃. et aliter ſecūdū hos qui negant. vñ ponentes inchoationē formarum dicunt ꝙ accidentium quedam ſunt in ſubiecto ratione forme generice et alia ratione forme ſpecifice. Dicunt ergo ꝙ accidentia que inſunt ſubiecto ratione forme ſpecifice non manent eadem in generato ⁊ corrupto. quia in corruptione ſubſtantiali abicitur forma ſpecifica. et remota cauſa remouetur effectus. Sed accidencia que inſunt ſubiecto ratione forme generice cuiuſmodi eſt forma corporis bene manent eadem ſecundum eſſentiā que prius fuerant in ſubiecto. quia cauſa manente eadem manet effectus idem. ſed non manent eadem ſecundum eſſe. quia licet forma generalis maneat eadem ſecundum eſſentiā non tñ ſecūdu₃ eſſe. Sed illi qui ponunt tantū vna₃ formā ſubſtantialem in vno compoſito et negant inchoationem formarum Reſpōdēt ꝙ accidēs manet bene idem ſecundum ſubſtantiam in genito quod prius fuit in corrupto. nullum tñ manet idem ſecundum numerum. et accidēs numeratur per ſuum ſubiectum. cū ergo genitū et corruptu₃ ſint ſubiecta numero diſtincta. ſequitur ꝙ accidentia vnius erunt numero diſtincta ab accidētibus alterius. ideo dicitur ꝙ impoſſibile eſt accidēs migrare de ſubiecto in ſubiectum. Et ſecundum hoc reſpondetur ad rōes ante oppoſitum dubii. Ad primam dicitur ꝙ facilitas tranſitus in elementis habentibus ſimbolum nō attēditur penes hoc quod eſt pauciora accidentia corrumpi. Unde in habentibus ſimbolum corrūpitur tantū vna qualitas per ſe et alia ex conſequenti. ſed in nō habentibus ſimbolum due qualitates per ſe corrumpuntur et de hoc videbitur in. 2º Ad aliam dicitur ꝙ bene probat ꝙ eadem accidentia manent ſecūdum ſpecie₃ in genito que fuerūt in corrupto. ſed non probat ꝙ maneant eadem ſecundum numerū. accidens eni₃ non eſt ens ſed eſt entis diſpoſitio. tranſmutato ergo aliquo ſubiecto ſubſtantiali quod erat in eo dicitur tranſmutari et corrumpi. et ſi maneret eadem qualitas poſt corruptionem illa non maneret vt eſt corrupti ſed vt eſt geniti. et ita manēt alia ſecūdū numerum. ſicut etiā manet eadē materia ſecundū eſſentiam in genito et corrupto nihilominus dicitur ꝙ in generatione ſubſtantiali eſt mutatio totius in totum. quia materia non manet in genito vt eſt in corrupto ſed vt eſt geniti.

## Dubitatur ſecundo: Utrum

a plurium agentium quolibet poſſit idē effectus numero produci. Reſpondetur ꝙ duplicia ſunt agentia quedam enim ſunt eſſencialiter ſubordinata. et ſic idem effectus ab omnibus illis numero producitur et quodlibet illorum ſuo modo. Alia ſunt agentia non per ſe ſubordinata ſed per accidēs. et hoc dupliciter. quia vel ſunt agentia per accidens et de illis non ē ad propoſitum. quia non influunt formam in effectum ymo idem effectus poteſt eſſe ab infinitis cauſis. ſecundum ꝙ infinita poſſunt accidentia accidere alicui agenti. Alia ſunt agētia per ſe que tamen non ſunt ſubordinata ſicut agentia particularia. et loquendo de illis agentibus dicendum eſt ꝙ a plurimum agētiū quolibet ñ pōt idē effectus produci. quia idē numero bis produceretur. quod ē inconueniēs.

## Dubitatur tertio. Utrum ab

eodem agente plurium inſtantiu₃ poſſit idem effectus numero produci. Reſpondetur ꝙ non ſi tale agens producat ſuum effectum per motum et mutatione₃. quia ad preteritū nulla eſt potentia. et ita nulla potentia q̄ preterita ē poteſt reduc. et ſic non poteſt redire idē effectus numero. mō ad identitatem numeralē motus requiritur identitas temporu₃ et forme ſiue termini. ideo non poſſunt idem effectus numero produci in diuerſis temporibus. aut diuerſis inſtantib₃. neq₃ ē aliquis effectus ꝯtingēs ex eo ꝙ poteſt produci inſtantibus diuerſis. ſed quia poteſt produci et non poteſt produci. Sed ab agente cuius actio ſubiacet nec tempori neq₃ motui idem effectus numero productus pōt produci et hoc tenet articulus reſurrectionis.

Et ſi arguatur. quia ſimili ratione poteſt producere effectū exiſtentē in actu ſicut poteſt producere effectum prius corruptum. Neganda ē conſequētia. quia reproductio preſupponit nō eſſe illius quod reproducitur.

## Ad rationes ante oppoſitu₃

Ad primam dicitur ꝙ ex parte materie recipiētis oportet formam preexiſtentem prius abici quam ſequentem introduci. ſed econuerſo eſt ex parte agentis. non eſt tamen ibi prioritas tēporum ſed ſolū nature. Unde primum nō

eſſe forme preexiſtentis eſt primum eſſe forme ſequētis. ⁊ iſta materia nunq̄ eſt per aliquod inſtans ſine forma. Ad ſecundā patet ſolutio ex alias dictis. nā forma corporeitatis ex cōſequenti abicitur pro quanto continetur ſub forma ſpecifica. qua remota remouentur omnia que virtualiter continet. Ad tertiam patet etiā ſolutio in libro de anima. Et cum arguit̄ de contrarietate. Reſpōdet̄ ꝙ ibi eſt contrarietas large accepta que ē imperfecti ad perfectū.

Ad quartā dicitur ꝙ cum ex viuo fit cadauer non manet caro nec os niſi equiuoce. nec eſt eiuſdem ſpeciei ſicut prius. Ad vltimam ſo°. patebit in fine huius primi. Dicetur enim ibidem ꝙ forme ſubſtantiales elementorū nō manent formaliter in mixto ſed in exiſtente pro quanto forma mixti ſimplex eſt in eſſentia. et multiplex in exiſtente. cōtinet enim perfectiōes omnium formarū elementialium ſicut anima rationalis ꝯtinet virtualiter vegetatiuam et ſenſitiuā. ⁊c̨. Sequit̄ in textu. De augmētatione autem ⁊c̨.

## Queritur octauo: Utrum

Augmentatio et diminutio ſint mot⁹ diſtincti ab aliis motibus. Arguitur ꝙ non qꝛ tunc ignis augeretur per appoſitionē noui ignis ⁊ albedo per appoſitionem noue albedinis. ſed nō aduenit ignis nouus nec noua albedo niſi per generationē. ergo augmentatio n̄ differt a generatione. Secūdo ſic arguit̄. in augmentatione neceſſaria eſt corruptio nutrimenti ſed corruptio vnius eſt generatio alterius. ergo in augmentatione eſt generatio et per conſequēs non differt a generatione. Tertio arguitur augmentatio eſt conuerſio nutrimēti in ſubam aliti. ergo augmentatio eſt motus ad ſubſtātiā et per conſequens eſt generatio. Et ſimiliter argueretur ꝙ diminutio ſit corruptio. quia diminutio fit per egreſſum alicui⁹ intriſeci ſubalis. ergo ē corruptio ⁊c̨. 4°. ſic in augmentatione nutrimentum prius exiſtens diſſimile effi citur ſimile. hoc autē fieri non poteſt niſi per alterationem. ergo augmentatio eſt alteratio.

5°. ſic augmentatio eſt motus nutrimenti diſtinguens ꝑtes viuentis g°. n̄ differt a motu locali. Item illius quod augetur partes excreſcunt in maiorem locum et illius quod diminuitur decreſcūt in minorem. ergo augmentatio et diminutio ſunt motus lacales. In oppoſitū eſt phūs in 2°. capitulo hui⁹ ſecundi tractat⁹. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo: quod

boc quod eſt pauciora accidentia per ſe cor
rumpi a ſuis contrarijs. modo qualitas ſim
bola bene corrumpitur ex conſequenti ad ſui
ſubiecti corruptionem et non manet eadem ſe
cundum numerum in genito et corrupto licet
bene ſecundum ſpeciem. non tamen corrumpi
tur a ſuo primo et per ſe. et ſecundum eam non
fit reſiſtentia pacientis ad agens. ymo ſecundū
eam patiens conuenit cum agente. et ita iuuat
actionem agentis. Et per boc patet ſolutio alte
rius obiectionis que ſolet fieri contra conclu
ſionem ꝙ eſſet ita facilis tranſitus in non ba
bentibus ſimbolum ſicut ſunt duo reſiſtentia
ex parte patientis. nam ſunt duo agentia et in
babentibus eſt vnum agens et vnum reſiſtens
et ita eſt proportio vnius ad vnū. et duorum
ad duo. dictum eſt enim ꝙ qualitas ſimbola
que eſt in paciente per quam patiens conuenit
cum agente iuuat actionem agentis et facit trā
ſitū faciliorē. ita ꝙ minor ē reſiſtentia in ſimbo
liſantibꝰ ꝗ in ñ ſimboliſantibꝰ. et ita patet ſe
cūdū punctū determinatum. Pro tertio.

## Sciendum eſt tertio ꝙ dupli

citer poteſt intelligi ex duobus elementis gene
rari vnum tertiū. vel poteſt intelligi ꝙ ī virtu
te propria ſcilicet per actionem duorum elemē
torum ad inuicem generetur tertium. vel poteſt
intelligi ꝙ virtute alicuius tertii ex illis duobꝰ
tranſmutatis generetur tertium. Et ſecundum
boc ſit.

## Concluſio tertia. Ex quibuſ

cunqꝫ elementis babentibus ſimbolum virtu
te propria poteſt generari tertiū diſtinctum ab
vtroqꝫ. Patet. nam ex igne et aqua corrupta
ſiccitate ignis caliditate eius remanente et cor
rupta frigiditate aque et remanente eius bu
miditate fit aer. vel corrupta caliditate ignis
et remanente ſiccitate et corrupta bumiditate
aque remanente eius frigiditate fit terra. et ſi
militer ex aere et terra poſſet fieri et aqua et ig
nis. Qꝫ aūt ex terra et aere fiat ignis adducit
pħūs exemplum ſimile quia flamma nil aliud
eſt ꝗ fumus ardens. fumus autem generatur
ex terra et aere eo ꝙ fumus naturam terre et ae
ris participat.

## Concluſio reſponſiua: Ex

duobus elementis babentibus ſimbolum vir
tute propria non poteſt generari tertium ele
mentum diſtinctum ab vtroqꝫ. Patet quia cū
vnū ageret in reliquum vel maneret ſola qua
litas ſimbola et alie due corrumpentur. vel cor
rumpetur ſimbola et alie due manerent. ſed
neutro modo poteſt conſtitui elementum. quia
nec vna qualitas ſola neqꝫ due contrarie poſ
ſunt conſtituere elementum.

## Alia concluſio. ex quibuſcun

qꝫ duobus elementis ſiue babentibus ſimbo
lum ſiue non virtute alicuius tertii tranſmutā
tis ipſa poteſt fieri vnum elementū diſtinctum
ab vtroqꝫ. Patet quia ignis vel ſol ex aqua
vel terra que ſimboliſant corrumpendo am
bas qualitates aque ⁊ terre poteſt generare ig
nem. et ſimiliter ſol vel ignis ex aere et terra q̄

non ſimboliſant corrumpendo humiditatem aeris et frigiditatem terre poteſt generari ignis et ſimiliter deducetur.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam patet ſolutio ex dictis. quia dictum eſt quomodo debet capi immediate. Ad aliam dicitur. ꝙ cum ex igne efficitur aer qualitas ignis remittitur ex conſequenti. quia aer agit in ignem per ſuam humiditatem corrumpendo ſiccitatem ignis. ideo ex conſequenti remittit caliditatē. Ultra dicit̄ ꝙ ignis ē minoris reſiſtentie. et ita cito corrumpitur. et propter velocitatem eius corruptionis non percipitur eius remiſſio ſenſibiliter. licet in rei veritate remittatur. Ad aliam dicitur ꝙ propter imperfectionem formarum elementorum ꝙ terra in via corruptionis exiſtente forma terre poteſt manere in rariori materia ꝙ ſit aqua ſicut patet de exalatione in qua dominatur. ſiccum terreſtre quod rarius eſt aqua. et ſimiliter forma ignis in principio generationis poteſt eſſe in materia denſiori ꝙ ſit aer. etc. Sequitur in textu. Sed tamē adhuc ſic reſpicemus de eis.

## Queritur ſexto. Utrum in

genere corporum quatuor elementa ſint prima.

Arguitur ꝙ non. quia celum eſt corpus et tamen eſt prius ipſis elementis. ergo. et cetera.

Secūdo ſic. quia quod per ſuperabundantiam dicitur uni ſoli convenit. ſed primum dicitur per ſuperhabundantiā. ergo non eſt niſi vnuʒ primum corpus. Tertio ſic. vnum elementum fit ex alio. ergo vnum eſt prius altero tenet conſequentia. quia illud ex quo fit aliquid eſt prius eo quod fit ex eo. Quarto ſic quodlibet elementum habet vnam qualitatem in remiſſo. ergo participat eam ab elemento cui primo convenit. et per conſequens participat naturam illius elementi. ſed participatiuuʒ eſt prius participante. igitur. etc. In oppoſitum eſt phūs in textu.

## Sciendum eſt primo: quod

Poſtꝙ philoſophus probauit elemēta eſſe trāſmutabilia ad inuicem. conſequenter probat quatuor elementa eſſe prima corpora in genere corporum generabilium et corruptibilium.

## Sciendu ʒ eſt ſecundo. quod

Ut ſepe dictum eſt prius quidam antiquorum poſuerunt vnum elementum eſſe principium aliorum. Alii vero poſuerunt plura elementa eſſe principia. vel duo vel tria vel quatuor.

Alii autem non poſuerunt aliquod elemētum eſſe principium ſed poſuerunt aliquod medium inter elementa eſſe principium elementorum et aliorum corporum. Et omnes illi ponebant principium materiale eſſe principium omnium rerum et actu ens. Sic ergo patet ꝙ ſecundum eos non quodlibet elementum eſt principium in genere corporum. ſit igitur.

## Concluſio prima. Nullum

elementum eſt prius aliis ymo omnia elementa ſunt equaliter prima. Patet qr ſi aliquod elementum eſſet prius aliis et pricipium aliorū cum principium primum oporteat manere ſecundum ſubſtantiam in generatione. et tale principium ſit actu ens ſecundum antiquos. ſequitur ꝙ generatio non eſt niſi alteratio. Secundo ſi ita eſſet ſequeretur ꝙ duo contraria ſimul eſſent in eodem. Patet quia ex tali elemento fieret aliud. Et cum omnis transmutatio fiat ratione alicuius contrarietatis. oporteret ipſum contrariari alteri. Et tamen maneret in eo. quia fit ex eo. igitur in elemento facto eſſent due qualitates contrarie ſcilicet qualitas illius principii ex quo fieret et qualitas facti. Sed diceret aliquis ꝙ qualitas elementi quod eſſet principiū maneret pri⁹ in ipſo elemento quod fit ex ipſo. Contra hoc obicit philoſophus. ꝙ cum tale elementum eſſet trāſmutabile ſequeretur ꝙ nō eſſet trāſmutabile vt dictū eſt in primo libro. Item omnia elementa ſunt ad inuicem transmutabilia cum ſint contraria. ergo vnum non eſt prius altero.

Sed diceret aliquis ꝙ extrema elemēta nō transmutantur ad inuicem ſed ſolum proxima.

Contra hoc arguit philoſophus. quia aer transmutatur in ignem. ergo contrariatur illi. ſimiliter transmutatur in aquam. ergo contrariat̄ aque. et qr ſecundum eandem qualitatem non poteſt contrariari aque et igni. quia idem ſecundum idem non poteſt pluribus contrariari. ſequitur ꝙ ignis contrariatur aque et per cōſequens erit transmutabilis in aquam. Et ſimiliter poſſet oſtendi ꝙ aqua et ignis transmutantur in aquam et aerem. ſed etiam transmutantur in ignem. et ita omnia elementa ſunt transmutabilia ad inuicem. et per conſequens vnum non eſt prius altero. Sed diceret aliquis ꝙ ſunt infinita elementa ſecundum rectū et ita extrema non poſſunt ad inuicem tranſmutari. Contra hoc arguit philoſophus





nam due ſunt contrarietates qualitatum primarum continentes ſolum quatuor qualitates que non poſſunt conſtituere niſi quatuor elementa. et ita ſi poneretur quintum elementum diſtinctum ab aliis oporteret ponere nouā qualitatem. tandem oporteret ipſum cōtrariari aliis elementis. et per conſequens oporteret qualitates eſſe contrarias in eodem elemento quod eſt impoſſibile.

## Concluſio ſecunda. Non eſt

ponendum aliquod materiale principium qd̄ ſit de ſe actu ens et corpus prius ipſis elementis. Patet quia tunc generatio elementorū ex illo materiali principio non eſſet niſi alteratio. Ex iſtis duabus concluſionibus ſequit̄.

## Concluſio reſponſiua quod

Quatuor elementa in genere tranſmutabiliuʒ ſunt prima. Patet quia vnum elementum eſt prius alio vt dicit prima concluſio. neqʒ reducuntur ipſa elementa in aliquod corpus cōmune quod ſit prius ipſis quod ſit principiuʒ ipſorum. vt dicit ſecunda concluſio. ergo ſunt prima. Et iſta non reſoluuntur in corpora priora ipſis. ſed bene reſoluuntur in materiam primam que eſt pura potentia et in formam ſimplicē actu et virtute. Et iſta elementa non ſunt ſimpliciter prima ſed ſolum in genere corruptibilium et tranſmutabilium. ergo.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ elementa ſunt prima in genere corporum corruptibilium. et per hoc non excluditur quin celum ſit primuʒ corpus. Ad ſecundam dicitur. ꝙ quodlibet elementum eſt primum corpus exponendo li non negatiue. Ad tertiā dicitur. ꝙ ſolum probat ꝙ materia prima ex qua fit generatio eſt prior ipſis elementis. materia autem non eſt corpus. Ad quartā dicitur. ꝙ elementum habens vnam qualitatem in remiſſo non participat eam ab alio vt contingit in mixto. vt dictum eſt. licet eam in ordine ad aliam qualitatem que primo competit elemēto in quo eſt.

Sequitur in textu. De elementis aūt.

## Queritur ſeptimo. Utrum

Ad generationem cuiuſlibet mixti exiſtentis circa medium concurrant quatuor elementa.

Arguitur ꝙ non. quia multa animalia generantur in centro terre et etiam infra aquam ad que non videtur concurrere ignis et aer cū non poſſunt eſſe in aqua nec in terra naturaliter. 2° ſic. omnia metalla ſunt quedam mixta ſicut aurum et argentum. et tamen ad eorum generationem ſufficit aqua. vt videtur cum reſoluantur in ſolam aquam per liquefactionem. In oppoſitum eſt philoſophus in vltimo capitulo huius primi tractatus ſecūdi libri de generatione. in quo poſtꝙ determinauit de generatione elementorum. conſequenter determinat de gnātione elementatorūʒ que generantur et corrumpuntur per naturam elementorum. Pro quo.

## Sciendum eſt primo quod

Ponentes elementa intranſmutabilia ad inuicem ſicut Empedocles non poſſunt ſaluare generationem mixtorūʒ ex ipſis. quia ſi nō trāſmutarentur elementa ad inuicem et alterarent̄ manerent a mixto ſeparata et diuiſa ab inuicem. et ita mixtio ſolum fieret per iuxta poſitionem elementorum. et ita quelibet pars mixti non eſſet mixta. ſed facerent ſolum vnum ſicut ex multis lapidib⁹ fit vnus paries. Ex quo ſeqretur ꝙ nō poſſent permanere. quia quodlibet elementum exiſteret extra ſuum locum proprium. et ita cum nihil eſſet coniungens elemēta in mixto ſtatim compoſitum diſſolueretur.

## Sciendu ʒ eſt ſecundo quod

Ponentes elementa tranſmutabilia ad inuicē et habere vnam materiaʒ cōmunē. pnt ſaluare generationē mixtorum ex elementis ꝗuis quo ad hoc videatur eſſe difficultas. quia non videtur qualiter ex elementis contrariis generetur mixtū. cum contraria non poſſint ſimul eſſe niſi maneat ſola materia vel alterum ſolum cōtrarium. Sed hanc difficultatem ſoluit phūs dicens ꝙ contingit aliquod eſſe magis calidum et minus. et eſſe aliquid magis et min⁹ frigidum. et ita dicatur de aliis. ergo eadem eſt potentia contrariorum. ita ꝙ illud quod eſt actu calidum eſt potentia frigidum et econtra. Ex quo ſequitur ꝙ elementa poſſunt tranſmutari de excellenciis ſuarum qualitatum ad vnū medium quod participat naturas ipſorum elementorum. ita ꝙ non ſolum maneat materia ipſorum elementorum. ſed etiam in quodā medio manēt virtutes elementorum et forme eorum in forma mixti virtualiter. et ita ad hoc ꝙ ex elementis fiat mixtum ſufficit ꝙ elementa ſint aliter diſpoſita ex toto alterum corrumpere

nec ambo tertium.

**Sciendum eſt tertio.** quod non eſt intelligendum ꝙ qualitates elementorum reducantur ad vnum medium indiuiſibile. ita ꝙ vna qualitas non excedat alteram neqꝫ econtra. Hoc enim non eſt poſſibile per naturā ſed reducantur elementa mixta ad vnum medium in ordine ad formam mixti ad quam ſunt diſpoſitiones. que quidem forma ſecundum ſuam naturam requirit exceſſum vnius qualitatis ad aliaꝫ in certo gradu. et ita ſecūdū diuerſitatem formarum ſubſtantialium tam in ſpecie ꝙ in indiuiduo ſunt diuerſe diſpoſitiōes elementorum ad inuicem in mixto. Omnibus itaqꝫ premiſſis ſit.

**Concluſio reſponſiua** Ad queſitum. Ad generationem cuiuſlibet mixti exiſtentis circa medium locuꝫ concurrūt quatuor elementa. et per mixtum exiſtens circa medium locum intelligitur mixtum perfectum ad differentiam illorum imperfectoruꝫ que ſurſuꝫ apparent. ad quorum generationem non concurrunt elemēta de quibus agitur in libro metheororꝫ. Probatur concluſio. primo ꝙ cōcurrat terra. quia omne locatuꝫ naturaliter in aliquo naturaliter participat naturā illius loci ſed omnia mixta perfecta ſunt in terra vel ſaltem circa terram. ergo. Deinde arguitur de aqua quia oportet mixtū habere partes mixtas vnitas ad inuicem. alias non poſſet conſiſtere. cū ergo terra eſſet ſicca ſtatim decideret in pulueres niſi eſſet humidū detinens eam. et cū aqua ſit humida et bene terminabilis termino alieno ſequitur ꝙ concurrit cum terra ad generationē Nec ſufficeret humidum aereum ſine aqua ad continendum terrā propter ſubtilitatem corporis. Deinde probatur de aere et igne. quia aer et ignis contrariantur aque et terre. generationes aūt ſunt ex contrariis. cum ergo in generatione mixti ſint aqua et terra neceſſe eſt ignē et aerem concurrere. Item natura mixti cōſiſtit in quodā medio temperato qualitatum primarum. ergo ad generationem mixti non ſufficiunt elementa frigida. que ſunt aqua et terra. ſed requiruntur etiam elementa calida. que ſunt aer et ignis ad temperandum frigiditatem terre et aque. Probat etiam phūs per quoddā ſignum commune ſūptū ex parte nutritionis. Et primo arguitur ex parte nutritionis et nutriti ſic. Omnia ſunt et fiunt ex iiſdem ex quibus componuntur et econtra. ſed nos videmus elementata miſceri non ſolum ex vno elemento ſimplici. ſed ex mixtis et compoſitis ex omnibus elementis. ergo omnia elemēta concurrunt ad generationē mixti. Minorem probat phūs per locuꝫ a maiori. nam quecūqꝫ videntur vno ſolo nutriri ſicut plāte ſola aqua adhuc nutriunt̄ pluribus. quia ipſa aqua ē terre mixta. ideo ruſtici volētes nutrire platas adhibent quedam mixta ad nutrimentum earum. puta fimum vel aliquid huiuſmodi. Et quia ad nutritionem non ſolum requiritur materia ſed etiam ratio nutriendi que eſt forma nutriti que per calorem naturalem tanꝙ per inſtrumentum alterat nutrimentum conuertēdo ipm in ſubſtantiam nutriti. Cū ergo ignis ſit in ſupremo calidus et formalior ceteris elementis. quia eſt collocatus in ſuperficie concaua celi et in termino corporum corruptibilium. ſequitur ꝙ ad nutritionem preter aquam ſimiliter requiritur ignis. quia per calorem fit nutritio. et cuꝫ calor aeris ſit maxime proportionatꝰ vite cū ſit temperatus: ad nutritionem requiritur aer ad temperandum calorē ignis. Sic ergo patet ꝙ ad nutritionem requiruntur quatuor elemēta et per conſequens ad generationem mixtorꝫ exiſtentium circa medium hoc eſt mixti perfecti concurrunt quatuor elementa.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ** Ad primam dicitur ꝙ ad generationē mixtorꝫ in aqua et terra concurrunt alia elementa ſuperiora per influentiā et virtutem celeſtem vſqꝫ ad centrum terre pertingentes. Ad tertiaꝫ dicitur ꝙ in illis liquefactibilibus concurrunt quatuor elementa. ſed bene veruꝫ eſt ꝙ in illis dominatur aqua. ideo ſunt liquefactibilia.

Sequitur in textu. Quoniam autem.

**Queritur octauo:** Utrum tantum ſint tria principia generationis et corruptionis iſtorum inferiorum. ſcilicet materia forma et efficiens. Arguitur ꝙ ſint plura tribus. priuatio eſt principium generationis. vt patet ex primo phiſicorꝫ. phūs etiā in principio phie ponit quatuor cauſas q̄ ſunt plura tribus ergo etc. tenet cōſequētia quia quelibet cauſa eſt principium. 2º ſic ꝙ ſunt pauciora. nam ab eſſe et fieri rerum videtur ſufficiens actus et potētia. gº videt̄ ꝙ ſufficiat materia et forma

In oppoſitū ē phūs in pºcipio huiꝰ ſecūdi tractatꝰ.





**Sciendū ē primo.** poſtquaꝫ phūs determinauit de generatione et corruptione elemētorū et elemētatorum. ꝯſequēter determinat de cauſis generationis et corruptionis in hoc vltimo tractatu. Pro quo.

**Sciendū eſt ſecundo.** quod Principia generationis et corruptionis vno modo ſunt duo. Alio modo tria. Alio modo quatuor. Alio modo quinqꝫ. Sunt enim duo ſi ſolum numerentur principia intrinſeca et per ſe que ſunt materia et forma. Sunt autem plura principia ſi enumerētur ſolum principia intrinſeca tā ꝑ ſe ꝙ ꝑ accidēs. ſicut enumerantur in primo phiſicorꝫ. Sunt enim tria ſi enumerentur ea que realiter concurrunt ad motū primo et per ſe vt ſunt materia forma et efficiens. finis enim nō mouet niſi methaphorice et poſtea mouet efficiens euꝫ comprehendendo ſub efficiente. et hoc modo enumerantur in hoc libro. Sunt autem quatuor ſi enumerentur principia intrinſeca et extrinſeca per ſe que ſunt materia forma efficiens et finis et hoc modo enumerantur 2º phiſicorꝫ. Sed ſunt quinqꝫ ſi enumerentur principia intrinſeca tam per ſe ꝙ per accidens et extrinſeca tam proprie mouentia ꝙ methaphorice que ſunt materia et forma priuatio efficiens et finis. et per hoc ſoluuntur argumenta ante oppoſitum.

**Sciendum eſt tertio.** quod quia de materia et de forma determinatū ē in principio huius ſecundi et etiā in primo. ideo in reſiduo huius operis principaliter eſt agēdū de efficiente. de quo recitat phūs duas opiniones. Prima eſt Platonis ponentis ſolum duo principia rerum ſcilicet materiaꝫ et ydeam ſeparatam quam dicit eſſe ſufficientem cauſaꝫ generationis ſecundū ꝙ a materia participat̄. et corruptionis ſecundum ꝙ a materia abiicit̄. et non ponit aliam efficienteꝫ. Alia fuit opinio aliorum dicentium materiaꝫ de ſe eſſe actiuam et eſſe per ſe ſufficiens principium generationis et aliorum motuum. Et hi partiti ſunt nam quidam vniuerſaliter negauerūt cauſam efficientem tam vniuerſalem quam particularem Alii vero negauerunt cauſam efficientem vniuerſalem. ſed poſuerunt efficientia particularia cum materia exiſtentia in actu ſicut ſunt calidum frigidum rarum et denſum. Sit.

**Concluſio reſponſiua.** Ad queſitum. Ad generationes et corruptiones cuiuſlibet rei corporalis concurrunt tria principia ſcilicet materia forma et efficiens. Probatur nam generabilia et corruptibilia imitantur ſecundum quandam analogiam corpora incorruptibilia. ergo principia generabiliū ſūt in genere et numero eadem et equalia principiis corporum celeſtium. ſed in celeſtibus eſt materia. quia in omni eo quod mouetur neceſſe eſt eſſe materiam et formam. quia materia nuda non poteſt eſſe ſubiectum motus localis. vt ꝓbatur. 5º phiſicorꝫ. et efficiens. quia omne qđ mouetur ab alio mouetur. ergo multomagis hec principia concurrunt ad generationem generabilium et corruptibiliū. Secundario quicquid poteſt eſſe et non eſſe neceſſario habet materiam partē ſui. ſed generabilia poſſunt eſſe et non eſſe. ergo habent materiam. Et quia forma ē eiꝰ cuius eſt materia. ſequit̄ ꝙ generabilia habent formam. Et quia nihil qđ eſt potentia facit ſe ipſum in actu. ideo requiritur efficiens preter materiam et formam. ergo ſunt tria principia rerum naturalium ſub efficiente comprehendendo finem.

**Concluſio ſecunda.** Contra Platonem Ad gñatiōeꝫ nō ſufficiūt materia et ydea ſeparata. Probatur: quia ſi ſic ſequeretur ꝙ continue et ſemper eſſent generationes cuiuſlibet rei. Patet quia ydea ſemper eodem modo ſe habet. et ideo ſemper equaliter diſponeret materiā. Nec requiritur approximatio ydee ad materiam. quia ydee immobiles ſunt ſecundum Platonem. ergo ſemper poterit eſſe generatio quod eſt contra ipſum. Tertia ratio ſicut eſt in artificialibus ita eſt in naturalibus. ſed in artificialibus preter materiam et formam requirit̄ efficiens. vt preter ſanitatem et corpus requirit̄ medicus ſanans vel medicina. et preter diſcipulum et ſcientiam requiritur doctor. et ita eſt in aliis. ergo in naturalibus preter formam et materiam requiritur efficiens. Nec poteſt dici ꝙ ydee ſint cauſe efficientes. quia forma et efficiens non coincidunt in numero. vt patꝫ. 2º phiſicorꝫ cum ergo ydee ſint forme et quidditates et ſpecies particularium ſecundum Platonem. ſequitur ꝙ non ſunt cauſe efficientes. et ita inconueniens eſt ponere ydeas rerū ſeparabilium ab intellectu. et precipue ab intellectu diuino. Sed non eſt negandum quin ſint intelligēdo. Deinde arguit phūs contra opinionem negantium cauſam efficientem tam vniuerſalem ꝙ particularem. Alterius potentie eſt agere. et alterius eſt pati. vt patet in omnibus que ſunt ab arte lignum enim non facit lectum ex ſe. ergo etiam in naturalibus preter materiam aliud eſt pati.

neceſſe eſt ponere potentiam actiuam que reducat materiam de potentia ad actum. ergo preter materiam oportet ponere efficiens. Sed diceret aliquis ꝙ cum illi antiqui poſuerunt materiam eſſe actu ens non concederent ꝙ materie eſſet pati vel eſſet agere. Ad hoc reſpondetur ꝙ quicunqꝫ poſuerunt materiam eſſe nõ tamen poſuerunt eſſe actu illud quod ex ea debet generari. ſicut illi qui poſuerunt aquam eſſe principium aliorum et actu non dicebant aquam eſſe actu piſcem qui fit ex ea. cũꝫ ergo nihil quod eſt in potentia inquantum huiuſmodi agit ſequitur ꝙ ſi ex materia debet aliquid generari oportet ꝙ ſit aliquod agens educens ipſã de potẽtia ad actũ. Et ſic pꝫ rñſio ad queſitum. Rationes ante oppoſitum ſoluunt̃ ex dictis. Sequitur in textu.

**Queritur nono. Utruꝫ** quatuor elementa per ſuas virtutes actiuas et paſſiuas ſint agentia ſufficientia ad generationẽ mixtorum inferiorum. Arguitur ꝙ ſic. ois generatio eſt ex contrariis. ſed virtutes actiue et paſſiue elementorum ſunt contrarie. ergo ſufficiunt ad generationem. Et confirmatur. quia ad generationem ſufficiunt agens et patiens. ſed vnum elementum actu agit et patitur ab alio et econuerſo. igitur ꝛc. 2º ſic illa ſunt principia agentia et patientia ſecundum quorum proportiones diſtinguũtur diuerſa generata. ſꝫ mixta diſtinguũtur ad inuicem ſecundũ diuerſas proportiones calidi humidi frigidi et ſicci. ergo huiuſmõi virtutes actiue ſunt principalia agentia in omni generatione. 3º ſic. ſi preter huiuſmõi virtutes requiritur agens primum vel illud eſſet ſubſtantia aliqua ſeparata. ſed hoc non quia hec non tranſmutat materiaꝫ ad formam eo quod omne agens agit in ſibi diſſimile. vel eſſet celum. ſed hoc non. quia non eſt proximatum iſtis inferioribus. vel eſſent ipſe virtutes celeſtes. ſed hoc non. quia cum ſint accidẽtia et ſunt inferioris gradus ſubſtantiis inferioribus. modo nihil poteſt agere vltra modũ ſue perfectionis. et ideo quia nõ poſſunt attingere formas ſubſtantiales ſequitur propoſitũ.
4º ſic. quod eſt actu tale poteſt alterum producere quale ipſum eſt. ergo ignis actu poteſt generare ignem ſine agente exteriori. In oppoſitum eſt phũs in textu.

**Sciendum eſt primo quod** Poſtꝙ phũs oſtendit ꝙ ad generationẽ cuiuſlibet rei naturalis tria concurrunt principia q̃ ſunt materia forma et efficiens. et improbauit opiniones Platonis ponentis materiã ꝛ ydeaꝫ ſeparatam ſufficere ad generationem. improbauit etiam inſuper opinionem antiquorum philoſophorum naturalium dicentium materiam per ſe ſufficere ad generationem ſine quocũqꝫ agente. conſequenter ponit opinionem quorundam negantium cauſam primam et vniuerſalem que eſt ipſum celum motum ab intelligẽtia concurrere ad generationẽ mixtorum et dicẽtium ꝙ nec inferiora per ſuas virtutes actiuas et paſſiuas ſufficiunt ad generationem iſtoruꝫ inferiorum. Contra quam opinionem ſit

**Concluſio prima. Opinio** negantium vniuerſaliter cauſam efficientẽ ſiue vniuerſalẽ ſiue particularẽ eſt falſa. qꝛ alterius potẽtie eſt agere et alterius eſt pati. vt patet inductiue. in artificialibus enim lignuꝫ nõ facit lectum ſed patitur. nec lapides domum. ergo ſimiliter in natura preter materiã cuius eſt pati neceſſe eſt ponere potentiam actiuã cuius eſt agere et reducere potentiã paſſiuam ad actũ.

**Concluſio reſponſiua. Ele**menta inferiora in ſuis motibꝫ actiuis et paſſiuis nõ ſufficiunt ad generationẽ horꝝ inferiorꝝ ſed cũꝫ hoc requirit̃ principale agẽs quod eſt celũ motum ab intelligẽtia. Probat̃ duabꝫ rõnibus textus. Prima ratio eſt qꝛ ſi illud quod eſt maxime actiuum inter hec inferiora nõ ſufficiat per ſe ad generationẽ alicuius rei. ſequit̃ ꝙ nec q̃cunqꝫ alia inferiora ſufficiẽt ad gñationem. ſed inter hec inferiora ignis eſt maxime actiuus et tamen nõ agit nec mouet niſi motum ab celo. ergo neqꝫ ſecunda agẽtia pñt niſi mota ab ipõ celo. Minor pꝫ nam ignis et alia inferiora habẽt formã ſubſtantialẽ a celo et ſunt in actu per celũ. vnũquodqꝫ aũt agit ſecũduꝫ quod in actu. et agit per illud quod hꝫ eſſe in actu ergo minor eſt vera. Secunda ratio ſicut eſt in artificialibꝫ ita eſt in naturalibus. ſꝫ in artificialibus nõ attribuit̃ inſtrumẽtis agere tanꝙ primis et pricipalioribꝫ agẽtibus. ymo eſt neceſſe ꝙ preter inſtrumenta ſit aliud agens principale. ſed iſta inferiora magis dependent a celo ꝙ inſtrumentũ depẽdat a principali agente. ergo preter hec inferiora agẽtia oꝫ ponere agens vniuerſale quod eſt celum. Minor pꝫ quia agẽtia naturalia particularia hñt formã per quam ſunt in actu et eſſe ſuum a celo. ſicut enim ſi ceſſarent motus iſtorum inferiorꝝ ceſſãte primo motu et celi. ita etiã ceſſarent omnia que per motũ cõſeruantur. ꝛ ſic per impoſſibile ſubſtantie eorum non poſſent permanere naturaliter. ſed inſtrumenta ab ipſo artifice nõ hñt niſi formam accidentalem q̃ ſi remoueretur ab ipſis adhuc remanerent in eſſe ſubſtantiali. gº patet ꝙ ſi ab ipſis inferioribus remoueret̃ illud quod habent a celo maneret ſolũ in ipã potentia. et ita ſe haberent ſine celo deterius ꝙ inſtrumenta ſine arte a qua ſolum habent formam accidentalem. quare cõcluſio vera.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ**

Ad primam dicit̃ ꝙ quãuis virtutes inferiorum iſtorum agentiũ ſint contrarie. non tamẽ ſufficiunt agere ſine virtute ſuperioris agentis a quo habent eſſe et ex hoc patet ſolutio. Ad ſecundã dicitur ꝙ agens et patiens ſufficiunt ad agendum preſuppoſita actione ſuperioris agentis. Ad aliam dicitur ꝙ actus particulares diſtinguũtur ad inuicem ſecundum ſuas cauſas proximas et particulares per quas determinant actiones vniuerſaliũ ad effectũ particularẽ. nec propter hoc ſequit̃ ꝙ particularia agentia ſint principalia. quia q̃to aliquod agens eſt magis vniuerſale ẽ pricipalius. Ad aliam dicitur ꝙ intelligentia mediante corpore moto ab ea ipſa poteſt tranſmutare materiam ad formã et ita celum motũ ab intelligentia eſt principale agens in genere phyſico et agit ꝑ ſuaꝫ virtutẽ que ſimul eſt cum iſtis inferioribꝫ. que quãuis ſit accidentalis agit tamen in virtute celi moti ab intelligentia. et ita vt inſtrumentum celi poteſt attingere q̃cunqꝫ formam eductam de potentia materie ſiue ſit ſubſtantialis ſiue accidentalis. Ad aliaꝫ dicitur ꝙ oẽ tale põt facere alterum tale preſuppoſita actione agentis vniuerſalis et aliás non. ꝛc. Sequitur in textu. Nobis autem vniuerſaliter prius dictum eſt de cauſis.

**Queritur decimo Utrum** Motus ſolis ſub obliquo circulo ſit cauſa perpetuitatis generationis et corruptionis iſtoruꝫ inferiorum. Arguitur ꝙ non. quia omnes mutationes et motus iſtorum inferiorum reducuntur ad motum primi mobilis tanꝙ ad cauſam primam in ſuo genere. ſed motus ſolis factus ſub obliquo circulo non eſt prim⁹ motus ergo ꝛc. 2º ſic. idem non eſt cauſa diuerſorum et contrariorum. vt habetur in textu. ſed motus ſolis factus ſub obliquo circulo eſt regularis. ergo et vniformis. gº nõ eſt cã generationis et corruptionis que contrariantur.
3º ſic. vnius effectus vna eſt cauſa. ſed perpetuitatis generationis et corruptionis materia eſt cauſa. ergo non eſt motus ſolis ſub obliquo circulo. In oppoſitũ eſt phũs in textu. in tertio caplõ. huius tractatus. Pro rñſione

**Sciendum eſt primo. quod** Poſtꝙ phũs oſtendit ꝙ preter efficientia particularia neceſſe eſt ponere agens vniuerſale conſequenter determinat de huiuſmõi vniuerſali agente. oſtẽdendo ꝙ oportet reducere perpetuitateꝫ generationis et corruptionis ad motuꝫ celi. qꝛ illud quod qñqꝫ eſt et quãdoqꝫ non eſt reducatur ad illud quod ſemper eſt. omnes aũt motus iſtorum inferiorum qñqꝫ ſunt et qñqꝫ non ſunt. idõ reducunt̃ ad motũ celi qui ẽ ꝑpetuus ꝛ vnus. oĩs enĩꝫ pluralitas reducet̃ ad aliquam vnitatẽ. ꝛ potẽtialitas ad neceſſitatẽ. nunc enĩꝫ ſupponit̃ motuꝫ eſſe ꝑpetuum et regularem ex phyſicis ergo ꝛc. Et ex hoc infertur ꝙ motus celi ẽ cauſa gñatiõis et corruptiõis in iſtis inferioribꝫ. qꝛ rõnabilius eſt ens eſſe cauſam non entis ꝙ ecõtra. motus aũt celi hꝫ rõneꝫ entis cũ ſit ꝑpetuus. gñatio aũt rõneꝫ nõ entis cum poſſit nõ eſſe. idõ motus celi abducit nobis et adducit ſolẽ qui ẽ pater vite. idõ in iſtis inferiorib⁹ mot⁹ celi ẽ cã gñatiõis et corrupciõis. Sꝫ qꝛ gñaº et corrupº ꝯtrariant̃ ꝛ ꝯtrarioꝝ ꝯtrarie ſũt cãe. idõ vt videat̃ quõ mot⁹ celi qui eſt cauſa gñatiõis poſſit etiã eẽ cauſa corruptiõis

**Sciendũꝫ eſt ſecundo quod** Duplex eſt motus celi. vnus ẽ motus primi mobilis ꝯtinuus et vniformis qui ẽ ab oriẽte in occidẽtẽ ſuper polos mũdi quẽ equinoctialis diuidit ꝑ duo equalia et iſte mot⁹ ẽ ſimpliciſſimus et regulariſſim⁹ nullã diuerſitatẽ neqꝫ in ſe neqꝫ in habitudĩe ad motũ recipiẽs. Alius eſt motus celi qui ẽ ab occidẽte in oriẽteꝫ fact⁹ ſuꝑ obliquo circulo ſuꝑ polis zodiaci diſtãtibus a polis mũdi. 23. gradibꝫ et. 51. minutis et hũc zodiac⁹ diuidit in duo equalia et ſꝫ⁹ hũc motũ mouet̃ ſol motu ꝓprio et facit vnã reuolutionẽ in vno anno. Et quãuis motus ſolis ſub hoc circulo ſit ꝯtinuus ꝑpetuus et vniformis ĩ ſe. tñ ſecundũ habitudinẽ ad nos hꝫ quãdam varietatẽ acceſſus et receſſus nã ꝑ medietatem anni ſcilꝫ a principio capricorni vſqꝫ ad cãcrũ accedit ad nos. ſꝫ ꝑ aliã medietatẽ huic oppoſitã q̃ eſt a pricipio cãcri ad capricornũ recedit. et hoc in motu ẽ duo ꝯſiderare. ſcilꝫ ꝑpetuitatem et varietatẽ. ſicut et in gñatione et corruptione ꝯſiderat̃ ꝑpetuus ſucceſſus gñationis et corruptiõis et ꝯtinuatiões ꝯtrarias gñatiõis et corruptionis. Quibus notatis ſit.

**Concluſio prima. motus** primi mobilis et diuturnus non eſt ſufficiens cauſa generationis iſtorum inferiorum. ſed eſt ſufficiens cauſa permanentie eorum. Probatur. quia idem ſecundum ꝙ idem eſt ſimiliter ſe habens ſemper natum eſt facere idem. cum ergo motus celi diurnus ſit ſemper idem et ſimiliter ſe habens. ſequitur ꝙ ſemper natus eſt

facere idem. ſed generatio et corruptio contra-
riantur. ergo non eſt ſufficiens facere generatio
nem et corruptionem. Jō dicit philoſophꝰ ꝙ ſi
non eſſet alius motus ab eo oporteret ꝙ ſemꝑ
eſſet generatio vel corruptio nec poſſent ambo
fieri.

## Concluſio ſecunda reſponſiua:

ad queſitum. Motus ſolis ſub obliquo circu-
lo eſt ſufficiens cauſa perpetuitatis generatio-
nis et corruptionis in iſtis inferioribus. Patet
quia motus ille eſt continuus. et habet diuerſi
tatem in ſuis partibus in habitudine ad nos.
ideo per ſuam varietatem acceſſus et receſſus
ad nos eſt ſufficiens cauſa generationis et cor
ruptionis que contrariantur. quia per acceſſuꝫ
eſt cauſa generationum ⁊ per regreſſum corrup
tionum. per ſuam autem perpetuitatem eſt per
petuitas acceſſus et receſſus generationum et
corruptionum. Et quia tempus acceſſus ſolis
ad nos eſt equale tempori receſſus. et idō ex hoc
ſequitur ꝙ tempus generationis horū inferioꝝ
eſt equale tempori corruptionis eorum. Et hoc
videmus ad ſenſum. quia cum in quolꝫ anno
ſol accedit ad nos fiūt generationes. et cum a
nobis recedit fiunt corruptiones. ⁊ ſicut multo
tiens accedit ita multotiens generat. et ſicut
multotiens recedit ita multotiens corrumpit.

## Dubitatur primo. circa ma

iorem rationis prime concluſionis qualiter ha
beat veritatem illa ꝓpoſitio. idem inquantum
ideꝫ et ſimiliter ſe habens natū eſt facere ſemꝑ
idem. Hoc enim videtur eſſe falſum. nam ideꝫ
calor ſolis ſecundum idem et ſimiliter ſe habēs
facit contraria. ſicut durificat lutum et mollifi-
cat ceram. ita etiam calor ignis rarefacit et du
rificat. et ita habet multos effectus. Idem etiā
homo poteſt currere et quieſcere. et prima cau-
ſa etiā eſt cā omniū rerū contrariarum. Pro
ſolutione dubii eſt ſciendum ꝙ duplex eſt agēs
ſcilicet naturale et voluntarium. Agens auteꝫ
naturale agit ſecundum modum ſue forme ꝙ̄
eſt determinata per materiam in qua eſt recep-
ta. et ideo agens naturale determinatuꝫ eſt ad
vnum effectum immediate. quia habet formā
particularem et determinatam per materiam.
vt dictum eſt. ſed tamen ad illum effectum im-
mediate productum ab agente naturali poſſūt
ſequi mlta. ſicut calor hꝫ calorē facere imedia-
te. ſed ad illum calorē pōt ſequi mollificatio et
durificatio ſꝫꝰ diuerſitatē recipiētiū. Cū etiam
aliquod agēs naturale ſit inſtrumentuꝫ ⁊ agat
in virtute alicuius ſuperioris agentis poteſt
multa producere. ſed hoc non erit ſecundū idē
Sic ergo propoſitio principaliter intelligitur
de agentibus principalibus que ſemper faciūt
vnum niſi perueniat diuerſitas ex parte alterꝰ
agentis vel recipientis. Sed agens volunta-
rium quoddam eſt agens mediatum quod a-
git ſecundum conditionem ſue forme que eſt
ſpecies per quam intelligit ⁊ hoc non poteſt di
uerſa ſimul intelligere. poſſunt tamen in eo eſſe
plures ſpecies intelligibiles ſucceſſiue. Aliud
autem eſt immediatum vt eſt prima cauſa in
qua licet non ſint plures ſpecies intelligibiles.
quia intelligit per ſuam eſſentiam omnia cum
ſe infinite intelligat. ideo poteſt ſimul omnia ꝓ
ducere. Et ideo ſequitur ꝙ omne agens volun-
tarium poteſt plura producere vel ſimul. ſicut
prima cauſa. vel ſucceſſiue ſicut agentia creata
Et ita quodam modo poteſt verificari propo-
ſitio etiam in agentibus ſecundum propoſitū.
nam ſubſtantie ſeparate producte diuerſa fa-
ciunt et producunt ſecundum diuerſitatem con
ceptuum. ſed prima cauſa plura et diuerſa pro-
ducit non ſecundum diuerſitatem conceptuuꝫ
ſed propter diuerſitatem ydearum. et rationum
ydealium. Et per hoc ſoluuntur obiectiones
contra propoſitionem facte.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ iſta inferiora ꝙ̄tum
ad illud quod eſt permanentie in ipſis redu-
cuntur ad primum motum. ſed ꝙ̄tum ad ſucceſ
ſionem in eoꝝ motibus reducuntur ad motum
ſolis ſub obliquo circulo. Ad aliam dicitur
ꝙ motus celi inꝙ̄tum eſt regularis ē cauſa per-
petuitatis generationis ⁊ corruptionis. ſed pro
ꝙ̄to habet diuerſitatem acceſſus et receſſus in
ſuis partibus ē cauſa ſucceſſionis generationis
et corruptionis. Ad aliaꝫ dicitur ꝙ vnius ef
fectus poſſunt eſſe plures cauſe per ſe in diuer-
ſis generibus cauſarum vt habetᷣ. 2° phiſicoꝝ
ideo prima materia poteſt ſeparari a generatio
ne et corruptione et etiam motus ſolis ſub obli
quo circulo. ⁊c. Sequitur in textu Dium
enim eſt ordo et omne tempus. et omnis vita
menſurantur peryodo.

## Queritur vndecimo. vtrum

Omne viuens habeat determinatam peryo-
dum ſue durationis a celo primo. Argui-
tur ꝙ non. quia ſi ſic ſequeretur ꝙ in conſtella-
tiōibus celeſtibꝫ poſſēt infallibiliter legi dura-
tiōes viuentiū ꝯñs eſt flm. igitᷣ. 2° ſic. nos
videmꝰ ad ſenſum diuerſa viuentia ſꝫꝰ ſpecieꝫ
vel eiuſdem ſpeciei ſimul tempore generari vt
patet de illis que tamen non habent equalem
durationem. ergo non omne viuens habet de-
terminataꝫ peryodum a celo. In oppoſitū
eſt phūs in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo quod

Poſtꝙ̄ p. oñdit ꝙ motus celi factꝰ ſub obliq°
circulo eſt cauſa ꝑpetuitatis ⁊ ſucceſſus genera
tionis. ꝯſequenter ex hoc infert duo corolaria
quorum primum eſt ꝙ eorum que generantur
et corrumpuntur tempus generatiōis eſt equa
le tempori corruptionis. et hoc ſecundū natu-
ram corporis celeſtis. et huius ratio eſt. quia tē
pus acceſſus ſolis generantis eſt equale tempo
ri receſſus eiuſdem et appellat phūs tempus ge
nerationis totum illud tempus in quo res tē-
dit de eſſe imperfecto ad eſſe perfectum. et tp̄s
corruptionis dicitᷣ totū illud tp̄s in quo res di
minuitur et tendit in non eſſe. Eſt tamen ad
uertendum ꝙ ꝙ̄uis hec duo tēpora ſint equa-
lia in qualibet re viuente ſecundū naturam ce
leſtis corporis tñ poſſunt eſſe inequalia prop-
ter aliam et aliam diſpoſitionem materie. ideo
dicit phūs in textu propter confuſionem elemē
torum ad inuicem. id eſt propter aliam et aliaꝫ
mixtionē ꝯtingit tp̄s corruptiōis minus eſſe ꝙ̄
tēpus generationis. Secundū corolariū eſt ꝙ
quodlibet viuens habet peryodum determi-
natam a celo. cuius ratio eſt. Quia omnia
hec inferiora reducuntur in motum celi ſicut in
cauſam primam in genere phiſico. ideo oportet
ꝙ quodlibet determinatᷣ ſecundum eſſe certo
numero reuolutionum motus celi. et hec men-
ſura ſiue menſuratio vocatur peryodus. Di
citur enim peryodus a peri ꝙ eſt circa et odos
ꝙ eſt moderatio ſiue conſonantia. quia omīa
generabilia et corruptibilia menſurantur circa
reuolutionē celi.

## Scienduꝫ eſt ſecundo. quod

non omnes res generabiles et corruptibiles
menſurantur eadem peryodo. ymo quedā mi-
nore et ꝙ̄dā maiore. quibuſdam gᵒ rebus men-
ſura durationis eſt annus. Aliis vero maior.
aliis vero minor. et hoc propter diuerſam pro-
portionem elementorum que eſt alia et alia in
diuerſis ſpeciebus ymo eſt alia et alia in indi-
uiduis eiuſdem ſpeciei. ideo non oportet ꝙ in-
fluentia vel cōſtellatio tribuat eandem dura-
tionem rebus diuerſarum ſpecierum aut eiuſdē
ſpeciei. nam virtus et cōſtellatio celeſtis recipitᷣ
in materia ſecundum modum materie. Ex
quo patet ꝙ ſi quis per aſpectus coniunctio-
nes et coſtellationes ſiderum velit iudicare de
duratiōe alicuius rei oportꝫ ꝙ aſpiciat ad cau
ſas particulares. puta ad cauſas contrarias
impedientes et ad diſpoſitiones materie aut
iudicium ſuum non habebit certitudinem ſuā.
patet ꝙ quelibet materia ſpecifica requirit in
indiuiduis determinatam peryodum duratio-
nis ex parte celi. ſed peryodus in indiuiduis
propter diuerſam diſpoſitionem materie. vt dic
tum eſt. ſicut homo habet pro duratione vite
ſue ſeptuaginta annos vt dicit commentator
et hoc debetur ſibi ratione ſpeciei. ⁊ ita tempus
generationis hominis eſt triginta quinqꝫ an-
norum et corruptionis totidem. ſed tamen pro-
pter aliam et aliam diſpoſitionem. et etiam
propter aliam et aliam cōſtellationem que vi-
get in ortu cuiuſlibet hominis. aut propter di-
uerſam diſpoſitionem loci. aut propter bonam
conſeruationem vel liberum arbitrium vl' pro-
pter malam conſeruationem homo poteſt plus
vel minus viuere. Sit ergo.

## Concluſio reſponſiua ſcilicet

Omne viuens vniuerſaliter ꝙ̄tum eſt ex parte
celi habet determinatam peryodum ſue dura-
tionis. ⁊ ex parte ſpeciei pōt abbreuiari in quo
libet indiuiduo propter aliquam cauſam par-
ticularem. vt dictum eſt. Prima pars patet. qꝛ
motus ſolis ſub obliq° circulo ē prima et prin
cipalis pars generationis cuiuſlibet viuentis.
ergo etiam eſt cauſa durationis viuentium.
conſequentia tenet. quia generatio ibi per ſe
terminatur ad eſſe quod menſuratur duratio-
ne. Secunda pars ſatis ex precedentibus pꝫ.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur. ꝙ duratio cuiuſlibet
viuentis poteſt legi in cōſtellatione vigente ho
ra tempore natiuitatis illius rei et ꝙ̄tum eſt
ex parte celi. ſed poteſt impediri propter aliam
et aliam diſpoſitionem materie vel per liberum
arbitrium. quia vir ſapiēs dominabitur aſtris
vel propter alias circūſtātias particulares. vt
dictum eſt. Ad aliam dicitur ꝙ motus celi
eſt primo cauſa et equiuoca generationis hoꝝ
inferiorum et producit in eſſe hec inferiora me-
diātibꝰ ꝑticularibꝫ agētibꝰ. idō ſicut ꝑducit hec
īferiora ad eē mediātibus agētibꝰ ꝑticularibꝰ

ideo duratio eſſendi determinat᷑ effectibꝰ a celo mediantibus tamen particularibus agentibus. et ideo diuerſis ſpeciebus debentur diuerſi periodi. ſed de indiuiduis eiuſdem ſpeciei generatis in eodem tempore dicitur ꝙ diuerſitas reſoluenda eſt ad diuerſam diſpoſitionem materie et alias circumſtantias particulares que ſub arte cadere non poſſunt. Et hec de queſtione.

Sequitur in textu. Quo circa accidit ꝓpter horum generationem.

**Queritur duodecimo. vtrum** ex parte finis et cauſe mouentis ſit perpetuitas in generationibus et corruptionibus. Arguitur ꝙ non. quia quelibet generatio eſt finita et ſimiliter quelibet corruptio. ergo generationes et corruptiones nō ſunt perpetue. 2° ſic. generationes et corruptiones rerum inceperunt eſſe et deſinent eſſe vt tenet fides catholica. ergo non ſunt perpetue. In oppoſitum eſt philoſophus in penultimo capitulo huius libri. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo. quod** poſtꝙ phūs oſtendit cauſam perpetuitatis ſucceſſiōis generatiōis et corruptiōis ex parte motus ſolis facti ſub obliquo circulo. conſequenter hoc idem demonſtrat ex parte cauſe finalis. et etiam ex parte cauſe mouētis. Pro quo ſit.

**Concluſio reſponſiua: gene**rationes et corruptiōes ſunt perpetue. Probat philoſophus ex parte cauſe finalis. In omnibꝰ enim natura deſiderat quod melius eſt. ſed melius ē eſſe ꝙ non eſſe. ergo natura ſēp deſiderat ipſum. Quedam autem ſunt que ꝓpter nimiā diſtantiam a principio non poſſunt ſemper permanere in ſuo eſſe indiuiduali. ergo oportet ꝙ natura continuet illa in eſſe per continuam generationem indiuiduorum. et per conſequens oportet generationem et corruptionem ſemper eſſe. Unde quia generatio eſt via ad eſſe. et via eſt propinqua termino ideo eſt propinqua generatio ipſi eſſe. cum ergo generabilia non poſſint perpetuari ſecundum eſſe in vno indiuiduo. natura que non poteſt obtinere eſſe perpetuum appetit et accipit illud quod propinquum eſt ipſi eſſe. et hoc ꝑ continuam generationem plurium indiuiduorum. et per iſtam cōtinuam generationem ſaluatur eſſe ſpecificum.

Et ſi arguatur contra maiorem huius rationis. quia deſiderium ſemper videtur ſequi cognitionem. natura autem non cognoſcit. ergo non deſiderat quod eſt melius. Reſpondet᷑ ꝙ deſiderium ſemper ſequitur cognitionem alicuius ſuperioris dirigentis et mouētis naturā in ſuum finem. Sed ſi obiceretur ſi natura directa a principio deſiderat ipſum eſſe tanꝙ finem et illud quod melius eſt. videtur ꝙ eſſe generabilium et corruptibilium ſit finis ipſius dirigentis. et cum ipſum eſſe generabilium ſit extra primum. videtur ꝙ ipſum primū habeat finem extra ſe et alium a ſe quod ē impoſſibile.

Dicendum ergo ꝙ ipſum primum intendere aliquem finem poteſt dupliciter intelligi.

Uno modo ꝙ ipſe finis quem intendit ſit finis ipſius primi. et iſto modo non intendit aliquem extra ſe. Alio modo ꝙ finis quē intendit ſit finis alicuius effectus alicuius mouentis ipſum ad finem et ſic bene intendit aliquid extra ſe tanꝙ finem ſui effectus ordinando vnum ad alterum. et vnamquamqꝫ rem ad perfectionem ſuam. Deinde probatur concluſio ex parte cauſe mouentis ſupponendo ex dictis in octauo phiſicorum. ꝙ ſi motus eſt neceſſe eſt mouens eſſe. et ſi motus ſemper eſt neceſſe eſt ꝙ ſemper ſit aliquod mouens. Et ſi motus ſit vnus et regularis et vniformis. oꝫ mobile eſſe ingenerabile et inalterabile et vnū et eſſe mouens penitus immobile. Et ſi ſint plura regulariter mota oportet ꝙ ſint plura mouētia immobilia habentia tamen ordinem ſub vno primo mouente. His ſuppoſitis arguitur ad cōcluſionem. motus corporum celeſtium et motores eorum habentes ordinem ſub vno primo ſunt cauſa generationis et corruptionis in iſtis inferioribus vt dictum eſt prius. cum ergo motus corporum celeſtium ſint perpetui et ordo perpetuus. ſequitur ꝙ generationes et corruptiones cauſate ab huiuſmodi motibus perpetuis erunt perpetue. Quod autem motus celi ſit perpetuus probat philoſophus in preſenti textu ex parte temporum et generationes et corruptiones eſſe perpetuas dictum eſt in ſexto phiſicorum et in primo de celo. vbi probat ꝙ ſicut non inceperunt nec deſinent eſſe per tranſmutationem naturalem. Et quia philoſophus dicit motum eſſe continuū querit a quo capit motus ſuam continuitatē. aut a mobili vel a termino. Reſpondet philoſophus. ꝙ motus non poteſt habere ſuam continuitatem a termino ad quem. ſicut patet de motu ad qualitatem cuius terminus non eſt continuus niſi per accidens ſcilicet ratione ſubiecti. motus etiam localis non habet continuitatem a loco ſiue ſpacio. quia motus corporis non eſt in loco ſeu per locum. ſed ſolum circa locum. et ita continuitatem non habet a loco. Dicit ergo philoſophꝰ ꝙ motꝰ vniuerſaliter ſumptus ſuam continuitatem accipit a mobili in quo eſt. et tempus a motu. Et de his ſatis viſum eſt in phiſicis.

**Ad rationes ante oppoſitū**

Ad primam dicitur. ꝙ generationes et corruptiones habent perpetuitatem per ſucceſſionem plurium corruptibilium et non per hoc ꝙ vna et eadem generatio ſit perpetua. Ad ſecundam dicitur ꝙ fides noſtra tenet ꝙ motꝰ et tempus et generationes et res omnes inceperunt eſſe per creationem et etiam deſinent eſſe motus tempus et generationes ſimiliter res omnes. ſed philoſophus hic probat ꝙ hec non inceperunt eſſe per tranſmutationem naturalē nec etiam nullo modo deſinent eſſe. et iſta non repugnant ad inuicem. etc.

Sequitur in textu. Quoniam autem in cōtinue motis. etc.

**Queritur tredecimo. Utrū** aliquod corruptum poſſit idem in numero reproduci. Arguit᷑ ꝙ ſic. nam aliqua re corrupta poſſibile eſt eandem materiam remanere et ipſam diſponi eiſdem diſpoſitionibus quibus fuit diſpoſita ante corruptionem eo ꝙ generans manet idem numero. ergo poſſibile ē reproduci corruptū idē in numero. 2° ſic. eadem numero ſunt quorum materia eſt vna ſed eadem manet materia ante corruptionem et poſt. ergo. In oppoſitum eſt phūs in vltimo capitulo huius ſecundi de generatione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ phūs oſtēdit perpetuitatem generationis et corruptionis tam ex parte efficientis ꝙ finis. conſequenter oſtēdit qualis ſit huiuſmodi perpetuitas. vtrum ſcilicet ſecundum rectum vel ſecundū circulum. et circa hoc philoſophꝰ mouet quinqꝫ queſtiones. Prima ē. an omne generabile de neceſſitate generetur. Secunda eſt an generationes perpetuentur ſecundū rectum vel ſꝫꝰ circulū. Tertia eſt vtrum in iſtis generatis de neceſſitate inferat priꝰ ſemper quod eſt poſteriꝰ. Quarta ē quare quedā generabilia reiterātur et quedā non. Quinta eſt preſens queſtio. Pro ſolutiōe prime queſtiōis

**Sciendum eſt primo quod** generabilia ſunt in tuplici differentia. quedā ſunt que habent cauſas neceſſarias. vt ſunt eclipſis ſolis et lune. et in iſtis omne generabile de neceſſitate generabitur. Alia ſunt que habent cauſas determinatas et non neceſſarias ſicut ſunt res naturales inferiores que poſſunt dupliciter cōſiderari. Uno modo in eſſe ſpecifico. et iſto modo omne generabile generatur prout li omne diſtribuit pro ſpeciebus et non pro indiuiduis. Alio mō pnt cōſiderari in eſſe indiuiduali. et iſto modo nullum generabile de neceſſitate generabitur ymo contingenter. Patet ergo ꝙ iſta eſt vera. homo de neceſſitate generabitur. res enim naturales quātum ad eſſe ſpecificum habent cauſas neceſſarias. ſed quantum ad eſſe indiuiduale habent cauſas contingentes. Dicunt autem quidam ꝙ res artificiales nec ī eſſe indiuiduali. nec in eſſe ſpecifico de neceſſitate fiunt. quia dependent ex noſtro libero arbitrio. quod ſe habet ad oppoſita. et ſic patet reſpōſio ad primam queſtionem. Ex quo vlterius patet ſolutio ad tertiam queſtionem. in qua querebatur an prius de neceſſitate poſterius inferat in iſtis generatis. nam in effectibus que de neceſſitate eueniunt prius neceſſario infert poſterius. vt bene ſequitur luna eſt diametraliter poſita inter ſolem et aſpectum noſtrum. ergo eſt eclipſis ſolis. ſol eſt ſupra hemiſperium noſtrum. ergo eſt dies. Sed in hiis que non habent cauſas neceſſarias prius non infert poſterius ſecundum indiuiduum ſed bene ſecundum ſpeciem. Et bene ſequitur. terra eſt depluta. ergo generabitur nubes. ſed non ſequitur hec terra nunc eſt depluta. ergo ex aqua iſtarum generabitur nubes aliqua. ſimiliter prius non infert poſterius abſolute. ſed ſolum ex ſuppoſitione. ſicut etiam in naturalibus contingentibus. Pro ſolutione ſecunde queſtionis in qua querebatur. an generationes ſint perpetue ſecundum circulum aut ſecundum rectum.

**Sciendū eſt ſecundo quod** generatio dicitur circularis cum eadem materia prius fuit ſub aliqua forma et iterum poſt corruptionem eſt ſub eadem forma in ſpecie. cum ergo materia ſit finita et ſupponendo perpetuitatem motus celi. generationes ſint infinite. et ſpecies rerum ſunt infinite. oportet eandem materiam infinities eſſe ſub eadem forma in ſpecie. et nō in numero. et ita generatiōes ꝑpetuant᷑ ſꝫꝰ circulū et n ſꝫꝰ rectū. Et ſi diceret᷑

generatio perpetuari ſecundum rectum .ſed tñ non rediret eadem forma ſecundum numerum nec ſecundum ſpeciem. ſi enim generationes eſſent infinite ſecundum rectum oporteret ſpẽs reꝝ eẽ infinitas et materiã reꝝ eſſe infinitam. quod eſt impoſſibile. Et eſt aduertendum ꝙ in aliquibus reiteratio forme ſecundum ſpeciẽ fit immediate. in aliis vero per plura media et in aliis per pauca. ſicut cum ex aere fit aqua immediate ex ipſa poteſt fieri aer. ſed ſi ex mure viuo fiat cadauer non tamen ex mure mortuo fit viuus. Et ſic patet ſolutio ad ſecundam queſtionem. Sed pro ſolutione quarte queſtionis in qua querebatur. quare aliqua generabilia reiterantur et quedam non.

**Sciendum eſt tertio. quod** illa ꝓprie dicunꝰ reiterari in quibꝰ imediate fit reuerſio ſicꝫ ẽ in elẽtis ⁊ ñ in mixtis et hoc ꝓpꝰ imperfectionem formarum elementorum non requirentium aliquam organiſationem in materia .ſed in mixtis forme ſunt magis perfecte ideo non fit ſtatim reuerſio in ipſis. Uerum eſt tamen ꝙ ex puero generatur vir et econtra. ex viro generatur puer. ſed tamen cum ex puero generatur vir manet eadem ſubſtantia ſecũdum numerum et ſolum eſt tendentia de imperfecto ad perfectum. ſed cum ex puero generaꝰ vir li ex dicit habitudinem cauſe efficientis et non materialis. et ſic pꝫ ſolutio quarte queſtionis. Pro ſolutione quinte de qua querebatur in titulo queſtiõis.

**Sciendũ ẽ quarto ꝙ entiũ** mobilium quedam ſunt quorum ſubſtantia ẽ incorruptibilis ſicut ſol et alii planete. talia mobilia bene redeunt eadem ſecundum numerum vt pote cum redeunt ab oriente in occidentem et econtra. ita etiam poſſet dici de corruptibilibus quando mouentur motu locali .ſed de tali reditu non eſt ad propoſitum .ſed de reditu qui fit per generationem. Sit ergo.

**Concluſio rñſiua: ad queſitum.** Corruptũ non poteſt idem numero reproduci per naturam. Probatur quia ad vnitatẽ motus requiritur vnitas mobilis temporis et forme ſecundum ꝙ eſt motus cum ergo omne quod generatur producatur in eſſe per motũ ſequitur ꝙ vbi non eſt identitas motus non erit idem terminus. et ita non poteſt reproduci corruptum idem numero per naturã. tñ prima cauſa cuius actio non dependet a motu poteſt idem productũ numero reproducere et hoc tenet fides catholica. et ſic patet reſpõſio ad queſitum. ⁊c.

## Ad rationes ante oppoſitũ

Ad primam dicitur licet in generato et corrupto maneat eadem materia remota non tamen eadẽ materia proxima ⁊ propinqua. modo illa dicuntur eadem numero quorum materia proxima eſt vna. et per hoc etiam patet ſolutio ad ſecundam. et hec de queſtione.

Et de toto libro de generatione et corruptione.

Sequitur liber methaurorum.

**De primis quidem igitur cauſis nature et de oĩ motu naturali. adhuc autem de ſecundum ſuperiorem lationẽ perornatis aſtris. et cetera.**



## Circa inicium primi libri methaurorum Queritur primo:

Utrum corpus ſimplex mobile ad formã mixti imꝑfecti ꝓut eſt in via ad talẽ mixtionẽ ſit ſubiectũ huius libri metheororũ. Arguiꝰ ꝙ nõ quia ſubiectũ attributiõis alicuiꝰ ſciẽtie dꝫ eſſe diffinibile cũ diffinitio ſit mediũ ad demõſtrãdũ paſſiones de ſubiecto. ſed corpꝰ ſimplex mobile ad formã mixti imꝑfecti ſecundũ ꝙ hmõi nõ eſt diffinibile cũ ſit quoddã cõplexum. ergo non põt eſſe ſubiectũ alicuius ſcie. 2º arguiꝰ in libro de gñatione determinatũ eſt ſufficiẽter de mobili ad formã et etiã de ipſo determinaꝰ in libris mineraliũ vegetabiliũ plãtarũ et aĩaliũ. ergo nõ eſt propriũ ſubm alicuius ſcie. 3º ſic ſciẽtia denoĩatur a ſubiecto ſed iſta ſcĩa vocaꝰ de impreſſionibus metheorologicis. ergo impreſſio metheorologica ẽ ſubiectũ huiꝰ libri. In oppoſitum arguitꝰ per omnes expoſitores ariſtotelis. Pro reſponſione ad queſtionem.

**Sciendum eſt primo ꝙ iſte** liber methaurorũ eſt quartꝰ in ordine ad alios libros naturalis phie ſicut patet ex diuiſione librorũ naturalis phie ſumpta penes diuiſiones entis mobilis quod eſt ſubm totiꝰ phie naturalis. que diuiſio recitata eſt in pº phiſicorũ. ſimiliter recitata eſt in aliis libris ſequẽtibus. ex qua diuiſione etiã ſatis habetur põt diſtinctõ conſiderationis huius libri a cõſiderationibus alioꝝ libroꝝ. Pro ampliori tñ diſtinctione ſubiecti huius libri a ſubiectis aliorũ librorũ phie naturalis aduertendum eſt. ꝙ vt dictũ eſt iſte liber tenet quartũ ordinẽ inter libros phie naturalis. iõ ſubm huius ſcientie quodã mõ mediũ eſt inter ſubiectũ libri de generatione et mineralium vegetabilium et plantarũ. nã iſte liber ſequiꝰ libros phiſicoꝝ de celo et mundo de generatione et corruptione et precedit alios

**Sciendum eſt ſecundo ꝙ tri**plices ſunt qualitates vt ſufficit ad propoſitũ. Quedã ſunt que ſunt proprie ⁊ generales ipſis elementis ſicut ſunt calidum frigidum humidum et ſiccum graue et leue. modo de corpore mobili ad formas ſubſtãtiales cõſideratas ꝑ ſecundum communem rationem forme ſubſtantialis et ad huiuſmodi qualitates elementorũ naturales. ſ. calidũ frigidum humidũ et ſiccũ ſufficienter determinatum eſt in libro de generatione. Alie ſunt qualitates que primo inſequuntur corpus alteratũ ad huiuſmodi qualitates naturales elementorum cuiuſmodi ſũt inflammatio coagulatio congelatio digeſtio coloratio ingroſſatio ſubtiliatio. et ſic de aliis. ⁊ de corpore mobili ad taleſ qualitatem et proprietatem agitur in iſto libro methaurorum.

Alie ſunt qualitates et paſſiones que conſequuntur corpus alteratum ad qualitates primas corporum non tamen primo ſed ex conſequenti et ſupponunt proprietates et qualitates de quibus agitur in libro hoc et de corpore mobili ad tales qualitates et proprietates agitur in libris ſequentibus hunc librum ſcilicet in libris de mineralibus et vegetabilibꝰ et plãtis et animalibus. in quibus agitur de corpore mobili ad formas ſubſtantiales que ſunt poſteriores formis ſubſtantialibus primorum corporum. quoniam agitur in eis de corpore mobili ad formas ſubſtantiales et proprietates corporum mixtorum animatorum et inaĩatorum. Sic patet ergo ꝙ per corpus mobile ad formam mixti imperfecti prout ẽ in via ad talẽ mixtionẽ poteſt intelligi corpus mobile ad ea que ſequuntur ipſum primo per hoc ꝙ eſt alteratum ad qualitates primorum corporũ ſicut inflammatio et coloratio que ſunt in cometa et accidentibus volantibus et aliis impreſſionibus ignitis. et coagulatio que eſt in pluuia niue vel grandine que eſt corporis alterati ad qualitates aque et ſic de aliis. ſimiliter. ſimiliter ſalſedo que eſt in mari que eſt corporis alterati per calidum ⁊ frigidum. et ſic de ſingulis. Et eſt aduertendum ꝙ corpus mobile ad tales qualitates que ſcilicet ſequuntur ipſum primo ſicut eſt alteratũ aliter eſt ſubiectum ĩ tribus primis libris huius ſcientie et aliter in quarto. quia in tribus primis agitur de corpore ſimplici alterato ad qualitates alteriꝰ corporis prout eſt mobile ad ea que primo ſequuntur ipſum virtute talis alterationis. ſed in quarto agitur de corpore iam mixto vt mobile eſt ad ea que ſequuntur ipſum primo per hoc quod alteraꝰ ad qualitates primorum corporũ. et ideo in quarto agitur de ſpeciebꝰ digeſtiõis indigeſtiõis coagulatõis ⁊ liquefactõis

Ex precedentibus ſatis patet quare in libro hoc nõ agiꝰ de ſpẽbus odorũ et saporũ. quia odores et ſapores nõ inſequunꝰ primo alterationẽ ad qualitatẽ primorũ corpoꝝ. ſed diſponunt digeſtionẽ ingroſſationẽ et liquefactionẽ

Et ſi dicaꝰ ꝙ eadẽ rõe non deberet hic determinare de colore ſicuti nec de ſapore. Reſpondetur ꝙ in colore duo ſunt ſcilꝫ formale quod eſt lumẽ ſiue illuminatio. et hoc mõ de colore determinaꝰ in hº liº Aliud eſt materiale ſcilꝫ quod cõſurgit ex cõmixtione quatuor primaꝝ qualitatũ. et quo ad hoc de colore non determinandũ eſt in hoc libro. ⁊c.

## Sciendum eſt tertio. quod

Iſta ſciētia vocat̄ metheorologica ſiue methaurologica. ꝛ dicit̄ a metha ꝙ eſt trās et ethe ron grece ꝙ eſt videre latine. ꝛ logos quod ē ſermo vel ratio quaſi ſermo vel ratio de ſurſum apparētibus ſcʒ in ſuprema regiōe aeris et in media Et q̄uis aliqua impreſſio fiat infra terraʒ et in īfima regiōe aeris ſuꝑ terrā q꞉ tñ impreſſiones ſurſum genite ſunt nobis notiores et magis apparētes. et ſemꝑ a notioribus imponunt̄ noīa ideo hec ſciētia vocat̄ metheorologica ab impreſſionibus ſurſum.

## Sciendum ē vltimo ꝙ Im

preſſio ſolet multis modis nominari. impreſſio enī noīat aliquid inductū ab aliquo agente exteriori. et hoc pōt eſſe dupliciter. Uno mō accipit̄ impreſſio ꝓ veſtigio relicto in aliquo corꝑe molli facto ab aliquo corꝑe duro ſicut impreſſio ſigilli manet in cera. Alio mō accipitur ꝓ alteratiōe facta ꝑ qualitates primas. Alio mō accipit̄ ꝓ effectu derelicto per hmōi alterationē et iſto mō accipiēdo impreſſionē cometa nix grando glacies et pluuia vocant̄ impreſſiones. et etiā cū dicit̄ ꝙ iſte liber eſt de impreſſionibus metheorol̄. Dūs notatis ſit.

## Concluſio reſponſiua ad .q.

Corpus ſimplex mobile ad formā mixti imperfecti. put eſt in via ad talē mixtionē eſt ſubiectū iſtius ſciētie. Probari poteſt 2° per diffinitōʒ ſubiecti alicuius ſcientie.

## Dubitatur primo. Qualiter

intelligitur dictū phī in ꝓhemio huius libri in quo dicit ꝙ ea que accidūt in regione elementoꝝ ſecundū naturā inordinatiorē accidūt. que ſit ea natura que ē primi elementi corpoꝝ ſcʒ celi quod ibidē dicit̄ elemētū nō ꝙ ſubſtantialiter cōpoſitionē rei ingrediat̄ ſed ſolum virtualiter

Uidet̄ ei ꝙ dictum illud phī ſit falſum. q꞉ ea que accidūt in celo nō accidūt inordinate. ergo ea que accidūt hic inferius nō accidunt ſecundū naturā inordinatiorē ſcʒ eā q̄ eſt in celo quia cōꝑatiuus preſupponit poſitiuū. Reſpondetur in illo dicto capit̄ inordinatum pro minus ordinato. Et ſi querat̄ cauſa illius dicti. Rñdet̄ ꝙ hoc venit ex parte materie iſtoꝝ inferioꝝ que eſt cōtrarietati ꝛ priuationi admixta. iō nō ſemꝑ obediūt diſpoſitioni virtut̄ corpoꝝ celeſtiū. Sed qñqʒ ꝑ cōtrariā diſpoſitionē reſiſtūt. ꝛ ideo ſepe hic inferi⁹ aliqua inordinate eueniunt quod tñ in celeſtibus nō poteſt venire.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicit̄ ꝙ ad hoc ꝙ aliquod ſit ſubiectū alicuius ſcientie ſufficit ꝙ ratio formalis ſub qua querit̄ ſubiectū in illa ſcientia ſit ſimplex. et ita poteſt dari exemplū de ſubō perſpectiue quod eſt linea viſualis et eſt quoddā ꝯpoſitū ex determinatōe ꝛ determinabil̄. q꞉ determinatio ſignificat formā a qua ſumit̄ ſimplex ratio formalis ſub qua cōſiderat̄ illud ſubiectum. ideo illud totum compoſitū bene pōt eſſe ſubiectū ī hoc libro. et hoc ē quod dicit̄ ꝙ ſubō huius ſciētie ſub ratione formali ſecūdū quā cōſiderat̄ nō eſt nomē impoſitū. Ad ſecundā pʒ ſolutio ex dictis. nā in libro de gñatione agit̄ de corpore mobili ad formam in qua ſiue ſit ſubſtātialis ſiue accidētalis. Ad tertiā dicit̄ ꝙ nō ſemꝑ oʒ denoiare ſcientiam a ſubiecto ſed qñqʒ a forma et a materia. ꝛc̄.

Sequit̄ in textu. Quoniam autem determinatum eſt. ꝛc̄.

## Queritur ſecundo. Utrum

Neceſſe ſit hunc mundū inferiorem eſſe ꝯtinuū lationibus ſuꝑioribus vt tota virtus eius gubernetur inde. Arguit̄ primo ꝙ nō. q꞉ cōtinuoꝝ eſt vnus et idē motus. ſed mūdi et celi nō eſt idē motus. ꝛc̄. 2° ſic. continua ſunt eiuſdē ſpeciei et eiuſdē nature. ſed mundus inferior et ſuperior non ſunt eiuſdē nature. q꞉ corruptibile et incorruptibile differunt plus ꝙ gñe ergo. ꝛc̄. 3° ſic intellectus et volūtas ſunt virtutes alicuius in hoc mundo exñtis. et tñ non gubernātur per celi virtutē. Tum pͥo cū ſint virtutes innaturales non poſſunt ſubiacere virtuti celi que naturalis eſt. Tum 2° quia homo dicit̄ dñs ſuoꝝ actuum per liberꝝ arbitriū quod nō eſſet ſi voluntas eius volūtati celi ſubiaceret. Tum 3° q꞉ dicit Ptholomeus ꝙ vir ſapiens dñabitur aſtris. qd̄ non eſſet ſi volūtas eius et virtus ſubiaceret gubernatōi celi. 4° ſic ſi omnis virtus hic inferius exñs gubernaret̄ ab ipō celo cū virtus celi ſit naturalis et ſemꝑ eodē mō ſe habēs ſequeretur ꝙ omnia hic inferius exiſtentia immobiliter et ſemꝑ eadē euenirēt. et ꝑ ꝯñs tolleret̄ contingentia rerum caſus et fortuna. Ultio ſic. gubernare eſt alicuius intelligentis et prouidentis ſed celum non eſt intelligens aut prouidens cum ſit quoddam inanimatū. ergo non gubernat hec inferiora. Ad oppo° eſt phūs in textu. dicēs ē aūt ex neceſſitate cōtinu⁹ iſte lationibus ſuperioribus. vt omnis ipſius virt⁹ gubernetur. Inde pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo quod

Ariſtoteles promiſit ſe tractaturū de impreſſionibus metheauroꝝ. cōſequenter in iſto tractatu exſequi. oſtendendo primo que ſunt cauſe





materiales finales efficientes et remote hmōi impreſſionū. Pro cuius oſtēſione ſupponit ex dictis in libro de celo et mūdo eſſe quinqʒ corpora ſimplicia quorū primuʒ ē ipſum celū quod a phis quinta eſſentia nūcupatur et a quibuſdam mundus ſupior. Alia aūt ſunt quatuor elementa quoꝝ numerus inueſtigatus eſt in 2° de celo ex parte qualitatū motiuarum et a ſpeciebus motus recti. a numero cōbinationis vtilis quatuor qualitatum primarꝝ. et ex iſtis quatuor elementis tāꝙ ex primariis partibus et ex mixtis tanꝙ ex partibus ſecundariis conſtruitur iſte mundus ſenſibilis qui inferior dicitur. et iſta quatuor elemēta ſunt illa quoꝝ in libro iſto inquirenda ſunt accidentia et alique paſſiōes. ſcilʒ ille que ſequunt̄ primo aliquod iſtorum per hoc ꝙ eſt alteratū a qualitatibus alicuius elemēti. Ex quo pʒ ꝙ ipſa quatuor elementa et precipue duo inferiora ſcilʒ aqua et terra ſunt materia remota impreſſio⁹. ſunt etiam bene locus generationis aliquaruʒ ſcilʒ aer et ignis. Licet etiā quodā mō naturaliter concurrant ad gñationē aliquaꝝ impreſſionū magis tamen ſe habent vt locus generationis ipſarum. celū autē per ſuū motum ꝛ influentiā eſt cauſa efficiens prima et remota omnium impreſſeonum metheorologicaꝝ.

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ lʒ

Latio aliquādo capiatur pro motu locali. tñ in titulo queſtionis debet capi paſſiue pro relata vt idem ſit latio ſuperior ꝙ celū circulariter motum ſiue latum.

## Sciendum eſt tertio. quod

Uirtus in propoſito debet capi pro virtute corporea materiali et ſenſibili. q꞉ cum virtus celi ſit corporea et materialis licet ſit corporis incorruptibilis et igñabilis nō poteſt tñ per ſe et immediate agere et directe in aliquod inferioruʒ corporū. q꞉ trāſiret ſuū genus.

## Sciendum eſt vltimo quod

Gubernare nihil aliud eſt ꝙ aliquid in ſuum finem et optimum dirigere et ipm̄ in habito fine in ſpecie cōſeruare. Ex quo pʒ ꝙ tirānus non debet dici gubernare rem publicaʒ. q꞉ oīa ordinat in ſuū bonū et nō in bonū rei publice et ſuorum ſubditorum. Unde aduertēduʒ eſt ꝙ celum agit in hec inferiora triplici inſtrumento ſcilʒ motu lumine et influentia. celum enim per ſuū lumē et motū et precipue planete cauſant calorem in hiis inferioribus. vt dictuʒ eſt in 2° de celo. Quod etiā celū agat per influentiā in hec inferiora. patet q꞉ infra terraʒ generant̄ multi et varii effectus. vbi tamen lumen ꝛ motus celi pertingere nō poſſunt. oportʒ ergo vt ibi attīgat aliqua influētia ſpiritualior lumine. Dūs premiſſis ſit.

## Concluſio prima. Celum

per ſuum motuʒ regit hec inferiora. q꞉ motus ipſius celi eſt primus oīum motuū. vt habetur octauo phicoꝝ. ſed primū in vnoquoqʒ genere eſt cauſa oīuʒ q̄ ſunt poſt in illo genere vt pʒ per regulā methaphiſicalē. ergo motus circularis eſt cauſa oīum motuū et operationū corporū inferioꝝ. Iterum motus celi eſt perpetuus et incorruptibilis. motus aūt iſtoruʒ inferioꝝ eſt finitus et difformis. ſed omnis motus finitus et difformis reducit̄ in motū finituʒ et vniformem. ergo ꝛc̄. Item omnes operationes iſtoꝝ inferiorū quandoqʒ ſunt et qñqʒ nō ſunt. ergo reducunt̄ ad motū celi qui ſemꝑ eſt

Ex quo ſequit̄ ꝙ celū ſuo motu dirigit oīa hec corpora inferiora in ſuos fines ordinatos et determinatos. igit̄ ꝛc̄.

## Concluſio reſponſiua. Ne

ceſſe eſt hunc mundū inferiorem eſſe contiguū ipſi celo ſic ꝙ non interſit vacuū vt omnis virtus materialis ꝛ corporea eius inde gubernet̄. patet q꞉ iſte mundus inferior et omīs eius virtus dirigit̄ in ſuis operationibus et motibus dirigit̄ inꝙ et ordinatur in ſuum fineʒ debitū atqʒ naturalem ꝑ contactū virtutis celi ſcilʒ ꝑ lumē et influentiā. ſed talis virtus non poteſt multiplicari per vacuū cum ſit accidentalis. et ita requirit ſubiectū. et ita neceſſe eſt hunc mūdum inferiorē eſſe cōtiguū ſuperioribus lationibus ſiue celo. vt omīs virtus huius mundi ꝑ influentiā celi in ſua operatione et motu dirigatur et ordinetur in finem. Et per hoc patet reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ duplex eſt continuum quoddā eſt continuū per qualitatem cuius ſcʒ extrema ꝑtium qualitatem habētiū ſunt vnuʒ ꝛ ſic ñ capit̄ hic ꝯtinuuʒ. et de illo verificat̄ maior ꝓpo° rōis. Alio mō accipit̄ ꝯtinuū non ꝑ quātitatem ſed per virtutē ꝓ corpore habente vnam et eandem in omnibʒ ſuis partibus virtutē. et iſto modo iſte mundus ſenſibilis continuatur in ſuis ꝑtibus et proprietatibus celo ꝑ virtutē ipſius celi vnam datā omibus hiis inferioribus ex ꝑte ſui. Alii aliter dicunt ꝙ hic capitur ꝯtiguum pro ꝯtinuo et in hoc verū dicūt ex parte ꝙtitatis. Sed videtur ꝙ phūs intendat de continuitate virtutis. et per hoc etiā pʒ ſolutio ad ſecūdam. Ad tertiā pʒ ſolutio ex dictis. quia dictū eſt ꝙ virtus capitur pro virtute materiali ꝛ corporali Ad quartā negat̄ ꝯſequentia et cauſa ē. quia q̄uis virtus celi ſit

immobilis ex parte celi tamē recipit mobiliter in illis inferioribus. qꝛ receptū eſt in recipiēte ad modū recipientis. et ita non ſequitur ꝙ oīa eueniant immobiliter. Ad quintā dicitur ꝙ gubernare eſt actus alicuius intelligentis vel moti ab intelligente. et ita celum motū ab intelligentia intelligente et mouente poteſt regere et gubernare hec inferiora. Et hec de qōe.

Sequitur in textu. Reſumentes igitur eas que a principio.

## Queritur tertio Utruꝫ vnuꝫ

Elementū naturaliter ſit locatū in cōcauo alterius et ipſe ignis in cōcauo orbis lune. Arguit ꝙ non. qꝛ quodlibet elementū cuilibet elemento eſt cōtrariū. ſed vnū contrarium non eſt locus naturalis alterius. ergo ꝛc. 2º ſic. terra non eſt locata in concauo aque qꝛ infra terraꝫ generantur aque et etiā magna pars terre eſt diſcoperta aquis. ergo ꝛc. 3º ſic ignis eſt nobilius elementum. g° naturaliter debet locari in loco nobiliori. ſed locus nobilior eſt locus medius. ergo ignis eſt in medio et non in cōcauo. In oꝰ ē phūs in textu ꝑ rūſioe ad q̄ſitū.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

quam phūs oſtēdit ꝙ celum cū ſuis luminibꝰ et influentiis eſt cauſa efficiēs remota oium impreſſionū metheorologicaꝝ. et ꝙ iſte mūdꝰ ſenſibilis qui cōſtituitur ex elemētis tanꝗ̄ ex primariis ptibus eſt tanꝗ̄ cauſa materialis et remota ipſarum. ꝯſequenter agit de numero ordine et ꝗ̄titate et ſitu elementorū multa ſupponendo ex determinatis in libro de celo. et in libro de generatione. acreſumendo quaſi eadem que ibi fuerunt determinata. ideo dicit in principio capituli reſumentes igitur eas que in principio poſitiones. Sit igitur.

## Concluſio prima Celum eſt

alterius nature ſubſtātialis ab igne et ab aliis elementis. Probatur quia celum eſt ingenerabile et incorruptibile. ſicut probatū eſt in primo de celo. ſed ignis et alia elementa ſunt ingenerabilia et corruptibilia. vt patet ex motu eorum. ergo concluſio vera. Unde celuꝫ ab antiquis vocatum eſt ether quaſi ſempiterne currens. et quia de hoc alias dictum eſt ſcilicet in libro de celo. ideo dicit phūs ꝙ vtile eſt non ſemel neqꝫ bis eaſdem opiniones reiterare hominibus. ſed infinities. ideo vulgariter dicitur ꝙ infinities redibunt eedē opiniones.

## Concluſio ſecunda medium

inter celum et terrā non eſt tantū ignis. Probatur. quia cum terra ſit modice ꝗ̄titatis ymo quaſi nullius in ordine ad celum ſi totum ſpacium quod eſt inter celū et terram eſſet repleū igne ſequeretur ꝙ ipſe ignis cum ſit maxime actiuitatis tandem conuerteret totam terraꝫ modice quantitatis in ſui naturam.

## Concluſio tertia medium in

ter terram et ignem non eſt tantum aer. Probatur quia tunc ipſe aer non ſeruaret proportionem debite quantitatis ad alia elementa. ꝙ ſic patet. quia qualis eſt proportio in elemētis ſecundum quantitates partis ad partem talis debet eſſe proportio totius ad totum. Conſtat autē ꝙ aqua in decuplo eſt rarior ꝗ̄ terra nam ex vno pugillo terre fiunt decem aque. aer etiam in decuplo rarior eſt aqua. quia ex vno pugillo aque fiunt decem aeris. ignis etiā in decuplo eſt rarior aere. ideo ex vno pugillo aeris fiunt decem ignis. ipſe ergo aer in centupla proportione eſt maior tota terra. et in decupla proportione eſt maior tota aqua. ſed ſi inter terram et ignem eſſet tantum aer ipſe excederet terram in maiori proportione quam in centupla et ſic non eſſet equalitas totius ad totuꝫ et partis ad partem. Item cum elementa contrarientur ad inuicem. neceſſe eſt inter ea eſſe quandam equalitatem vt ſaluentur in eſſe. ſed talis equalitas non poteſt eſſe ſecundum quātitatem cum vnuꝫ ſit rarius altero. igitur talis equalitas debet eſſe ſecundum virtutē. vt ſcilꝫ equalis ſit reſiſtentia vnius virtutis actiue alterius. ſed hoc non poſſet eſſe niſi inter ea eſſet certa proportio quantitatis ſecundum quam vnum excedit aliud in certa quantitate. ſed ſi aer ſolum mediaret intꝰ terram et ignem nō ſeruaretur iſta certa proportio. oportet igitur inter ignem et terram mediare duo elementa quoꝝ vnum conueniat cum igne in vna qualitate ſcilicet aer. et aliud cum terra in alia qualitate ſcilꝫ aqua. Ex iſta concluſione patet numerus elementorum. Patet etiam quantitas cuiuſlibet elementi. nam aqua vt dictum eſt in decuplo eſt maior tota terra. et aer in decuplo eſt maior aqua. et ignis in decuplo maior aere et ignis eſt maior in milleculplo. Nec tñ ex hoc ſequitur ꝙ ignis qui eſt maioris actiuitatis et quantitatis conuertat cetera elementa in ſui naturam quia. elementa ſic diſpoſuit deꝰ glorioſus. vt ea que ſunt maioris actiuitatis ſint minoris reſiſtentie ne vnuꝫ ſufficiat aliud totum in ſui naturaꝫ conuertere nec ambo 3ᵘ.

Patet vlterius ꝙ habita quantitate terreq̄ determinata eſt in ſecundo de celo faciliter poteſt ſciri quantitas vniuſcuiuſque elementi.

## Concluſio quarta et reſpon

ſiua ad queſituꝫ. Ignis naturaliꝰ locatur in cōcauo orbis lune et aer in ꝯcauo ignis. et aqua in concauo aeris. et terra in concauo aque. Probatur quia celū motu ſuo et lumine eſt cauſa caliditatis in materia ſuſceptibili ꝛ cum omne agēs fortiꝰ agat in ꝓpinquū ꝗ̄ in diſtās ſequitꝰ ꝙ ī materia ſuſceptibili ſibi ꝓpiqua cauſat maiorē calorē. ꝛ cum maximꝰ calor ſecū nō compatiatur humiditateꝫ qꝛ totaliter ꝯſumit eaꝫ. ſequitꝰ ꝙ in tali materia cauſat maximuꝫ calorē cum ſiccitate. et per conſequens in materia ꝓpinqua cauſat ignem. qꝛ ille ſunt diſpoſitiones naturales ignis. et cum virtus celi generatiua caloris per maiorem diſtantiam ab ipſo celo efficitꝰ debilior ſequitur ꝙ in aliqua certa diſtantia gñat calorē tempatū nō expellenteꝫ humidū facit tamen ipm fluere a centro ad circunferentiā. ergo immediate poſt ignem generatur aer ꝯñtia tenet quia ille ſunt diſpoſitiones naturales aeris. Et quia adhuc per maiorem diſtantiaꝫ adhuc magis debilitatur virtus generatiua caloris ſequitur ꝙ in maiori diſtantia ſic eſt deficiens talis virtus ꝙ nō plus ſufficit generare calorem ſed incipit virtus generatiua frigiditatis ſed tamē qꝛ adhuc nō maxime diſtat a celo ideo talis frigiditas non ſufficit totaliter deſtruere humidum facit tamē ipm fluere a circunferentia ad centrum. ſequitur g° ꝙ vbi deficit virtus generatiua aeris generatur aqua. tenet conſequentia quia ille ſunt diſpoſitiones naturales aque. Poſtremo in maxima diſtantia eſt virtus generatiua magne frigiditatis que totaliter deſtruit humidum. ꝛ ita ſub aqua vbi deficit virtus generatiua aque generatur terra que eſt frigida et ſicca. Patꝫ ergo ꝙ vnum elementum naturaliter locatur in concauo alterius vt ignis in concauo orbis lune. quia vnum elementum naturaliter ibi eſt vbi incipit virtus generatiua ipſius. ſed in cōcauo vnius elementi incipit virtus generatiua alterius vt oſtenſum eſt. et in concauo lune incipit virtus gñatiua ignis. ergo cōcluſio vera.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicendum ē ꝙ non eſt inconueniens in vno loco putaꝫ in concauo vnius elementi eſſe duas virtutes contrarias. vnam vt deficientem. et alteram vt incipientem. pro quanto enim in concauo vnius elementi incipit virtus generatiua alterius concauum elementi eſt locus illius alterius. Ad ſecundā dicitur ꝙ ſi elementa eſſent ordinata et diſpoſita ſecundum ſuas naturas proprias et particulares tota terra eſſet cooperta aquis. ſed ſecundum naturam communem vna pars aque ſcꝫ quarta pars eſt diſcoperta propter ſalutem quorundam animalium que non poſſunt viuere in aqua. et propter eandem cauſam gñantur fontes in terra ſcilicet propter ſalutē aīalū. Omnia aūt iſta ſunt ſupra naturā particulareꝫ elemēti ſed ſunt ſecundū naturam cōmunem que intēdit bonū totius vniuerſi. Ad tertiā dicitur ꝙ ignis locatꝰ in medio virtutis ſed nō in medio magnitudinis vt dicebatꝰ. 2° de celo Auctoritas allegata poſt opoꝰ eſt ꝑ dictis. ꝛc.

Sequitur in textu. Reliquum autem perſcrutantes. ꝛc.

## Queritur quarto. Utrum

Motus localis ſit calefactiuus. Arguitꝰ ꝙ nō. omne quod fit fit a ſibi ſimili vt habetur ī 7° methaphiſice. ſed motus localis nō eſt ſilis caliditati. ergo ꝛc. 2° ſic gñare attribuitur perfectioni vnumquodqꝫ enīꝫ ē ꝑfectū cū pōt facere vnū tale quale ipm eſt vt habetur in p° huius. ſed oīs motus eſt actus imꝑfectus qꝛ entis imꝑfecti. vt habetꝰ. 3° phicoꝝ. ergo motꝰ localis nō eſt gñatiuus caliditatis. 3° ſic ſi ſic ſeq̄retur ꝙ ꝗ̄to aliquid eſſet frigidius tanto eſſet grauius. et ꝗ̄to eſt grauius tanto velociꝰ deſcendit. et ꝗ̄to velocius deſcendit velocius calefacit. ſed motus localis calefacit. ergo de primo ad vltimum ſequitꝰ ꝙ ꝗ̄to aliquid eſt frigidius tanto eſt calidius. Deinde arguitꝰ ꝑ experientiā. videmꝰ enim aliqua calida ꝑ motū localē refrigerari ſicut pꝫ in polimentario et coquo qui multū ſtetit iuxta ignem currit extra vt refrigeretur. Item videꝰ ꝙ aqua ſtans citius calefit ꝗ̄ aqua mota. hec aūt non contingerent ſi motus localis eſſet calefactiuus.

In oppoſitū eſt phūs in textu. Pro quo.

## Sciendum ē primo. ꝙ poſt

quam phūs determinauit de numero ſitu et ꝗ̄titate elementoꝝ conſequenter oſtendit qualiter generatur caliditas in regione elementari.

## Sciendum ē ſecundo ꝙ pñs

queſtio nō habet difficultatem ꝗ̄tum ad quia eſt quia experientia ſatis docet veritatem ſcilꝫ partem affirmatiuā. ſed ꝗ̄tum ad quid et quo modo habet difficultatem quod eſt ex varietate opinionū circa hanc materiā. que licet multe ſint due tamen ſunt famoſiores que ſibi inuicē non vedentur eſſe repugnantes. Prima eſt opinio ſancti Thome dicētis ꝙ motus localis de per ſe et non de per accidens habet calefacere. et fundatꝰ in maxīa methaphiſicali. ꝙ primū in vnoquoqꝫ gñe eſt cā oium q̄ poſt ſūt in illo gñe. cū ergo motꝰ localis ſit primꝰ omniū motuū ſequitꝰ ꝙ eſt cā ꝑ ſe oīs alterꝰ motus. ꝛ ꝑ ꝯñs ꝙ eſt cā alterationis. ꝛ qꝛ inter qualitates inter quas fit ꝑ ſe alteratio caliditas eſt prima et magis actiua. ſequitꝰ ꝙ motꝰ localis eſt prius cā calefactiōis ꝗ̄ cuiuſcūqꝫ alteratiōis. cū hoc

tamen ſtat ꝙ ſit cauſa aliarum alterationum
ſecundum ꝙ corpus mobile eſt magis vel mi⁹
diſpoſitum ad alias qualitates alteratiuas.
Si tamen corpus mobile aut corpus iuxta qd'
fit motus localis ſit calefactibile magis habet
ꝙ ſit calefactiuus talis corporis ꝙ̄ alterius ſ₃ᵒ
aliam alterationem. Unde licet celū veloci⁹
moueatur nō tamen ſequit' ꝙ ipſūmet calefiat
quia non eſt ſuſceptiuū caliditatis ſed tñ corp⁹
iuxta quod mouet' quod eſt ſuſceptibile calorꝭ
calefit per motu₃ ipſius celi. calefit etiam quia
mouetur localiter ad motū ipſius celi. Sed
contra hanc opinionē obiciunt quidā dicētes
ꝙ ſi hec opinio habeat apparentiā de motu cir
culari locali celi qui eſt principium oium. non
tamen ſufficienter reddit cauſam quare motus
localis alicuius alterius corporis ſit calefacti⁹
illius corporis in quo eſt motus aut alterius
iuxta quod mouetur. Sed ſuſtinendo hanc
opinionem poteſt dici ꝙ etiam motus localis
cuiuſlibet alterius corporis inter motus cōue-
nientes illi corpori eſt prior ſecundū viam per-
fectionis. ſed ſecundū viam gñationis ſit poſte
rior. et ita per predictam maximā poteſt eſſe cā
aliorum motuū in alio corpore. Sed adhuc
obiciunt de motu violēto calefactiōis corporꝝ
qui tamen poſterior eſt ſecundu₃ naturā motu
naturali vt habetur in pᵒ phicorꝝ. Ad hoc
poteſt dici ꝙ l₃ mot⁹ violētus in ordine ad mo
tum naturale₃ ſibi oppoſitū ſit poſterior ſecūdū
naturam. tamē ratione eſt prior. quoniam eſt
entis iam perfecti. et ita mot⁹ localis ſimplici-
ter eſt perfectior et prior. Et ſic patet quo modo
poteſt ſuſtineri hec opinio que vera eſt. Ali⁹
eſt modus dicendi Alberti dicētis qn̄ aliquod
mobile localiter eſt paſſibile et ſuſceptiuum pere
grinarū impreſſionum tunc motus localis di-
ſtrahit quodāmodo partes et diſtrahendo rare
facit. et rarefaciendo calefacit. et ita motus lo
calis qui eſt collectiuus et contrarius partium
corporis mobilis ex conſequenti habet ꝙ ſit ca
lefactiuus dummodo mobile ſit paſſibile. Et
iſte modus dicendi non repugnat vt videtur
opinioi ſancti Thome. quia Albertus magis
videt' applicare modū per quē motus localis
calefacit ꝙ̄ aſſignare cauſam cur ſit calefactiu⁹
S₃ ſctūs Thomas aſſignauit cauſam et non lo
quitur de modo et ita vna opinio bene ſtat cu₃
alia. Si ergo querat' de motu locali quare
eſt calefactiuus pōt aſſignari ratio ſancti Tho
me. ſed ſi querat' de modo per quem calefacit
poteſt aſſignari ratio Alberti. Multe autē alie
ſunt opiniones de cauſa quare motus localis
eſt calefactiuus. ſed quia dicte due opiniones
videntur ſufficienter aſſignare modum ⁊ cauſa₃
quare eſt calefactiuus ideo alie dimittuntur.

## Concluſio rñſiua.

motus lo
calis eſt per ſe calefactiuus. patet ſatis ꝯcluſio
per explanationē duarū opinionū predictarꝝ.

## Dubitatur primo Iuxta. t:

Utrum ignis et ſuprema regio aeris naturali-
ter moueantur motu circulari Reſpondetur
ꝙ ſecundum naturam propriam non mouētur
circulariter. quia vnius corporis ſimplicis eſt
vnus motus ſimplex. modo ignis et aer mo-
uentur motu recto. ergo non motu circulari.
Et ſi moueantur motu circulari hoc tamen nō
eſt contra naturam. quia nihil quod eſt a ſupe
rioribus ad inferiora eſt contra naturam infe-
riorum. ſed mouentur circulariter ſecundu₃ na-
turā quod eſt q₂ vnūquodq₃ mobile natū eſt
obedire ſuperiori mouēti. Quod aūt moueant'
circulariter experientia docet de motu comete.
q̄ ſ₃ᵒ oēs eſt ex natura elentari. generat' eni in
ſuprema regione aeris verſus ignem vt poſtea
videbitur et tamen ad ſenſum manifeſtum eſt
ꝙ mouetur circulariter. quod tñ non eſſet niſi
quia ſuprema regio aeris et ignis mouerentur
circulariter.

## Dubitatur Secundo Que

ſit cauſa ꝙ ſic moueātur. Ad hoc poteſt dici
ꝙ vnumquodq₃ naturaliter mouetur inſequē
do ſuam perfectionem. modo locatum ſe habet
ad locū vt ad ſuam perfectione₃. cū ergo ignis
ſit in concauo lune vt in ſuo loco naturali. et ſi
militer ſuprema regio aeris cum ſit in cōcauo
ignis. ſequitur ꝙ inſequendo ſuū locum mouē
tur circulariter ſicut et ipſm celum. Uel pōt
dici ſicut dictū eſt ꝙ naturaliter obediunt ipſi
celo ꝙ̄tum ad ſuum motū. Uel poteſt dici
ꝙ celum ꝙ̄tum ad eius motum influit in ipſis
quādā virtutē per quā ꝯueniunt ipſis ſic moueri.

## Dubitatur tertio Utrum lu

men ſit de ſe calefactiuum. Reſpondetur ꝙ
ſic. et hoc ſatis patet experientia in radiis refle-
xis. vt in ſpeculis cōburentibus, tamen lux nō
eſt caliditas. ymo ſunt ſpecies differētes. q₂ ca-
liditas eſt qualitas propria in corporibus gña-
bilibus et corruptibilibus. ſed lux eſt qualitas
propria ſuperiorꝝ. ſcil₃ celi.

## Dubitatur quarto Utrum

ſol qui eſt maxime lucidus ſit maxime calidus.
Reſpondetur ꝙ nō. et hoc apparet ꝑ ſignū
quia ſol apparet albus ⁊ nō igne⁹ aut rubeus
q̄ ſunt proprietates formaliter calidi. Sol aūt
nō eſt formaliter calidus ſed virtualiter. Diſtin
guitur aūt formaliter calidum a virtualiter ca-
lido per tactū. q₂ virtualiter calidu₃ nō ꝑcipit'
per tactum. ſed ſolum formaliter calidu₃ tactu
percipitur. lux aūt ſiue lumen non eſt qualitas
tangibilis. ergo. ⁊c.

## Ad rationes ante oppoſitu₃

Ad primā dicitur ꝙ omne quod fit per ſe
ab agente vniuoco fit a ſibi ſimili ſecundum
ſpeciē. ſi aūt fit ab agente equiuoco fit a ſibi ſi-
mili ſecundum virtutem. motus autem loca-
lis eſt cā caliditatis equiuoca et nō vniuoca.
Ad ſecundam dicitur ꝙ licet motus localis
ſit imperfectus inꝙ̄tum eſt motus. tñ in ordine
motuū eſt perfectior. Ad tertiā negat' ꝯñtia
quia ibi arguit' in hiis q̄ ſunt per accidens in
quibus non valet ꝯñtia de primo ad vltimū.
Ad experientias dicit'. ad primā dicit' ꝙ cor-
pora calida mota efficiunt' frigida per accidēs
ſcil₃ per aduentū corporis frigidi. Ad alia₃
dicitur ꝙ aqua ſtans ſub radiis ſolaribus ma
gis calefit ꝙ̄ currens. quia radii luminoſi lucis
plus manent ſupra eandē aquā ſtantē. ſed tñ
ceteris paribus aqua currens eſt calidior ꝙ̄ a-
qua ſtans. ſcimus enim ꝙ facilius et prius cō
gelatur aqua ſtans ꝙ̄ currens. Sequitur in
textu. Oportet autem intelligere.

## Queritur quinto: Utrum

Media regio aeris ſit ſemꝑ frigida. Arguit'
ꝙ nō quia nullū violentū perpetuo durat. ſed
media regio aeris eſt frigida violente cum aer
ſit naturaliter calidus et humid⁹. ergo nō pōt
eſſe frigida ſemꝑ. aliter nāq₃ nō multū durar₃.
2ᵒ ſic. infima regio aeris eſt calida. ergo
⁊ regio media. Probatur ꝯñtia. quoniā me
dia plus accedit ad celū et ad ignem ꝙ̄ infi-
ma. 3ᵒ ſic. ſi media regio eſſet frigida cum
frigidū naturaliter ſit graue ſequit' ꝙ deberet
deſcendere deorſum. ſed non deſcēdit. ergo nō
eſt frigida. In oᵒ ē phūs in textu. Pro R.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs declarauit de numero quātitate et ordi
ne elementorū. et oſtendit qualiter generat' cali
ditas in regione elemētari. ꝯñter agit de diſtin
ctione aeris per regiones que quidē diſtinctiō
ſumitur ſecundū diuerſas cōplexiones qualita
tū actiuarꝝ ⁊ paſſiuarꝝ que reperiūtur in diuer
ſis partibus aeris. Pro quo.

## Sciendu₃ eſt ſecundo ꝙ Ce

lum per motum ſuū et lumen eſt cā caliditatis
in regione elementari vt dictū eſt prius. et pro-
pter hoc ſuprema ps aeris que propinqua eſt
celo et igni eſt calida et ſicca. adeo vt ſit altera
ta et diſpoſita ad qualitates ignis ꝙ propter
hoc vocatur eſtus. et illa portio vocatur ſuꝑ-
ma regio aeris. et durat ſiue extēditur vſq₃ vbi
ſufficiunt radii ſolis et motus celi cauſare calo
rem intenſum et non debilem. Deinde quia
radius rectus qñ reflectitur ab aliquo efficitur
fortior vt patet in ſpeculis cōburentibus. ideo
in infima regione aeris q̄ eſt ꝓpe terram a qua
reflectunctur radii ſolis ex tali reflectione quē
generatur ſatis notabilis caliditas. et ideo
illa regio aeris eſt calida et humida et extēdit'
vſq₃ ad locū vbi deficiūt reflexiōes radioru₃
ſolis et ibi incipit media regio aeris. q̄ ꝓtēdit'
vſq₃ ad locū in quo deſinit ſuprema. et hmōi
regio aeris eſt frigida et humida. et qñ₃ eſt ma
ior qñ₃ minor ſecundū diuerſa tēpora ſecūdū
ꝙ in diuerſis temporib₃ maiores aut minores
fiunt reflectiōes radiorū ſolis a terra.

## Sciendum eſt tertio. quod

De cauſis frigiditatis medie regionis aeris
diuerſi diuerſimode dicūt. quidā dicūt ꝙ eſt fri
gida per priuationē cauſarꝝ caliditatis ſupre-
me et infime regionis aeris. S₃ ꝙ̄uis hoc ali-
quid faciat ad frigiditatē eius nō tñ ſufficit.
Tum pᵒ quia aer de ſui natura eſt calidus
et huidus. Tū 2ᵒ q₂ licet frigiditas ſe ha-
beat quodā mō ad caliditatem ſicut priuatio
ad habitum tñ frigiditas eſt quedā qualitas
poſitiua. iō preter priuationē cauſarꝝ caliditatꝭ
q quidē caliditas eſt in aliis regiōibus o₃ po
nere aliquā cauſa₃ frigiditatis poſitiuā in ipa
media regione aeris. iō alii ſuꝑaddunt ꝙ ex
terra et aqua que naturaliter ſunt corpora fri-
gida eleuant' de die vapores ſurſum vſq₃ ad
mediā regionē aeris. et in infima q̄ eſt calida
propter reflectionē radiorꝝ ſolis aſcendūt va-
pores et ſunt ibi calidi. Sed hoc iterū non
videtur ſufficere q₂ aer naturaliter eſt calidus
et humidus et ita illi vapores non ſufficiunt
cauſare perpetuā frigiditatem in media regio
ne. cū etiā nō ſint ſemꝑ vapores eleuati. Tūc
volunt alii ꝙ ſūt quidā planete frigefactiui q̄
vbi radii ſolis deficiunt a virtute calefactiua
in media regione aeris cauſant frigiditatem
Et dicunt ꝙ hec eſt cauſa poſitiua et principal'
faciens frigiditatē in ꝑdicta regione. Sed pri-
uatio cauſarꝝ caliditatis in ſuꝑma ⁊ in infima
eſt cauſa frigiditatis medie tanꝙ̄ remouēs pro
hibens. vapores ei₃ eleuati ex humidis et frigi
dis hic inferius exiſtentibus peruenientes ad
locum medie regiōis q̄ eſt ibi frigida. ideo piūt
ibi magis infrigidari et reduci ad propriam
naturā corporꝝ a quib⁹ eleuātur ⁊ ibidē ingroſ
ſantur et ingroſſati in nubē conuertunt'. et ita
magis infrigidant regionē aeris et ſunt cauſa
maioris frigiditatis. et hec opinio videtur ſa
tis probabilis. Sit ergo.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Media regio aeris eſt ſemꝑ frigida vt ſatis p₃

ex experientia. quia ex illo loco deſcendunt impreſſiones frigide que ibi generantur. ergo oꝫ ꝙ ſit frigida. videmus enim ad ſenſum ꝙ ibi ſūt nubes groſſe et opace cuius ingroſſatiōis non eſt alia cauſa niſi quia eſt ſemꝑ frigida. Probatur. qꝛ in omni tēpore videmus grandines et pluuiā ibi generari. et qꝛ non poſſūt gñari niſi in loco frigido. ergo ſequitur ꝙ media regio eſt ſemꝑ frigida. Item in ſummitate quorūdam montiū per totū annū ſeruantur niues. ſed hoc non eſſet niſi ille ſummitates tāgerent mediā regionem aeris. igitur.

## Dubitatur primo. Utrum

in ſuprema regione aeris poſſint gñari nubes.

Reſpōdet phūs ꝙ non ꝛ hoc duplici de cā. Prima eſt ꝙ ſuꝑma regio aeris eſt nimiū propinqua igni ideo eſt quaſi ignita. calidi enim ē diſgregare ſicut frigidi ↄgregare. iō excellentia eius diſgregat vapores ibi eleuatos et ꝓ parte cōſumit et pro parte reuerberat deorſuꝫ ꝓpter antipariſteſiꝫ. ideo nō permittit cōuertere illos vapores in nubem. Alia eſt quia ꝓpter vicinitatem medie regionis eius ad ignem et celū ipſa mouetur circulariter. mō motus circularis quia localis eſt diſgregatiuus. iō in illa regiōe nō poſſunt vapores cōgregari ad cōſiſtentiā nubis. ideo dicit phūs ꝙ ibi nulli ſunt venti. Et illud experti ſunt quidā ſacrificantes vltra ſummitatē altiſſimoꝝ montiū. et illud in altitudinibus quorūdaꝫ montiū qui relinquētes ibi cineres adhuc eoſdem inueniebant anno reuoluto. et ita venti non aſcendūt illos mōtes.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

Sub polis poſſint nubes generari. Poteſt dici probabiliter ꝙ nō et hoc ꝓpter nimiam frigiditatem. ita ꝙ ibi nulli ſunt vapores eleuati. nec ſub equinoctiali. nec inter tropicos poſſunt nubes gñari ꝓpter nimiā caliditatem.

## Dubitatur tertio De figura

medie regionis aeris. Pro ſolutione dubii ſupponitur ex habitis in 2° libro de celo ꝙ oīa elementa ſunt ſpīca ſecundū ſuas ſuꝑficies extremales ſcꝫ ſecundū ſuꝑficiē cōuexā ꝛ cōcauā.

Sed ſi obicitur circa hoc. qꝛ maior caliditas viget ſub equinoctiali ꝙ̄ ſub polis. ergo videtur ꝙ ignis ſit ſpiſſior ꝛ ſpicior ſub equinoctiali ꝙ̄ ſub polis. ideo videtur ꝙ ſit oualis figure ꝙ̄tum ad ſuꝑficiem eius cōcauam. Ad hoc dicitur ꝙ qui voluerint tenere quod dictum eſt poterint dicere ꝙ ignis genitus de nouo ſub equinoctiali fluit et aſcendit ad locum ſurſum et reducit ſe ad figurā ſpīcā ſicut aqua genita ſub polis fluit verſus auſtruꝫ. Poſſet tamē dici ꝙ ſuprema regio aeris ꝙ̄tum ad ſuperficiē eius concauam eſt oualis figure. quia ſub equinoctiali eſt dēſior ꝙ̄ ſub polis. Ex quo ſequitur ꝙ media regio aeris ꝙ̄tum ad ſuperficieꝫ eius cōuexam eſt oualis figure. ſed ꝙ̄tum ad eius ſuꝑficiem concauam poteſt dici ꝙ eſt lenticularis. quia media regio generatur ex frigiditate. mō frigiditas eſt maior ſub polis quā ſub equinoctiali ꝛ ſub equinoctiali maior ꝙ̄ iter tropicos ꝛ iō ē ibi ſpiſſior ꝛ iſta ſunt ꝓbabiliter dicta quia circa hoc poteſt quis vario modo opinari.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ nullū perpetuū durat idem numero. ſed tamen nihil prohibet idē in ſpecie manere pro ꝙ̄to cauſe eius eedem in ſpecie manent. ſemꝑ enim ſunt cauſe frigiditatis medie regionis aeris que tacte ſunt ī corpe queſtionis. ideo media regio aeris cōtinue variatur et corrumpitur ſecundum partes. Nunꝙ̄ tamen tota ſimul corrumpitur. Ad ſecundā negetur ↄñtia: quia et ſi media regio aeris ſit propinquior celo ꝙ̄ infima. tamen quia radii ſolis debiles ſunt in loco medie regionis. mot⁹ igitur celi modicam habet efficaciam ad calidū propter nimiam diſtantiam. ſed in infima regione aeris radii ſolis propter reflectionem habēt maiorem virtutem ad calidū. ergo ꝛc̄. Ad vltimā dicitur ꝙ media regio aeris non eſt adeo grauis ꝙ ſufficiat aerem diuidere. ideo non oportet ꝙ cadat. verū eſt tamen ꝙ aliqñ cadit per partes ſcilꝫ per hoc ꝙ conuertitur in niuem pluuiā et ſic de aliis. Sequitur in textu.

## Queritur ſexto: vtrum vnuꝫ

ↄtrariū ſit fortificatiuum alterius per antipariſteſim. Arguitur ꝙ non. qꝛ vnū cōtrarium naturaliter eſt alterius deſtructiuū. ergo non ē fortificatiuum. tenet ↄñtia. quia potentie naturales non ſunt ad oppoſita vt habetur 7° methaphiſice. 2° ſic oē quod fit per ſe fit a ſibi ſimili. Sed qꝛ nullum cōtrarium eſt alteri ſimile ſed diſſimile. ergo vnū cōtrarium non eſt alterius fortificatiuū et gñatiuū. 3° ſic ſi frigidum eſſet fortificatiuū calidi ſeqretur ꝙ caliditas nō eſſet qualitas prima. tꝫ ↄñtia. quia cauſaretur a frigiditate. In oppo⁹ eſt phūs in textu. ꝛ arguitur ꝑ experiētias. nā fontes putei et cauee ſunt calidiores in hyeme ꝙ̄ eſtate cuius alia cauſa nō eſt ꝙ̄ antipiſteſis.

## Sciendum ē primo: ꝙ anti

pariſteſis habet fieri proprie inter quatuor qualitates primas que per proprias operationes et actiones ſe habēt mutuo expellere et ſua ſubiecta alterare. verūtamen improprie reperitur in aliis contrariis.



## Sciënduꝫ eſt ſecundo ꝙ antipiſ

teſis nichil aliud ē ꝙ̄ iuxtapoſitō cōtrarioꝝ ꝑ quā vnū fortificat aliud. Dicitur enī ab āti ꝙ eſt ↄtra ꝛ peri ꝙ ē iuxta vel circaꝫ ꝛ teſis ꝙ ē poſitio quaſi poſitio vel ſtacio vni⁹ ↄtrarii iuxta aliud

## Sciendum eſt tertio. ꝙ ↄtrariū po

ſitū iuxta reliquū pōt ſe habere dupliciter quia vel pōt eē penetrās vel pōt eē circundās vel circūſtās tantū. Et dicitur ↄtrariuꝫ penetrās cū ſufficiat alteꝝ deſtruere ꝛ ex toto corrūpe. ꝛ tunc ibi nō ē antipiſteſis. Sed ↄtrariuꝫ dicitur circūdans vel circumſtās tātuꝫ qñ ñ ſufficiat alteꝝ deſtruere nec ex toto corrūpere ꝛ tūc fortificat ipm ꝑ antipiſteſiꝫ. quib⁹ ꝑmiſſis ſit.

## Concluſio prima. quodlibet

ↄtrariū ē natū fugere ſuuꝫ cōtrarium. Probatur qꝛ vnūquodqꝫ appetit eē ꝛ cōſeruari in ſuo eſſe inꝙ̄⁹ pōt. ſꝫ vnūquodqꝫ ↄtrariū ſaluatur in eē ꝑ fugaꝫ ſui ↄtrarii g° quodlꝫ ↄtrariuꝫ naturaliter ē natuꝫ fugere ſuuꝫ ↄtrariuꝫ. Probatur hoc eciā ꝑ experiēcias. Uidem⁹ eniꝫ ī ligno viridi applicato igni aquaꝫ frigidaꝫ ſurſuꝫ aſcēdere fugiendo igneꝫ ſibi ↄtrariuꝫ. Uide⁹ eciā aquam diſperſam ſuꝑ mappaꝫ ſiccam ſe ducere ad figuraꝫ rotūdaꝫ aut ſpericaꝫ vt ſiccitati mappe reſiſtat ꝙ tñ nō fieret ſi mappa eſſet humida. Uidemus eciā impꝛſſiones ignitas deſcēdere deorſuꝫ fugiēdo humiditateꝫ medie regionis aeris. Uidem⁹ eciā ī hyeme calorē aīalis q̄ ꝑ ꝑtes animalis diffuſus eſt tꝑe calido ad intra ſe colligere fugiēdo frigidū circūſtās ꝑ eciā extra. ob. h° in hyeme vētres ſūt calidiores ꝙ̄ in eſtate

## Dubitatur primo An naturaliter ꝛ

a principio intrinſeco vnū ↄtrariuꝫ mouetur ad fugienduꝫ aliud. Reſ. ꝙ ſic. Mouetur eniꝫ naturaliter ꝛ a principio intriſeco nō tñ ſꝫ⁹ naturaꝫ ꝓpriaꝫ ſꝫ ſꝫ⁹ naturaꝫ cōmuneꝫ. Prima ꝑs ꝑꝫ qꝛ vnūquodqꝫ inclinatur ad ſiſtitudinē ſui eē. igitur naturaliter mouetur vnūquodqꝫ fugiēdo illud ꝙ ē corrupti⁹ ꝛ deſtructi⁹ ſui. 2ᵃ ꝑs ꝑꝫ qꝛ ignis ex ſui natura hꝫ aſcēdere ꝛ aqua deſcēdere. g° ignis aliqñ mouetur deorſuꝫ ꝛ aqua ſurſuꝫ fugiēdo ſuum ↄtrariuꝫ g° ꝛc̄.

## Concluſio reſponſiua ad q.

Unum ↄtrarium eſt fortificati⁹ alteri⁹ ꝑ antipiſteſiꝫ Probatur. qꝛ vt dicit ↄ° ꝓcedēs vnuꝫ cōtrariuꝫ naturaliter fugit reliquuꝫ ꝛ reſiſtit inꝙ̄tū pōt g° qñ ponitur vnū ↄtrariuꝫ iuxta aliud ſic ꝙ circūſtet ꝛ nō penetret ſequitur ꝙ aliud vnit ſe vt reſiſtat alteri ſꝫ vniendo ſe fortificatur ſua virtus cū virt⁹ vnita fortior ē ſe ipſa diſperſa igitur. Probatur eciā ꝑ experiēcias iaꝫ dictas in ↄcluſione. Naꝫ ↄcauitates terre ſūt frigidiores in eſtate ꝙ̄ in hyeme qꝛ frigiditas terre ſe vnit ꝛ vniēdo ſe fortificat vt reſiſtat calori circūdāti.

## Dubitatur Secundo Unde ē ꝙ

virt⁹ vnita fortior ē ſeipſa diſꝑſa. Rñdetur ꝙ ſicut materia ē pricipiuꝫ multitudinis numeralis. ita forma ē pricipiū vnionis. ꝙ̄to g° aliquid ē magis vnitū tāto ē forti⁹ ꝛ actuali⁹. Ob h° eniꝫ vnū ↄtrariū vnitū forti⁹ ē ꝛ magis actiuum quā ipm diffuſū ꝛ multiplicatū Et qꝛ vnū ↄtrariuꝫ vnit ſe qñ ponitur iuxta reliquū vt alteri reſiſtat. iō vnuꝫ ↄtrariuꝫ fortificatur ꝑ iuxtapōeꝫ alterius. Uel dicatur ꝙ qñ vnuꝫ ↄtrariuꝫ ē iuxta reliquū multiplicat ſuas ſpēs vſꝫ ad alteꝝ ↄtrariū ꝛ cū ille ſpēs nō poſſint penetrare ipm ↄtrariuꝫ reflectuntur verſ⁹ agēs a quo proceſſerūt. ꝛ qꝛ radius ↄiunct⁹ reflexo efficitur fortior vt ꝑꝫ in ſpeculis ardētib⁹. iō vnuꝫ ↄtrariuꝫ fortificatur ꝑ iuxtapōeꝫ alteri⁹.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicendū ē ꝙ potētia naturalis ꝑ ſe non ſe hꝫ ad oppoſita ſꝫ ꝑ ſe ſe hꝫ ad vnuꝫ ꝛ ꝑ accidēs ad alteꝝ. iō vnuꝫ ↄtrariuꝫ ē per ſe corruptiuū alteri⁹ ꝛ generatiuuꝫ ſibi ſimilis ſꝫ⁹ ſpēm ſꝫ tñ ꝑ accñs vnū ē fortificati⁹ ſui ↄtrarii ꝑ antipiſteſiꝫ. Ad ſecūdaꝫ dicitur ꝙ oē ꝙ fit ꝑ ſe fit a ſibi ſili vel ſꝫ⁹ formaꝫ vel virtutem ſꝫ h° nō oꝫ de eo ꝙ fit ab aliquo tāꝙ̄ a cauſa per accñs. Ad terciā dicitur ꝙ caliditas ē qualitas prima q̄ nō cauſatur ꝑ ſe ab aliqua alia qualitate ↄueniēte generabilib⁹ ꝛ corruptibilib⁹ inquātuꝫ hmōi pōt tñ caliditas fortificari ꝑ accñs ꝑ iuxtapoſitionē alicuius frigidi. Et hec de queſtione. Sequitur in textu Tractat⁹ 2⁹. Dis aūt determiatꝫ

## Queritur ſeptimo. vtruꝫ oēs

impꝛſſiones ignite ſint eiuſdem ſpēi ſpāliſſime. Arguitur ꝙ ñ qꝛ diuerſitas figuraꝝ arguit diuerſitateꝫ ſpēꝝ. Sꝫ impꝛſſiones ignite ſunt diuerſarum figuraꝝ igitur ſūt diuerſaꝝ ſpēꝝ. 2° arguitur diuerſitas motuuꝫ arguit diuerſitatem nature q̄ ē prin⁹ mot⁹. Sꝫ impreſſiones ignite hñt diuerſos mot⁹ qꝛ q̄daꝫ mouētur ſurſuꝫ ꝛ q̄daꝫ deorſū. alique lateraliter g° ꝛc̄. 3° Arguitur impꝛſſiones ignite hñt diuerſa pricipia generātia qꝛ q̄dam generātur ex calore. alie ex frigiditate. igitur differūt ſpē. tꝫ ↄña qꝛ diuerſitas principioꝝ efficiētiū arguit diuerſitateꝫ effcūuꝫ. 4° Arguitur impꝛſſiones ignite fiūt ꝛ generātur in locis diſtinctis ſꝫ⁹ ſpēm. igitur diſtinguūtur ſpē. tꝫ ↄña qꝛ loc⁹ ē principiuꝫ generatōis quēadmoduꝫ ꝛ poſicio. In oppoſitū ē .p. in p° ca° ſecūdi tractat⁹ h⁹ libri. Pro reſponſione

## Sciendum ē primo. ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs determīauit in p° tractatu de natura elemētoꝝ de numero quātitate ꝛ ordīe ꝛ ſitu eoꝝ dē q̄ q̄deꝫ elemēta cauſa ſunt remota ꝛ loc⁹ etiā

generationis metheorologicarum impreſſionum determinauit eciam de cauſis celeſtibus actiuis regionẽ elemẽtarẽ et de diſtinctione regionis aeris. Conſequẽter in iſto tractatu incipit determinare de ipſis metheorologicis impreſſionibus. et primo de impreſſionibus ignitis que generantur ex exalatione calida et ſicca.

**Sciendum eſt ſecundo** quod Cauſa materialis impreſſionum ignitarum eſt duplex. ſcilicet remota et propinqua. Materia remota eſt corpus ſiccum terreſtre habẽs aliquid de humido aereo et pingui et de facili inflammabili. Sed materia propinqua eſt exalatio calida et ſicca. ſiccitate oppoſita humiditati aquoſe. Similiter cauſa efficiens eſt duplex. ſcilicet propinqua et remota. remota. remota eſt ipſe ſol et celum quod motu ſuo lumine et influentia alteratet et exalat corpora exalabilia. Sed cauſa propinqua eſt calidum ſubtilians exalationes vel calidum exurẽs et inflãmans exalationẽ iam eleuatã in ſuprema regione aeris. vel etiã frigidum fortificans calidum exalationis per antiparitaſim. Similiter finis eorum eſt duplex. ſcilicet propinquus et remotus. Propinquus eſt generatio ignis: remotus eſt ſalus animalium in aere viuentium et ſupra. nam multotiẽs exalationes ſunt venenoſe. ideo propter ſalutẽ animalium ſurſum eleuantur. et ibidẽ comburuntur ne miſceantur viuẽtibus.

**Sciendum eſt tertio:** quod ſecundum diuerſas diſpoſitiones exalationis in caliditate et frigiditate raritate et denſitate grauitate et leuitate contingit diuerſitas colorum et motuum in impreſſionibus ignitis. ſicut enim natura frigidi eſt conſtringere. ita natura calidi eſt dilatare. et ideo diuerſitas exalationis in caliditate et frigiditate facit diuerſitatẽ impreſſionum ignitarum. et maxime in latitudine. ſed quia leuitatis eſt morari ſurſum et grauitatis deorſum. ideo diuerſitas exalationis in grauitate et leuitate facit diuerſitatem earundem in longitudine. et diuerſitas in raritate et denſitate facit diuerſitatem in profunditate. Ad videndum autem particularius de figuris iſtarum impreſſionum de coloribus et motibus earundem.

**Sciendum eſt quarto** quod non omnes impreſſiones ignite in eodẽ loco generantur. quedã enim fiunt in terra ſiue infra terrã. que faciunt terremotum vt poſtea videbitur. quedam autẽ generantur in ſuperficie terre et in infima regione aeris. et quedã in media. et quedã in ſuprema. nam omnis impreſſio ignita generatur ex fumo ſeu exalatione calida et ſicca inflammabili. aut ergo in tali fumo eſt excellẽs caliditas aut mediocris. aut multum debilis. ſi ſit excellẽs tunc talis exalatio ſufficit aſcendere vſque ad ſupremã regionẽ aeris. aut ergo talis exalatio eſt equalis ſubtilitatis in omnibus partibus ſuis. aut inequalis. ſi equalis. aut ergo habet tantum de groſſo quantum de ſubtili. ſi habet tantum de groſſo quantum de ſubtili et ſic de aliis fit, inflãmatur per modum columpne piramidalis. ſi nõ habeat tantum de groſſo ſicut de ſubtili tunc apparet per modum lãcee ardẽtis. Si vero nõ ſit equaliter ſubtilis in omnibus ſuis partibus. aut erit cõtinuus aut diſcõtinuus ſi diſcõtinuus apparebit per modum ſtipularum ardẽtium et vocatur talis impreſſio aſſub poſt aſſub id eſt ignis albus poſt ignẽ album. Si vero ſit continuus et purus et in vna parte ſit intenſus et nõ in alia tunc apparet per modum candele ardẽtis. Si vero in vna parte magis diſtrahatur quam in alia tunc vocatur titio aſcendẽs ſiue dalus. et hec eſt differentia impreſſionum generatarum in ſuprema regione aeris. Si vero fumus talis ſit mediocriter calidus non trãſibit mediã regionẽ aeris. aut ergo erit cõtinuus aut diſcõtinuus. ſi ſecundus apparebit per modum ſtipularum ardẽtium. et ſi materia fuerit globata tunc vnus globus inflãmatur primus, et poſtea alius tunc apparebũt capre ſaltãtes que a philoſopho vocãtur eges in greco quod eſt capra in latino. Quandoque igitur contingit quod talis materia diſcõtinua circũdatur nube frigida et tunc inflãmatur per antiparitaſim et rumpit nubẽ et tunc apparẽt ſintille ardẽtes. Si vero talis fumus fuerit cõtinuus hoc eſt ſimplex. aut erit cõpactus aut nõ. ſi ſecundum tunc ſucceſſiue incẽditur et apparet per modum cãdele ardẽtis et vocatur dalus. Si vero fuerit globatus hoc eſt dupliciter aut in aere ſibi aliquid obicitur aut nihil ſi nihil tunc quamdiu ſtabit in aere ſi quis ipſum nitatur deprehẽdere ſemper ad motum aeris comprehẽdẽtem precedit. et inde vocatur ignis precedẽs ſiue fatuus ſi autem aliquid ſibi occurrat in aere ſcilicet aliquod frigidum. hoc eſt dupliciter aut inferius aut ſuperius. ſi ſuperius quia talis fumus eſt calidus hoc non poteſt aſcendere nec deſcendere propter frigidum ſibi occurrẽs. mouetur ergo lateraliter. et vocatur ſydus volãs. et quandoque contingit quod in tali motu ante inflãmationẽ occurrit ſibi frigidum tale et tunc incuruatur et eleuatur in medio et inflãmatur et anterius inflãmatur et tunc apparet per modum draconis tortuoſi exſufflantis ignem. et inde vocatur draco volãs. ſi autem tali fumo aliquid reſiduum inferius obuiet. talis impreſſio vocatur aſſur. Et ſic patet differentia impreſſionum ignitarum in media regione aeris generatarum. Si vero talis fumus ſit debiliter calidus tunc remanebit in infima regione aeris et quando materia illa eſt diſcõtinua et ſimul incẽſa apparẽt ſtipule ardentes. quando vero materia eſt continua et ſimul incenſa vocatur dumus ardẽs. quandoque etiam talis materia eſt leuis et ſubtilis tunc inſequitur fugientes et equitantes et maxime quando eſt prope eos. quia mouetur ad motum aeris et tunc vocatur ignis fatuus. et hac de cauſa quandoque ſupra aures equorum vel crines apparẽt tales impreſſiones ignite ad modum candele ardentis et poſſunt generari ex fumo pingui et viſcoſo eleuato per ſudorẽ equi. Et ſic patet differentia impreſſionum ignitarum in infima regione aeris et per conſequens in tribus regionibus aeris. Et poſſet fieri conſimilis diſtinctio de his que generantur in terra. ſed de his non tractat philoſophus quia ſunt nobis occulte. Quibus notatis ſit.

**Concluſio reſponſiua.** Omnes impreſſiones ignite ſunt eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime differẽtes ſolum accidẽtaliter ſecundum magis et minus. Patet quia omnes ſunt de natura ignis. ergo ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. Sed tunc.

**Dubitatur primo** Utrum impreſſiões ignite moueantur naturaliter vel violẽter et a quo mouentur. Reſpondetur quod quandoque mouentur a vẽto et quandoque a leuitate ſurſum. quandoque ad deorſum a contrario propellẽte. et quandoque lateraliter propter cõtrarietatẽ virtutum mouentium. nam exalatio leuis eſt. ideo nititur aſcẽdere. ſed quandoque impeditur a ſuperiori contrario exiſtẽte. ideo mouetur lateraliter. quando ergo mouetur ſurſum mouetur naturaliter.

**Dubitatur ſecundo.** Utrum Sidera volãtia moueantur per extruſionẽ aut per continuã aduſtionẽ. Dicẽdum eſt quod quando ſidera volãtia generantur in infima vel ſuprema regione aeris deſcẽdũt per continuã aduſtionẽ. quia ibi non eſt contrarium propellẽs. ſed quando generantur in media regione aeris et exalatio includitur in vẽtre nubis caleſcit et vnit ſe per antiparitaſim. et fugiẽdo ſuum contrarium frãgit nubẽ et tunc bene mouetur motu extruſionis et quandoque mouetur lateraliter propter cõtrarietatem mouentium.

**Dubitatur tertio** vtrum ſidera volantia ſint in celo vel in media regione aeris. Reſpondetur quod ſunt in media regione aeris. quia ea que ſunt in celo apparent tarde moueri propter nimiã diſtantiã licet ſecundum rẽ et veritatẽ velociter moueantur. ſidera autem volãtia apparẽt velociter moueri. ideo prope nos ſunt. Et ita dicendum eſt de omnibus impreſſionibus ignitis.

**Dubitatur quarto** vtrum Omnẽs impreſſiones ignite ſint eiuſdem quantitatis. Reſpondetur quod nõ propter diuerſitatem materie in magnitudine et quantitate. Tum etiã propter diuerſitatẽ inflãmantium. Tum etiã propter diuerſitatẽ approprinquãtis ad nos. Tum etiam propter diuerſitatẽ materie et in groſſitate et ſubtilitate.

**Dubitatur Quinto.** De tẽpore in quo fiunt impreſſiones ignite. Reſpondetur quod fiunt de die et de nocte. ſed nõ apparẽt de die quia maius lumẽ offuſcat minus. fiunt enim maxime in autumpno. nam in yeme exalatiões ſunt pauce et minus habent de humiditate aquoſa. ideo nõ ſunt inflãmabiles vel etiam nimis ſapit de yeme precedẽte. in eſtate autem eſt nimia ſiccitas. ideo maxime fiunt in autumpno. quia tunc non viget nimia ſiccitas nec nimia frigiditas.

**Dubitatur ſexto** que iſtarum impreſſionum magis durãt. Reſpondetur quod ceteris paribus ille que fiunt in ſuprema regiõe aeris. nam ille que fiunt in media cito extrãſeũt propter nimiã antiparitaſim. que vero in infima cito euaneſcunt propter ventos et etiam propter frigiditatem.

**Dubitatur ſeptimo** vtrum Uapor ſit natus aſcẽdere altius quam exalatio. Reſpondetur quod nõ. quia ſiccum terreſtre quod eſt in exalatiõe eſt magis receptiuum caloris quam humidum aquoſum quod eſt in vapore. igitur etc.

**Ad rationes ante oppoſitum**

Ad primã dicitur quod arguit de figuris ſequentibus formas ſubſtantiales. ſed nõ habet locum de figuris ſequentibus formas accidẽtales. Ad ſecundã dicitur quod omnes impreſſiões naturaliter mouentur ſurſum. et ſi moueantur aliis motibus hoc eſt per accidẽs. Ad tertiã dicitur quod illa que habent diuerſa generãtia particularia per ſe differunt in ſpecie. modo impreſſiones ignite habẽt idẽ generãs per ſe. ſed per accidẽs habẽt diuerſa generãtia. Ad vltimam dicitur quod impreſſiões habẽt vnum locum ad quẽ naturaliter mouentur ſi nõ impediuntur ſcilicet ad ignẽ. quod autem alibi generentur et moueantur hoc eſt per accidẽs et nõ per ſe. Sequitur in textu Apparẽt autem aliquãdo noctis ſerenitate.

**Queritur octauo:** vtrum de nocte exiſtẽte aeris ſerenitate debeãt apparere hyatus et voragies ſanguinei coloris. Arguitur quod nõ. quia color nõ videtur niſi in lumine vt habetur 2° de anima. ſed de nocte nõ eſt ſumere lumẽ ſub quo poſſint videri tales colores. Et confirmatur. quia quanto aliquis color eſt debilior tãto maiori lumine indiget vt videatur. cum igitur illi colores nõ videantur de die ſequitur quod a fortiori nec de nocte. 2° ſic quod nõ eſt nõ videtur. ſed iſti colores nõ habẽt eſſe reale. ergo nõ videntur. In oppoſitum eſt philoſophus in textu in iſto 2° tractatu huius libri. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo** quod hiatus et voragies et ſanguinei colores pro materia in qua apparẽt habent exalationẽ calidã et ſiccã. et ideo philoſophus de iſtis fãtaſmatibus ſiue apparitionibus in eodẽ tractatu determinauit in quo agit de impreſſionibus ignitis. quod habeãt exalatiõnẽ calidã et ſiccã patet a ſigno. quia cum apparẽt talia fãtaſmata multotiens fiunt ignite impreſſiones. Sed pro cauſa efficiẽte habẽt lumẽ alicuius ſtelle incidens ſupra exalationes calidas et ſiccas ſurſum eleuatas differẽtes in raritate et dẽſitate groſſicie et ſubtilitate.

Ex quo poteſt accipi modus taliū gñationum apparentiū. nam de die ꝑ calorē ſolis et aliorū aſtrorum ex corporibus inſenſibilibus elevatur ſurſuʒ exalacio calida ⁊ ſicca. que frigiditate noctis ſupveniente et aere exñte privato nubibus cōgregatur et cōdenſatur magis tñ in vna ꝑte quā in alia. ergo contingit ꝙ ꝑtes extremales talis exalationis ſunt ſubtiliores et penetrabiliores a lumīe. et ꝑs media groſſa et parū penetrabilis a lumine. et tunc ꝑtes extremales apparent lucide aut albe aut ſanguinee et pars media apparet nigra ⁊ opaca. Et quia nigrum melius movet viſum ꝙ album aut ſanguineū. idō hec ꝑs apparet nobis diſtinctior ꝙ ꝑtes extremales. et apparet nobis ꝙ ruptura ſive feneſtra ſit in celo. que cum apparet parva vocatur hyatus. cū apparet magna vocatur vorago. ⁊ ſic pʒ quid vorago quid hyat⁹ et quo mō differunt ad invicē. nō enī differunt niſi ſecūdū magis et minus. Et ꝑpter eandem cauſam ſepe accidit ꝙ in caſtris longe viſis apparēt quedā feneſtre que tamen nō ſūt. hoc enim eſt ꝑ interpoſitionem alicuius partis nigre aut opace inter duas partes albas. Hoc etiā faciunt pictores qñ volūt depingere hoſtiū vl' feneſtras i ꝑiete.

**Sciendum ē ſecundo ꝙ ſan**guinei colores cauſant' ex lumine aeris trāſeuntis per exalationē calidam et ſiccā Nam lucidū aut albū viſum per opacum apparet rubeum. vñ ꝙto lumē magis dñatur ſupra exalationeʒ tanto magis apparet exalatio alba. et quanto min⁹ dñat' tāto minus apparet alba ſʒ apparet rubea aut alterius coloris Sed non contingit ꝙ exalatio appareat totaliter alba aut nigra. non enim poſſet apparere totaliter alba niſi lucidum totaliter dñaretur ſupra opacum et ſic non videretur exalatio. nō poſſet etiā apparere totaliter nigra niſi opacū dominaretur totaliter ſupra lucidū et ita lumen non trāſiret totaliter ſupra opacum. ſed qñ neutrum dñatur et ſpecies vtriuſqʒ per idem mediū veniunt ad locum tūc viſus non indicat de altero extremorū ſed indicat de medio colore inter albū et nigrū ſcʒ de rubedine. Ex hoc ſatis patet concluſio reſponſiva ad queſitum.

**Dubitatur primo quare iſta** non apparent de die. Reſpondetur ꝙ cauſa eſt quia cum ſol inter cetera aſtra maius lumen habeat. lumen ſolis ꝓhibet ne iſta appareant de die. q2 maius lumen offuſcat minus lumē.

**Dubitatur ſecundo quare** Talia apparent eſſe in celo. Reſpondet' ꝙ quia viſus non percipit diſtinctionem materie que eſt inter exalationem in qua apparēt talia fantaſmata et ipm celum. ideo indicat ea eſſe in celo.

**Dubitatur tertio quare ma**gis apparēt talia fantaſmata ſerenitate aeris exñte ꝙ in alio tempore. Reſpondetur ꝙ cā eſt quia ſerenitas dicit' privatio nubiū in aere ſicut tranquilitas dicitur privatio ventorum in mari. et quia nubes gñantur ex vapore groſſo et opaco qui eſt cōtrarius exalationi calide et ſicce in qua apparent iſta fantaſmata. ideo apparitio iſtorum fantaſmatum requirit ſerenitatem aeris. quia nubes non ſunt de facili penetrabiles a lumine aſtrorūʒ de nocte lucentiū

**Dubitatur quarto quare eſt** ꝙ ſepe dū apparent impreſſiones ignite aut iſta fantaſmata audiuntur quidam parvi ſoni qui interdum ſunt ſimiles vocibus humanis. Reſpondetur ꝙ cauſa eſt q2 tunc tꝑis vigent exalationes calide ⁊ ſicce quarū quedam includuntur infra terraʒ. alie vero infra corpa mortuorū ⁊ cadavera. ⁊ hmōi exalationes q2 leves ſūt petunt exitum. et exeuntes quādoqʒ per vias ſtrictas ⁊ diverſimode figuratas cū quodā impetu cānt diverſos ſonos ſi'les qñqʒ vocibʒ hūanis

**Dubitatur quinto Utrum** exalacio et vapor ſint eiuſdeʒ ſpēi ſpecialiſſime cum corpore a quo elevantur. Reſpondent antiqui ꝙ exalacio ⁊ vapor ſunt quedaʒ mixta imperfecta alterius ſpēi a quo elevant'. alii dicunt ꝙ ſunt eiuſdem ſpeciei ſubſtācialiter cū corꝑe a quo elevāt' vt vapor ē ſbāl' aqua. ⁊ exalaco eſt ſbāl' terra. ſʒ differūt ſʒ⁹ accidēs. ſ. groſſū ⁊ ſubtile rarū ⁊ denſuʒ albū ⁊ nigrū. Alii dicūt ꝙ elementa inferiora. ſ. aqua ⁊ terra ſunt groſſiora ⁊ materialia idō ſūt exalabilia ⁊ vaporabilia ⁊ nō alia elemēta. ecū abſqʒ corruptōe diucius poſſunt ꝑmanere ſub diverſis ⁊ ꝯtrariis diſpōibus ꝙ alia elemēta. ⁊ ita iſti dicūt ꝙ exalacio ⁊ vapor ſūt aqua aut terra ſub ꝯtrariis diſpoſicionibus ad alia elementa. ⁊ ſic dicunt ꝙ vapor et exalacio non ſunt entia ꝯpleta aut perfecta ſpeciei ſʒ magis in via ad ſpeciem alterius elementi. ⁊ ob hoc proprie nō debent dici individua alicuius ſpeciei. Dicunt tamen ꝙ magis debent denominari a ſpecie ad quaʒ tendunt ꝙ ab alia a qua recedunt. vnde ſecunduʒ iſtas opiniones dicendum eſt ꝙ ſi vapor ⁊ exalacio conſiderentur quantum ad formas ſubſtātiales quas induunt ſubſtantialiter ſunt actualiter de natura corporum a quo elevantur. Sed ſi conſiderēt' ꝙ⁹ ad ſuas diſpōes qualificativas ⁊ ꝙtuʒ ad formas q ſūt ibi v̄tualiter ſūt eiuſdē ſpeciei cū corꝑe in qd' tēdūt. ſicut exalacio calida ⁊ ſicca diſpōitive ⁊ virtualiter ē ignis. ⁊c.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**

Ad primā dicitur ꝙ illa fantaſmata videt' de nocte ſub lumīe alicui⁹ alterius aſtri quod ſufficit vt appareant. Ad confirmationem. patet ſolutio ex dictis. quia maius lumen offuſcat minus lumen. Ad tertiam dicitur ꝙ in hyatu et in voragine duo ſunt cōſideranda ſcʒ materiale et formale. formale eſt apertura ſeu ruptura apparens in celo et talis ruptura non eſt a parte rei. Sed materiale eſt talis exalatio in qua apparet talis ruptura et realiter talis Ɔſimiliter in coloribus eſt materiale quod ē quedam proportio qualitatū primarū. Aliud eſt formale quod eſt perſpicuum in quo apparent diverſi colores et quo ad hoc hñt ibi eē

Sequitur in textu. De cometis autem et vocato lacte.

**Queritur nono. vtruʒ come**ta ſit de natura celi. Arguitur ꝙ ſic. quia dicit phūs ꝙ alique ſtelle viſe ſunt cape comā ergo videtur ꝙ cometa nihil aliud ſit ꝙ ſtella comata aut caudata. 2° arguitur. illud qd' naturaliter movet' motu circulari ē de natura celeſti. ſed naturaliter cometa movetur circulariter. igitur ⁊c. 3° ſic. per cometaʒ aſtrologi aliqua precognoſcunt de futuris. vtpote mortem principum peſtilentias et prelia magna. qd' nō eſſet niſi cometa eſſet de natura celeſti et influeret in iſta inferiora. Ad oppo⁹ eſt phūs in. 5. ca. huius tractatus.

**Sciendūʒ eſt primo: ꝙ poſt** quam phūs determinavit de impreſſionibus ignitis ſtatim tranſeuntibus. et de quibuſdā fantaſmatibus que apparēt in exalatione calida et ſicca ſurſum elevata. conſequenter determinat de quibuſdam impreſſionibus ignitis. ſecundo de eius partibus ſcilʒ de cometa et galacia. et primo de cometa reciando primo opiniones aliquorum de quibus videbitur in preſenti queſtiōe.

**Sciēdum eſt ſecundo quod** Ut habetur in textu antiquorum triplex fuit opinio de cometa. Prima fuit Anaxagore et Democriti dicentium ꝙ cometa eſt ſimphaſis id eſt comparitio ſtellarum errantium propter copulationem et coniunctionem earuʒ. quādo enim coniunguntur ad invicem propter eorum vicinitatem faciunt apparitionem vnius ſtelle et iſta apparitio dicitur ſtella comata que videtur habere comam propter augmentum luminis ex approximacioneʒ ipſarum ſtellarum ad invicem. Alia fuit opinio Pictagoricorū dicentium cometam eſſe vnam ſtellarū errātiuʒ que multo tēpore ſub radiis ſolis latet. ⁊ qñqʒ per modicum tempus exit radios ſolis et tūc vocamus eam cometam. vt dant ſimile de mercurio qui multo tempore latet ſub radiis ſolis et tamen aliquando per modicum tempus apparet poſtꝙ receſſit a ſole. Tertia fuit opinio Hipocratis Chii. et Eſchili eius diſcipuli. dicentium cometam eſſe vnam ſtellarum errantium ꝙtum ad corpus. ſicut poſuit precedens opinio. Sed habere caudam vl' comam de natura elementari. ſed hec opinio differt a precedenti ꝙtum ad comam ſive caudam. quia illi de precedenti opinione dixerunt illam ſtellam poſt receſſum a ſole habere caudam a natura ſua. ſed Hipocras dixit illam comaʒ eſſe de natura elementari. ymaginabatur enīʒ Hipocras ꝙ illa ſtella eſſet erratica et recedendo a ſole et accedendo ad locum ſub quo eſt humiditas attrahit multos humores ſub ſe conſtantes et apparentes in loco illius ſtelle quos non poterat attrahere dum erat ſub ſole. Et eo ꝙ no percipimus diſtantiam inter illos humores et ſtellam. Ideo dicunt ꝙ radiū ſolares refracti ab illa humiditate ad ſolem vel ad illam ſtellam faciunt apparitionem come circa illam ſtellam Ulterius dicunt ꝙ cometa raro apparet inter duos circulos tropicos ⁊ hoc propter nimiam caliditatem ſolis conſumentis humiditatem ſuppoſitam portioni celi que eſt inter duos tropicos. ſed apparet in aliis locis in quibus ſol vel ſtella poteſt elevare vaporem ſine eius conſumptione. Sed omnes iſte opiniones ſunt falſe et inſufficientes ideo contra eas ponunt' concluſiones.

**Concluſio prima contra pri**mam opinionem. Cometa non eſt ſimphaſis ſive coniunctio ſtellarū errantiuʒ ſicut poſuerūt Anaxagoras ⁊ Democrit⁹ Probatur. quia ſi ſic tunc diſſoluto cometa deberent apparere plures planete diſtincti. hoc autem eſt contra experientiam. Item 2° ad ſenſum viſum fuit ꝙ ſtella iovis ſuppoſita fuit ſtelle fixe. et tamē ex tali ſuppoſitione non apparuit cometa. g° a ſimili cometa non apparet ex congregatione ſtellarū errantium. Item ſtelle apparēt viſu indiviſibiles et punctuales. indiviſibile autem additum indiviſibili non facit ipm apparere maius. cometa aūt apparet magne ꝙtitatis. ergo cometa non eſt apparitio ſtellarū errātiū.

**Concluſio ſecunda. Contra** ſecundam opinionem. Cometa non eſt aliqua ſtellarum errantium. Probatur quia oēs ſtelle errantes moventur ſub ipſo circulo animalium ſcilicet ſub Zodiaco et nunquam

ertra. ſed multi planete apparent extra zodia‑cum. igitur      Item ſi ita eſſet non poſſent apparere plures comete. Sꝫ vt dicit phūs multi comete ſimul et in eodē tempore viſi ſunt. ergo cometa non eſt vnus planetaꝝ errantium.

## Concluſio .iii. contra tertiam

opinionem. Cometa non eſt de natura elemen‑tari ꝗtum ad caudā et de natura celeſti ꝗtum ad corpus.   Probatur cōcluſio quia ſi coma ſiue cauda comete appareꝫ ex reflectōe radioꝝ viſualiū ab humiditate ad ſolē ſequeretᷣ ꝙ illa ſtella que dicitᷣ corpꝰ comete nūqꝫ appereꝫ ſine coma qn̄ ſcilꝫ recederet longe ab ipō ſole. quod tn̄ falſum eſt ſecundum opinionem ypocratis.

Item plures apparuerunt ſimul quīqꝫ pla‑nete ſine ſole et luna. et cum hoc apparebat co‑meta. ergo cometa nō eſt vnū aſtroꝝ errātiū ꝗtum ad corpus cum ſolū ſint ſeptē aſtra errā‑tia.   Item antiquitus tēpore belli Archadie viſa fuit cometa non multū minor ſole. cuius cauda protēdebatur vltra tertiā partē celi. talis autē cometa nō potuiſſet appꝫere ex ꝯiūctione planetaꝝ errātiū ergo cometa n̄ eſt de planetis erraticis quo ad corpus.   Itē tpe phī appꝫuit ſub cane cuius cauda fuit debilis et debiliter videbatᷣ. ergo cometa nō pōt eſſe vnus de pla‑netis erraticis.   Item ſi eſſet vnus de plane‑tis erraticis ſecundū modū predictū ſeqretᷣ ꝙ nunꝗ diſpꝫeret extra locum ſolis. ſed multe co‑mete diſparuerūt multum longe a ſole vt tangi‑tur in textu de illo magno cometa cuius cauda ꝓtendebatᷣ vltra tertiā partem celi que diſpꝫuit dū per motum eius a ſole recedendo peruenit ad zonam orionis in circulo meridiano et ibi fuit cōſumptus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitᷣ ꝙ cometa nō eſt de natura celeſti tn̄ alique ſtelle iuuant bn̄ ad gn̄ationem comete. qꝛ faciūt ad eleuationē materie ex qua cometa generatᷣ. et ideo alique viſe ſunt capere comā pro quāto ſub ipſis gn̄atur.   Ad ſecūdaꝫ dicitᷣ ꝙ cometa circulariter mouetᷣ ad motū ſu‑preme regionis aeris et non ſecūdum naturam propriam.   Ad tertiā dicitᷣ ꝙ ex qualitatibꝰ et diſpoſitionibus comete puta ex colore mag‑nitudine figura et permanētia aſtrologi poſſūt iudicare de aliqua cōſtellatiōe vigente in celo virtute cuiꝰ generatᷣ cometa et tunc cognitis virtutibꝰ talis cōſtellatiōis vigentis pn̄t iudi‑care de aliquibus futuris quoꝝ cauſa pōt eē talis cōſtellatio nō tamen neceſſaria ſed cōtin‑gens. Et ī tali iudicio de futuro maxīe inſpiciē‑dum eſt ad colorem comete qꝛ ſi cometa fuerit rubei coloris denotat dominiū martis ꝛ ſignat prelia futura. et ſi viridis denotat dominium mercurii. ſi albi coloris denotat dn̄ium iouis. et ſic de aliis. et ita cometa non eſt cauſa futu‑rorum ſed ſignū. et ꝯſtellatio vigēs poteſt bene eſſe cauſa.   Sequitᷣ in textu.   Quoniam autem de non manifeſtis.

## Queritur decimo   Utrum

Cometa ſit de natura elementari.   Arguitur ꝙ non. quia impreſſiōes methaurologice non multū durāt. ſed cometa diu durat. nā per qua‑draginta dies viſus eſt cometa. ergo cometa non eſt impreſſio methaurologica.   2ꝰ ſic cometa mouetᷣ et lucet circulariter. ergo ē vnū de aſtris celi.   3ꝰ ſi cometa eſſet de natura ele‑mētari et in elemētari regione ſequeretᷣ ꝙ cometa deberet eclipſari quēadmodū luna. ꝯn̄ña tꝫ qꝛ propinquior eſſet terre ꝗ̄ luna ergo intraret vm‑brā ꝓfundior. ſed ꝯn̄s eſt fl̄m. ergo.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

quam phūs reꝓbauit opiniones antiquorum ponentiū cometā eſſe vnū de aſtris ex qua reꝓ‑batione ſatis notū eſt ꝙ cometa nō eſt de na‑tura celeſti et per ꝯn̄s patet ipſm gn̄ari in regio‑ne elementari. ideo ꝯſuēter phūs oſtendit ex qua materia. vbi. qn̄. et quo modo generetᷣ cometa

Uñ cometa gn̄atur ſecundū philoſophū. nā per calorem ſolis et alioꝝ aſtroꝝ ex corporibus terreſtribus et hic inferius exn̄tibus pinguibus et viſcoſis eleuatur exalatio terreſtris calida et ſicca groſſa pinguis et viſcoſa. cuius partes ne‑dum ad inuicem circumiacent. ſed vſqꝫ ad ſu‑periorem regionē aeris vbi propter vicinitateꝫ ignis et motū circularem ſupra regionem aeris inflammatᷣ ꝛ mouetur circulariter ad motum ſupreme regionis aeris.   Et ad hoc ꝙ talis ex‑alatio vocetur cometa oportet ꝙ ſit talis pro‑portio materie inflammabilis ad calorem in‑flammantem ꝙ calor adeo non excedat mate‑riam ꝙ ſtatim conſumat eam. et ꝙ etiaꝫ non ſit ita debilis calor ꝙ tota extinguatᷣ. ꝛ ideo opor‑tet ꝙ ibi ſit debita proportio inter materiam et calorem. et ſecundū ꝙ materia diuerſimode op‑ponitur calori habet diuerſam diſpoſitionem ꝛ figuram. nā quando exalatio eſt circularis fi‑gure groſſior in medio et ſubtilior in extremis circumquaqꝫ tunc in medio habet inflamma‑tionem obſcuriorē et in extremitatibus clario‑rem et tūc apparet ad modum ſtelle vndiqꝫ co‑mam habentis. et ſic ſortitur nomen ſtelle co‑mate. Quādoqꝫ vero exalatio eleuatᷣ et protē‑ditur in latum et tunc apparet habere caudam in longū eleuatam et vocatur ſtella caudata. Quandoqꝫ vero illa exalatio inferius habet quaſi partes diſcontinuas ſubtiles et lucidas et tūc dicitur in greco pogonias idest ſtella bar‑bata.   Ex precedentibus poteſt colligi diffi‑nitio comete.   Cometa eſt exalatio terreſtris calida et ſicca pinguis groſſa et viſcoſa. cuius partes ad inuicem multum circumiacent eleua‑ta a corporibus inferioribus vſqꝫ in ſupremaꝫ regionem aeris vbi propter vicinitateꝫ ignis et diſpoſitionē materie inflammatur et mouetur circulariter ad motum ſupreme regionis aeris.

Quibus premiſſis ſit.

## Concluſio prima.   Cometa

non eſt de natura celeſti ſed elemētari.   Qꝛ nō ſit de natura celeſti patet ex q̄ſtione precedenti. Sed ꝙ ſit de natura elementari probatur a ſiḡ‑no. nam communiter tempore generationis co‑mete fiunt magni venti. et hoc eſt ſignuꝫ ꝙ tūc eleuantur multe exalationes calide et ſicce inter quas quedā non ſunt inflammantes et reuer‑berantur per medium regionis aeris et ſic cō‑uertuntur in ventos. et ſic tempore generatiōis comete anni ſunt ſicci propter ventos aerem de‑ſiccantes circa terra. ſūt etiam calidi quia mag‑nus calor requiritur ad eleuandum tantas exa‑lationes. ergo concluſio vera.

## Dubitatur primo quo tēpo

re magis generatur cometa.   Reſpondetur ꝙ raro generatur in yeme propter nimiā frigidita‑tem. raro etiam in eſtate propter nimiam calidi‑tatem exalationem ꝯſumentem. ſed cōmuniter generatur in vere et autūpno. quia autūpnus eſt magis calidus et ſiccus.

## Dubitatur ſecundo que eſt

cauſa diuturne permanentie ipſius comete.

Reſpondetᷣ ꝙ eſt diſpoſitio ipſius materie nam quia materia comete eſt viſcoſa et groſſa non cito conſumitur a calore. ad hoc etiaꝫ facit vir‑tus aliquorum aſtrorum ſub quibꝫ generatur cometa. per quorum virtutem eleuatur noua ſurſū que additur preexn̄ti materie quod facit ad diuturnitatem comete.

## Dubitatur tertio De cauſa

diuerſitatis colorum comete.   Reſpondetur ꝙ eſt diſpoſitio comete penes groſſum et ſubti‑le. nam quando materia eſt bene ſubtilis et in‑flammabilis apparet albus vel pallidus. ſed quando eſt mediocriter groſſa apparet rubeus qn̄ādo vero materia eſt multum groſſa appa‑ret quaſi carbo ardēs.   De cauſis aūt diuer‑ſarum figurarum dictum eſt prius.

## Dubitatur quarto   Utrum

ſimul poſſint apparere plures comete.   Re‑ſpondetur cū textu ꝙ ſic. quoniā aliquādo viſi ſunt quinqꝫ. et poſſunt differre in colore et fi‑gura ſecundū diuerſitatem materie in groſſitu‑dine et ſubtilitate.

## Dubitatur vltimo: de ſigno

comete   Dicitur ꝙ eſt ſignum magne cale‑ditatis et multitudīs ventorum vt dictum eſt prius. Eſt igitur in ſignū ſeditionū et diſſenſio‑nū inter principes populos et regna et per cō‑ſequens eſt ſignuꝫ belloꝝ mortalitatū et peſtiū. Quod ſic perſuadetur. qꝛ cū tpe gn̄ationis co‑mete vigeat caliditas et ſiccitas. caliditas ſcilꝫ ignis et ſiccitas terre viget in hoībus colera et augmentatur acuties eius. modo acuties cole‑re incitat hominē ad iras iurgia ꝛ bella. Et qꝛ vita conſiſtit in calido et humido aereo poteſt etiā eſſe ſignū peſtis et mortalitatis. Et qꝛ prin‑cipes et prelati ſunt magis teneri et ſubtilioris cōplexionis ex qꝰ delicatius nutriuntur et vi‑uūt ideo qꝫ magis de facili in ſua cōplexione ſunt paſſibiles. ideo cometa eſt magis ſignum mortalitatis principū et potentiū ꝗ̄ aliorum. Et qꝛ eſt ſignū belloꝝ vt dictū eſt. ꝛ in bellis cō‑muniter cadūt principes. idō cometa eſt ſignum mutatiōis dominioꝝ regnoꝝ et legū ꝓ ꝗto ē ſignū et caſus principū.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Prima ſoluta ē in aſſignando cās permanētie comete.   Ad ſecundā negetur ꝯn̄tia. cometa enim lucet ſed lumen ſuū non hꝫ a ſole ſed eo ꝙ habet materiā inflāmataꝫ a caliditate ignis ꝗ̄ſt circulariter mouetᷣ hꝰ ē ad motū ſupͣme re‑gionis aeris. Ex quo pꝫ riſio ad tertiā ꝙ come‑ta non pōt eclipſari ab vmbra terre qꝛ non ca‑pit lumen ſuū a ſole nec a quocūqꝫ alio aſtro. ſicut luna.   Sequitᷣ in textu.   Qualiter aūt et ꝓpter quā cauſam ſit. ꝛc.

## Queritur duodecimo. vtruꝫ

Galacia ſit de natura elemētari.   Arguitur ꝙ ſic. nā cometa et galacia ſunt et fiūt ex eadē materia vt habetᷣ in textu. dicitᷣ aū ꝙ plima ex‑alatio attrahitᷣ ſub ſtellis ecalticis. vt apparet eis cauda ꝓtenſa in longum que dicitᷣ galacia ergo ſicut cometa eſt de natura elemētari ita et galacia.   2ꝰ ſic phūs dicit ꝙ galacia eſt co‑ma maximi circuli in celo ꝓpter ſegregationem exalationis eleuate ſuperius ſub illo ymo cir‑culo et ibi per virtutem motus et luīs ſtellaruꝫ illius circuli inflāmatᷣ. gꝰ galacia ē de natᷣa elemētari.   Itē dicit textus ꝙ galacia non ē inter tropicos eo ꝙ exalatio ibidē cito ſegrega‑tur et nō ꝑmittetur ſtare. ſed extra tropicos ele‑uatᷣ exalatio ex qua fit galacia et ibi cōſeruatᷣ. ergo galacia eſt de natura elemētari.   Itē dicit ꝙ non fiunt multi comete nec ſepe. qꝛ materia ex qua debēt fieri trahitur ad locum in quo fit galacia. ergo galacia eſt de natura elementari.

Ultra arguitur. celum eſt homogeneum. ergo ñ debꝫ habere partes aliq̃s albas. ideo vna non eſt albior altera. ergo galacia eſt de natura elementari. In oppoſitum arguitur quod quelibet exalatio ſtati recedit. ſed galacia ſemper manet et eſt ſemper in eodem loco ꝗtum ad ſitum partiũ celi. ergo no eſt de natura elementari. Hoc igitur habetur expreſſe in antiqua tranſlatione. ſcilicet ꝙ eſt de natura celeſti.

**Sciendum eſt primo. quod** poſtꝗ .p. determinauit de cometa ꝯñter determiat de galacia. de cuius natura recitant̃ primo tres opiniones antiquorum a phõ. Prima fuit Pictagoricoꝝ dicentiũ ꝙ ſol ſemel exiuit ſuaꝫ viam et cõbuſſit illam viam celi que nunc eſt alba. Sed hec opinio ẽ falſa. et ortum habuit ex fictione poetaꝝ quibus nephas eſt credere. et improbat̃ a phõ. quia ſequitur ꝙ zodiacus ſub quo mouentur omnes planete et etiaꝫ ipſe ſol iam pridem fuiſſet combuſtus. Item celũ non eſt ſuſceptibile peregrinaꝝ impreſſionum cum ñ ſit ad formã tranſmutabile. Secũda opinio fuit Anaxagore et Democriti dicẽtiũ galaciam eſſe lumina quoꝝdam aſtrorum cõgregata. nam illi ymaginati ſunt aſtra habere proprium lumen. Sed non apparet niſi extra radios ſolis quia maius offuſcat minus idõ dicunt ꝙ dum interponitur terra inter ſolem et illud lumen apparẽt nobis lumina aſtroꝝ congregata. ⁊ talis apparitio ſecundũ eos eſt galacia. Sed iſta opinio eſt irrationabil̃. quia via lactea apparet ſemꝑ ſub eiſdem aſtris. et cum ſol continue moueat̃ continue alit̃ et alit̃ aſtra a ſole illuminantur. et ſic tranſmutato ſole neceſſe eſt tranſmutari viam lacteam quod eſt falſum. Item magnitudo ſolis eſt maior magnitudine terre et eſt maior diſtãtia mlto vmbre terre et aſtrorum fixorum a terra ꝗ ſolis. Ex quibus ſequit̃ ꝙ conus vmbre terre non poteſt pertingere ad aſtra fixa et per conſequẽs ſoleꝫ aſpicere omnia aſtra et illuminare ea. et ſic fundamentum illius opinionis nullũ eſt. Tertia fuit opinio que dicit lumen aſtrorum commiſceri cũ humido vapore. et iterum ad celum reflecti. et ita ſecundum eos galacia eſt lumen reflexum ab aere ſiue a vapore humido ad celum ſtellatum. Sed hec opinio falſa eſt. quia tunc galacia moueretur motu ignis. nec ſemper appareret in eadem parte celi cuius oppoꝰ experimur. ergo. Itẽ circulus lacteus de nocte põt apparere in aqua vel ſpeculo. et tamen non poteſt fieri reflexio ad celum ſtellatum. ergo dictꝰ modus eſt inſufficiens. Ad videndum aũt modum generationis galacie poſitum in noua tranſlatione.

**Sciẽdum eſt ſecundo quod** ab iſtis inferioribus per calorẽ ſolis ⁊ aliorum aſtrorum eleuantur exalationes calide ⁊ ſicce. q̃ per virtutem quarũdã ſtellarum fixarum ſpiſſe ſeminatarum et prope ſe inuicem poſitarum eleuantur vſqꝫ ad ſupremam regionem aeris ſub illis aſtris viatim in quibus exalationibꝫ exiſtentibus recipitur lumen aliorum aſtrorum et apparet claritas magna vt albedo que vocat̃ galacia ſiue via lactea. Et quod ita generetur galacia perſuadetur in noua tranſlatione ratione et ſigno. Rõ e ſic. quia ſi per virtutem vnius aſtri poſſit eleuari materia tanta ex qua poſſit generari cometa. rationabile videtur ꝙ multe ſtelle ſpiſſe ſeminate habeant virtutem attrahendi multas exalationes ſurſum. et illuminandi eas. Sic ergo galacia non apparet inter tropicos quod contingit propter nimiam caliditatem que ſegregat materiam generationis galacie. Et ita videtur eſſe ſignum ꝙ galacia generetur ex exalatione.

**Sciendum eſt tertio. quod** ſecundum Pholomeum Auicennam et Albertum qui commentant antiquam tranſlationeꝫ galacia non eſt de natura elementari ſed celeſti.

Et hoc etiam habet antiqua tranſlatio. et hec opinio communiter tenetur. et eſt veriſimilior. Non eſt enim dubium ꝙ in noua tranſlatione fuerit vicium ſcriptorum vel tranſlatoris qui forte fuit illius opinionis cum hec due opiniones videntur ſibiipſis contradicere. Pro cuius declaratione.

**Scienduꝫ eſt quarto. ꝙ galacia** eſt quidam circulus albus ſiue lacteus apparens in celo transiens a pedibus Geminorum per principium ſagittarii iterum rediens in ſignum geminorum. Et in galacia apparent duo circuli albi qui non vbiqꝫ coniuncti ſunt ad inuicem.

**Sciendum eſt quinto quod** Cauſa materialis galacie eſt vna pars celi ſtellati ſpiſſior aliis. ideo magis ſufficit retinere lumen ſolis et ſtellarum et terminare viſum et in tali parte ſunt ſtelle ſpiſſe poſite que faciunt illã partem eſſe dẽſiorem et de illis aſtris quedam ſunt magna magnum lumen a ſole recipientia et ſunt alia parua inter illa magna que non videntur a nobis. ſed tamen emittunt lumen adeo ꝙ lumen apparet nobis continuum cum lumine aliorum. ⁊ ita apparet nobis via lactea ſiue alba propter magnam claritatẽ illius ꝑtis et iuxta hoc ſit.





**Concluſio reſponſiua. galacia** eſt de natura celeſti. Pꝫ auctoritate phĩ in antiqua tranſlatione.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ**

Ad primã dicitur ꝙ omẽs ille auctoritates fundantur in noua tranſlatione que nõ cõiter tenetur. Ad vltimã dicit̃ ꝙ celum eſt totuꝫ homogeneum ꝗtuꝫ ad naturã ſubſtantialẽ. ⁊ tñ differt a ſuis ꝑtibus per raritatẽ et denſitatem et per luminoſuꝫ et non luminoſum. ⁊ nõ eſt tñ ſubm mutationi de contrario in cõtrarium propterea auctoritas poſt oꝰ eſt pro dictis. ⁊c.

Sequit̃ in textu. De loco aũt poſitio eſt zº.

**Queritur tredecimo Utrum** Pluuia generet̃ in media regione aeris. Arguit̃ primo ꝙ nõ. q2 pluuia ſubaliter eſt aqua ſed locus naturalis gñationis aque eſt ipſa aqua. ergo pluuia nõ gñatur in media regiõe aeris. zº ſic alique impreſſiones ignite generant̃ in media regiõe aeris. ergo ibi nõ gñant̃ impreſſiones aquoſe. ꝯña tenet q2 idem nõ eſt cauſa gñationis oppoſitoꝝ. Ad oppoſitũ ẽ phũs in tertio capitlo tertii tractatꝰ huiꝰ libri.

Uerũ eſt tñ ꝙ ſecundũ Albertũ incipit ſecundus liber. Pro reſpõſione ad q̃ſitum.

**Sciendum eſt primo. quod** Poſtꝗ phũs determinauit de impreſſionibus ignitis quaꝝ materia remota eſt corpus ſiccũ terreſtre. et materia ꝓpinqua eſt exalacio calida et ſicca. ꝯſequẽter in hoc tractatu determiat de impreſſionibus aquoſis quarum materia remota eſt corpus aqueũ. et materia ꝓpinqua eſt vapor calidꝰ et huidus. calidus quidẽ calore facto extriſeco agẽte. et huidꝰ huiditate aq̃a.

**Scienduꝫ eſt ſecundo ꝙ cauſa** efficiens remota hmõi impreſſionũ aqueaꝝ eſt ſol et alia aſtra per lumẽ ſuum et influentie euaporãtes corpora humida aquea hic inferiꝰ exiſtentia. Sed efficiens ꝓpinquũ in aliquibus eſt frigiditas medie regiõis aeris. in aliis aũt frigiditas noctis q̃ eſt in aere infime regionis: et in aliis facit antipiſteſis. Cauſa finalis ꝓpiq̃ et intrinſeca iſtaꝝ impꝛſſionũ aqueaꝝ eſt gñatio. ſed remota eſt gñatio et ꝯſeruatio ⁊ augmẽtatio vegetabiliũ ⁊ viuẽtiũ ſupra terrã.

**Sciendum eſt tertio. quod** Duplex poteſt eſſe locus gñatiõis alicuius impreſſionis ſcꝫ naturalis et accidẽtalis. Locus naturalis ẽ in quo reperiunt̃ natalit̃ gñatões talis impreſſiõis. Sed accidentalis eſt in quo de per accidens reperiunt̃ et aliq̃ñ reperiuntur tales cauſe et non ſepe. Primo mõ media regio aeris eſt locus natalis pluuie. q2 media regio aeris eſt ſemꝑ frigida. Sed ſecũdo mõ ſcꝫ de per accidens aliq̃ñ in ſuprema ꝑte et in infima regione aeris gñatur pluuia.

**Scienduꝫ eſt quarto. quod** Iſta quatuor vapor nubes nubecl̃a et caligo licet ſint idem ſecũduꝫ ſubam. differunt tñ ſꝫꝰ accidens. q2 vapor dicit̃ fumus ſubtilis calidꝰ et humidus humiditate aquea ſurſuꝫ eleuata. Sed nubes eſt ipſe fumus frigiditate medie regionis aeris ꝯdenſatꝰ et inſpiſſatus. Sed nubecula eſt ꝑua nubes. Caligo vero eſt nubecula ſterilis. ex qua ſcꝫ nõ eſt nata generari pluuia. Et cõiter apparet talis caligo poſt magnas pluuias et eſt ſignũ future ſerenitatis.

**Sciendum eſt quinto quod** Pluuia ſic gñatur. nã per calorẽ ſolis et alioꝝ aſtroꝝ a corporibꝫ huidis aqueis hic inferius exiſtentibꝫ eleuatur vapor calidus et huidus humiditate aq̃a vſqꝫ ad mediã regionẽ aeris vbi ꝓpter frigiditatẽ loci ꝯdenſat̃ et inſpiſſatur et cõuertit̃ in nubẽ. et nubes in aquã deſcendẽdo in guttulis. q̃ cũ ſint ꝑue vocant̃ perſecades cum vero ſint multum groſſe et magne vocant̃ lãbroceres. et cũ ſunt mediocres vocant̃ et retinẽt ſibi nomẽ quod ẽ pluuia. Ex quo pꝫ quid ſit pluuia. ẽ eniꝫ vapor calidus et huidꝰ huiditate aq̃a eleuatꝰ a corꝑibꝫ huidis aqueis hic inferius exñtibꝫ ꝑ calorẽ ſolis et alioꝝ aſtroꝝ vſqꝫ ad mediã regionẽ aeris. vbi ꝓpter frigiditatẽ loci ꝯdenſat̃ et ꝯuertit̃ in nubẽ. et nubes in aquã deſcendẽdo per guttulas ꝓpter ſaluteꝫ animancium. Ex quo pꝫ.

**Concluſio reſponſiua ad .q.** Scilꝫ ꝙ pluuia gñat̃ in media regione aeris.

Patet. ibi reperiunt̃ cauſe ſufficiẽtes ad generationẽ pluuie. nã media regio aeris ẽ ſemꝑ frigida. ⁊ vapor eleuat̃ vſqꝫ ad mediã regiõeꝫ aeris frigidã. et ita ꝑ frigiditatem medie regionis aeris cõuertit̃ in aquã. Uerũ eſt tñ ꝙ ꝑ accidẽs põt pluuia gñari. in ſuprema parte infime regiõis. q2 ibi q̃ñꝫ et de per accidẽs reperiunt̃ cauſe gñatiõis pluuie.

**Dubitatur de ſignis pluuie** Per q̃ põt ſciri gñaº future pluuie. R. ꝙ ſunt mlta ſigna. Pꝰ eſt aſcẽſus vaporis ſurſum et apparitio nubis. zꝰ ẽ diminutio roris ⁊ fontiũ tempore tẽꝑato q2 vapor ex quo dꝫ gñari ros eleuat̃ vſqꝫ ad mediã regionẽ aeris ⁊ ſiliter q̃ñ diminuũt̃ fontes tali tꝑe ſignũ ẽ magne euaporatiõis. 3ꝰ ẽ humectatio pietũ et lapidũ. pluuia. n. ñ ſolum gñat̃ ex vapore ſꝫ etis ex aere ꝯuerſo i aquã. et cũ tꝑe gñatiõis vigeat virtꝰ ꝯuerſiua aeris et vaporis in aquã. idõ tunc aer tangens lapides frigidos conuertitur i aquã.

Quartum ſignū eſt ꝙ lampades ardētes ſintillant. qꝛ circundans oleum conuertitur in aquā manentē in ſupficie olei. ideo non bene ardet oleū. Quintū ſignū eſt rubedo matutina ſolis et pallor radiorum ſolis. nam qñ ſol apparet rubeus demane ſignū eſt ꝙ ſunt multi vapores exiſtentes inter aſpectū noſtrum et ſolem ex quibus poteſt generari pluuia et nō fuerunt conuerſi in nocte precedenti in rore. ſed rubedo ſolis ſerotina non eſt ſignū pluuie. ſed ſerenitatis. qꝛ ſignū eſt ꝙ ſunt vapores eleuati de die per calorē ſolis ad infimā regionē aeris et cum non fuerint eleuati vſqꝫ ad mediam idō adueniente frigiditate noctis nō poſſunt amplius aſcendere propter debilitatē caloris. ⁊ ita conuertunt̄ de nocte in rorem deſcēdentē ſupra herbas ⁊ folia arbor̄. Sextū eſt ꝙ tempore generationis pluuie non videntur multa aſtra propter multitudinē vaporūꝫ et nubium inter nos et aſtra. Septimū eſt cantus ranarūꝫ et gñaliter omniū aquaticor̄. Octauū ſignū eſt ꝙ qñ debet fieri pluuia muſce ⁊ pulices fortius pungunt. et oues auidius paſcunt et comedunt. et yrundines et alie aues diligentius nutrimentū querunt. nam per alterationē factam in corporibus eor̄ ex quodā inſtinctu nature ad querēdū nutrimentū et ad prouidēdūꝫ ſibi de futuris mouent̄. Multa alia ſigna pñt aſſignari. ſed hec ſufficiant cauſa breuitatis.

### Dubitatur pꝛimo de accidētibus pluuie.

Dicendū eſt ꝙ primum eſt ꝙ deſcendit per guttulas rotundas q̄ cum ſit frigida et deſcendat per aerem calidū reducit ſe ad figurā ſpꝉicā vt magis reſiſtat ſuo cōtrario.

Secundū accidens eſt ꝙ hmōi guttule ſūt aliquando groſſiores qñqꝫ ſubtiliores. et hoc dicit propter diſpoſitionē materie in calore et frigiditate et groſſicie et ſubtilitate et etiam ꝓpter diuerſā diſpoſitionē medie regionis aeris

Tertiū accidēs eſt ꝙ pluuia qñqꝫ eſt dulcis qnādoqꝫ amara quod ꝯtingit qꝛ qñqꝫ cū vapore aqueo miſcetur aereū ꝙ eſt cauſa dulcis quandoqꝫ miſcet̄ exalatio terreſtris et aduſta que eſt cā amaritudinis. Quartū accidens eſt ꝙ ſepius generant̄ pluuie ꝙ̄ quecunqꝫ alia impreſſio. et hoc contingit. qꝛ corpora humida ſunt facilius euaporabilia ꝙ̄ terreſtria ſiue exalabilia idō inter impreſſiones aqueas ſepius generatur pluuia ꝙ̄ alie. quādoqꝫ enīꝫ tp̄e anni media regio aeris eſt ſufficienter diſpoſita ad diſpoſitionē generatiōis pluuie nō aūt nimis nec infima ad generationem pruine nec roris.

Aliud poteſt aſſignari. qꝛ pluuia eſt magis neceſſaria ad ſaluteꝫ viuentiū ꝙ̄ alie impreſſiones ideo eſt magis intēta natura vniuerſali.

Aliud accidens eſt ꝙ aliqñ cum pluuia cadunt ranūcule quidā vermes et piſces. et talia hmōi. et hoc ꝯtingit. qꝛ quādoqꝫ cū vapore aqueo eleuat̄ exalatio viſcoſa que per virtutem ſolis et aliorū aſtror̄ poteſt tranſmutari ad formaꝫ alicuius viuentis recipiēdam. multa alia accidentia poſſunt aſignari de pluuia que cā breuitatis dimittuntur.

### Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicit̄ ꝙ aliquis locus pōt dici naturalis dupliciter. Uno mō qꝛ eſt gñatiuꝰ et conſeruatiuꝰ locati ⁊ hoc modo locus aque eſt locus naturalis ipſius aque. Alio mō dicit̄ locus naturalis alicui corpori. qꝛ in tali loco reperiunt̄ cauſe ſufficientes ad generationem talis rei. et hoc modo regio aeris eſt locus naturalis pluuie. Ad ſecundā dicit̄ ꝙ impreſſiones ignite generant̄ per accidens in media regione aeris. ſed pluuia ibi generat̄ de per ſe nihil auteꝫ prohibet vnū et eundeꝫ locū eſſe generatiuū oppoſitor̄ ſcilꝫ viuꝰ de per ſe et alteriꝰ de per accidens. Sequitur in textu. Ex eo autem ꝙ de die euaporat.

### Queritur Quartodecimo

Utrum ros et pluuia ſimiliter generent̄ et ſimiliter queretur de niue et pruina. Arguit̄ pᵒ ꝙ ros et pluuia non ſimiliter generentur. quia materia roris eſt ſubtilior ꝙ̄ materia pluuie. et ros generatur in infima regione aeris et pluuia in media. ergo non ſimiliter diuidunt̄ ſicut nec generātur. ſilr̄ nec nix generat̄ in media et pruina in infima. ergo non ſimiliter generant̄.

In oppoſitum eſt phūs.

### Sciendum ē pꝛimo. ꝙ Ros

ſic generatur quia per calorē ſolis de die a corporibus humidis eleuatur vapor ſubtilis ad infimam regionē aeris. qui vapor frigiditate noctis temꝑata adueniente conuertit̄ in aquā deſcendentem per guttulas inherentes herbis et foliis arbor̄. Uñ vapor roridus habet humidum ſubtile permixtum cum ſubtili ſicco terreſtri nec habet calidū multūꝫ ſed temꝑatū ideo recedente calore extrinſeco eleuatur illud humidū ſubtile cum ſubtili terreſtri: per frigiditatem noctis ſimul ingroſſatuꝫ et conuertitur in aquam. deſcendentem ſuper herbas et folia arborum. et ita non prius conuertitur in nubē ꝙ̄ conuertatur in aquaꝫ. ſed ſimul ingroſſatur et in aquā cōuertitur. ⁊ ita ros nō habet nubē primā quēadmodū pluuia. illud autem ſiccum terreſtre cōmixtum humido ſubtili ē quādoqꝫ viſcoſum ad modum mellis. et ob hoc ſole radiante ſuper ip̄m euaporatur humidum et dimittitur ſiccum ad modū farine ſupra folia arborū et herbas. et quādo materia ē ſic diſpoſita vocat̄ manna. et quādoqꝫ inducit ſterilitatem in fructibus. et quādoqꝫ etiā oues paſcētes tales moriunt̄ ex fluxu ventris. Ex precedentibus pꝫ in quo cōueniunt et in quo differunt ros et pluuia. Cōueniunt eniꝫ in hoc ꝙ generant̄ ex vapore cōuerſo in aquā deſcendentē per guttulas. Differūt tamen primo. qꝛ ros generatur ex ſubtiliori et clariori vapore et minus habente de calido. idō minꝰ alte eleuat̄. et debili frigiditate pōt in aquā cōuerti. Et ex hoc ſequit̄ alia differentia. qꝛ ros generat̄ in īfima regione aeris et pluuia in media regione aeris. Differūt 3ᵒ qꝛ ros nō habet nubem preuiam ſicut pluuia.

### Sciendūꝫ ē ſecundo ꝙ pꝛuina

ſic generat̄. nā de die ꝑ calorē ſolis et alior̄ aſtrorum a corporibus humidis eleuatur vapor ſubtilis habēs debilē calorē ad infimā regionem aeris. qui vapor adueniente frigiditate noctis ſimul ingroſſatur et congelatur deſcendens et adherens herbis et pilis animalium.

Ex quo pꝫ ꝙ in aliquo conueniunt. et in aliquo differunt ros et pruina. Cōueniunt enim in hoc ꝙ generantur ex corpore ſubtili habenti debilem calorem. Ex quo ſequitur alia cōuenientia ſcilꝫ ꝙ generantur tempore ſereno quia magni venti ſegregarent illam materiā ſubtilē et non permitterent eam conſiſtere. Tertio conueniunt. quia ambo generantur in infima regione aeris. et hinc eſt ꝙ in montibus altis non inuenitur ros nec pruina: Sed differūt quia vapor ex quo generatur pruina ſimul cōuertitur in aquam ⁊ ſimul congelatur. ita ꝙ cōgelatio precedit motū partium aque in vnam guttam aque. ſed vapor roris in aquam conuertitur et non congelatur. Secūdo differūt quia ros generatur in tempore temperato vt in vere et autumno et in locis temperatis. Sed pruina generatur in locis frigidis et tempore frigido. Tertio differunt. quia ros per ſe generatur flante vento auſtrali. et per accidens ſiue per antipariſteſim flante vento boreali. Et pruina per ſe generatur flante vento boreali. et per accidens flante vento auſtrali. Uerū eſt tamen ꝙ in Ponto hoc eſt in illa regione generatur ros flante vento boreali propter calorē illius loci. et generatur pruina flante auſtrali ꝓpter antipariſteſim.

### Sciendūꝫ eſt tertio ꝙ Nix

ſic generatur. nam de die per calorem ſolis eleuatur vapor calidus vſqꝫ ad mediam regionem aeris qui propter magnam frigiditatem conuertitur in nubem. et nubes in niuem deſcēdentem per partes. ita ꝙ anteꝙ̄ partes nubis conuertantur in aquam conuertuntur in niuem quia motus congelationis illarū partiū preuenit motū multarum guttularū in vnam guttā et quando nix congelatur ab excellenti frigido noctis cum non ſit ex materia viſcoſa cadit ꝑ minimas partes. ſed quando generatur a frigido non nimis exceſſiuo et materia eſt viſcoſa tunc cadit per magnas partes ſeu petias. Ex quibus patet qualiter differt nix a pruina. nam pruina et nix generantur in diuerſis locis vt dictū eſt. et nix generat̄ ex groſſiori materia ꝙ̄ pruina. et habet nubem preuiā nix ꝙ̄ non habet pruina. Sed in hoc conueniunt ꝙ vtraqꝫ impreſſio generatur per congelationē. Ex precedentibus patet.

### Concluſio reſponſalis: ſcilicet

ꝙ in aliquo cōueniūt generatio rorꝭ ⁊ pluuie ⁊ in aliqᵒ differūt. Et ſimlr̄ dicit̄ de rore ⁊ pruina.

### Dubitatur pꝛimo. De accidentibus roris.

Dicendum eſt ꝙ primum eſt ꝙ ros generatur in locis. Aliud accidens eſt ꝙ ros cōiter eſt multū dulcis ⁊ plures tempore generationis roris inuenitur manna. ratio cuiꝰ dicta eſt ante. Aliud accidens eſt ꝙ blada ī rore collecta cito purteſcunt. quia ros habet materiam viſcoſam ⁊ calidā. et calidum agens in humidum eſt cauſa putrefactiōis. Aliud ꝙ oues comedentes blada rorida vel herbas roridas quandoqꝫ moriuntur. et hoc propter viſcoſitatem materie.

### Dubitatur ſecundo. De accidentibus niuis.

Reſpondetur ꝙ primuꝫ eſt ꝙ nix eſt alba. cuius cauſa eſt vehemens frigiditas. nam frigidum agens in humidum eſt cā albedinis. et nubes ex qua generat̄ nix apparet albior ꝙ̄ ex qua generat̄ pluuia. Aliud accidens eſt ꝙ nix quandoqꝫ cadit per paruas petias et quādoqꝫ magnas. cuius cā dicta eſt ante. Tertiū accidens eſt ꝙ nix auget frumēta. quia per ſuam frigiditatem claudit poros terre et calefacit terram. Eſt etiā alia cauſa. qꝛ nix ē ex materia pingui et viſcoſa. Quartū accidēs eſt ꝙ nix perpetuo ſaluatur in montibꝰ altis propter defectū caloris liq̄facientis niuē.

### Dubitatur tertio. de accidentibus pꝛuine.

R. ꝙ primū eſt ꝙ pruina gñatur de nocte ⁊ maxīe in aurora ⁊ tēpore frigido ⁊ locis frigidis. qꝛ requirit ꝯgelatiōeꝫ. Aliud ē ꝙ pruina cōiter eſt̄ fetida eo ꝙ fit ex mixtiōe exalatiōis calide cū vapore hūido. Aliud ē ꝙ aliqñ materia pruine aſcēdit ſurſū et ꝯuertit̄ in nubē et tūc ē ſignū future pluie. aliqñ deſcēdit abſqꝫ ꝙ cōuertat̄ in nubē et tūc ſignū eſt ſerenitatis aeris. De accidētibꝫ aūt pluuie dictum eſt prius. Ad rationes dicitur ꝙ bene

probauit ꝙ non eodem mō generat̃ ros et pluuia. et ſimiliter nix et pruina. qđ conceſſum eſt.

Et hec de queſtione. Sequitur in textu. Grandines autē fiunt vere et autūno maxie.

## Queritur Quartodecimo:

Utrum grando magis generatur in vere et autumno ꝙ̃ in eſtate et hyeme. Arguitur ꝙ non. quia grando generatur per congelationē ad quam requiritur frigiditas magna. cū ergo in hyeme ſit maior frigiditas ꝙ̃ in alio tēpore. ſequitur ꝙ frequentius generatur in hyeme ꝙ̃ in alio tempore. 2º arguitur grando congelatur a calido per antipariſteſim in infima regione aeris. cū ergo infima regio aeris in eſtate ſit calidior ꝙ̃ in alio tēpore. ſequitur ꝙ ĩ eſtate magis generatur grando ꝙ̃ in alio tempore.

Ad oppoſitū eſt phūs in vltimo caplo hui9 tractatus. Pro reſponſione.

Sciendū ē primo. ꝙ anaxagoras voluit generari grandinē per propulſum nubis in inferiorem locum ſcilicet in mediam regionem aeris. que cum ē multū frigida propter defectum caloris conuertit nubes in aquā. et propter magnam frigiditatē loci congelatur et ideo etiā magis generatur grando in regionibus calidis. quia tunc calidū infime regiōis aeris facit nubem magis eleuari et magis propellit̃. Sȝ phūs iſtam opinionē reprobat. quia tūc ĩ altis mōtibus deberēt fieri grādines quē admodū niues quod tamē nullibi reptū eſt.

Sciendum ē ſecundo ꝙ multotiens viſe ſunt nubes eleuate cū mīto ſono et terribili. et mītotiens ſine ſono ſatis ꝓpe terraȝ quibus viſis ſtatim poſt magna ⁊ multa facta eſt grando et oblonga et rotūda. et hoc eſt. qꝛ grando generat̃ ꝓpe terrā. vnde ſi multū diſtāter a terra generet̃ grādo apparet rotūde figure et non angularis. qꝛ anguli propter magnum motū et cōſtrictionē liquefiunt et franguntur

Ad videndū ergo qualiter generat̃ grādo dicit phūs ꝙ vnū cōtrariū eſt alterius fortificatiuū per antipariſteſim. ergo ſic fit grando. nam per calorē ſolis et aliorum aſtroꝝ a corporibus humidis calefactis eleuat̃ vapor calidus et humidus vſqȝ ad mediā regionē aeris. vbi ꝓpter frigiditatē loci conuertit̃ in nubem. et nubes in aquā deſcendētem per guttulas frigidas. que guttule deſcendendo per infimā regionē calidā per antipariſteſim cōgelāt̃. et ꝙ̃to cōgelatio fit diſtantius a terra tāto eſt magis rotūde figure ſed quāto fit prope terram ſunt minus rotūde et ſunt quaſi triangulares. Et ad frigiditatem congelationis per antipariſteſim hmōi guttaꝝ multum confert calefactio vaporis ex quo generate ſunt ille gutte. quia quādo aliquid caleſit rareſit. et ideo quādo iuxta ipſum ponitur frigidū poteſt ipm̄ magis penetrare ad intra. et citius et fortius infrigidare. Et ita ille gutte ex quibus fit grando ſunt multū frigide. quia generantur ex vapore calido per antipariſteſim.

Unde piſcatores circa pontum. i. circa illam regionem calefaciunt aquā vt poſtea fortius et citius congeletur. qua congelata vtuntur loco plumbi ſuſpendentes eaȝ ad retia vt poſſint ad fundum aque deſcendere.

Concluſio reſponſiua. grando cōuenientius generatur in vere et autūno quā in eſtate aut hyeme. Patet. qꝛ in vere et autumno reperiuntur cauſe conuenientiores generationi grandinis ꝙ̃ in aliis temporibus. nā in vere et autumno viget ſufficiens caliditas ad euaporandum. et in illis temporibus corpora īferiora ſunt ſatis humida vt poſſint euaporari. et in illis temporib9 infima regio aeris eſt ſufficienter calida et ſicca ad cauſandum frigiditatem et congelationem per antipiſteſim. ſed ĩ eſtate corpora inferiora ſunt nimis calida et ſicca. ideo minus poſſunt euaporari. et īfima regio aeris eſt nimis calida ad faciendum antipariſteſim. et in hyeme corpora inferiora ſunt nimis frigida et humida. et calor eſt nimis debilis ad euaporandum. et infima regio eſt nimis frigida. Ex precedentibus pȝ ꝙ grando conuertitur ĩ aquā anteꝙ̃ cōgeletur in infima regione aeris. et per hoc ſatis patet differentia grādinis a niue et aliis impreſſionib9 hūidis.

Dubitatur primo. de accidētibus grandinis. R̃. ꝙ habet plura accidētia Quorū primū eſt ꝙ grando apparet ꝑ globos congelatos duros ad modum criſtalli. Unde ſi amplius congelarentur illi globi ex ipſis poſſet fieri criſtallus. Secundū accidens eſt ꝙ grando cōmuniter mortificat vegetabilia propter ſui frigiditatem. frigiditas enim eſt qualitas mortificatiua. Tertiuȝ accidens eſt ꝙ quandoqȝ tempore generationis grandinis audiuntur magni ſoni et terribiles. et hoc contingit. quia in nube grandinoſa includūtur exalationes que petentes exitū mouentur per nubeȝ et frangunt ipām. et in illo fractu cauſant ſonos. Uel etiam cauſant̃ illi ſoni per diuiſionem aeris factam per grandinem. Quartū accidens eſt ꝙ aliquādo cū grandine cadit pluuia. et hoc contingit quando eſt parua antipiſteſis. et tunc non omnes gutte congelantur. Uel etiā contingit propter congelationē caloris ipius infime regionis aeris liquefacientis grandinem in toto vel in parte.





Quintum accidens eſt ꝙ grando quādoqȝ eſt triangularis figure. Quod contingit quando cōgelatur prope iuxta terrā. quādoqȝ ē rotūde figure quādo remote a terra ꝯgelat̃. ⁊ huius cā dicta eſt prius. Et aliquando in grandine apparent ymagines diuerſoꝝ aīalium. Et alii qui volunt hoc reſoluere in virtutē celeſtē tunc vigentē. videtur tamen eſſe per accidens ex pte materie congelate. Et ſic pȝ in toto iſto tractatu de generatione impſſionū humidarum et differentiaꝝ earundē. Quaꝝ impreſſionum aquoſaꝝ ſufficientia ſic poteſt haberi. Nam omnis impreſſio humida generat̃ ex vapore calido et humido humiditate aquea. aut ergo generat̃ in infima regione aeris et prope terrā aut in media. Si in infima hoc eſt dupliciter aut generatur ſine cōgelatione ⁊ ſic eſt ros. aut per cōgelationē. et hoc eſt dupliciter. quia vel ſimul inſpiſſatur et cōgelatur et ſic eſt pruina. aut prius ſpiſſatur et cōuertitur in aquā ꝙ̃ congeletur et ſ. c ſi iſta ſpiſſacio fiat hic inferius tūc non eſt impreſſio ſed dicitur glacies. ſi vero ſpiſſetur et conuertatur in aquā in media regione aeris et in infima cōgeletur per antipiſteſim ſic eſt grando. Si vero impreſſio humida generet̃ in media regione aeris hoc eſt dupliciter. quia vel congelatur et ſic eſt nix. vel non congelatur et ſic eſt pluuia. Rōes ſoluuntur ex dictis.

Sequitur in textu. De ventis autem et omnibus ſpiritibus.

## Queritur decimoquinto:

Utrum aque fontium et fluuioꝝ generentur in concauitatibus terre ex aere circūcluſo in ipſis conuerſo in aquā. Et arguitur ꝙ non. quia aqua pluuialis imbibitur terre et non videtur vbi tanta multitudo aque perueniret niſi iterum egrederetur per fontes et fluuios. igitur fontes et fluuii generantur ex pluuia que immiſcetur terre. 2º arguit̃. omne quod recipitur et non eſt ibi naturaliter oportet ꝙ veniat aliūde. ſed aque fontium et fluuioꝝ infra terram ſunt non naturaliter. igitur ibi aliunde ⁊ ab extra veniunt. et ꝑ cōſequēs fōtiū ort9 ⁊ fluuioꝝ ſunt aque pluuiales recepte in concauitatibus terre. In opppoſitū eſt phūs in primo capi. vltimi tractatus huius libri. Pro reſpōſiōe ad queſtionem.

Sciendum eſt primo: ꝙ poſtꝙ̃ ariſtoteles determinauit de impreſſionibȝ aqueis que in inferiori loco generantur ex vapore humido. cōſequenter in vltīo iſto tractatu agit de aquis fluuialibus et fontibus ꝙ̃ incipiunt infra terram et generantur ibideȝ ex aere incluſo in cōcauitatibus terre cōuerſo in aquā per frigiditatem terre.

Sciendum ē ſecundo: ꝙ quidā antiquorū dixerunt aquas puteales et fluuiales nihil aliud eſſe quā aquas pluuiales receptas et conſeruatas in quibuſdam ventribus et receptaculis exiſtentibus infra terram. ex quibus oriuntur ⁊ fluunt hmōi fluuii. Et hoc probant duplici ſigno. Primū eſt ꝙ fontes et fluuii ſunt maiores in hyeme quam ĩ eſtate.

Aliud ſignum eſt quidam fontes et fluuii ſunt perpetui. ſcilȝ qui habent magna receptacula et ſufficientia retinere aquam pluuialem ad miniſtrandū aquā per totam eſtatem vſqȝ ad hyemem ſequentem. Alii vero non ſunt perpetui qui ſcilicet non habent ſufficientia receptacula nec ſatis magna. Sed cōtra iſtā opinionem arguit ſic Seneca in libro de naturalibus queſtionibus. Primo. quia diligens foſſor vinearum reperit aquam pluuialē non deſcendere in profundum vltra decem pedes. et tamen profundius multo reperiuntur infra terram riuaria fontium et fluuiorum.

Secundo quia videmus fontes ⁊ fluuios magnos ſub magnis lapidibus et rupibus per quos non poſſet aqua pluuialis deſcendere. vnde in cacuminibus montium reperiuntur fōtes et etiam in rupibus exiſtentibus in mari. Reſtat autem ꝙ ibi non poſſit aqua pluuialis aſcendere. Contra hoc etiam arguit phūs. quia multitudo fontium et fluminum decurrentium per totum annum eſt maior tota terra. gº in terra ñ poteſt eſſe ſufficiens receptaculum ad recipiendum tantam aque multitudinem ſicut etiam multitudo aque pluuialis deſcendentis de nubibus per totum annum eſt maior quam ipſe locus nubium. ideo locus nubium non ſufficeret ad retinendum totam aque multitudinem. niſi continue materia pluuie ad locum illum continue eleuaretur et conuerteretur in pluuiam. Unde ſicut ex multis vaporibus de inferioribus locis ſurſum eleuatis generatur nubes. ex qua per magnam frigiditatem iterum generantur parue guttule. ꝙ̃ in vnum confluentes faciunt vnam magnam multitudinem aque fontalis. ſimuliter videtur rationabilit̃ poſſe dici ꝙ ex aere exiſtente infra terram ingroſſato per frigiditatem loci generantur guttule aque in multis et diuerſis locis ꝙ̃ in vnum infimum locum confluentes cauſant originem alicuius fontis vel fluuii. Et hoc eſt rationabilius quam dicere ꝙ fontes et fluuii generentur ex aqua depluta et imbibita terre.

Ex quo apparet modus generatiõis fontiū et fluuioꝝ. nam in viſceribus terre includitur aer qui propter frigiditatē lateris terre inſpiſſatur et cõuertitur in guttulas. q̄ per poros terre deſcendūt ad vnum locū in quo cõiungūtur a quo originatur fons et fluuius. Et hūc modū generationis fontiū et fluuiorum declarat pħūs per ſigna duo. Primū eſt de foſſorib⁹ terre ad faciendum puteos qui non reperiunt aquā in vno ventre et receptaculo. Sed vidēt eam per diuerſos poros terre deſcendere guttatim ac ſi terra ſudaret. Secundū ſignum eſt nam ex magnis montibus oriuntur magni fluuii ſicut declaratur in textu per multa exempla. nominando maximos montes qui ſunt in Aſia Africa et Europa. et nominat magnos et maximos fluuios oriētes ex illis montibus. quoꝝ montium et fluuiorum nomina patēt in textu.

Similiter in locis vicinis magnis montib⁹ oriuntur multi fontes. ſed in locis planis et cāpeſtribus pauci fontes ſunt et fluuii. et ſi qui ibi ſunt ſunt parui. Quod autē ex magnis montibus et rupibus naſcantur illi fluuii non eſt propter aliud niſi quia ſunt multum ſpongioſi et in illis multus aer includitur. ex quo magne aque poſſunt generari. Et ſi querat̄ quo modo infra terram generantur tales poroſitates ꝛ concauitates. Reſpōdet̄ ꝙ hoc eſt per calorem ſolis et aliorum aſtrorum. et etiam per influentias exalantes infra terraʒ humidū et propellentes frigidum. et ita ibi generantur illi ſpiritus qui habent eleuare terram et generare montes et concauitates in terra. Ex quibus omnibus patet cõcluſio.

## Concluſio reſponſiua ad .q.

Aque fontium et fluuiorum generantur infra terraʒ per conuerſionem aeris in pluuiam. vt dictum eſt. Et licet non generentur ex aquis pluuialibus receptis in viſceribus terre. cõcedēdū eſt tamē ꝙ aque pluuiales bene faciūt ad augmentationem aquarum fontium ſed non ſufficiunt ad cauſandum eas.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ vna pars aque pluuialis euaporatur per calorē ſolis et ſurſum aſcendit. et alia corrumpitur per ſiccitatem terre et in naturam terre conuertitur. alia vero poteſt cõuerti in aerem per quandā calefactionem. Alia pars vero bene facit ad augmentationem fontium et fluuiorum. Ad ſecundā dicitur ꝙ aqua infra terram aliunde venit quātum ad materiam ex qua generatur. quia aer ex quo gñat̄ aqua pluialis et fōtalis aliūde venit. ſʒ cauſa effectiua et proxima eſt frigiditas terre q̄ non venit aliunde. Sequitur in textu. Non ſemper autē eadem loca terre.

## Queritur Sedecimo vtrum

Ubi eſt nunc mare prius aliquando fuerit aut poſterius erit terra arida. Arguitur ꝙ non. quia nullum elementum naturaliter exit locuʒ ſuum. ſʒ mare nunc eſt in ſuo loco naturali. igit̄ ꝛc. Secundo arguitur. ſi ſic ſequeretur ꝙ per naturam poſſet fieri vniuerſale diluuium. Patet cõſequētia. quia ſi vna regio terre poſſʒ mutari naturaliter de arido in humidum. videtur etiam ꝙ tota poſſit permutari. igitur ꝛc. In oppoſitū eſt pħūs in vltīo ca. huius vltimi tractatus primi libri. Pro reſponſione.

## Sciendū eſt primo. ꝙ poſt

q̄ pħūs determinauit de generatione fontium et fluuiorum. cõſequenter determinat de duratione et permanentia eorum. Pro quo.

## Sciendum ē ſecundo ꝙ non

ſunt ſemper eadem loca terre aquoſa et arida. ſed mutantur ſecundum generationeʒ fluuioꝝ et effectus eorundē. nam mare conſtituitur per ingreſſum et concurſum fluuiorum ad inuicem ideo non ſemper mare eſt in eadem parte. ſed vbi nunc eſt mare erit terra arida et ecõtra.

Pro quo.

## Sciendū eſt tertio ꝙ Sicut

ſe habent corpora animalium et plātaruʒ quo ad generationē ſtatum et decrementuʒ quo ad ipm celū quod ꝑ motū ſuum in vno tēpore adducit agēs et ſolē et in alio tēpore abducit ipʒ ita etiam ſe habet terra quo ad ſenectutem id eſt ad aridā fier. et iuuentutem id eſt aquoſam fieri ad ipm celum. quod pro aliquo tēpore adducit aliquos planetas ſecundū determinatū curſum ad inuicem ſuper aliquā partem terre quā per virtuteʒ ſuā deſiccant. et in alio tēpore abducit ipſos planetas et diſſoluit illam coniunctionē planetarū et adducit aliam influentiam humefactiuā et viuificatiuam. et ita cū ñ vigeat eadē influentia celeſtis ſemper ſupra eādem portionē terre. ideo terra variat̄ de arido in aquoſum et econtra. et illa pars terre que eſt nunc habitabilis poſtea erit inhabitabilis. Et ſi obiciatur. quia nulla eſt memoria ꝙ vbi nos nūc habitamus aliquando mare fuerit. ℞. ꝙ talis tranſmutatio ē ꝑ ſucceſſionem longi temporis excedentem vitam omniū gentium genitarum in vna regione. ideo corruptio oīum gētium vnius regionis fit antequam poſſit peruenire memoria de primo habitantibus in illa regione ad poſterius habitantes



Et ad hoc multum iuuat ꝙ aliquando in bellis cadūt gentes vnius regionis. et aliqñ per peſtilentias. aliquādo etiā ꝑpter ſterilitateʒ in vna regione omēs habitantes relinquūt eaʒ. Quia ergo talis tranſmutatio maris in terrā ſiccam et ecõtra nõ fit niſi in longo tēpore. nõ eſt mirū ſi talis tranſmutatio nos lateat. Uidemus etiā ꝙ in quolibet tēpore hyemali viget influētia humefactiua que facit ad generandū et augendū hic inferius aquas adeo vt durent per magnas partes anni. ideo etiam non eſt inconueniens ſi in longo tempore generentur aque in aliqua parte terre ibi permanētes per longa tēpora. Ideo pħūs impugnat fatuitatem aliquoꝝ volentium ꝙ non poſſint fieri tales tranſmutatiões niſi per generatiõeʒ nouam totius vniuerſi. nam tales mutatiões in ordine ad totum tēpus ſunt quaſi momēta. ergo non eſt veriſimile propter hoc totū vniuerſum generari. moles enim terre nihil eſt in ordine ad celum. ergo non oportet ꝑpter trāſmutationem factā in vna parte terre totū celū tranſmutari. Quibus ꝓmiſſis ponit̄.

## Concluſio reſponſiua ad.q.

Ubi nunc ē mare qñqʒ fuit arida ꝛ etiam erit terra arida et ecõtra. Probat̄ qꝛ ex fluuiis ꝛ fontib⁹ generatur mare. ſʒ illi ſecundū naturā poſſunt generari et deficere in vna parte terre. ergo etiā mare poterit in vna ꝛ eadē parte terre pluries permutari. Minor probatur qꝛ fontes et fluuii generant̄ in vna parte terre in virtute alicuius iſfluētie quod ñ facerēt ipa nõ vigēte ſuꝑ illā partem terre. cum ergo celum continue moueatur et pluribus motibus. ſequitur ꝙ tlis influentia non ſemꝑ reſpiciet illam ꝑtem terre ſed poteſt ſuper eam pluries abduci. Hanc cõcluſionē cõſequenter declarat pħūs ꝑ multa exēpla. ſicut de terra egiptioꝝ. Que aliqñ fuit tota cooperta aquis et poſtmodū facta ē ſicca habitabilis. Sicut etiā de regione aſſirioꝝ. q̄ per longa tempora fuit ſterilis et inhabitabilis et poſtmodū inſterilis et habitabilis. Sed econtra regio micenorū erat prius fertilis et honorabilior habebat̄. ſed poſt modū facta eſt ſterilis. et ſic conſequenter..

## Dubitatur. An poſſibile ſit

mõtes in vna parte corrumpi et iterū generari et iterum produci. ℞. ꝙ ſic. Quis enīʒ ad generationeʒ montiū coadiuuāt aque pluuiales deprimentes terrā in qua fluunt et etiā deportantes terre ſterilitates ad vnū locum. Quis etiā adiuuant ad generationē montiū exalatõnes calide incluſe infra terrā petentes exitum et eleuantes terrā propter quas etiā aliquādo fit terre motus. tamen illa non faciunt ad gñationem magnoꝝ montium. ſed generantur mõtes alti per hoc ꝙ ſuper illam partem viget influentia celeſtis deſiccatiua et calefactiua. et ita illa pars terre caleſit et leuificatur. et q̄tū capit de forma leuis tātū capit de loco ſurſum. Et qꝛ non ſemꝑ viget talis influentia in eadē parte terre. ſed poſtea poteſt vigere oppoſita. ideo cõtingit altū montem genitū in vna parte terre deprimi et alteram partē deſtrui. Sed bene verum eſt ꝙ iſta non fiunt in paruo tempore nec ſepe. quia non fiunt ſepe coniunctiones taliū planetarum ex qua cauſantur tales influentie. nec poſtq̄ peruenerunt tales planete ad talem coniunctionem ſtatim ſeparantur a tali coniūctione. Et per hoc patet reſponſio ad dubiū et ꝑ cõſequens ad queſitū.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ nullū elementū ſecūdū ſe totū corrumpitur nec exit locum ſuum ꝓpriuʒ ſed tamen partes generantur et corrumpuntur.

Ad ſecundam negetur ꝯñtia. quia non eſt poſſibile per naturam vnā influentiā humefactiuam habere dominium ſuper totam terram.

Et hec de primo libro methaurorum.

## Sequitur Secundus liber. De mari autem et que natura ipſius. etc.

## Circa. Inicium Secundi Libri methaurorum. Queritur primo:

Utrum terra debeat eſſe totaliter coopta aquis Arguitur ꝙ ſic. Elementum inferius naturaliter locatur in cõcauo ſuperioris elementi. cum ergo elemẽta ſint naturaliter ſpice figure ſequit ꝙ aqua vndiquaqȝ debet circundare terram.

In oppoſitum eſt phũs in textu. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo:** ꝙ poſt ꝙ phũs determinauit in p° libro de impreſſionibus ignitis et aquoſis. conſequenter in iſto determiat de natura maris. de fluxu et refluxu et de cauſa ſalſedinis eius. et de terre motu et ſpeciebꝰ eius. de vẽtis. tonitruo et et coruſcatione. de fulminibus et tiphonibus. et hec eſt materia huius libri.

**Sciendum eſt ſecundo** ꝙ de gñatione maris fuerũt tres opiniones. Prima fuit Homeri Orphei et Heſiodi dicentiũ mare habere fontes qui ſunt ꝑpria principia et origines ipſius. ita ꝙ generatio maris fit ex proprijs aquis et fontibꝰ exñtibus infra terrã. ⁊ non fit nec augetur ex aliquibus aquis extrinſecis. Et opinabant cõſequenter ꝙ terra et mare quod eſt in ipſa eſt maior pars vniuerſi et circa ipſam tanꝙ nobiliorẽ et principaliorẽ conſiſtunt alia elementa. et etiã circa ipſam mouet celũ. Alia fuit opinio aliquoꝝ dicentiũ terrã fuiſſe olim aquis coopertã. ſed poſtmodum per calorem ſolis et alioꝝ aſtrorum paulatim fuiſſe deſiccatam ꝓ parte. et illud quod eſt adhuc humefactũ dicunt mare. Tertia fuit opinio quorũdã dicentiũ ꝙ terra fuit multũ calefacta per calorẽ ſolis et alioꝝ aſtrorum in tantũ ꝙ ſudauit totã aquã marinã. ita ꝙ mare ſecundũ eos non eſt niſi ſudor terre. Et hmõi ſignũ dicebãt eſſe ſalſedinẽ. qꝛ oĩs ſudor ſalſus eſt ꝑpter aduſtionẽ.

De duabus vltimis opinionibꝰ tractabitur poſterius. Primam oppinionem improbat phũs in. i° capĩo huius libri. Pro cuius improbatione ponit vnã diuiſionem ꝙ aquaꝝ exiſtẽtium ſupra terrã quedã ſunt fluxibiles ſicut ſũt aque fluuiales et fontales. quedam vero ſunt ſtantes. vt paludes et ſtagna. omẽs enim aque fluxibiles fluunt a fontibus mediate vel immediate. nam fontes non generantur ex aqua in ventre terre incluſa ſicut in vaſe. vt prius dictũ eſt. ſed ex aqua generata ſecundum partes modicas in locis excelſis ⁊ frigidis confluentes ad vnum locum inferiorem. Et haꝝ aquarum fluxibilium quarum principiũ ẽ fons quedã fluũt ſpontanee ad vnum locum. quia aqua naturaliter tendit ad inferiorem locum. alique autem indigent arte ad hoc ꝙ fluant in aliquem locũ

Sed aquaꝝ ſtantium quedam ſunt collecte in vno loco ſine motu. ſicut paludes et ſtagna que manent in vno loco propter concauitatem loci. Alie ſũt ſtationarie per artem ſicut ſũt aque puteales quarum principium eſt fons. Sed tamen factum eſt eis receptaculũ per artẽ

Patet igitur ꝙ omnes aque quarum principium eſt fons ſunt fluxibiles naturaliter niſi arte detineantur vel aliquo concauo recipiantur ꝑpter paucitatem aque.

**Concluſio prima. contra primam opinionem.** Mare non habet fontes intra ipſum exiſtentes tanꝙ principia eius. Patȝ quia omnes aq̃ fontales ſũt fluxibiles niſi detineantur arte vel concauitate loci. ſed mare nõ fluit extra ſuum locuȝ proprium. ergo eius principium non ſunt fontes. Nec valet ſi obiciatur ꝙ ſunt alique aque fontales que ſunt ſtationales. hoc enim eſt propter paucitatem aque. non enim videmus tantam aquam fontalem ſtationariam quanta eſt aqua maris. 2° ſic aque marine quedam non ſunt ſibi inuicem coniuncte ſecundum aliquam ſui partem aut ſaltem ſecundum modicam ſicut mare rubrum parum coniungitur cum mari occeano. et tamẽ in circuitu eorum non apparent fontes ex quibus generantur aliqua maria. ergo non eſt rationabile dicere maria generari et fluere ex fontibus intrinſecis.

**Et ſi obiciatur contra racionem concluſionis.** quia videmus mare noſtrũ fluere et refluere. Ad hoc dicitur. ꝙ cauſa talis fluxus eſt ab extra et non ab intra. modo aque quarum principium eſt fons naturaliter ſunt fluxibiles niſi detineantur. Unde aduertendum eſt ꝙ mare dicitur tripliciter fluere.

Uno modo ab aquilone verſus meridiem. et ibi non eſt refluxus. Cuius cauſa eſt. quia ſub polis viget magna frigiditas propter diſtãtiam ſolis. et ideo ibidem generantur aque per conuerſionem aeris in aquam. ſed ſol verſus meridiem propter ſuum calorem cõſumit aquã et cum aqua naturaliter fluat ad locum decliuiorem ſequitur ꝙ mare continue habet fluere ad meridiem et non refluere.





A'io modo dicitur mare fluere per ventos facientes inundationem in mari. 3° modo dicit mare fluere et refluere bis in die naturali. et cauſa huius fluxus et refluxus eſt cã motus lune. et de iſto fluxu et refluxu maris poſterius videbitur. Primus fluxus maris ẽ naturalis ſecundũ naturã ꝑpriã. et ſecundus violentus. Et tertius eſt ſupernaturalis et ſecundũ naturã communem.

**Concluſio reſponſiua.** Terra non debet eſſe totaliter aquis cooperta ſtante reꝝ generatiõe. locus enim generatiõis viuẽtiũ eſt vbi ſe tangũt tria elemẽta vt habetur. 2° de generatiõe. ſȝ ſemꝑ fit generatio in mundo. g° oportet ꝙ alicubi ſe tangant elemẽta. et per conſequẽs oportet terrã eſſe diſcoopertã aquis propter ſalutem viuentiũ et vitã alantium tuẽdã.

**Ad rationes ante oppoſituȝ**

Ad primã dicit ꝙ ſi elementa eſſent locata ſecundũ ſuas poſitiões naturales quodlibet elementoꝝ totam terrã orbiculariter circundaret. ſed ꝑpter ſalutẽ viuentiũ tuendam in aliqua parte terre ſiccitas reſiliit aque. et illa pꝰ manet diſcooperta. et hoc eſt a natura vniuerſali intentum. Sequitur in textu. De generatione autẽ eius ſi factũ eſt.

**Queritur ſecundo:** Utrum Mare in ſuo loco naturali ſit generabile et corruptibile. Arguitur p° ꝙ mare non ſit in ſuo loco naturali. quia omne corpꝰ naturale quieſcit in ſuo loco naturali. ſed aqua maris continue fluit et refluit. ergo ille locus nõ eſt naturalis aque. 2° arguitur. quodlibet elementũ in ſuo loco eſt purũ. ſed aqua maris in loco in quo eſt. ẽ permixta exalationi ſicce. ergo non ẽ in ſuo loco naturali. 3° arguitur ꝙ ſit generabile et corruptibile. cuius pꝰ eſt generabilis illud eſt generabile. ſed partes maris continue generantur et corrumpuntur. ergo mare eſt generabile et corruptibile. Ad oppoꝰ eſt. p. in 2° et 3° ca. huius tractaꝰ. Pro reſpõſiõe.

**Sciẽdum eſt primo** ꝙ multi antiquoꝝ crediderunt ꝙ mare ſit principium aquaꝝ. Dicitur enim mare quaſi mater aquaꝝ retrocuntiũ. Et iſti ſic ratione perſuadent. nam ſicut de quolibet alioꝝ elementorũ reperitur in aliquo loco determinato magna ꝗtitas locata que eſt principiũ aliaꝝ partiuȝ exiſtentium in diuerſis locis illius elementi. ita rationabile eſt ꝙ alicubi ſit magne aque multitudo a qua deriuentur alie aque. ſed nullibi videtur tãta multitudo aque ſicut eſt mare. g° mare eſt principiuȝ aquaꝝ fluuioruȝ et fontiũ. ideo illi qui poſuerũt ꝙ fluuii et fontes fluunt ab ipſo mare tanꝙ ex principio. et aqua ipſius maris ſalſa colatur per terram ꝑ quaȝ tranſit ad originem fontium et fluuiorum et efficitur dulcis et potabilis. et iterum illi fontes et fluuii refluunt in mare. Contra hanc opinionem arguit. p. quia principium debet eſſe purius et ſimplicꝰ ſuo principiato. cum ergo mare ſit ſalſuȝ ⁊ quodã modo mixtum. ſequitur ꝙ non eſt principiũ aquarum.

**Sciendum eſt ſecundo.** ꝙ vt dicit phũs opinio quorũdam fuit ꝙ ſol nutritur humido aqueo eleuato ab illis inferioribꝰ iõ dicebant ſolem quandoqȝ conuerti ad ſeptentrionẽ quãdoqȝ ad meridiem. qꝛ altera pꝰ nõ ẽ ſufficiẽs ei adminiſtrare alimẽtũ. illi ymaginabantur ꝙ ſol nõ erat aliud ꝙ ardor ſiue acenſio vapori ſurſum eleuati. et ſic dicebant ipm mare eſſe corruptibile. Sed cõtra hãc opinionẽ arguit phũs improbando eam. Quia ſi ſic non ſoluȝ de die in diem generaret nouus ſol ymo continue alius et alius generaret. ſicut continue inflammatio et alia eſt alia exalatio accenſa. Secunda ratio. ignis euaporans humidum ab aqua nõ nutritur ipſo humido. ergo neqȝ ſol. Item ſi ita eſſet ſimiliter deberent nutriri alia aſtra. modo humidũ aqueum ſi totũ reſolueret non ſufficeret ad nutritioneȝ tot et tãtoꝝ aſtroꝝ. Unde ſol non nutritur per vapores eleuatos ſurſum. ymo ipſi vapores ſurſum conuertuntur in pluuiã et iteꝝ deſcendũt deorſum vt dictuȝ eſt in p° libro. ſol etiã eſt ingenerabilis. iõ nõ nutritur ab huiuſmodi vaporibus.

**Sciendum eſt tertio.** ꝙ ſecundum platonẽ mediuȝ mundi eſt quedã magna multitudo aque que tartarꝰ vocatur. Ex quo omẽs aque tam fluentes ꝙ non fluẽtes et ipſum mare tanꝙ per quedã foramina ab ipſo procedunt. et ponit moduȝ generatiõis aque maris ex illo. quia aqua in illo tartaro non habet ſedem in qua maneat ſicut ſupra terram. ſed continue fluit hac vel illuc g° i aliquibꝰ locis facit fluuios et in alijs ſtagna et in alijs facit maria. Dicit vlterius ꝙ aque exeũtes ab illo principio retinent ſaporem et alia accidentia particularia terre per quaȝ tranſeunt. Dicit cõſequẽter ꝙ omnes fluuii iterum fluunt in ipſum tartarum Sed contra iſtam oppinionem arguit phũs. quia ſi ſic ſequeret ꝙ fluuii in principio ſui ortus deberent eſſe maiores ꝙ in fine quod tamen eſt falſum. quia ꝗto magis accedunt ad mare tanto ſũt maiores. Alias plures rationes ponit phũs in textu.

## Sciendum eſt vlterius ꝙ de

mocritus poſuit terram primo fuiſſe aquis coopertam. ſed in terra erat quedam magna vorago que primo obſorbuit magnam partē aque et fecit apparere montes. Et ſecunda vice obſorbuit alterā partem aque et fecit apparere terrā planam et reliquit illā partē aque que dicitur mare. Sed tertia vice obſorbebat totā terraꝫ et ſic relinqbat terra diſcoopta aquis. ſꝫ hec opinio eſt friuola. Diis ergo opinionibꝰ dimiſſis ſit.

## Concluſio prima. Jlle locus

in quo eſt mare eſt locus naturalis aque inq̄ꝫtum aqua. ſed locus ē maris ꝑ accidēs. prima pars pꝫ. qꝛ aqua naturaliter locat̄ in cōcauo aeris. et cū mare ſit ſupra terrā in cōcauo aeris ſequitur ꝙ eſt in loco naturali aque. Secūda pars pꝫ. qꝛ mare nō dicit aq̄ purā. ſed habet in ſe quaſdā terreſtreitates admixtas. ergo talis locus non eſt naturalis locus maris. qꝛ hmōi terreſtreitatū eſt locus terra. Ex concluſione ſequit̄ ꝙ oēs aq̄ naturaliter debēt fluere ad locū maris. quia ibi eſt locus naturalis aq̄. Nec ꝓpter hoc mare augetꝰ i immēſum. qꝛ ſol continue eleuat ſubtile ⁊ poſtea quod eſt in mari. nec propter hoc eſt ipſm mare totū euaporatur. quia illi vapores ſurſum eleuati per cōuerſionē aeris in aquam iterū deſcendunt ex aere in terrā et augent fluuios ingredientes.

## Concluſio ſecunda: mare ſe

cundū ſe totum eſt ingenerabile et incorruptibile q̄uis ſecundū ſuas partes ſit generabile et corruptibile. Prima pars pꝫ. qꝛ mare ē vna ps principalis vniuerſi. ſed vniuerſum eſt ingnābile et incorruptibile. ergo et partes eius principales erūt ingenerabiles et incorruptibiles.

Secunda pars pꝫ qꝛ elementa ordinantur ad generationē et corruptionē iſtoꝝ inferiorū. ergo oꝫ ꝙ ſint generabilia et corruptibilia ſꝫꝰ ſuas partes. Ex iſtis duabus ꝯcluſionibus pꝫ ꝙ mare exiſtens in ſuo loco naturali inq̄ꝫtuꝫ eſt aqua totum ē ingenerabile. licꝫ ſecundū partes ſit generabile et corruptibile. et per hoc patꝫ reſpōſio ad queſitū.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ elementa bene mouentur in ſuis locis ſupra naturā ſicut ignis et aer mouētur circulariter et aqua fluit et refluit. Ad ſecundā dicitur ꝙ elementū in ſuo loco naturali ſecundū ſuā naturā ꝓpriaꝫ et particularē eſt purū. ſed tamē propter generationeꝫ et cōſeruationē iſtoꝝ inferiorū ex intentione nature vniuerſalis eſt admixtū alteri nature. Ad vltimā dicit̄ ꝙ elemēta ſunt corruptibilia nō quia ſunt cōpoſita ex cōtrariis ſed qꝛ habēt contrariū extrinſecū. et qꝛ nō eſt aliquod agēs naturale extrinſecū quod ea poſſit corrūpere et agere in totum elementū. ideo elemēta manēt ingnābilia ſecundū ſe tota. ſed patiuntur et corrūpūtur ſecundū ſuas partes. g° ꝛc.

Sequitur in textu. Querere aūt.

## Queritur tercio. vtrum mare

debeat fluere et refluere. Arguit̄ ꝙ non. qꝛ hoc eſſet vel per violētiam vel per naturā. non primū qꝛ non videt̄ qui poſſet totam multitudinē aque violentare. nec 2ꝰ qꝛ natā determinata eſt ad vnum. mō mare fluit et refluit ad omnē differētiam poſitionis. 2° ſic. aqua ſemper fluit naturaliter ad locū decliuiorē. ergo ſi mare fluat ſequit̄ ꝙ aſcendit in illo refluxu. et ita violēte mare refluit quod eſt incōueniēs. 3° ſic ſi mare flueret et reflueret ſequeret̄ ꝙ aque ſtāgnales et alie aque dulces ſimiliter deberēt fluere et refluere. cōſequētia pꝫ. qꝛ omēs aque ſunt eiuſdē ſpēi. 4° ſic. multa ſunt maria vt maria mediterranea que nec fluūt nec refluūt. g° nec alia maria. 5° ſic ſi mare flueret et reflueret hoc maxime eſſet ſecundū curſum lune. ⁊ cū luna ſemꝑ moueat̄ equaliter ſequitur ꝙ curſus maris non deberent eſſe maiores in vno tēpore ꝙ̄ in alio. 6° ſic. luna reſpicit mare perpēdiculariter. ergo mare ſemꝑ debet fluere et nunq̄ꝫ refluere. Ad oppoꝰ eſt experiētia. nam vidēmꝰ aliqua maria bis in die naturali fluere et refluere. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ vt

Prius dicebat̄ mare tripliciter mouet̄. Vno modo ab aquilone verſus meridiē. Alio mō per ventos facientes inundatiōes maris. Tertio mō mouetur motu fluxus et refluxus quaſi bis in die naturali. et de iſto motu eſt pñs q°

## Sciendum ē ſecundo ꝙ ma

ria ſunt in multiplici differentia. quia quoddā eſt magnū mare quod dicit̄ occeanū mare. et ē intrāſmeabile. Alia ſunt maria mediterranea que in aliqua ſui pte cōiungunt̄ occeano. Et ſecundū deſcriptionē factā ſub Julio ceſare triginta ſunt maria mediterranea in terra.

## Tercio ſciendu3 eſt ꝙ Luna

per influentiā ſpecialē quā habet ſuper hūida habet ipſa mouere rarefacere et condēſare. ſicut patet per experientiā. nam oſſa aliūm in plenilunio ſunt magis plena medullis ꝙ̄ in nouilunio vel decremento. Et aliqua alia ſunt pleniora ſanguine in plenilunio vt conche ⁊ oſtree in illo etiā ſunt meliores. Ex quo pꝫ.

## Concluſio reſponſiua ad q.

ſcilꝫ ꝙ luna per influentiam eius et lumen eſt





cauſa fluxus et refluxus maris. Pꝫ. quia illud eſt cauſa alicuius quo poſito ponitur. ⁊ remoto remouet̄. ſed ſecundū curſuꝫ lune ponit̄ fluxus et refluxus maris. ergo luna eſt cauſa eius. Pro quo conſiderandū eſt ꝙ quādo luna aſcēdit ſuper orizontem vbi eſt mare tūc mare incipit fluere quouſqꝫ venerit ad punctū meridiei. ſed quādo luna declinat a puncto meridiei refluit quouſqꝫ veniat ad punctū occidentis. et quādo recedit a puncto occidentis iterum fluit quouſqꝫ veniat ad angulū noctis qui opponit̄ pūcto meridiei. ſꝫ quādo declinat ab angulo noctis iterū refluit quouſqꝫ veniat ad punctū orientis. Et iſtorū rō eſt. quia quando luna reſpicit mare ſecundū radios perpendiculares tāto magis facit et ebullire aquam maris. et ita quādo luna eſt in meridie facit aquā fluere. et quando recedit a meridie et radii lune recedūt a perpēdiculari reſpectione et tunc mare incipit refluere. Ex quo pꝫ ꝙ in duplo ſunt plures fluxus maris in menſe ꝙ̄ dies demptis tamen duobus diebus cū dimidio. Cauſa primi eſt. quia mare fluit bis in die. Cauſa ſecūdi. quia tantū recuperat luna motu proprio cōtra motū firmamenti.

## Dubitatur primo Cuꝫ luna

habeat maiorem virtutē ſupra mare quādo eſt in puncto meridiei ꝙ̄ quando eſt in occidente vel oriente quare aſtrologi magis aſpiciunt in natiuitatibus hominū ad ſtellas aſcendentes ſupra ipſum orizontem ꝙ̄ ad ipſas exiſtentes in puncto meridiei. Dicendū eſt ꝙ cauſa eſt quia ſtelle aſcendentes diutius aſpiciunt natū ꝙ̄ exiſtentes in puncto meridiei. ideo i effectibꝫ requirentibus longum tēpus ad eoꝝ fortitudinem magis debet haberi aſpectus ad aſtra aſcendētia ꝙ̄ ad ipſa in puncto meridiei exiſtētia.

## Dubitatur ſecundo an luna

moueat aquā ꝑ lumen ſuū aut per aliquā aliā influentiā diſtinctā a lumine. Dicitur ꝙ ad hoc cōfert lumen quia eſt calefactiuū et diſgregatiuū aque maris. ſed tamen cū hoc eſt quedā influentia ſpecialis cū luna q̄ ē ſpiritualior lūie et non impeditur per obſtaculā. per quā influētiam luna habet dominiū ad mouēdū hūida.

## Dubitatur tertio an fluxus

et refluxus maris debeant eſſe maiores in vno tempore ꝙ̄ in alio. R̷t̄. ꝙ ſic. eſt enim maior in plenilunio ⁊ cōiunctiōe ꝙ̄ in quartis mediis et etiā eſt maior ceteris paribus quādo luna eſt in ſuis domibꝫ. et quādo coniūgitur ſignis calidis et ſtellis calefactiuis. ita ꝙ ſunt plura concurrentia virtuti lune ⁊ ſecūdū h° maiores fiunt fluxus et refluxus. ſunt etiam maiores in hyeme et vere ꝙ̄ in eſtate et autumno propter habundantiam fluuioꝝ ingredientiū mare. et propter hoc quod maior eſt reſolutio maris in vaporibus.

## Dubitatur quarto quare eſt

ꝙ aliqua maria ſolum fluūt ſemel in menſe et alie nunq̄ꝫ fluunt. R̷t̄. ꝙ hoc eſt propter diuerſam ꝓportionem eoꝝ in groſſitie et ſubtilitate. nam aliquod ē mare ita groſſum ⁊ ſpiſſū ꝙ luna nō ſufficit illud ſubtiliare ad hoc ꝙ fluat. Aliud eſt mare taliter diſpoſitū in ſpiſſitudine ꝙ luna apponit dimidiū menſem ad hoc ꝙ faciat ipſm fluere. et tale mare fluit et refluit ſemel in mēſe. Vnde narrat Albertꝰ ꝙ mare vocatū perſicum quod ingredit̄ mare Jndie nec fluit nec refluit ſed bene i die de nocte mare. nam perſicum eſt ita ſubtile vt de die fluere non poſſit et luna non ſufficit mouere de die per fluxum. ſed de nocte.

## Ad raciones aū oppoſitum

Ad primā dicit̄ ꝙ fluxus et refluxus maris non conueniūt mari ſecundū naturā propriam nec violente. ſed ſupra naturā et ſecundū naturam cōmunē. Ad ſecundā dicendū eſt ſimiliter ꝙ mare fluit et refluit ſecūdū naturā cōeꝫ ideo aſcenſus quo refluit non eſt violentus.

Ad tertiā dicit̄. ꝙ aque dulces non fluunt nec refluūt propter paucitatē eaꝝ et etiā quia ibi non ſunt vapores nec terreſtreitates. modo maris terreſtreitas iuuat ebullitiones videmus enim ꝙ aqua pura in vaſe poſita ſupra ignem non ita ebullit et rareſit ſicut aqua mixta. verū eſt tamen ꝙ ſunt quidā lacus qui ſunt fluētes et refluentes. Alie ſoluunt̄ ex dictis.

Sequitur in textu. Deinde de ſalſedine autem ipſum.

## Queritur quarto. Vtrum

Mare ſit ſalſum. Arguit̄ ꝙ non. qꝛ quodlꝫ elementū exñs i ſuo loco naturali debet eſſe purum. ſed locus maris eſt locus elementi aque. ergo aqua in tali loco debet eſſe pura et non ſalſa. 2° ſic ſi mare eſſet ſalſum hoc eſſet propter admixtionē terreſtriū exalationum. ſed hoc non. qꝛ pari ratione ſtagna fontes et fluuii deberent eſſe ſalſi. 3° arguit̄. ſi mare eſſet ſalſuꝫ propter admixtionē terreſtrium exalationū ſequit̄ ꝙ continue efficeretur magis ſalſum patet ꝯña qꝛ ſemper deſcendūt exalationes aduſte in ipſum mare. Jn oppoꝰ eſt phūs in ſecūda parte primi tractatus huius libri.

## Scienduꝫ eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs oſtendit ꝙ mare non eſt generabile nec corruptibile ſecundū ſe. ⁊ oſtendit ꝙ nō eſt principiū fontiū nec fluuioꝝ ſꝫ ecōtra. determinat

etiam de fluxu et refluxu eius. Conſequenter agit de cauſa ſalſedinis maris.

**Sciendum ē ſecundo ꝙ qui**dam dixerūt terrā a principio fuiſſe totaliter aquis coopertā. ſed per calorē ſolis eleuatum eſt ſubtile et potabile et remanet groſſum et terreſtre quod eſt mare ſalſum. ſed hec opinio falſa eſt. oſtenſum eſt enim in fine primi ꝙ terra nūꝗ fuit tota cooperta aquis. oſtenſum ē etiam ꝙ vapores eleuati a mari iterum cōuerſi in aquā cadunt in mare. Alia fuit opīo antiquoꝝ dicentiū ꝙ fluuii ingredientes mare ſecum deferunt terreſtreitates ſalſationē maris cauſantes ſed hoc eſt irrationabile. quia a fortiori fluuii magis deberent eſſe ſalſi. nec videtur quo mō poſſent facere ſalſationē in tanta multitudine aque. Alia fuit opinio deriſibilis ꝙ mare nihil aliud eſt ꝗ ſudor terre. et omnis ſudor eſt ſalſus. ſed hoc eſt fabuloſum. nam terra naturaliter eſt ſicca. et idō non poſſumus intelligere terram ſudare niſi prius fuerit humefacta. His opinionibꝰ dimiſſis qꝛ videntur ratione diffugere vt dicit phūs.

**Sciendum eſt tercio ꝙ Du**plex eſt fumus. Quidā eſt calidus et humidus qui eſt vapor. Alius eſt calidus et ſiccus qui dicitur exalatio. Et hoc ſupponitur ex ante dictis. Supponitur etiam ꝙ mare ſecundū ſpēm permanet vnū et idem ſecundū ſe totum. licet varietur ſecundū ſuas partes. Supponitur vlterius ꝙ ſiccum terreſtre paſſum a calido permixtum humido eſt cauſa ſalſedinis. Et hoc eſt quādo ſiccū terreſtre non eſt totaliter digeſtū a calido. ſed ē aduſtum. cū ergo tale ſiccū aduſtum dominatur ſupra humidū cauſatur ſalſedo. Et hoc declarat .p. per multa ſigna. Primū ē de hoc quod remanet in ſtomaco poſt digeſtionē quod emittitur quod eſt ſalſum et amarū. Aliud eſt de vrina que etiā eſt ſalſa et amara. Aliud eſt de ſudore. Aliud eſt de aqua colata per cineres. In omnibus enim iſtis cauſa ſalſedinis eſt permixtio terreſtris paſſi a calido cū humido aqueo. Sed quādo aliquid eſt bene digeſtum ita ꝙ nō exprimitur ſubtile et humidū. ſed dominatur ſupra ſiccum tunc eſt ſapor dulcis.

Quibus ſuppoſitis videndū eſt de cauſa ſalſedinis maris. Unde ſalſedo maris ſic cauſatur. nam per calorem ſolis et alioꝝ aſtroꝝ eleuātur exalationes terreſtres. que aduſte ſurſum et in mare deſcendentes et permixte cum humido faciunt ſalſedinē in mari. Et hoc declarat phūs per multa ſigna. Primū eſt nā mare verſus auſtrū eſt magis ſalſum ꝗ verſus aquilonē. et hoc contingit qꝛ plures exalatiōes eleuantur verſus auſtrum. et etiā pluuie genite flante auſtro ſepiſſime deſcendunt propter multitudinem exalationum permixtaꝝ cum aqua pluuie. Aliud eſt ſignū ꝙ aqua mari ē calidior aliis aquis propoter multitudinem exalationū aduſtarū que habēt adhuc virtutē ignis. nam vt dicit phūs quecūqꝫ ignita fuerint habent virtute caliditatem in ipis. vt patet in calce. Aliud ſignū ē. nam ſi quis vas terreū vndiqꝫ clauſum et ſubtile poſuerit in mari aqua dulcis igreditur. et hoc eſt ſignū ꝙ terreſtreitates hmōi per poros ſubtiles non potētes ingredi faciūt ſalſedinē in mari. Aliud ſignū eſt ꝙ aqua maris eſt groſſior aliis aquis. ideo maius pōdus ſuſtinet vt nouerūt naute experti. et hac de cauſa ouum poſitū in aqua ſalſa ſupernatat et non in dulci. Aliud ſignū eſt nam eſt quoddam ſtagnū in paleſtria quod eſt ita groſſum et ſalſum ꝙ nullus piſcis in illo naſcitur. et ſi aliq̄s ꝓiceretur in eo vt homo vel equus nō ſubmergeretur ꝑpter habūdātiam terreſtreitatū. ſignū eſt nam veſtimēta in mari lota efficiuntur ſordida ⁊ madida propter terreſtreitates. Aliud ſignū eſt quidā locus in quo naſcuntur calami quibus combuſtis ponuntur cineres in aquā. et deinde illud totū decoquitur ⁊ ſubtile euaporatur et reſiduū refrigeratum eſt ſalſum. et hoc fit in arabia. Et ita patet per iſta ſigna ꝙ ſiccū terreſtre admixtum cum humido et aduſtum cauſat ſalſedinē in tali humido aq̄o.

## Concluſio reſponſiua ad q.

Mare rationabiliter debet eſſe ſalſū. Pꝫ. quia plurime exalationes calide et ſicce per calorem ſolis eleuate ſurſum et aduſte deſcēdūt ī mare. ⁊ illud quod ē ſubtile ⁊ potabile in mari cōtinue eleuatur. et quod eſt groſſum et terreſtre deorſū manet. ergo mare eſt rationabiliter ſalſum.

**Dubitatur primo an fontes** et fluuii debeant eſſe ſalſi. R. ꝙ aliqui fontes et fluuii ſunt ſalſi ſed hoc eſt propter naturā terre per quā tranſeunt. et non propter cauſam propter quam mare eſt ſalſum. quia continue renouantur per aquas dulces. et etiā ſūt in locis aduſtis in quibus non poſſunt cauſari multe exalationes. Ad hoc etiā multū facit fundꝰ aque. Unde quedā partes terre ſūt ſulfuree et alie diuerſimode diſpoſite propter diuerſas cōſtellationes et influentias celeſtes. et aque tranſeuntes per illas partes contrahunt diuerſos ſapores. Unde dicit phūs ꝙ in cicilia eſt quidā fons quo illic habitantes vtuntur loco aceti ad ſua condienda cibaria. et circa lincon eſt alius fons ita acetoſus ꝙ fluuiū quē ingreditur facit amarum.

**Dubitatur ſecundo. Unde** eſt ꝙ aliqui fontes conuertunt aliqua corpora terreſtria in ipis poſita in lapides. Rñdetur ꝙ illud eſt reſoluendum ad quādam virtutem mineralem exiſtentē in tali aqua quā cōtraxit in loco in quo genita eſt vel tranſiuit. Et hac de cauſa alique aque fontales potate interficiunt potātes. qꝛ qñ ſunt in ſtomacho gñatur plumbū vel aliquod alioꝝ metalloꝝ ibidem.



**Dubitatur tertio vnde eſt ꝙ** alique aque fontales in origine fontiū cauſāt ſtrumas in collo. Rñdetur ꝙ hoc eſt ꝑpter magnas frigiditates aquaꝝ. que quidem frigiditates faciūt ſuꝑfluitates cerebri deſcēdere. et faciūt ſtrumā in collo vel in aliquo alio loco

**Dubitatur quarto quare ali**que fontales aque faciūt oues potātes ex illis albas et ecōuerſo alique faciūt nigras albas.

Reſpondetur ꝙ qñ aqua eſt multū frigida et ſubtilis ipa potata per calorē naturalem mittitur ad pellē et manet inter pellē et carnem. et mutat pellis colorē. Et qꝛ ad variationē pellis ſequitur variatio piloꝝ niſi forte per accidēs. idō albe poſſunt fieri nigre. et econtra.

**Dubitatur quinto. que ſunt** aque ſaniores. R. ꝙ que fluunt ſaniores ſunt et inter fluentes verſus orientem fluentes ſunt ſaniores. et poſtea fluentes verſus aquilonem. deinde fluentes verſus occidentē. Et minus ſane ſunt que fluunt verſus meridiē et hoc ꝑpter indiſpoſitionē ſolis et venti qui habent purgare aquā. Et ꝗto aque fluentes magis diſtant a loco originis tāto ſunt ſaniores. Et aque fluentes per terrā lutoſam ſunt ſaniores fluentibus per loca arenoſa. quia in locis arenoſis cōiter vigent virtutes minerales. Et inter aquas ductas artificialiter ille que ducuntur per cuprū vel plūbum ſunt minus ſane. et ſi frequenter potentur excoriant inteſtina propter virtutē quā retinent ex plūbo vel cupro. Et vniuerſaliter loquendo aque leuiores ſunt ſaniores grauibus. ⁊ de grauitate vnius ſupra alterā experiri quis poterit capiēdo duos pānos equalis ponderis lotos in duabus aquis. ille pannus qui fuit lotus in aqua grauiori efficitur grauior et maioris pōderis licet eſſet equalis ponderis. Et ſic patꝫ reſponſio ad q̄ſitū. Rōes faciliter poſſunt ſolui ex dictis. Sequitur in textu. De ſpiritibus autem dicamus.

**Queritur quinto Utrum** Uentus ſit exalatio calida et ſicca mota lateraliter circa terrā. Arguitur ꝙ nō. qꝛ ſi ſic ſequeretur ꝙ tēpore ventoꝝ deberet vigere maxima caliditas. ꝯñs eſt cōtra experientiā. igitur ⁊c.

2º arguitur. venti proſternūt magna edificia et arbores magnas. quod nō eſſet ſi ventus eſſet exalatio faciliter diuiſibilis. 3º ſi ſic ſequeretur ꝙ talis exalatio deberet deſcēdere per paruas particulas ſicut pluuia. hꝰ ſenſui nō apparet. 4º ſic. auſter eſt uentus calidus et humidus et nubium cōgregatiuus. boreas vero eſt frigidus et ſiccus et ſerenus. ergo nō oīs ventus eſt exalatio calida et ſicca. Ultimo. ſi ventus eſſet exalatio calida non videtur a quo poſſet moueri lateraliter circa terrā. ergo ⁊c. In oppoſitū eſt phūs in 2º tractatu huius ſecundi.

**Sciendū eſt primo. ꝙ poſt**ꝗ phūs in primo tractatu tractauit de mari fluuiis et fontibus. cōſequenter in iſto ſecundo tractatu determinat de ventis. oſtendēdo quid ſit ventus. et quid ſit materia ventoꝝ. et quid ſit cauſa ceſſationis eoꝝ et cōmotionis eorūdē determinat etiā de poſitione numero ordine et proprietatibus et nōibus eoꝝ.

**Sciendum eſt ſecundo ꝙ vt** ex determinatis patuit duplex ē exalatio. Quedam eſt exalatio calida et hūida et dicitur vapor. ⁊ eſt principiū impreſſionū aqueaꝝ. Alia eſt calida et ſicca et hec eſt duplex. quedā eſt inflammabilis q̄ eſt principiū impꝛeſſionū ignitaꝝ.

Alia eſt nō inflāmabilis q̄ eſt principiū ventorū. Unde talis exalatio que eſt principiū ventoꝝ ꝯtrariatur vapori que eſt principiū pluuie. ideo cōiter poſt annos pluuioſos ſunt ānī ventoſi. et ita econtra. et etiā pluuia facit ceſſare ventos et econtra. quod non eſſet niſi ꝓxima principia venti et pluuie eſſent contraria. cum ergo materia pluuie ſit vapor humidus. oꝫ ꝙ materia ventoꝝ ſit exalatio calida et ſicca. Et hoc etiā ſignū eſt. qꝛ plurimi venti flant a ſeptentrione et meridie. qꝛ ſol habet ibi magnam virtutē. ideo ſunt ibi plures vapores ꝗ in aliis partibus. Uerum eſt tamen ꝙ qñqꝫ cū vapore eleuatur exalatio. et vapore ꝯuerſo in aquam remanet exalatio q̄ eſt principiū ventoꝝ. et ita ſepe poſt pluuias ſunt uenti vt dictū eſt. Ex dictis pꝫ falſitas opinionis aliquoꝝ dicentium ꝙ ventus nihil aliud eſt ꝗ vere aer motꝰ. Hec enim opinio reꝓbatur in textu. qꝛ ſicut aqua non dicitur fluuius niſi habeat certū principiū ex quo fluat. ita aer qualitercūqꝫ motus non eſt ventus. Item pluuia facit ceſſare vētos. ergo aer ē principiū pluuie. g̊ nō principiū vētoꝝ

**Sciendū eſt tertio ꝙ vētus** ſic generatur. nam ꝑ calorem ſolis ⁊ alioꝝ aſtroꝝ eleuatur exalatio calida et ſicca nō inflāmabilis ex corporibus terreſtribus vſqꝫ ad mediā regionem aeris. que a frigiditate medie regiōis aeris

propellitur deorſum vſq3 ad certam diſtantiaz Et q2 talis exalatio leuis eſt tendit ſurſum. et nititur aſcendere. et tñ non poteſt ꝓpter frigiditatem medie regionis aeris. idõ propter cõtrarietatem duorꝝ principiorꝝ mouentiũ ſcilꝫ frigiditatis medie regiõis aeris et leuitatis ipſius exalationis talis exalatio mouetur naturaliter circa terrã et vocatur ventus. Ex quo patet.

## Concluſio reſponſiua ad.q.

Uentus eſt exalatio calida et ſicca lateraliter mota circa terram. et hec eſt diffinitio venti. Hec concluſio ſatis ꝓbata eſt ex dictis.

## Dubitatur primo Circa predicta.

cũ pluuie faciant ceſſare vẽtos an aliqñ eos cõmoueãt. Uidetur ꝙ nõ. q2 idem nõ eſt cauſa contrariorꝝ. Dicit ꝙ pluuia eſt cauſa excitationis et cõmotiõis et ceſſationis motõis ventorũ. Quod ſic pꝫ. q2 ſi terra fuerit nimis ſicca fumare non poterit. ſed adueniẽte pluuia diſponitur vt ex ipſa poſſit eleuari exalatio que eſt cauſa ventorꝝ. et ſic pluuia eſt cauſa motõis ventorꝝ. Contingit etiaꝫ aliquãdo ꝙ terra ẽ abilis ad fumandũ et exalandũ. ſed adueniẽte magna pluuia multũ frigida et humida efficitur inabilis ad fumandũ et tunc faciũt pluuie ceſſare ventos. Et ſic pꝫ ꝙ pluuia eſt cauſa ceſſationis et cõmotionis ventorꝝ nondũ exiſtentiũ quẽadmodũ ⁊ generationis eorum.

## Dubitatur ſecundo. An ſol

ſit cauſa cõmotionis et ceſſationis ventorum.

R̃. ꝙ ſic. q2 ſol qñq3 per calorẽ ſuũ exceſſiuũ terram deſiccat añq̃ exalare faciat ſicut magnꝯ ignis ſiccus lignũ viride cõburit prius q̃ ipſm fumare permittat. Ideo etiã ſole exiſtente iuxta cancrum pauci ſunt venti propter nimium calorẽ ſolis. Sed ſol eſt cauſa cõmotiõis vẽtorũ quãdo mediocriter calefacit terraꝫ. quia tunc facit eam fumare et eleuat fumos ſurſum Et huius ſignũ eſt. q2 in vere et autũpno plres ſunt venti q̃ in aliis tẽporibus. ꝓpter hoc ꝙ calor ſolis in vere et autũpno eſt tẽperatus. Propter hoc etiã fiunt de die et ceſſant de nocte et econtra propter diuerſam diſpoſitionẽ ſolis in calore. Sol etiã qñq3 facit ceſſare ventos conſumendo materiã ex qua ventus fit.

## Ad rationes. Ad primam

ꝙ frequenter ventꝯ trãſit ꝑ loca frigida a quibꝯ trahit frigiditatẽ accidentalẽ. ideo boreas eſt ventus frigidiſſimus. q2 flat ſub polo artico in quo viget maxima frigiditas. Sed auſter eſt calidus quia flat a tropico eſtiuali ſub quo viget caliditas. Ad ſecundã dicit ꝙ materia venti faciliter mobilis eſt. ideo quãdo motus eius preuenit diuiſioneꝫ aeris tunc impetu ſuo ſufficit eleuare arbores. et edificia fortia diſſipare. et talia hmõi. Ad tertiã dicitur ꝙ ſup terrã et mare ſepe cadũt plures terreſtreitates. ſed propter paruitatẽ earꝫ non ſunt a ſenſu perceptibiles niſi forte i radiis ſolis. et ſi tales exalationes ſint aduſte ſunt cauſa ſalſeldinis maris vt prius dictũ eſt. Ad aliã patet ſolutio ex dictis. q2 dictũ eſt quomodo exalatio mouetur lateraliter. Sequit in textu. De poſitione autem. ⁊c.

## Queritur ſexto: vtruꝫ tantuꝫ

ſint duodecim venti. Arguit ꝙ ſint plures q̃ duodecim. q2 quatuor ſunt vẽti principales ad inuicẽ contrarii. ſꝫ inter duos ventos cõtrarios dabiles ſunt tres medii. vnus per equediſtantiã. alii duo quorum vnus eſt propinquior vni et alter alteri. igitur adminꝯ eſſent ſedecim venti. 2º ſic naute primo diuidunt ventos in triginta et duos ventos. igit cuꝫ ipſi habeãt experientiã ventorꝝ. ſequit ꝙ venti ſunt duodecim. 3º ſic. a qualibet parte terre poteſt eleuari exalatio calida et ſicca non de facili inflãmabilis. ſed talis exalatio lateraliter mota eſt vẽtus: ergo tot erũt venti quot erunt partes ſignabiles in terra. et per ꝯñs ſunt plures venti q̃ duodecim. 4º ſic. tot ſunt venti quot ſunt pũcta ſignabilia i orizonte ſꝫ plura ſũt pũcta ſignabilia in orizonte q̃ duodecim. igit ſunt plres venti q̃ duodecim. Ad oppoꝰ arguit ꝙ ſint pauciores. Tot ſunt venti quot ſunt qualitates prime et cõbinatiões vtiles earꝫ. ſed ſoluꝫ ſunt quatuor qualitates prime et quatuor cõbinatioẽs vtiles earꝫ. gº ſolũ ſũt quatuor vẽti Itẽ omẽs venti dicuntur boreales vel auſtrales. ergo tantũ ſunt duo venti. Ad oꝰ. ẽ phũs in textu. Pro reſpõſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

q̃ phũs determinauit de cauſis ventorꝝ. cõſequenter determinat de numero poſitione contrarietate et noibus ventorꝝ et accidẽtibꝯ eorꝝ.

## Sciendũ eſt ſecundo. ꝙ ad

ſciendũ qualitatẽ et ſitum ventorꝝ phũs facit duas ſuppoſitiones. Prima eſt ꝙ orizon eſt quidã circulus magnus ymaginatꝯ in ſuperficie terre diuidens partem celi viſe a non viſa.

Secũda eſt ꝙ illa que plurimũ diſtant ſꝫꝰ locũ ſint contraria ſecundũ locũ ſicut que plurimũ diſtãt ſecũdũ formã ſunt cõtraria ſecũdũ formã. Et hº ſuppoſito in orizonte ſic deſcripto ad modũ circuli ſignet pũctꝯ. a. qui ſit occidẽs equinoctialis. ⁊ ab illo puncto ꝑ centruꝫ orizõtis protrahatur linea recta ad pũctũ. b. in oppoſita circunferẽtia qui quidẽ pũctus. b. ſit oriẽs equinoctialis. deinde ducatur linea alia diuidens precedentem lineam ad angulos rectos. a puncto. i. qui eſt in ſeptentrione ad punctum t. qui eſt in meridie. deinde ſignetur in orizonte. punctus. ꝫ. qui ſit oriens eſtiuale. et ex oppoſito ſignetur pũctus. e. qui ſit occidens eſtiuale. ſimilit ſignet punctus. d. qui ſit oriens hyemalẽ etiã ex oppoſito ſignet pũctꝯ. g. qui ſit occidẽs hyemale: Ducantur iterꝝ due linee. vna ab. ꝫ. ad. g. et alia a. b. ad. d. dicatur igit ꝙ venti flantes ex pũctis terminãtibꝯ illas dyametros tranſeuntes per centrũ circuli orizontis ſunt cõtrarii quia maxie diſtant ſecundũ locum. Sed ad intelligentiã predictorꝝ punctorum.

## Sciendũ ẽ tercio ꝙ occidẽs

equinoctialis dicitur eſſe punctus in quo ſol occidit quãdo eſt equinoctiũ. et per oppoſitũ eſt oriens equinoctialis vnde ſcilicet ſol oritur qñ eſt equinoctiũ. et hoc cõtingit quãdo ſol eſt in ariete et libra. Sed oriẽs eſtiuale eſt punctus ymaginatꝯ in orizõte vbi ſol orit quando eſt in ſolſticio eſtiuali ſcilꝫ in cancro. et occidens eſtiuale eſt punctus in orizonte vbi tunc occidit ſol. Sꝫ oriens hyemale eſt pũctus in orizõte vbi orit ſol quãdo ẽ ſolſticiũ hyemale. quãdo ſcilicꝫ ſol eſt in capricorno. ⁊ occidẽs hyemale ẽ punctus in orizonte in quo ſol occidit in eodẽ ſigno. Ex illis patet ꝙ venti deſignati per has duas litteras. i. et. e. cõtrariantur. et etiam venti deſignati per. a. et. b. et etiã. e. et. d. et etiã venti. g. et. ꝫ. et hoc clare patet in figura deſcripta ſecundũ modũ predictũ. Sed ad videndum noia particularia. ordinẽ. ſitum. et poſitionem ventorum:

## Sciendum eſt quarto: ꝙ A

puncto. i. ſignato in orizonte flat ventus qui grece dicitur boreas ſiue apchias. latine vero dicitur ſeptentrio. quia flat a ſeptentrione ſcilꝫ a polo arctico. Sed ventus ſecũdus qui flat a puncto. ꝫ. grece dicitur hercbias latine do vulturnꝯ. quia alte tonat. Sed tertiꝯ flãs a puncto. b. grece dicit apeliores. ſꝫ latine dicit ſubſolanus. quia quãdo ſol eſt ſub equinoctio incipit flare ſub ſole. Sed quartus qui flat a pũcto. d. grece dicit Eurus. latine vero dicit Euronotus. Sed quintus qui flat a pũcto t. grece dicitur notus. latine vero dicit auſter.

Uentus autẽ qui flat a puncto. g. grece vocatur libs. latine vero africus. q2 flat ab africa

Sextus qui flat a puncto. a. grece dicitur zephirus. latine vero fauonius. quia fouet plãtas. Sed octauus qui flat a pũcto. g. grece dicitur argetis. latine vero dicit chorus. nam talis ventus in ſe trahit alios ventos et facit eos reuolui. Sed preter iſtos ſunt quatuor alii minus principales quorꝝ vnus flat a pũcto medio inter. e. et. i. qui grece dicitur Trẽtias. latine vero circinus. quia facit alios ventos circuire. Alius flat a puncto. h. deſignato inter. i. et. ꝫ. qui dicit grece meſſen. et iſtis duobus ventus nulli alii ꝓprie ſunt contrarii. Aliꝯ autem flat a puncto. m. ſignato inter. g. et. t. qui grece dicitur logotus. latine vero africus auſter. Alius vero flat a puncto. n. deſignato inter. t. et. d. qui grece dicitur fenquias. latine vero Eurauſter. et iſtis duobus vẽtis nulli alii proprie ꝯtrariãtur. Et ſic pꝫ ꝙ ſunt duodeciꝫ venti. Unde boreas qui flat a ſeptentrione eſt frigidus. Et ſubſolanus qui flat ab oriẽte equinoctiali eſt calidus et ſiccus. Sed vulturnꝯ qui flat ab oriente eſtiuali eſt humidus. Et aquilus qui flat a puncto medio inter ſeptentrionem eſtiualem eſt frigidus et nebuloſus. Sed vẽtus qui flat ab oriente hyemali qui dicitur Euronotus eſt calidus et ſiccus et aquoſus. Sꝫ ventus qui flat a meridie ſcilꝫ a polo antartico qui dicitur auſter eſt calidus et huſdus. Uẽtus aũt qui flat a puncto medio inter auſtrum et oriens hyemale qui dicitur eurauſter. quia flat inter eurũ et auſtrum eſt frigidus et humidus

Sed fauoniꝯ qui flat ab occidente equinoctiali eſt frigidus et humidus. Sed africus qui flat ab occidente hyemali dicit humidus. Sꝫ chorus qui flat ab oriente eſtiuali dicitur ſiccꝯ et alios vẽtos reſoluit. Circinus vero qui flat a puncto medio inter ſeptentrionẽ et occidens eſtiuale eſt grandinoſus et frigidus. Et ſic patet de qualitatibus ventorꝝ.

## Sciendum ẽ quarto. ꝙ vẽti

multipliciter poſſunt diſtingui. Primo penes puncta ſignabilia in circunferentia orizontis et ſic eſſent quaſi infiniti venti. Secundo mõ poſſunt diſtingui penes ſignabilia in circũferẽtia orizontis notabiliter diſtincta ad inuicem. et iſto modo ponuntur triginta duo venti a nautis. Tertio modo poſſunt diſtingui penes conbinationes vtiles quatuor qualitatuꝫ. et ſic eſſent quatuor venti. et iſtis tribus modis non diſtinguũt ab aſtrologis. Quarto mõ diſtinguũtur venti ſecũdun proceſſum ſolis et planetarum ſub ꝫodiaco. et penes diſtinctionẽ partiũ ꝫodiaci qui ſunt duodecim ſub quibus ſol habet diuerſas virtutes ad eleuandum materiam ventorꝝ. et hoc modo diuidendo ventos ſecũdũ duodecim ſigna ꝫodiaci ſunt tãtũ duodecim venti et ſecundũ hoc ponitur.

## Concluſio reſponſiua ad.q.

Tantũ ſunt duodecim venti diſtinguendo eos hoc vltimo modo. Probatur. quia ventus eſt exalatio calida et ſicca eleuata a terra ſecundũ

ſuam ſubſtantiam. ſed duodecī ſunt principia mouentia terre et alterabilia et duodecim ſigna zodiaci. ergo rationabile eſt ponere duodecim ventos. et ſic pꝫ reſponſio ad queſitum.

## Dubitatur primo De accidentibus

quare venti boreales cōmuniter flāt in autūpno poſt tropicū eſtiualeꝫ. et tamē venti auſtrales non flant in vere poſt tropicū byemalem. ℞. ꝙ cauſa eſt qꝛ in vere poſt tropicū byemalem calor ſolis debilis eſt adeo ꝙ non ſufficit terrā exalare. et ſic non ſunt vēti auſtrales. ſed poſt tropicū eſtiualem ſcilꝫ in autūpno calor autūpni iuuatur calore eſtatis precedētis adeo ꝙ calor talis ſufficit eleuare materiā vēti borealis. et tunc flāt venti boreales. Uerum eſt tamen ꝙ poſt tropicum byemalē bene flant aliqui venti auſtrales parui et debiles. qui vigorātur a minori ad maius ſecūdū quod ſol plus aſcendit et accedit ad nos.

## Dubitatur ſecundo Utrum

Uenti auſtrales flant a polo antartico nobis inmanifeſto ſicut venti boreales a polo arctico nobis manifeſto. ℞ñtur ꝙ venti auſtrales nō flāt a polo antartico nec a tropico byemali ſed a tropico eſtiuali. Primū pꝫ. quia ſicut ſe habet boreas ad polū antarticū. ita ſe habet ventus genitus ſub polo antartico quo ad nos quia vbiqꝫ eſt equalis diſtantia. Sed boreas non flat vſqꝫ ad polū antarticū ymo non pōt tranſire tropicum cancri propter nimium calorem vigentē inter duos tropicos. ergo etiā ventus genitus ſub polo antartico non poteſt pertranſire ad nos. quia nō poſſet trāſire regionē aeris ſuppoſitam zone celi inter duos tropicos propter exceſſiuū calorē in tali regione vigentē

Secunda pars pꝫ qꝛ in noſtra terra habitabili flat auſter a meridie. ideo dicitur vētus meridionalis. et ſic non flat a polo antartico nec a tropico byemali ſed eſtiuali. relinquitˀ ergo ꝙ flat a tropico eſtiuali. Et quia locus a quo flat auſter eſt magis diſtans quam locus a quo flat boreas. g° ꝛc̄

## Dubitatur tertio. Utrum

Plures venti debeant flare a ſeptentrione ꝙ̄ a meridie. ℞. phūs ꝙ ſic. qꝛ locus ſuppoſitꝰ ſeptentrioni habūdantior eſt aquis multū. ꝙ̄ regio ſuppoſita meridie propter nimiū calorem ſub meridie exiſtentē. ideo niue ſub ſeptētrione liquefacta per calorē et illa liquefacta plures eleuantur exalationes ideo plures ſūt venti ſeptemtrionales ꝙ̄ meridionales.

## Dubitatur quarto. Utrum

Uenti debeant reduci ad quatuor principales ℞. ꝙ ſic. et illi quatuor ſumūtur ſecundum quatuor principalia puncta orizontis. et diſtinguūtur ſecūdū quatuor cōbinationes vtiles quatuor qualitatū primarū. iſtorum aūt quatuor ventoꝝ principaliū vnus dicitur ſubſolanus qui flat ab oriente equinoctiali. qui eſt calidus et ſiccus et aſſimulatur igni et complexiōi colerice. Alius eſt auſter qui flat a meridie et eſt calidus et humidus et aſſimulatur aeri et cōplexioni ſanguinee. Alius eſt fauoniꝰ qui flat ab occidente equinoctiali qui eſt frigidus et humidus et aſſimulatur ꝯplexioni fleumatice. Alius eſt borealis qui eſt frigidus et ſiccꝰ et aſſimilatˀ terre ꝛ cōplexioni melancolice Et inter ventos ſubſolanus ē ſaniſſimus. qꝛ eſt depuratus per calorē ſolis. ideo eſt ſubtilior et clarior. Deinde boreas eſt ſanior. quia eſt frigidus et claudit poros et ſerenat aerē. Sꝫ ex oppoſito auſter cōmouet aerē ꝛ eſt ꝯgregatiꝰ nubiū. Et etiā fauoniꝰ cōmouet aerē. Et ſunt iſti duo minꝰ ſani. Ultra dicitˀ ꝙ inter qualitates primas due ſunt principales. ſcilꝫ caliditas et frigiditas. ideo diuidendo vētos penes calidū et frigidū adhuc non erūt niſi duo vēti principales. ſcꝫ auſter et boreas. et ſic oēs venti frigidi eſſent boreales et calidi auſtrales.

## Dubitatur quinto. vtrum

Uenti cōtrarii poſſint ſimul perflare. ℞. p. ꝙ non ſecundū eādem diametrū. quia vel tales venti mutuo ſe impedirēt ſi eque eſſent fortes. vel vnus eſſet fortior altero et ſic fortior extermiaret debiliorē Uenti autē qui nō ſūt cōtrarii poſſunt ſimul flare. Etiam quidā ſunt venti determinatis tēporibus flantes ſicut libs cōmuniter flat in autūpno et herquias in vere.

## Dubitatur ſexto. vtrum aliqui

venti faciunt alios ceſſare. ℞. phūs ꝙ ſic quia a perhias ꝛ vergetes maxime faciūt alios ceſſare. Ratio primi eſt. quia coꝝ impetus maximi ſunt et flant de prope. et ſunt continui et fortes. ideo faciūt alios debiliores ceſſare. Ratio ſecūdi eſt quia cū ſint magni et fortes vt dictū eſt propellūt nubes. Uerū eſt tamen vt habetur in textu ſi eſſent vehementer frigidi tunc venirent coagulando nubes anteꝙ̄ eas propellerent. et cauſarent pluuias. Inter ventos aperquias eſt ventus ſerenus. qꝛ in ſe ipſm reflectitur trahendo nubeꝫ ad ſe. ideo prouerbialiter dicitur de auaris ꝙ trahūt ad ſe pecuniā ſicut aperquias ad ſe nubem.

## Dubitatur ſeptimo. Que eſt

cauſa girationis ventoꝝ. ℞. phūs ꝙ oium ventoꝝ ſunt girationes quando ceſſant. nam quando ventus incipit ceſſare tunc prior pars prius ceſſat et alia pars ſequens adhuc in ſe hꝫ impetum primi mouentis. ideo illa ſecunda pˀs adhuc ē mota circa primā ꝛ tertia iuxta quartā

## Dubitatur octauo vtruꝫ vēti

diſtinguantur penes calidum frigidū humidū et ſiccum. Reſpōdet phūs ꝙ ſunt aliqui ventus quoꝝ ſunt alii frigidi. alii calidi. alii humidi. alii ſicci. aliqui ſunt grandinoſi. aliqui cauſant corruſcationes. et alii tonitrua. aliqui ventoſi. aliqui pluuioſi.

## Dubitatur Nono. In quo

tempore anni debēt magis flare enephie id eſt venti circulares. Reſpōdet phūs ꝙ in autūpno. deīde in vere. Et de tiphonibꝰ enephiis ꝛ Zymphonibus particularius videbitur in ſequentibus. Ex predictis patet quid ſit materia ventorum. qualiter generantur. quid ſit ſitꝰ et poſitio coꝝ. patent etiā accidentia et paſſiones coꝝ. Rationes ſolute ſunt ex ante dictis. Auctoritas allegata eſt pro dictis.

Nomina autem ventorum latina et partes vnde flant his metris contenta ſunt.

Sunt ſubſolanus vulturnus et eurus eoi.
Atqꝫ die medio nothus heret affricus auſtro.
Circius occaſu Zephiruſqꝫ fauonius afflant.
Adueniūt aquilo boreas et chorus ab arcto.

Sequitur in textu. De agitatione autem et motu terre poſt hec dicendum.

## Queritur ſeptimo: Utrum

Motus terre per naturam ſit poſſibilis. Arguitˀ ꝙ non. qꝛ vel moueretˀ a principio intrinſeco vel extrinſeco. non primū. qꝛ tunc terra naturaliter exiret ſuū locū propriū. nec ſecūdū. qꝛ nihil videtˀ violentare terrā. 2° ſic. ſi motus terre eſſet poſſibilis terra moueretˀ per exalationem incluſam infra ipſam. ſed hoc non. qꝛ talis exalatio ſubtilis eſt. ergo qꝛ eſt de ſubtili poteſt exire per poros terre. et per cōſequēs non facit motū terre. Ad oppoſitū eſt. p. in primo tractatu huius libri. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ phūs determinauit de ventis cōſequēter determinat de motu terre. de quo fuerūt tres opiniones antiquoꝝ. ſcilꝫ Anaxagore ponentis terrā ſpongioſam et infra cōcauitates eius intrare aerē. qui aer natus eſt ferri ſurſū. ideo ipſe mouet terrā. Sed hec opinio falſa eſt. quia ſꝫꝰ hoc non poſſet reddi cā quare motus terre magis fit in vno tempore ꝙ̄ in alio. Secunda fuit opinio Democriti ponentis aquā deplutā intrare in ventribus terre. et cū ampliꝰ recipere non poſſit tūc fit fractio terre per violentiā. et ꝑ cōſequēs terre motꝰ. Sed hec opinio reꝓbata eſt ſatis cū agebatˀ de fontibꝰ et mari. Tertia opinio fuit Anaximandri ponētis terrā nimis deſiccatā a ſole et poſtea deplutā diſſolui et deſcendere in partes per deſiccationem et ex cōſeq̄nti facere terre motū. Sed hec opīo falſa eſt. quia ſecūdū hoc deberet apparere multiplex ſubuerſio terre q̄ non apparet. Item terremotus continue deberēt fieri minores et tandē deficere. quia partes denſe cōtinue replerēt foramina terre. Dimiſſis his opinionibꝰ ſupponit phūs primo ꝙ terra ſecūdū naturā propriā eſt ſicca. ſed efficitur humida per pluuias. ꝑ quas redditur apta ad fumandū. et virtute ſolis et alioꝝ aſtrorū quādoqꝫ generatˀ magna multitudo exalationis infra ipſam terrā. que quideꝫ exalatio. quādoqꝫ exit per poros terre et facit in aere magnos ventos. quādoqꝫ continetˀ in terra et facit magnū motū terre. quādoqꝫ aūt partim manet in terra et partim exit terrā et facit paruos ventos ꝛ paruos motus terre. 2° ſupponit phūs ꝙ iſta corpora ſubtibilia ſicut ventus et aer ſunt corpora velociſſime mobilia et citiſſime. Ex quo pꝫ quid ſit cauſa motus terre. nam per virtutes ſolis et alioꝝ aſtroꝝ in viſceribus terre et aliis cōcauitatibus generatˀ multa exalatio calida incluſa infra terram que leuis eſt et querens exitū propter rarefactioneꝫ ne fiat penetratio dimēſionū mouetˀ de cōcauitate in concauitatē. et dū flat aliquādo inter media cōcauitatū in tali motu cauſat motum

terre. Et ꝙ ſic fiat motus terre declarat phʼus per multa ſigna. Primum ſignū eſt nam maximi terremotus fiunt tempore tranquilliori. ⁊ huius ſignū eſt ꝙ exalationes q̄ ſunt materia venti incluſe ſunt in terra et ſunt principia terremotus. Aliud ſignū eſt ꝙ plures et maiores terremotus fiunt de nocte ꝙ̄ de die qꝛ illa tēpora ſūt magis trāquilla. Aliud ſignū eſt quia magni terremotus fiunt in locis ſpōgioſis et cauernoſis et iuxta mare. quia in talibus locis ſunt incluſi multi ſpūs cauſantes motū terre. Aliud ſignū eſt ꝙ in aīalibus ſpiritus moti cauſant tremores pulſus et ſpaſmos. Et eſt ſpaſmus ſubita contractio neruorū in animali. et cōiter accidunt in aīalibus poſt emiſſionē vrine. talis enim motus cauſatur in animalibꝰ a ſpiritu incluſo in venis et neruis ſicut igiť parui ſpūs in corpore humano habēt tantā virtutem ꝙ quādoqꝫ preualent ceteris neruis hominis vel animalis. ideo nō eſt mirū ſi multi ſpūs incluſi infra terrā poſſint mouere vnam partē terre et preualere grauitati eius.

Aliud ſignū eſt nam ad ſenſum apparent magni motus terre qui non ceſſant donec terrā ruperint ⁊ in ipſa ruptura exit magnus ventus et maxima flāma. ymo et multi cineres in tātā habundantiā ꝙ ciuitates vicinas incinerauerunt. et hoc eſt ſignū qꝛ exalatio calida et ſicca infra terrā incluſa eſt cā motus terre. Aliud ſignū eſt. quia in quibuſdā inſulis ante motū terre audiunť multi ſoni mare adueniente. qꝛ mare accedens includit ſpūs ī anguſtum. qui exeuntes per poros anguſtos faciunt ſonos.

Aliud ſignū eſt ꝙ ante terremotū apparet aliquando parua nubecula longe proiecta ad modū linee. et hoc eſt ſignū quia ventus abſorbeť a terra. quādo enī aer multū agitatur per ventos cauſantur in eo multe ⁊ diſtorte nubes ſed quādo eſt tranquillitas ſiue ſerenitas fiūt nubecle longe et ſubtiles ſicut eſt in inundationibus maris. Aliud ſignū eſt. quia tempore eclipſis lune plures ſunt terremotus. qꝛ quādo luna eclipſatur deficit lumen et per accidēs deficit calor eleuans exalationes terre. ſed tamen manet adhuc ī terra abintra. et ita exalatio incluſa in terra mouet terram. et non fiunt venti.

Ex quibus precedentibus patet.

**Concluſio rñſiua.** motus terre per naturam eſt poſſibilis. hec cōcluſio ſatis patet per predicta. quia cauſe eius ſunt poſſibiles. igitur ⁊c.

**Dubitatur primo.** De accidentibus terremotus. Rñ ꝙ primū accidēs eſt ꝙ quādoqꝫ terre motus durat per. 40. dies in vna regione. quādoqꝫ per annū. quādoqꝫ per duos. ⁊ hoc referendū eſt ad multitudinem exalationis incluſe infra terrā ⁊ ad diſtinctionē loci et meatus per quē exit exalatio. Aliud eſt accidēs ꝙ tēpore terre motus audiunť ſoni infra terrā. et quādoqꝫ audiunť ante motū terre et dicitur vulgariter terra mugire. Aliud eſt accidēs ꝙ quādoqꝫ tempore terre motus exit magna multitudo aque que expellitur propter vehementiam motus exalationis. Aliud ē accidēs ꝙ quādoqꝫ cū motu terre factū eſt particulare lumen. Aliud eſt ꝙ terre motus fit ſecundum paruam partem terre habitabilium. ſed venti ſunt in aere ſecūdū magnā partem et ꝗtitatē terre. quia ſol non habet tātum vigorē ſub terra ſicut ſupra terram. Ultimū accidens eſt ꝙ motus terre quādoqꝫ diciť tremor. et hoc contingit quādo exalatio moueť lateraliter. quādoqꝫ vero dicitur pulſus. qꝛ ad pulſū requiritur multa exalatio. Albertus autem ponit ſeptē modos motus terre. qui ſunt. ruina tremor. titubatio. pulſus. perforatio. ſubuerſio. exceptio. ſed iſti modi reducunť ad duos alios quos ponit phʼus. Aliud accidēs eſt qꝛ raro fiunt terremotus in locis humidis. qꝛ nimia humiditas impedit exalationes generari.

Aliud ſignū eſt ꝙ ſpūs exiens a terra in motu terre eſt fetidus et venenoſus. eo ꝙ non eſt digeſtus per lumen nec purificatus. Et per hoc Rñſio pꝫ ad queſitū.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primā dicitur ꝙ terra moueť ab extrinſeco in motu eius. igitur ab exalatione. nec ē talis motus terre ſecundū naturā eius propriā ſꝫ ſecūdū naturā communē que eſt naturalis.

Ad ſecūdā diciť ꝙ exalatio eſt ſubtilis iō multū eſt corporis motiuū et penetratiuum vt dictū eſt alias. ideo poteſt cauſare motū. ⁊c.

Sequiť in textu. De coruſcatione autem et tonitruo.

## Queritur octauo. Utrum

Tonitruū ſit ſonus factus in nubibus ex violenta percuſſione exalationis calide et ſicce ad latera nubis. Arguiť ꝙ non. quia illa que ſe inuicem percutiunt diſtant ab inuicē. ſed exalatio nō diſtat a nube ymo eſt ſibi cōiuncta. igiť.

2º arguiť alia diffinitio tonitrui eſt bona. ſcilicet ꝙ eſt ſonus factus in nubibus propter extinctionem ignis a nube. ergo iſta ſuperfluit.

3º ſi preſens diffinitio eſſet ſufficiens ſequeretur ꝙ ſimul et ſemel poſſent eleuari exalationes et vapores. cōſeqnēs eſt falſū. quia cōtrariantur. Ad oppoſitū eſt phʼus in primo ca. quarti tractatus huius libri. in quo agit de coruſcatiōe. tronitruo. enephia. incenſionibus. et fulminibus. nā omniū iſtorū eſt vnū principiū ſcꝫ exalatio calida et ſicca. Et in preſenti q̄ſtiōe videbiť de tonitruo et coruſcatione. Pro qº

**Sciendum eſt primo.** ꝙ Ut ſepe dictū eſt duplex eſt exalatio. Quedā eſt calida et ſicca. Et alia calida et humida. Et iſte due exalationes poſſunt ſimul eleuari. et poteſt ſimul fieri vna conſiſtentia. id eſt. vna natura cōmunis diſtincta ab vtraqꝫ. que poteſt eleuari ad mediā regionem aeris.

**Sciendum ē ſecundo** ꝙ Tonitruum et coruſcatio ſic generantur. Nam q̄ñ talis conſiſtentia exalationis calide et ſicce et exalationis calide et humide eleuata eſt vſqꝫ ad mediam regionem aeris. illud quod eſt ibi calidum et humidum. quia facilius eſt congelabile inſpiſſatur ad modum cuiuſdā pellicule ſeu tentorii. et conuertitur in nubem. et tūc exalatio calida et ſicca fortificatur per antiparistaſim. et petens exitum velociter mouetur et percutit ad latera nubis. et aliquando frangit nubem in aliqua ſui parte. et in illa fractione inflammatur. et illa inflammatio vocatur coruſcatio. et ſonus factus ex tali coruſcatione vocatur tonitruum. Ex quo patet.

**Concluſio prima.** ꝙ Diffinitio tonitrui de qua querebatur in titulo queſtionis eſt ſufficiēs. Et hoc declarat phʼus de ligno viridi poſito ī igne. nam ſicut ſe habet paruus ventus in paruo corpore. ita magna exalatio calida ⁊ ſicca ī magna nube. ſꝫ ī paruo corpe paruus ventꝰ poteſt cauſare ſonū vt ī ligno viridi. Nam per calorē ignis propellitur humor ad interius et tandem id quod eſt aquoſum exit per extrema ligni. illud vero quod eſt terreſtre et ſiccū vnitur ad interiora. quod quidē vnitum et calefactum petit exitum et frangit lignum. in qua fractura inflammatur et facit ſonum. ſimiliter fit tonitruū ⁊ coruſcatio ī nube. cū enim illa exalatio frangit nubem et ſonum facit dicitur tonitruū. cum vero in exitu inflammatur dicitur coruſcatio.

**Concluſio ſecunda.** Coruſcatio bene diffinitur ꝙ eſt inflāmatio exalatiōis calide et ſubtilis inflāmate in exitu a nube aquoſa. Probatur ſicut precedēs. Ex quibus patet. ꝙ licꝫ tonitruū ſecundū rem precedat coruſcationē. quia prius eſt percuſſio nubis ⁊ fractura ꝙ̄ inflammatio materie in exitu a nube. tñ prius apparet coruſcatio ꝙ̄ audiatur tonitruū quia viſus anticipat auditum. quia ſonus venit ad auditum mediante motu locali qui nō fit niſi ſucceſſiue et in tempore. Sed lumen in īſtanti venit ad viſū. Et ex his omnibus etiā patet falſitas opinionis ponentis tonitruum fieri in nube ex radiis ſolis ſicut dixit Empedocles. Alii vero vt Anaxagoras dixerunt ꝙ ille ignis extenditur per motum ſuperioris corporis ex corpore inferiori ad locum nubium. Ulterius etiam pꝫ falſitas opinionis dicentis coruſcationem cauſari per reflectionem luminis alicuius aſtri a vapore eleuato. Sed circa literā

**Dubitatur primo:** Unde cauſatur varietas ſonorum tonitrui. Rñ. ꝙ cauſatur ex diuerſa diſpoſitione nubis. quia ꝗ̄to nubes eſt denſior tanto requiritur maior percuſſio et maior exalatio ad hoc ꝙ frangatur. et facit maiorem ſonum quādo nubes eſt multū concaua. Unde tres ſunt modi ſonorū tonitrui. Primus vocatur tumultuans. et hoc contingit quando exalatio mouet nubem non frangendo ipſam. Alius ſonus dicitur diſruptus. qui fit quando exalatio mota frangit aliqua intermedia nubis et non obuiat ſibi aliquod frigidū. Alius ſonus dicitur ſtridēs qui fit quando exalatio frangit nubem et ſibi obuiat aliquod frigidum. Sed tunc.

**Dubitatur ſecundo.** Que Tonitrua ſunt magis timēda. Rñ. ꝙ tonitruū cuius nubes eſt nigra parū eſt timendum ꝗtū ad incenſionem. quia ſignum eſt ꝙ exalatio eſt debilis et magna habūdantia vaporum. nam magna frigiditas aquoſa cauſat nigredinem. ſed tunc quia frigidum eſt prope. ideo aliqñ ex habundantia exalationis velociter mouetur in infima regione aeris. Sed tonitruum cuius nubes eſt rubea eſt multum timendum ꝗtum ad incenſionē. quoniā eſt ſignū magne aquoſitatis et frigiditatis. Similiter quādo nubes eſt alba non eſt multum timendum. quia ſignum eſt debilitatis exalationis et nubis. Qñ vero nubes eſt viridis multum timendum eſt. quia ſignum eſt ꝙ exalatio eſt fortis et frigiditas magna. ideo poteſt eſſe percuſſio multum violenta et inflammatio magna.

**Dubitatur tercio** Quomodo cauſatur cuneus fulminis. Dicitur ꝙ ſicut per calorē aliquid mixtū ex ſicco et humido indurari poteſt ⁊ digeri ab eo vt ex ipſo fiat lapis ⁊ aliq̄ mixtū ſicꝫ pꝫ de lateribus. ita proportionabiliter qñ cōſiſtētia exalationis calide et ſicce et etiā hūide digeriť per calorē et expelliť humidū poteſt cauſari vnus lapis qui vocatur cuneus fulminis. Et in pte anteriori eſt magis acutus. qꝛ illud quod eſt ſubtilius antecedit ī gñatiōe talis lapidis propter velocitatē motus. Et tunc cadit deorſum cum fulmine. Et per hoc patꝫ ſolutio ſiue reſponſio ad queſitum.

## Ad rationes ante oppoſituz

Ad primā dicitur ꝙ licet exalatio exiſtens in vna parte nubis diſtat ab altera. nihilominus pars illius exalationis exiſtens in latere nubis percutit et facit talē ſonuz in percutiēdo. et maiorem in frangēdo. ergo ꝛc. Ad ſecundam dicitꝛ ꝙ illa diſſinitio eſt Anaxagore exiſtētis illi9 opinionis. et dicentis ꝙ tonitruum cauſatur ex illa extinctiōe. Sed illa opinio nō eſt vera. qꝛ tunc tonitruū deberet audiri in ſerenitate aeris eo ꝙ multe exalatiōes extinguntꝛ eo tp̄e. quare non probat. Ad tertiā dicitur ꝙ non eſt impoſſibile illas duas exalationes ſimul eleuari ſicut dictū eſt. ſicut etiā permiſcentꝛ ſiccū et humidū i terra. et hec de queſtione. Sequitꝛ in textu.

## Queritur nono. Utrum.

Typhones et enephie incenſiones et fulmina ſint eiuſdem ſpeciei. Arguitꝛ ꝙ non. qꝛ incēſiones et fulmē ſunt impreſſiones ignite typhones et enephie non. g° non ſunt eiuſdem ſpēi.

2° arguitꝛ. diuerſitas i motu oſtendit diuerſitatem in ſpecie. ſed enephias mouetur lateraliter accenſione. tiphoautē mouetꝛ circūgiratiue. ergo nō ſūt eiuſdē ſpeciei. 3° arguitꝛ. fulmen habet aliqua que in cauſas naturales reduci non poſſunt. ergo non eſt de natura elemētari. Añs patet. qꝛ fulmē aliqñ cōburit hominem ſine leſione veſtimētoꝝ. ꝛ cōburit enſem vagina remanente integra. ergo ꝛc. Ad oppoſitū eſt Ariſtoteles in vltimo capitulo huius libri.

Pro. Reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de tonitruo et coruſcatione. cōſiter determinat de enephia. incenſione fulmine ꝛ typhone. que oīa generantꝛ ex eadem materia. ſciꝫ exalatioe calida et ſicca incluſa infra nubem ſicut tonitruum.

## Sciendu ē ſecundo. ꝙ Ene

phias ſic generatur. nam quādo infra nubem ſumme frigidam includitur exalatio calida et ſicca groſſa et terreſtris tunc per antipariſteſim mouetꝛ impetuoſe querendo exitum. et tandem frangit nubem in debiliori parte. et hec exalatio calida et ſicca a nube propulſa violēte verſus terram ꝛ lateraliter mota vocatur enephias Et ideo enephias ſic diffinitur. Enephias eſt ventus magnus a frigiditate nubis verſus terram expulſus lateraliter motus et tranſumptiue. Unde quia ventus iſte eſt magnus frigiditas nubis non ſufficit ipſum propellere vſqꝫ ad terram directe propter reſiſtentiam eius ideo mouetur tranſumptiue et lateraliter. Et iſte ventus habet duos effectus. nam obſcurat aerem eo ꝙ eſt exalatio multum groſſa: et adducit pluuias quando magna frigiditate nubis propellitur. et communiter flat iſte ventus ante magnas pluuias et quando fiunt magna tonitrua. Sed typho eſt ventus a nube deſcendēs et expulſus vſqꝫ ad terram mot9 circūgiratiue. Unde quia iſte ventus percutit terrā prima pars que primo percutit primo reflectitꝛ. et obuiat alteri parti deſcendenti. ideo ſe inuicem inuoluūt iſte et iō ſit motus circularis talis exalationis. et talis ventus habet eleuare pulueres et lapides et quandoqꝫ eradicat arbores ſi ſit magnus. Et ſic patent differentie inter typhonem et enephiam. Differunt autē primo. quia typho eſt ventus multum minor et ſubtilior ꝙ̄ enephias. ideo propellitur a nube vſqꝫ ad terram et non enephias. Ex quo alia differentia patet ꝙ typho mouetur circūgiratiue. et enephias tranſumptiue. 3° differunt qꝛ typho qñqꝫ generatꝛ ex duobus vētis ſibi inuicem obuiātibus et duabus nubibus. ſed enephias ab vnica nube expellitur.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Quñ

typho icendit vocatꝛ incēſio. ita ꝙ incēſio nihil ē ꝙ̄ typho apparēs ad modum rote quadrige ignite. ſed quando enephias incenditur apparet magnus ignis motus tranſumptiue et quādoqꝫ iflammās ciuitates et regiones. Ex quibus patet ꝙ incenſio differt a coruſcatione quia coruſcatio vt dictū eſt cauſatur ex percuſſione exalationis ad latera nubis et ſequitur tonitruum. ſed incenſio fit ſine tonitruo et cauſatur ex motu exalationis circa terram.

## Sciendum eſt Quarto ꝙ

Fulmen eſt ignis ſubtilis qui eſt in materia rara a nube cum violentia inferius proiectus. Unde quando a nube frigida expellitur exalatio calida cum magna violentia propter velocitatem motus inceditur et mouetur inferius motu velociſſimo et impetuoſiſſimo vocatur fulmen. Cuius ſunt due ſpecies. nam quoddā fulmen dicitur penetrans quod ſcꝫ habet materiam ſubtiliſſimaꝫ et rarā et velociſſime motaꝫ

Aliud fulmen dicitur adurens. et hoc propter denſitatem materie aliqñ vrit et colorat corpora que tangit in quibus moram facit. Quia igitur hoc fulmen non eſt omnino ſubtile. ideo non colorat corpora dura et denſa niſi aliqualem moram faciat in ipſis propter coruꝫ reſiſtentiā. et i illa mora adurit illa corpa et unde ē ꝙ qñꝫ cōburit corpus hoīs ſine leſione veſtis ꝛ quādoqꝫ oſſa ſine leſione carnis ꝛ adurit et colorat cultellum vꝛ enſem ſine alteratiōe vel aduſtione vagine. et hoc ideo eſt. qꝛ corpora ſubtilia et poroſa penetrat. ideo nō facit moram ibi nec adurit ea. ſed adurit corpora dura et cōpacta que reſiſtunt. Unde ipſius fulminis ponuntur aliqua accidentia in textu.

Primū eſt ꝙ immediate dictū eſt. Aliud eſt ꝙ corpora fulmine percuſſa immediate ante percuſſionem videntur moueri et hoc cōtingit. quia fulmen ſemꝑ precedit aliquis vētus mouens illa corpora. Aliud ē qꝛ aīalia fulmīe percuſſa in ſomno videntꝛ habere oculos apertos. ſed quando percutiuntꝛ in vigilia habent oculos clauſos. cuius ratio eſt. qꝛ quando percutiuntur in ſomno aperiūt oculos et anteꝙ̄ poſſint claudere iam mortua ſunt. et ſimiliter quando percutiuntur in vigilia claudūt oclos et anteꝙ̄ eos aperiāt mortua ſunt. Aliud accidens eſt. qꝛ corpora venenoſa fulmine percuſſa purgātur a veneno. ſed corpora munda fulmine percuſſa efficiūtur venenoſa. et hoc eſt propter diuerſam diſpoſitionē vinentiū ſiue recipientiū. nam fulmen percutiens aīāl vēnoſuꝫ conſumit humores venenoſos. et ſic relinquit carnes mundas. ſꝫ ꝑcutiēs mundū cōſumit humores mundos et relinquit carnes immūdas.

Aliud accidēs eſt. qꝛ corpora fulmine inflāmata cū difficultate extinguūtur quia materia fulminis eſt viſcoſa et multū adherēs cui adheret.



## Concluſio reſponſiua ad q:

licet ꝙ eadem eſt materia ſecundum ſubſtātiā illaꝝ impreſſionum. ſed tamen differunt penes diuerſa accidentia: et hoc ſatis patet ex dictis

Rationes ſoluuntur ex dictis. Et hec de ſecundo methaurorum.

# Sequitur Liber tertius methaurorum:

Sequitur in textu. De reſiduis autem dicamus operibus ſegregationis huius precinducto iam modo dicentes.

## Irca inicium tertii Libri methauroruꝫ Queritur primo

Utrum radius viſualis refrangatur in occurſu medii rarioris et denſioris. Arguitꝛ ꝙ nullo modo poſſit refrangi. nam radius perpēdicularis a nullo occurſu cuiuſcunqꝫ pōt refrangi. g° nec radius obliquus. cōſequētia tenet. qꝛ radius perpendicularis et obliquus ꝓcedunt a corpore lucido et ſunt eiuſdem rōis. añs ꝫ cōcedūt omnes perſpectiui. 2° arguitꝛ ſi radius viſualis frangatur in occurſu medii dēſioris ſequitur ꝙ nulla res appet in loco in quo eſt veraciter nec ſub vera ꝙ̄titate. pꝫ ꝯñtia. qꝛ illud qdꝛ appet ꝑ refractionē appet aliud et alibi ꝙ̄ ſit. Etiaꝫ ſi radius viſualis frangeretur in occurſu medii denſioris cum oculi ſint denſiores ꝙ̄ aer ſequitur ꝙ omnes radii viſuales refrangerentur. et ſic omnis res appareret maior ꝙ̄ ſit. ergo ꝛc. Ad oppoſitū eſt phūs in iſto tertio libro in quo agit de hiis que apparēt per refractionē et reflectionē. ſcilicet de halo et de yride. Pro quo.

## Sciēdum eſt primo ꝙ per ra

dium viſualem intelligitur lumen multiplicatū ab aliquo luminoſo corpore per aliquod medium. Aduertendū ꝙ refractio et reflectio differunt ad inuicem Nā radius dicitur reflecti quando ab aliquo corpore opaco reuerberatꝛ. ꝛ reſilit verſus corpus luminoſum a quo receſſit. Sed quando radius viſualis vlterius procedit deuiando tamen a primo proceſſu accedendo ſcilicet ad perpendicularē vel recedendo a perpendiculari tunc talis radius dicitur refrangi. et ita ſicut poſtea dicetur halo apparet per refractionem. yris per reflectionem. Ariſtoteles tamen vtitur iſtis duobus nominibus indifferenter.

## Sciendum ē ſecundo ꝙ Quñ

aliquis radius reflectitur oportet ꝙ ſemper angulus reflectionis ſit equalis angulo incidentie. Angulus auteꝫ incidentie dicitur angulus cauſatus ex linea procedenti ex corpore luminoſo et cadente ſuper aliam lineam vel ſuperficiem exiſtentem in corpore a quo poteſt fieri reflectio. Sed angulus reflexus ē angulus cauſatus ab eadem linea reflexa ſeu reuerberata a ſuperficie ſupra quam primo incidit verſus corpus luminoſum.

## Sciendu eſt tercio ꝙ Cathe

cius ⁊ radius viſualis ꝓcedēs a corpore luīoſo vſqꝫ ad illū punctuꝫ in quo concurrerꝫ radius viſualis reflexus cum eo ſi recte procederetur per ſuperficiem in qua reflectitur. Ideo res viſa per reflectionem apparet in concurſu radii viſualis cum cathedo. Et inde eſt ꝙ ymago apparet intra ſpeculum.

**Sciendum eſt quarto.** ꝙ radius ꝑpendicularis nunꝗ̄ refrangit᷑. ſꝫ totaliter tranſit ꝑ mediū vel reflectit᷑ verſus corpus luīoſum. Et huius rō eſt. qꝛ non eſt maior rō ꝙ frāgeret᷑ verſus vnā ꝑtem ꝗ̄ verſus aliā ex quo eſt rectus. et ideo vel tranſit vlterius vel reflectit᷑ in ſe ipm̄. Et ita radius ꝑpēdicularis eſt fortiſſimus. Sed radii obliqui poſſūt refrāgi et ꝗ̄to ſunt ꝓpinquiores ꝑpēdiculari tāto ſunt fortiores. et ꝗ̄to plus recedunt a ꝑpendiculari tanto ſunt debiliores.

**Sciendum ē quīto.** ꝙ a quolibet puncto corporis luīoſi in quolibet pūcto medii exiſtētis infra ſperā activitatis corporis luīoſi ꝓducit᷑ lumen ⁊ multiplicat᷑. prout habet᷑ in quarta ꝓpoſitiōe ꝑſpectiue. quodlꝫ pūctum luīoſi quodlꝫ punctū medii illuminat. Et ſi obiciat᷑ etiā qꝛ tunc in quolꝫ puncto medii appereret infinitum lumen intenſiue. qꝛ in corpore luīoſo ſunt infinita puncta a quorum quolibet multiplicat᷑ lumē in quolꝫ puncto medii ⁊c. ꝙ pūctum in ꝓpoſito accipit᷑ phiſice. et non mathematice. pūctus aūt phiſicus non eſt indiuiſibilis nec ſunt infinita puncta in aliquo corpore phiſico.

**Sciendum ē ſexto:** ꝙ Omne corpus politū et terſum natū eſt reflectere lumē et inde eſt ꝙ in corporibus lucidis politis et terſis appꝫent ymagines. vt facies hominis apparet in aqua ⁊ etiā in ſpeculo. Inde narrat phūs de quodā habēte debiles oculos adeo ꝙ faciē ſuā videbat in aere. idqꝫ etiā in aere reflectunt᷑ radii viſuales ſꝫ nō ꝑcipiunt᷑ a nobis. qꝛ aer nō termīat viſuꝫ niſi in magna diſtātia a qua nō poſſum⁹ videre ymagines reflexiue.

**Sciendum eſt vltimo** ꝙ Claritas vel obſcuritas in ſpeculo facit ad hoc ꝙ res videat᷑ clarior vl̄ minus clara. Res enī viſa in pulcriori et clariori ſpeculo apparet pulcrior et clarior. Et ſi ſpeculū ſit parue ꝗ̄titatis aliquādo ꝓpter paruitatē nō repreſentat figurā rei ſed ſoluꝫ colorē. Nam in ſpeculo requiritur determinata ꝗ̄titas ad hoc ꝙ repreſentet figurā rei viſe. ⁊ ideo ſicut dicetur poſtea colores yridis apparēt per refractionē factam a paruis guttulis aque tenentib⁹ locuꝫ ꝑuorꝫ ſpeculorꝫ nō ſufficientib⁹ repreſentare figurā corporis luminoſi ſꝫ ſolū colorē. Iſtis notatis ſit.

**Concluſio prima.** Radius viſualis obliquus in occurſu medii denſioris frangit᷑ a ꝑpēdiculari. Probat᷑. qꝛ cū difficilius ſit lumē multiplicari ꝑ medium denſius ꝗ̄ per mediū rarū. ſequit᷑ ꝙ radius obliqu⁹ in occurſu medii denſioris tēdit a perpēdiculari ſe fortificādo vt poſſit penetrare corp⁹ mediū dēſius.

**Concluſio ſecunda.** Radius viſualis reflexus in occurſu medii rarioris refrāgitur a ꝑpēdiculari. Sꝫ qꝛ luminis ē diffundere ſe inꝗ̄tū pōt. ideo qn̄ occurrit medio ſubtiliori per āplius et ꝑfectꝰ ſe diffundit ꝗ̄ medio dēſiori. Et ex hoc poteſt reddi cauſa quare denarius poſitus in fundo peluis plene aqua apparet qui tamen non appereret ſi nō eſſet aqua. viſu exiſtente in equali diſtātia. qꝛ radii viſuales denarii exiſtētis ī fundo peluis plene aqua poſſunt multiplicari per aquā. ſed cū occurrunt medio rariori frāgunt᷑ a ꝑpēdiculari. ⁊ ſic appꝫet denarius in cōcurſu radii viſualis cū cathedo. et appꝫet maior ꝗ̄ ſit et in alio loco. Et eadeꝫ de cauſa baculus habēs medietatē in aqua et medietatē extra appꝫet fract⁹. Nā illa pars que ē in aqua videtur ꝑ radios fractos a ꝑpēdiculari ideo apparet alibi et maior ꝗ̄ ſit.

**Concluſio tertia:** Nullus radius viſualis refrangit᷑ in medio vniformi. Pꝫ de illo qui videbat faciē ſuā in aere. Pꝫ etiam quia vt dicit᷑ in 2° de aīa ꝙ ſimile eſt de ſono Echo et de luīe. quia ſemper fit reflectio ſoni in medio ſicut et luminatio. ſed non eſt nobis manifeſta niſi ſit ab aliquo corpore ꝓhibente vlteriorem ꝓceſſum luminis vel ſoni. Patet etiā quia lumen debilius eſt in magna diſtantiā a corpore luminoſo ꝗ̄ prope. Unde in ſui multiplicatione continue debilitatur. quia cōtinue magis diſtat a ſuo fonte. Modo quanto aliquid eſt magis coniunctuꝫ ſuo fonti tanto eſt fortius. Et ita apparet qualiter n̄ fiunt equales reflectiones in quolibet puncto medii. ſed fiunt maiores et minores ſecundum diſtantiā maiorem vel minorem a corpore luminoſo.

**Concluſio quarta.** Radius perpendicularis nunꝗ̄ refrāgit᷑. ſed bene reflectitur. Patet ſatis per ea que dicta ſunt. declarare autem in particulari de radiis viſualibus pertinet ad ꝑſpectiuā. ſed illa generaliter dicta ſūt. quia in iſto libro determinat᷑ de impreſſiōibus apparentibus per reflectionē aut refractionem radiorꝫ viſualiū. et per hoc pꝫ reſpōſio ad .q.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ radius perpēdicularis equaliter reſpicit ſuperficiē ſupra quā cadit. idō non pōt frangi magis ab vna parte ꝗ̄ ab alia ſed bene poteſt ꝓhiberi ne procedat vlteri⁹. idō dicitur reflecti. Ad ſecundā pꝫ ſolutio ex dictis. quia res que videntur per mediū difforme difformi⁹ apparēt quā que videntur ꝑ mediuꝫ vniforme. quia res viſa per medium vniforme apparet ſub vera quātitate et in loco in quo ē. Ad tertiā ſimiliter patet ſolutio ex dictis. qꝛ viſio fit ſecundū lineā perpendicularē et oculus non eſt medium ſed organum. ⁊c.

Sequit᷑ in textu. De halo aūt et yride quid vtrumqꝫ.

## Queritur Secundo Utrum

Halo debeat apparere circularis figure.

Arguit᷑ ꝙ non. qꝛ yris non apparet circularis figure. ergo nec halo. tꝫ cōſequentia. qꝛ vt habꝫ phūs cauſa eorꝫ eſt eadē. omia enīꝫ fiunt ſicut apparet per refractionem. et loquit᷑ phūs de halo et yride pariliis et virgis. 2° ſic. circulus eſt figura plana vnica ſuperficie cōtenta nō habens profunditatem. ſed halo habet profunditatē. ergo. ⁊c. 3° ſic. qꝛ ſi ſic vel ſic haberet ab aſtris vel a nubib⁹ a quib⁹ fit halo. ſꝫ nubes nullā figurā ſibi determināt. Ad oppoſitū ē phūs in textu dicēs. p° aūt de figura halo dicamus. qꝛ eſt circulus. Pro reſpōſione.

**Sciendū eſt primo.** ꝙ halo grece idē eſt ꝙ corona latine. vnde halo nihil ē aliud ꝗ̄ circulus apparēs circa lunā aut ſolē vel quodcūqꝫ aliud aſtrum.

**Sciendum eſt ſecundo** ꝙ Ipſius halo materia eſt vapor modicū inſpiſſat⁹ ī quo refrāgunt᷑ radii aſtri luminoſi vl̄ alicui⁹ corporis reſplendentis. ⁊ hoc patet per ſignū ꝙ materia ipſius halo eſt materia pluuie. qꝛ quādo halo ingroſſatur tunc ſequit᷑ pluuia. et quādo in ſe marceſſit halo tunc eſt ſignū ſiccitatis qꝛ tunc calidum obtinet et cōſumit humiduꝫ vaporis. ſed quādo halo in vna ꝑte diſtrahit᷑ tūc vt in pluribus ſūt venti. quia tūc venti diuidunt cōſiſtentiam vaporꝫ ex quo fit halo.

**Sciendū eſt tertio** ꝙ halo ſunt duplicia accidētia. Primū accidēs ē qꝛ videt᷑ habere colorē albū circa ꝗ̄ apparet nigruꝫ. Cui⁹ rō eſt. qꝛ halo appꝫet ꝓpter lumē incidēs in materiā vaporis. idō illa ꝑs vaporis in qua incidit multum lumē quod ſcꝫ eſt īter viſuꝫ noſtrū et corpus luīoſuꝫ apparet alba et ꝑs ꝯſtās q̄ modicū luīs cōtinet appꝫet nigra. Aliud accidēs ē ꝙ halo magis appꝫet ī principio autūpni ⁊ circa equinoctiū autūpnale ꝗ̄ in eſtate vel in hyeme. n̄ in eſtate. qꝛ halo requirit vaporē nō multū inſpiſſatū. idō requirit frigus. Et etiā calorē tēperatū. Aliud ē accidēs ꝙ halo nō appꝫet flante vēto. qꝛ vēt⁹ diſportaret caliginē vl̄ vaporē a loco ī quo dꝫ appꝫere halo nec ꝑmitteret talē materiā quieſcere. Aliud accidēs ē ꝙ halo min⁹ appꝫet de nocte ꝗ̄ de die ⁊ in meridie ꝗ̄ in ſero. nō enīꝫ appꝫet in meridie ꝓpter nimiū calorē diſgregātē materiā ei⁹ ⁊ ꝗ̄uis fiat plꝛies de nocte nō eſt tamē a nobis maīfeſtuꝫ. qꝛ nō obſeruamus tēpa nocturna ſicut diurna. Unde ſepe fit halo ſub luna vl̄ ſub aliis aſtris de nocte ꝗ̄uis nō appareat nobis.

**Sciendū eſt quarto** ꝙ halo ſic ꝑ̄at᷑. nā qn̄ vapor humid⁹ vniformis diſpoſitiōis ī raritate et dēſitate ingroſſat᷑ in media regiōe aeris ſub aliq° aſtro luīoſo. qꝛ radi⁹ perpēdicularis ē fortiſſim⁹ et diſſipat mediū vaporis et facit ipm̄ fluere circulariter et orbiculariter verſus ꝑtes extremales. et ita radii refrangunt᷑ ad ꝑpēdicularē. et hui⁹ exēplū poſſet dari ſi lapis ꝑpendiculariter cadat ſupra aquā fiūt inundatiōes circulares q̄ ꝗ̄to diſtātiores ſunt a pūcto in quo lapis cecidit tanto ſunt maiores. Similiter materia illa q̄ eſt īter aſpectum noſtrū et aſtrū lūioſuꝫ appꝫet nob ꝙ ſit clara et non alie ꝑtes q̄ ſunt ad lat⁹. et videt᷑ nobis ꝙ illa materia q̄ eſt inter aſpectū noſtrū et aſtrū fluat ad ꝑtes extremales. Quib⁹ notatis Sit.

**Concluſio reſponſiua ad .q.** Halo dꝫ appꝫere circularis figure. Probat᷑ rōe mathematica ꝑ qua ſupponūt᷑ tres ꝓpōſitiōes geometrie. due de p° lib°. ⁊ tertia de 2°. Prima ꝓpōſitio ē hec ſuppoſitio. ſ. ꝙ oīū triāgulorꝫ duorꝫ quorꝫ duo latera vni⁹ ſunt equalia duob⁹ lateribꝫ alteri⁹. duoqꝫ āguli equales illis lateribus ꝯtēti fuerit baſis vni⁹ erit equalis baſi alterius reliquis āgulis. et ſic tot⁹ triāgulus toti triāgulo. Secūda ſuppoſitio ꝙ oīuꝫ duorꝫ triāgulorū quorꝫ duo latera vni⁹ duobꝫ lateribus alteri⁹ equalia fuerit baſiſqꝫ vnius baſi alteri⁹ neceſſe eſt angulos illis equilaterib⁹ cōtētos equales eſſe. Tertia ꝓpoſitio Si plures linee recte ꝗ̄ due a diuerſis punctis ꝓueniētes equales ī idē pūctuꝫ ceciderint. tale pūctuꝫ eſt centrū circuli et linea tangēs extremitates illarꝫ linearꝫ eſt circularis. Supponit᷑ vlterius ꝙ caligo ſiue vapor qui eſt īter corp⁹ luīnoſuꝫ et viſum noſtrū ſit vniformis dēſitatis ⁊ raritatis. Quib⁹ ſuppoſitis. Arguit᷑ ſic Sit ſol .b. ⁊ viſ⁹ .a. et ꝓtrahat᷑ linea ꝑpēdicularis .a.b. ꝑ mediuꝫ caliginis quod ē .e. et ſignent᷑ tria pūcta in nube ſeque diſtātia ab ipo .e. q̄ ſint .d.3.g. a quibus frangantur radii luminoſi ipſius ſolis ad lineam perpendicularem. et concurrant in

puncto.a.tunc intelliguntur tres trianguli magni.ſcilicet.b.g.a.et.b.d.a.et.b.z.a.qui probātur eſſe equales per primam propoſitionem.nā linea.a.b.g.ad.t.et ad.d.ſunȝ equales. Et ſimiliter linea.b.g.et.b.d.et.b.z.ſunt equales.et baſis.b.a.communis eſt tribus angulis.et ita illi tres anguli magni ſic ſe habēt ꝙ duo latera vnius ſunt equalia duobus lateribus alterius. et baſis vnius baſi alterius. ergo per propoſitionem ſecundam neceſſe eſt angulos hiis lateribus contentos eſſe equales.et quemlibet triangulum eſſe equalem cuilibet triāgulo. Ducantur g° tres linee perpendiculares ab illis tribus punctis in nube ſignatis ſupra lineam a.b.ad punctum.c.que linee ſint.d.e.g.e.z.e. tunc conſtituantur tres parui trianguli.ſcilicet.t.g.d.a.d.e.et.a.z.e.et iſtorum trium triangulorum duo latera vnius ſcilicet.g.et.e.a.trianguli.g.a.e.equalia ſunt duobus lateribus vtriuſqȝ aliorum triangulorum ſcilicet a lateribus.a.d.et.a.e.trianguli.d.a.e.et lateribus.a.e.et.a.e.trianguli.z.a.e.⁊ anguli illis lateribus contenti ſunt equales. ergo per primam ſuppoſitionem baſes iſtorum trium triangulorum erunt equales baſes.et ita iſte tres baſes ſcilicet.a.e.t.e.z.e.d.erunt equales. Sed iſte tres linee ducuntur recte ex diuerſis partibus in idem punctum et ſunt plures quā due. ergo tale punctum eſt centrum circuli.et linea tangens extremitates diſtantes illarum linearum erit circularis per tertiam propoſitionem.ergo halo apparet circularis figure quod fuit probandum. Tunc.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primam dicitur ꝙ non eſt ſimile de halo et yride.quia halo apparet per refractionem. vt dictum eſt.ſed yris apparet per reflectionem.vt poſtea dicetur. Ad ſecundam dicitur ꝙ ibi circulus pro re circulari alias orbiculari accipitur.

Ad tertiam dicendum eſt ꝙ talis figura cauſatur ex refractione radiorum corporum luminoſorum facta in caligine nubis ad perpendicularem. que quidem caligo eſt vniformis diſpoſitionis in ſuis partibus in raritate et denſitate.et ita illa figura dependet a duobus. ſcȝ a corpore luminoſo et a nube.

Sequitur in textu. yris autem quod quidem eſt refractio.

## Queritur tertio. Utrum

Colores apparentes in yride ſint veri colores.

Arguitur ꝙ ſic.color eſt proprium obiectū viſus.ſed ſenſus non decipitur in iudicando colores yridis eſſe veros colores g°. 2° arguitur ad verum colorē ſufficiunt duo principia. vnū formale quod ē lumē et aliud materiale quod eſt perſpicuum.ſed hec duo principia inueniuntur in hiis coloribus.ergo ſunt veri colores.

Ad oppoſitū arguitur.quia color verus ē qualitas ſecunda cauſata per actionem qualitatum primarū ſecundum debitam proportionem.ſed hoc non inuenitur in coloribus yridis quia ſolum apparēt ibi colores per reflectionē radiorum a nube ſoli oppoſita. ergo non ſunt veri colores. Item verus color videntibus ipſum apparet in eodem loco.ſed eadem yris nō apparet omnibus hominibus. ergo colores ibi exiſtentes ſolum ſunt apparentes.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs oſtendit de halo quid eſt quomodo cauſatur et cuius figure ſit.cōſequenter querit quid eſt yris. quomodo cauſatur.quot ſunt colores eius.et qualiter cauſantur et ordinantur ad inuicem.cuius figure ſit yris.⁊ que ſint eius accidentia.

## Scienduȝ ē ſecundo ꝙ Ra

dius viſualis natus eſt refrangi et reflecti et ab aere et aqua. Quod ab aere patet. quia vt habet phūs antiphon ſemper videbat aduerſe in aere ymaginem ſuam quod ei contingebat propter viſus debilitatē.ſimiliter etiā quando aer non eſt purus dū ſcȝ flāt venti humidi ſicut ſunt Euri ingroſſantes aerē fit refractō radiorꝫ viſualium de longe. nā aſpicientes ad naues de lōge iudicant quādoqȝ malos eſſe fractos et hoc eſt propter refractionē factam in aere. ſol etiā videtur maior in ortu et occaſu ꝙ in meridie.quod contigit propter vapores eleuatos in aere diſgregantes radios viſuales.⁊ propter eādem cām littera viſa per vitrū apparet groſſior ꝓpter refractionē radiorꝫ viſualiū. ꝙ ab aqua fiat refractio et reflectio Patet qꝛ aqua eſt ſpiſſior aere.pȝ etiā ad ſenſum.qꝛ videmus ymagines in aqua vt in ſpeculo.

## Sciēduȝ ē tercio ꝙ Luciduȝ

ſiue fulgidū viſuȝ per nigrū apparet rubeum. ſicut patet de ſole in ortu et occaſu et de carbonibus ardentibus et de fumo ligni viridis. Et cauſa huius eſt. quia rubedo eſt color medius inter albū ⁊ nigrū.ideo quādo ſpēs albi ⁊ nigri per idē mediū veniūt ad viſuȝ viſus iudicat de colore medio per equidiſtantiam. Ex precedētibus pȝ ꝙ a nube rorida oppoſita ſoli pōt fieri refractio radiorum procedentium a ſole et poſſunt apparere diuerſi colores .et iſti colores apparentes in illa reflectiōe ſunt colores yridis





Ex quo patet quomodo yrides differunt ab halo.nam halo apparet per refractionē radiorꝫ alicuius aſtri in nube exiſtente inter nos et ipſum aſtrum ⁊ vincit lumen aſtri ipſam caliginē nubis in halo.ſed yris apparet in nube oppoſita ſoli per refractionē radiorum ſolis vſqȝ ad viſum noſtruȝ mediuȝ inter ſolem et nubem. et qꝛ lumen ſolis ī nube non vincit nec penetrat nubē in qua apparet yris propter eius inſpiſſionē. ideo yris apparet per reflectionē.halo vero per refractionē. Ex quo pȝ ꝙ colores yris cauſantur ex varia reflectione radiorū ſolariuȝ a nube denſa et ſoli oppoſita.nam lumē ſolis ſupplet vicem albi. et nubes ipſa ſpiſſa ſupplet vicem nigri.ideo ſicut ex diuerſa mixtione cauſarꝫ colorum extremorꝫ cauſant̄ diuerſi medii colores. ita ex permixtione luminis et nubis ſecūdum varias reflectiōes apparēt diuerſi colores yridis.ita ꝙ vbi magis ſuperhabundat lumē apparet color magis accedens ad albedineȝ qui dicitur puniceus.ſed vbi magis habundat nigredo nobis apparet color debilior et magis accedēs ad nigredinē qui ē alurgus.ſed vbi lumen medio modo ſe habet ad nigredinē nubis apparet color qui minus accedit ad nigredinem quā alurgus.et minus accedit ad albedinem. ꝙ puniceus qui dicitur viridis. Unde cā diuerſitatis coloris in yride pōt accipi ex vltia propoſitione perſpectiue. vbi dicitur diuerſitatem coloris yris tam ex nubis. ꝙȝ luminis variatione ꝓuenire.nā ſecūduȝ quod quidam luminis et opaci nubis roride mouentis viſum noſtrū ſecūduȝ talē vel talē proportionē fiunt diuerſe apparentie colorum in yride. et ſimile apparet in reflectione luminis candele a vitro pleno aqua habente colorē vniformē ex parte ſui. vbi tamē in diuerſis partibus apparēt diuerſi colores fantaſtice.hoc etiaȝ apparet in aqua eleuata ſurſum a remo nauis in qua aqua apparēt diuerſe fātaſtice colores ex reflectiōe radiorꝫ ſolis. Ex precedētibus patet quomō cauſatur yris.nam quādo aliqua nubes aquoſa et rorida oppōit̄ ſoli vel lune ad quā pertingūt radii ſolis vel lune qui nō poſſunt ipſam nubē vincere et penetrare tunc ab ipſa nube reflectuntur periferie nubis ad oculos noſtros medios inter nubē et ſolem vel lunā.ita ꝙ impoſſibile eſt aliquē ſimul videre ſolē et yridē. Ex quo pȝ quid eſt yris.yris enim eſt apparitio triū colorꝫ ī nube rorida oppoſita ſoli aut alteri alio aſtro ſecundum ordinem ſe habentium et ſecundum figuram ſemicirculi aut proportiones minores ſemicirculo. Patet g° quid ſit yris ⁊ quomodo cauſatur.et quot ſunt colores eius. Poſterius autem videbitur qualiter ordinātur ⁊ qualiter diſtinguūtur colores et de figura eius.

## Sciendum eſt vltimo pro re

ſponſione ad queſitum. ꝙ color habet duplex eſſe ſcilicet materiale et formale. Eſſe materiale coloris depēdet ex qualitatibus primis.ita ꝙ cōſiſtit ī debita ꝓportiōe quatuor qualitatū primarꝫ ⁊ tale eſſe n̄ habēt colores yridis ſicut bene probant rationes facte ante oppoſitum.ſed eſſe formale coloris eſt lumen receptum in perſpicuo et ſecundum tale eſſe colores yridis ſunt veri colores. quia in yride eſt lumen receptum in nube rorida reflexum in diuerſis partibus nubis.ideo apparent diuerſi colores. Ex quo patet.

## Concluſio reſponſiua Ad.q

Scilicet ꝙ colores apparētes in yride ſunt veri colores ꝙtum ad eſſe formale. ſed non ꝙtum ad eſſe materiale. Primam partem ſatis ꝓbant rationes ante oppoſitum facte.et ſecundā poſt oppoſitum.⁊c. Sequitur in textu. Quia autem color tabuus.

## Queritur quarto. vtrum

yris debeat tricolor apparere id eſt habens tres colores. Arguitur ꝙ non.quia inter colorē viridem et puniceum mediat color. qui dicitur croceus.ergo in yride ſunt quatuor colores.

2° ſic.qua ratiōe ponit̄ color inter puniceū et viridē eadē rōe debet poni inter viridē et alurgū.igit̄ in yride erūt quinqȝ colores. Ad oppoſitum eſt phūs. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ ad

apparitionē punicei coloris ī nube requirit̄ maior reflectio luīs ꝙ ad apparitiōeȝ alurgi.quia ꝙto ē maior reflectio radiorꝫ lumīoſorꝫ a nube tāto maior apparet albedo in nube.et vbi apparet color puniceus in nube maior eſt reflectō ī nube ꝙ vbi appet color viridis vel alurgus. nam color puniceus eſt color medius inter albuȝ et rubeū tendēs ad albedinē. Sed color alurgus magis accedit ad nigredinē ꝙ color viridis.nā color viridis eſt mediū inter puniceū et alurgū.nā minus accedit ad nigredinē quā alurgus et minus ad albedinē ꝙ puniceus.

## Sciendum ē ſecundo: ꝙ qn̄

apparēt due yrides vna ſuperior ⁊ alia inferior ratiōabile eſt colorē alurgū apparere in yride inferiori periferia et viridē in media pte. ꝙ ſic pȝ quia colores virides apparēt ex reflectione radiorꝫ luīoſorꝫ.cū igit̄ radius perpēdicl'aris ſit fortiſſimus ſequit̄ ꝙ ipſe iadēs circa cētrū yridis penetrat nubem ⁊ ita facit colorē alurgū.ſed in ſuperiori parte nubis in qua apparet yris infe

rior radii deficiũt a ꝑpendiculari. et ita non cauſant ibi magnũ lumen et apparet ibi color puniceus. et in media parte nubis medio mō ſe habent radii. et ideo faciũt ibi apparentiã coloris viridis. ſed in yride ſuperiori colores oppoſito mō ſituant̃ ita ꝙ in inferiori parte yridis ſuperioris apparet color puniceus. in media viridis. et in ſuprema alurgus. quia ad apparitionem coloris punicei requirit̃ maius lumen ꝙ̃ ad apparitionẽ alurgi. cũ igit̃ prior periferia yridis inferiorisſit propinquior centro. radii luminoſi incidũt ſuperiorẽ partẽ minus oblique ꝙ̃ in parte ſuperiori. iō faciunt ibi apparentiaʒ punicei coloris. ſed in ſuperiori pte euſdem yridis taliter oblique incidũt radii luminoſi adeo ꝙ minime poſſunt reflecti. iō faciũt ibi apparentiã alurgi coloris. et in media pte medio modo ſe habent et faciunt apparentiã viridis coloris. Sic igit̃ patet ꝙ in inferiori yride apparet alurgus color ꝓpe centrũ propter fortitudinẽ radioꝝ incidentium ad perpendicularem ideo penetrãt nubẽ et non facil' ſiue non multũ reflectũtur. ſed in ſuperiori yride apparet alurgus color in ſuperiori periferia propter diſtãtiã radioꝝ luminoſoꝝ oblique incidẽtiũ i illaꝫ partẽ adeo ꝙ non multũ reflectunt̃ ideo non cauſant ibi apparẽtiã coloris alurgi. Et ſic patet ꝙ color ſuperioris yridis et inferioris ex oppōito ſe habent. Quibus notatisſit ꝯ°

## Concluſio reſponſiua ad.q.

Tantũ ſunt tres colores in yride cauſati per reflectionẽ ita ꝙ in iſpis ſemꝑ apparet tricolor. ꝓbatur. qꝛ yris cauſat̃ ex reflectione radioꝝ luminoſoꝝ a nube oppoſita. aut ergo radius luminoſus dominat̃ ſupra nigrũ nubis. aut nigrũ nubis dominatur ſupra radiũ luminoſum vel medio mō ſe habet. ſi primũ ſic cauſat̃ color puniceus. ſi ſecũdũ ſic alurgus. ſi tertiũ viridis. ⁊ notanter dicebatur in cōcluſione cãti ꝑ reflectionẽ. quia inter puniceũ et viridẽ apparet quidã color vocatus a phō chãcos qui nō apparet per reflectionẽ. ſed per iuxtapoſitioneꝫ punicei ⁊ alurgi et quãdoqꝫ remittit̃ color puniceus et mutat̃ in illũ colorẽ. et ita colores yridũ variantur ſecundũ ꝙ intenditur lumẽ et remittitur nigrũ nubis. aut ecõtra. Unde ſecũdũ diuerſã incidẽtiã radioꝝ intendunt̃ colores ⁊ remittunt̃ in yride ſicut etiã colligentes flores cũ lanterna deficiũt ſepe quia lumẽ lanterne cauſat diuerſum colorem ſecũdũ incidentiã luminis

Sed quereret aliquis quare per iuxtapoſitionẽ viridis cũ alurgo nō apparet medius color ſicut per iuxtapoſitionem viridis et punicei. bantos ℞. ꝙ hoc eſt. qꝛ viridis et alurgus magis cõueniũt quã puniceus et viridis. ideo propter cõuenientiã non apparet medius color ſicut inter alios colores.

## Ad rationes añ oppoſitum

Ad primã dicitur ꝙ iſpe arguit de colore a perpendicularitate per iuxtapoſitioẽꝫ. et ſecunda ſoluitur ex immediate dictis. Sequitur in textu. Quod autẽ neqꝫ circulariter.

## Queritur quinto. Utrum

Quando apparent due yrides ſuperior ſit debilior in coloribus ꝙ̃ inferior. Et arguit̃ ꝙ nō qꝛ ſol orbicularit̃ diffundit lumẽ. g° i omni pte nubis equaliter diffundit lumẽ. et per ꝯñs colores yridũ debẽt apparere eque intẽſi in qualibet parte nubis. 2° ſic yris ſuperior magis accedit ad ſolẽ ꝙ̃ inferior. ergo recipit maius lumen ꝙ̃ inferior. et per conſequẽs colores ſuperioris yridis ſunt intẽſiores coloribꝰ inferioꝛ yridis. 3° ſic ſuperior yris magis diſtat a cẽtro ꝙ̃ inferior. ergo radii ſolis minus poſſunt penetrare nubem et per ꝯſequẽs magis reflecti in yride ſuperiori ꝙ̃ inferiori. Ad oppoſitũ eſt phũs. Pro reſponſione.

## Sciendũ eſt primo ꝙ nun

ꝙ̃ apparet yris niſi centrũ ſolis centrũ yridis. ⁊ centrũ oculi ſint in eadẽ linea recta. Nam quãdo apparet yris ſemper vmbra cauſata ab homine videnṫe yridẽ producitur recte verſus centrum yridis. Ex quo patet ꝙ radius rectus procedẽs a ſole vel ab aliquo alio corpore luminoſo ſemꝑ cadit ſupra centrũ yridis.

## Concluſio reſponſiua. Su

perior yris ſemper eſt minor in coloribus quã inferior. Patet quia in yride ſuperiori lumen magis ꝑtẽditur et recedit minus a ꝑpẽdiculari adeo ꝙ non poteſt eſſe nimis magna reflectio. in yride aũt inferiori eſt maior reflectio et ſunt radii luminoſi fortiores. ideo apparet maius lumen. Sed tunc.

## Dubitatur primo. Utrum

yris poſſit cauſari a luna ſicut a ſole. ℞. breuiter ꝙ ſic. et hoc eſt quãdo luna eſt ſemiplena non autẽ in coniunctione.

## Dubitatur ſecundo vtrum

Duo homies in eadẽ parte yridẽ videre poſſit.

℞. ꝙ non. quia radius reflexus ſemper eſt equalis radio incidente. et anguli cauſati ab vtroqꝫ ſũt equales. et qꝛ ad aliũ et aliũ oculũ reflectitur alius et alius radius. et yris apparet per reflectionem. oportet ꝙ aliã et aliã yridem videant duo homines.

## Dubitatur tertio. Quare eſt

ꝙ videmꝰ quãdoqꝫ yridẽ inter nos et arbores vel montes. ℞. ꝙ yris quãdoqꝫ apparet in aere rorido a quo fit reflectō. ideo apparet ꝓpe nos in aere.

## Dubitatur quarto. Utrum

yris ſemper appareat per modũ ſemicirculi vel portionis maioris ſemicirculi. ℞. ꝙ ſic. et nunꝙ̃ apparet per modũ circuli integri. patet primo ratione naturali. qꝛ centrũ yris eſt pũctꝰ quẽ tangit linea procedens a cẽtro ſolis directe per oculũ videntis per yridẽ. iō ſole exiſtente in oriente apparebit maxia yris in nube diſpoſita in occidente. vel econtra. ſed tunc punctus quẽ tangit linea predicta eſt extremitas i orizōte. ergo ſupra terrã non relinquitur niſi ſemicirculus qui eſt figura yridis. Ex quo ſequitur ꝙ quanto ſol magis eleuatur ſupra orizontem tãto minor apparebit yris. vt viſuꝫ ẽ ad ſenſuꝫ

Deinde arguitur ratiōe mathematica. pro qua ſupponitur ꝙ oculꝰ ſemꝑ ẽ inter centrum ſolis et yridis. ſupponuntur etiã que ſupponebanturin figura halo. et cum iſpis ſupponitur .15. Propoſitio primi Euclidis in qua dicitur Si linea recta ſupra lineã rectã ceciderit ambo anguli erunt recti vel equales duobus rectis.

Fiat igit̃ figura et ſit centrũ ſolis. a. et centrũ oculi. b. et centrũ nubis in qua apparet yris. d. et per iſta tria puncta protrahatur linea. a. b. d.

Deinde deſignẽtur in nube tria pũcta equaliter diſtantia ab oculo et ſole. que ſint. e. f. g. a quibus protrahant̃ tres linee ad centrũ oculi. et etiã ab ipſis protrahant̃ alie tres linee ad cẽtrum ſolis. a. et etiã in iſta figura intelligantur tres magni trianguli. quorum vnus eſt. a. b. g. alius. a. f. g. et tertiꝰ eſt. a. e. b. qui trianguli ſũt equales. qꝛ latera ſunt equalia. et baſes ſunt equales. ergo anguli ſunt equales per ſecũdaꝫ ſuppoſitionem. Quod aũ latera ſint equalia patet per primã ſuppoſitionẽ. qꝛ tria puncta in nube ſignata. ſcilꝫ g. f. e. equaliter diſtant a ſole et ab oculo. ſimiliter baſes ſunt equales. quia eadẽ eſt baſis eorũ. ſcꝫ linea. b. a. et ita illi tres magni trianguli. ſcꝫ. b. e. d. et. b. f. d. et. b. g. d. quoꝝ duo latera vnius ſunt equalia duobꝰ lateribus alterius. et anguli illis equilateribꝰ cōtenti ſunt equales. ergo per primã ſuppoſitionẽ primi Euclidis baſes ſunt equales Aſſumptuꝫ patet. qꝛ latus. b. d. eſt cōmune. Alia vero tria latera ſunt equalia. qꝛ puncta in nube equaliter diſtant ab oculo. Sed ꝙ anguli illi equilateribus cōtenti ſunt equales. patet quia ibi cōſiderant̃ ſex anguli quoꝝ quilibet duo faciunt duos angulos rectos aut equales duobus rectis per decimãſeptiãꝫ propoſitionẽ euclidis. Sicut ergo tres baſes ſcꝫ. d. g. et. d. f. et. d. e. ſunt equales ⁊ tangũt centrũ nubis ergo linea tangens extremitates illarũ eſt circularis figure. Sꝫ nō poteſt apparere per modum circuli integri et ita apparet per modũ ſemicirculi vel portionis minoris ſemicirculo. Et per hoc patet reſpōſio ad. q. Ratiōes ante oppoſitũ ſoluunt̃ ex dictis. Sequit̃ in textu

Eaſdem aũt dictas cauſas exiſtimandum et de pareliis.

## Queritur Sexto: Utrum

Parelie et virge debeant apparere per reflectionem aut refractionẽ. Arguitur ꝙ neutro mō debeant apparere. qꝛ ſi ſic ſequeret̃ ꝙ non deberent apparere vnius coloris ſed pluriũ colorũ ſicut yris. cōſeqnẽs eſt falſuꝫ. qꝛ parelie apparẽt albi coloris et etiã virge. ergo. ⁊c. Ad oppoſitũ eſt phũs in vltio ca. vltimi tractatꝰ.

## Sciendũ eſt primo. ꝙ pare

lie et virge cauſant̃ per reflectionẽ aut refractionem radiorũ ſolis ſicut yris et halo. Et eſt differentia inter parelias et virgas. Uirge eniꝫ ſunt quidã radii quaſi linee procedentes a ſole per nubẽ perforatã. quas vulgares vocant funes textoris ſolis. Et cauſant̃ differẽter virge. Uno modo quãdo nubes non eſt vndiqꝫ cōtinua. et tunc radius ſolis penetrans nubẽ tranſit per foramina nubis. et ſi ſint parua apparẽt linee albe. Alio modo cauſant̃ quãdo nubes eſt cōtinua ſed tamẽ eſt groſſior in vna parte quã in alia. et tunc radii ſolis tranſeuntes partem ſubtiliorẽ apparẽt per modũ lineaꝝ. Et quãdo nubes eſt groſſa apparent virides. Quando vero eſt ſubtilis apparent albi totaliter.

## Sciendum ẽ ſecundo. ꝙ pa

relius dicit̃ ymago ſolis. Et dicitur a para ꝙ ẽ iuxta et elios ꝙ eſt ſol. quaſi ymago ſolis apparens iuxta ſolem. Apparet eniꝫ ad latus ſolis. Et ſic cauſat̃ parelius. nam aliquando humidũ ſubtile inter viſum noſtrũ et ſolem cōcurrit in vnum rotũdum corpus. et tunc in illo corpore refrangũtur radii ſolis ad oculũ quaſi a ſpeculo. et faciunt in tali corpore ſplendorem quem vix viſu intueri poſſumus. Ex quo pꝫ ꝙ parelius eſt nubes rorida et ſplẽdida effigiẽ ſolis exprimens ſiue gerens. et ſequens ſolem.

His premiſſis ſit.

## Concluſio reſponſiua. pare

lie et virge apparent per refractionẽ radiorum ſolis vel alterius corporis luminoſi ad viſum noſtrũ. Patet. qꝛ ad hoc ꝙ appareant parelie et virge oportet lumẽ incorporari nubi. que cũ ſit denſior radii refranguntur ad perpendicularem vt poſſint penetrare nubem. ergo. ⁊c.

## Dubitatur primo. de accidē
tibus pareliorum et virgarū. R̷. ꝙ primū
accidens eſt ꝙ parelius eſt magis ſignū pluuie
quā virge. quia cauſat᷑ a nube magis denſa et
rorida ꝙ̄ virge q̄ cauſant᷑ in nube diſcontinua
vt dictū eſt. quod eſt ſignū ſufficiens nubium.
Aliud ſignum eſt ꝙ parelius auſtralis eſt
magis ſignū pluuie quā borealis. q͛ ventus
auſtralis eſt magis cōgregatiuus nubiū quā
borealis. Aliud eſt accidēs ꝙ parelii et vir
ge fiunt cōiter circa ortū et occaſū ſolis. ergo.
Quia ſol de die propter nimiū calorē ſubtiliat
nimis nubē aut totaliter cōſumit eā. ideo aut
fit in ortu aut in occaſu. Aliud accidens ē
ꝙ parelii et virge nunꝙ̄ apparent directe ſub
ſole. ſed apparēt ad latus ſolis. Aliud acci-
dens eſt ꝙ non apparēt valde prope ſolē. neq̄
nimis diſtant. Ratio primi. q͛ ſol nunꝙ̄ p
mittit conſiſtentiā nubis. Ratio ſecundi eſt
q͛ in nimia diſtantia non poteſt fieri refractio
radiorū ſolis. Et per hoc p̄ʒ reſponſio ad. q.

## Ad rationes ante oppoſitū
Ad primā neget᷑ cōſequētia. q͛ non eodē
modo cauſatur ſicut yris vt dictū eſt. ſed cātur
per refractionē. Auctoritas allegata eſt pro
dictis. Et hec de queſtione. Sequit᷑ in
textu. Quecunq̄ autem. ⁊c.

## Queritur ſeptimo Utrum
Mineralia cauſentur in terra per permixtionē
exalationis ſicce ⁊ vaporoſe. Arguit᷑ primo
ꝙ non. q͛ omne mixtū ē leuius terra quia par
ticipat alia elementa q̄ remittūt grauitatē terre
Sed mineralia ſunt grauiora terre. quia deſcē
dunt per terrā. vt patet de metallo liquefacto.
ergo nō ſunt mixta. Arguit᷑. 2°. illa q̄ ſunt
cō mixta per cōmixtionem exalationis ſicce et
humide ſunt mixta imperfecta et parue duratio
nis. vt patet de ſingulis impſſionibus. Sed mi
neralia ſunt magne durationis. ergo ñ fiunt p
cōmixtionē exalatiōis humide. ⁊ ſicce. 3°. arguit᷑
ꝙ non cauſantur in terra. q͛ ad generationem
mixtorū cōcurrit celum per ſuū motū. ſed hoc
non poteſt fieri in terra cū terra ſit immobilis.
In oppoſitū eſt phūs.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt
ꝙ̄ phūs tractauit de mixtis imperfectis cauſa-
tis ex exalatione humida et calida. conſe-
quenter hic in cōmuni tractat de mixtis perfec
tis. ſcʒ de mineralib⁹ que fiunt ex illa duplici
exalatione. et ſolū hic tractat de illis minerali
bus in cōi oſtendendo ꝙ fiunt ex eiſdem princi
piis cum impſſionibus de quib⁹ dictū eſt pri⁹
et de ipſis ꝙ̄tum ad ſpeciales et ꝓprias rōnes
in ſpeciali eſt determinādum in libro de minera
libus. Ad preſens aūt ſupponitur ꝙ ſicut
ſupra terram eleuatur duplex exalatio. Quedā
calida et ſicca ex qua per inflāmationē ab ali
quo ingenite fiunt impſſiones ignite. et inflā-
mabiles vt ſunt venti. Alia eſt calida ⁊ hu
mida ex qua p infrigidationē fiūt impſſiones
humide. Ita ſub terra virtute ſolis et aliorum
aſtrorū fiunt duplices exalationes. Quedā ſcʒ
vaporoſe. Et quedā fumoſe que ſepe ad inuicē
cōmiſcent᷑. Et ſecundū has duas exalaiōes ſūt
ſpēs mineraliū q̄ fiūt ſub terra. Quedā ſūt foſſi
bilia: Et quedā metallica.

## Sciendum ē ſecundo ꝙ Exa
latio ſicca quādo ignitur in terra ratione hūidi
viſcoſi cauſat oīa foſſibilia. vt genera lapidū
illiquabilia ſulfur. et vernicē. et plura alia ſīlia
Et quedā illarū ſunt a calido cōſumente totali
ter humidū et quaſi cōburente. vt puluis colo
ratus. Alia vero fiunt a calido digerēte hu
midū ⁊ ſicco cōſumente humidū ſuperfluum
relinquēdo humidū cōtinuans et bene termi-
nans ptes ſicci adinuicem. ſicut ſunt lapides.
Tamen ſecūdū Albertū in mineralibus eſt
duplex principiū materiale lapidis. Nam in ali
quibus ſiccū terreſtre habens humidū pingue
et viſcoſū ſimul permixtū eſt materia lapidum.
in aliquibus aūt humidū aqueū habēs ſiccū
terreſtre in virtute et virtutem ſpecialē loci aut
alicuius influētie ſpecialis eſt materia aliorum
vt hii qui fiunt per cōgelationē a frigido. vt
ſunt brellus et criſtallus. Et in omnibus lapidi
bus virtus mineralis dependēs ab influentia
aliquorū aſtrorū et recepta in aliqua determi-
nata materia et in aliquo loco eſt cauſa effec-
tiua lapidis. Et hec vtitur duplici inſtrumē-
to. quia quādoq̄ vtitur calido viſcoſo a quo
patitur et digeritur ſiccū terreſtre. Quandoq̄
vero vtitur frigido exiſtente in humido aqueo
a quo fit cōgelatio lapidis. Et ſicut in nutritio
ne calor naturalis non agit cōuertendo nutri-
mentū in ſubſtantiā aliti niſi ſecundū exigētiā
anime cuius eſt inſtrumētū. et non ſecundum
naturam eius ꝓpriā. ita calidū et frigidū in ge
neratione lapidis ſolū agunt ſecundū exigen-
tiā virtutis mineralis cuius ſunt inſtrumenta.

## Concluſio prima. Omnia
metalla cauſantur ex exalatione vaporoſa mix
ta cum ſicco terreſtri. Probat᷑. quia omnia me-
talla fiunt ex ſulfure et argēto viuo. ita ꝙ ſiccū
terreſtre habens humidū pingue et viſcoſum
paſſum a calido habet rōem ſulfuris. et humi-
dum aqueū habens ſiccū ſubtile. et per calidū
ſe cōmiſcens cum humido aqueo ⁊ frigido cō
tinente. vel cōtinuā te cū humido habet rōem





viui argenti. et ita fiunt a calido digerēte illud
ſiccum terreſtre. Tamen vt dictū eſt de lapi-
dibus calidū et humidū ſolū agunt in virtute
alicuius agētis principalis diſponentis mate-
riam ad ſpēm metalli. Et in iſtis ꝙ̄uis cōcur-
rant ſiccū terreſtre et humidū aqueum. Tamē
illud humidū non totaliter cōſumitur a calido
digerente. ideo ſūt minoris decoctionis quam
lapides.

## Concluſio ſecunda. minera
lia cauſantur infra terram per permixtionē exa
lationis vaporoſe et fumoſe. Probatur 2°.
quia in mixtione omniū mineralium cōcurrit
aliquod ſiccū terreſtre paſſum a calido et aliqd᷑
humidū liquabile. que aliquo modo habent
rationes illarū exalationū. Quia participant
cū ipſis in qualitatibus.

## Dubitatur primo. De multi
tudine metallorum. Ad dubiū reſpōdetur.
Qꝫ metallorū quedā ſunt fluxibilia. vt plūbū
et ſtannum in quibus humidū non ē totaliter
cōprehenſum per ſiccū. Sed a calido ſubtiliāte
et calefaciente poſſunt liquefieri. Alia vero
ductibilia tantū vt ferrū et ſimilia. in quibus
humidū eſt totaliter cōprehenſum per ſiccum.
Ideo per calidū ſubtiliās nō poſſunt liquefieri
quia tamen humidū nō eſt totaliter cōprehen
ſum per calefactionē poſſunt mollefieri et duci
per ictum mallei.

## Dubitatur ſecundo. De no
minibus metallorū. Ad dubium. R̷. ꝙ ſunt
ſeptem metalla in alchimia. et ſepe nominātur
per noīa planetarū a quibus principaliter cau
ſantur. Unde a calido ſolis cōmiſcente purum
et mundum ſulfur cum puro et mundo viuo
argento decoquēte decoctione temperata fit
aurū quod quādoq̄ nominatur nomine ſolis.
Quādo vero calori ſolis admiſcet᷑ frigiditas
et humiditas ſaturni ex groſſo ſulfure ⁊ mūdo
viuo argento decoquitur plumbū. Et cū ſibi
admiſcetur caliditas et humiditas iouis que
per magnā humiditatē impedit cōpletā decoc
tionē et digeſtionē ex groſſo ſulfure argento vi-
uo cauſatur ſtannū. Si tamen calori ſolis
miſcetur caliditas et ſiccitas martis ex ſulfure
terreſtri et ex viuo argēto lutoſo cauſatur ferrū.
Sed cū ſibi admiſcetur calor et humiditas ve
neris ex ſulfure mundo et groſſo viuo argēto
cauſatur cuprū. Cum vero ſibi admiſcetur vir
tus mercurii cauſatur viuū argentū quod etiā
ſepe nominatur mercurius et econtra. Quādo
q̄ etiā nominam⁹ planetas noīe iſtorū metallorū
quia aliqui habent ſimilem calorem metallo.
Et hec de ſecundo.

## Ad rationes aū oppoſitum
Ad primam dicitur ꝙ aliqua metalla ſunt
grauiora ꝙ̄ partes terre alterate que ſunt circa
nos. ſed non ſunt grauiora partibus terre na-
turaliter diſpoſite vt ſunt partes terre circa cen
trum ipſius mundi. Ad ſecundā dicitur ꝙ
mixta cauſata ex ſola mixtione illarū exalatio-
num vbi non cōcurrit aliud ſiccū terreſtre vel
humidū ſunt parue durationis. ſed illa q̄ fiūt
per illas exalationes cōmixtas cum ſicco terre-
ſtri et humido aqueo per fortē mixtionē. ſicut
ſunt mineralia bene ſunt magne durationis.
Ad tertiā dicitur ꝙ licet celū motu ſuo nō
cōcurrat ad generationē omniū que generan-
tur. Concurrit tamen per ſuam influentiam.
Et hec de queſtione. Et per conſequens de
toto tertio libro Methaurorum.

## Sequitur quartus liber me
taurorum.

Sequit᷑ in textu: Quoniā aūt quatuor
cauſe determinate ſunt elementorum. ⁊c.

# Circa inicium libri quarti methaurorum. Queritur primo

Utrum tantū ſint quatuor qualitates prime. ſcilicet caliditas. humiditas. frigiditas. et ſiccitas. Arguitur ꝙ non. quia omnes qualitates mundi ſunt eiuſdē generis. ergo omnes habēt reduci ad vnā qualitatē primā. et per ꝯſequēs non eſt niſi vna prima qualitas. ꝯñtia tenet. quia in omni ordine opportet eſſe aliquod primū. antecedēs p̄ꝫ. quia omnes ſunt de genere qualitatis. 2º ſic. lux eſt qualitas quedā. et tamen eſt prior illis. ergo tantū eſt vna prima qualitas. añs patet quia lux eſt qualitas eterna teſte phō ex eo ꝙ corpora ſuperceleſtia ſunt eterna que quidē corpora ſunt ſubiectum lucis et nunꝙ̄ ſunt ſine luce cuiuſmodi ſunt planete et ſtelle. 3º ſic qualitates que ſunt cauſe priorum motuū ſunt prime. ſed grauitas et leuitas ſunt hmōi. quia cauſant motū localē qui eſt primus oīum motuū. vt patet per ariſtotelem primo celi. 4º ſic. in vnoquoqꝫ genere eſt vna prima cōtrarietas. ſed qualitas eſt vnum genus. igitur eius eſt vna prima contrarietas. et cū in vnaquaqꝫ cōtrarietate ſint tantū duo extrema ſequitur ꝙ tantū erūt due qualitates prime. Maior eſt phī in pº phiſic. et minor et ꝯñtia per ſe note ſunt. Ad oppoſitū eſt ariſtoteles in principio huius quarti dicens. quoniā autem quatuor cauſe determinate ſunt elemētorum. quorum aūt ſunt ſcilicet cōiugationes et elementa quatuor accidit eſſe.

**Sciendum eſt primo.** ꝙ poſtquā phūs in primis tribus libris determinauit de impreſſionibus que debentur mixtis imperfectis cōſequēter in iſto quarto determinat de impreſſionibus que debentur mixtis perfectis ex eo ꝙ in ipſo agitur de impreſſionibus qualitatum primarū per quas fit mixtio corporum. Unde qualiter differūt corpus ſimplex mobile ad formam mixti imperfecti quod eſt ſubiectū in tribus primis libris et in iſto quarto patuit in prima queſtione primi.

**Sciendum ē ſecundo.** ꝙ Dictio excluſiua addita termino numerali aliquādo poteſt excludere omne aliud a ſignificato talis cui additur. Et iſto modo exponitur. vt ſi dicamus tantū ſunt ſex hoīes in domo. exponemus illā ſic. ſex ſūt hoīes ī domo ⁊ nihil aliud quā ſex homines ſunt in domo. et iſto modo exponendo iſtā iſta eſſet falſa. tātū ſunt quatuor qualitates prime. Aliquādo vero dictio excluſiua addita termino numerali ſolum excludit maiorē multitudinem ꝙ̄ ſit multitudo importata per terminū numeralē cui additur. et ſic aliter ꝙ̄ prius. vt cū dicitur tantū ſunt ſex hoīes in domo iſta iuxta hunc ſecundū modū accipiendi dictionem excluſiuā eſt ſic exponenda. ſex ſunt in domo et non plures ꝙ̄ ſex ſunt in domo. et iſto modo accipiendo hꝫ tantū in titulo noſtre preſentis lectionis iſta eſt vera tātum ſunt quatuor qualitates prime.

**Sciendum ē tercio** ꝙ qualitatum. quedā ſunt ſenſibiles. et quedā inſenſibiles. Senſibiles dicuntur que aliquo ſenſu percipiuntur vt caliditas frigiditas et raritas. Et ſic de aliis pluribus. Qualitates enī inſenſibiles ſunt que nullo ſenſu percipi poſſunt a nobis ſicut influentie corporū ſuperceleſtiū. Qualitatum aūt inſenſibiliū quedā ſunt que cōſequūtur ad qualitates primas ſiue actiones ipſarum. quedā vero non cōſequuntur ad eas ſiue ad ipſarū actiones. Exemplū de primis vt virtutes herbarū et lapidū precioſorum de quibus loquitur Albertus in libro de mineralibus dicēs ꝙ mirabile eſt ꝙ vna herba calida ſanat aliquē ab vna infirmitate frigida vel econtra. Exemplum de ſecundis vt influentie corporū ſuperceleſtium. Qualitates aūt ſenſibiles ſunt duplices. quia quedā generantur ſolo motu. vt videmus ꝙ mouēdo lutū per vicos quāꝙ̄ aliquid importetur de luto tamē adhuc magis remanet nam per motū calefit et ſic ibi generatur rarefactio et ideo quamꝙ̄ pars importetur tamen quia lutū rarefactū eſt adhuc maius videtur eſſe ꝙ̄ quā erat cōdenſatum. Alie vero ſunt que non generantur per ſolum motū localem. vt ſapor odor et color que generantur ex cōcurſu quatuor qualitatū primarū. Unde qualitates ſenſibiles ſunt adhuc duplices. quedā ſunt actiue et quedā non actiue et hoc loquēdo de actione facta rōne cōtrarietatis. Exemplū de actiuis vt calidū de non actiuis. vt odor color et ſapor. Iſtis notatis ponitur.

## Concluſio reſponſiua ad q.

Quatuor ſunt qualitates prime. Probatur iſta cōcluſio ſicut probata eſt in quarto de celo et in 2º de generatione videlicet ex parte ſex cōbinationū quorum quatuor ſūt vtiles ⁊ due inutiles ſicut ibidē ſatis viſū eſt. Probatur etiā ꝙ tot ſunt qualitates prime quot ſunt corpora ſimplicia generabilia et corruptibilia ſed tantū ſunt quatuor corpora ſimplicia prima generabilia et corruptibilia. ſcilꝫ ignis aer aqua et terra. ergo tantū ſunt quatuor qualitates prime. Maior apparet. quia quodlꝫ corpus ſimplex generabile et corruptibile habet vnā ſolam qualitatē primā. Sed.

**Dubitatur primo.** Utrum Influentie corporū celeſtiuꝫ ſint qualitates inſenſibiles ſicut tactum eſt in tertio notabili. Et arguitur ꝙ non. quia influentie corporū ſuperceleſtiuꝫ multum alterant ſenſum cōmunē et memoriā et ipſam fantaſiam. ergo ille qualitates ſunt ſenſibiles. tenet ꝯſequētia. quia ſentire nō eſt niſi immutare ſenſuꝫ. antecedēs p̄ꝫ. quia hoīes bene diſpoſiti in naturalibus aliquādo in ſomno habent perfectas viſiones. vt dicit Albertus magnus in libro de diuinatione ſomniorum.

Ad dubiū R. ꝙ influentie corporum ſuperceleſtiū ſunt inſenſibiles ſicut tactum eſt. et quā arguitur quia alterāt ſenſum. R. ꝙ hoc nō eſt verū loquendo de alteratione que fit per contactum de qua loquitur Ariſtoteles in iſto libro. et quā probatur ꝙ homies bene diſpoſiti in ſomno aliquando habent perfectas viſiones. Dicitur ꝙ hoc nō eſt per alterationē ſenſus vt dicūt aliqui quia illa alteratio que ſic fit ē magis in itellectu ꝙ̄ in ſenſu. ergo talia debent dici viſiones ſiue intellectiones magis ꝙ̄ alterationes.

**Dubitatur ſecundo** vtrum Odor et ſapor ſint qualitates non actiue quē admodū dictum eſt in vltimo notabili. Et arguitur ꝙ non ymo magis debent dici actiue. quia color mouet viſuꝫ et illud eſt agere i ipſm viſum. ergo color eſt qualitas actiua. Ad dubium R. ꝙ color et odor et ſapor ſunt qualitates non actiue. non quidē ꝙ nullo modo agant quia vt tactum eſt in argumētis color agit in mouēdo ſenſum ⁊ cauſando ſpeciē in medio ſed dicuntur qualitates non actiue. quia actiōes ille que ab ipſis fiunt non fiunt ratione cōtrarietatis. et per hoc ſoluitur ratio dubii.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā ꝯcedit loquendo de genere logicali. quia logice loquendo ſuum genus eſt qualitas. ſed negatur loquēdo de genere naturali. nā qualitates cōuenientes celo et cōuenientes corporibus inferioribus non reducuntur ad vnū genus nature. Ad ſecundam dicitur ꝙ Ariſtoteles intellexit in littera de qualitatibus habentibus cōtrarium. ſic aūt non eſt de luce.

Ad tertiā ꝯceditur maior. ſed negetur minor. quia nō quilibet motus localis eſt prior ſed ſolum motus localis celi. nam in iſtis inferioribꝫ motus alterationis precedit motū localē. Tamen aliter ē dicendū ſicut ſuperius dicebatur de luce. ꝙ iſte quatuor qualitates. ſcilꝫ caliditas. frigiditas. ⁊c. dicuntur prime ꝙ̄tum ad iſtum effectuꝫ qui eſt tangere. licet non in ordine ad omnes alios effectus. ꝙ̄uis graue et leue ſint priores ipſis ꝙ̄tum ad iſtum effectū qui eſt mouere motu locali. nō tamen ꝙ̄tuꝫ ad hūc effectū qui eſt mouere potētiaꝫ tactiuā. Ad quartā dicitur ꝙ verum eſt capiendo cōtrarietatem large vt ſe extendit ad oppoſitionem que eſt inter priuationem et habitū. ſed negetur capiendo contrarietatem proprie. Sequitur in textu. Quorum duo quidem factiua calidum et frigidum.

**Queritur ſecundo.** Utruꝫ Sint due qualitates actiue. ſcilicet caliditas et frigiditas. et due paſſiue. ſcilicet ſiccitas ⁊ humiditas. Et arguitur primo ꝙ caliditas et frigiditas non ſunt ſolum qualitates actiue. ſꝫ etiā paſſiue. quia calidū agit in frigidū. et ecōtra frigidum in calidū. ſed illud quod recipit actionē patitur. ergo ſequitur ꝙ tam frigidum ꝙ̄ calidū patiuntur. Confirmatur. quia frigidū fugit calidum. ſicut videmus de lignis viridibus in quibus propter calorē ignis humiditas accedit ad caput ligni et hoc ratione frigiditatis. 2º ſic calidū et frigidū ſunt qualitates cōtrarie. ergo etiaꝫ actiue. cōſequētia tꝫ quia cōtraria agunt et patiuntur ad inuicem.

3º omne agens naturale per cōtactum in agendo repatitur. ſꝫ calidū et frigidū ſunt hmōi.

Deinde probatur ꝙ humiditas. et ſiccitas non ſint qualitates paſſiue ſed etiā actiue. quia ſiccuꝫ corrūpit humiduꝫ. et ecōtra. etiā ſiccitas humiditateꝫ ⁊ ecōtra. ergo ſiccitas et humiditas ſunt qualitates actiue. tꝫ cōſequentia. et añs probatur. quia cineres corrumpūt aquam in ipſis poſitam. 5º ſic. materie eſt pati et forme eſt agere. vt patet in. 1º et 2º de generatione. ſed cū humiditas et ſiccitas ſunt forme ſequitur ꝙ ſūt actiue et non paſſiue. Ad oppoſitū eſt phūs in iſto quarto vbi poſtꝙ̄ enumerauit qualitates primas dicit ꝙ due ſunt actiue. ſcilꝫ calidū et frigidū. et due paſſiue. ſcilꝫ ſiccū et humidū.

**Sciendum primo** ꝙ. Sicut prius dicebatur in precedenti queſtione ꝙ quatuor prime qualitates tangibiles ſcilicet caliditas frigiditas ſiccitas et humiditas dicuntur prime quia in mō ſue generatiōis nō reducūtur ad alias priores licet pro tanto dicātur prime. quia per proprias actiones et paſſiones generantur et corrūpuntur. ſed alie qualitates tangibiles generantur et corrūpuntur per actiones et paſſiones illaruꝫ primaruꝫ. ſicut videmus ꝙ caliditas et frigiditas iuxta ſe inuicem poſite corrumpunt ſe. ſed alie qualitates ſecunde non corrumpūt ſe inuicem niſi preſuppoſita actione qualitatuꝫ primarū ſicut albedo iuxtapoſita nigredini nō agit in ipſaꝫ nec patitur ab ea niſi ſuppoſita actiōe primarum qualitatū. et ſimiliter diceretur de grauitate poſita iuxta leuitatem. et ſic de aliis qualitatibus ſenſibilibus. Ex his apparet ꝙ caliditas et frigiditas humiditas

et ſiccitas non ſunt ſolum prime reſpectu qualitatum tangibilium. ſed generaliter in cõparatione ad omnes qualitates corporũ generabilium et corruptibiliũ

**Sciendũ eſt ſecundo ꝙ Ali**quid poteſt dici pati dupliciter. Uno modo ſubiectiue. Uerbi gratia ſi qualitas intendatur ſubiecto eodẽ manente dicitur pati ſubiectiue. Et ſic in generatione ſubſtantiali materia nõ patitur ſubiectiue. Secũdo mõ aliquid dicitur pati terminatiue. videlꝫ cum diminuitur vł corrumpitur. Uerbi gratia vt ſi caliditas corrumpatur a frigiditate vł diminuatur tunc caliditas dicitur pati terminatiue. Et iſto mõ vocatur generaliter aliquid pati terminatiue quando per actionẽ vel paſſionem acquiritur aliquid vel deperditur.

**Sciendum eſt tercio ꝙ Ali**quid dicitur pati adhuc dupliciter. Primo mõ per ſe. Secũdo mõ per accidens. Unde aliquid dicitur pati per accidens. vt pꝫ per Ariſtotelem ꝛ Cõmentatorem 2º. phicoꝝ quãdo cõiungitur cauſe per ſe patienti. et ſic humiditas dicitur pati quando ſubiectũ eius patitur ꝗuis illa humiditas non diminuatur. Unde ſicut aliquid dicitur agere per accidẽs quando cõiũgitur cauſe per ſe agenti. ita aliquid dicitur pati per accidẽs quando cõiungitur cauſe per ſe patienti. Exemplũ dat hic Albertus dicẽs ꝙ ſi eſſet aliquod ſubiectũ ĩ quo eét caliditas et etiam humiditas et pateretur ſecundũ caliditatẽ et non ſecundũ humiditatem. tunc illa humiditas diceretur quodãmõ pati. et hoc eſt per accidens. Alio mõ aliquid dicitur pati per ſe ſicut pꝫ in precedẽtibus. Iſtis notatis.

**Concluſio reſponſiua. Cali**ditas et frigiditas ſunt qualitates actiue et ſiccitas et huiditas ſunt qualitates paſſiue. Probatur cõcluſio duabus ratiõibus phi. quarũ prima ſumitur ex ꝓprietatibus iſtarũ qualitatũ et eſt iſta. Caliditas et frigiditas habent congregare ꝛ diſgregare. Humiditas aũt ꝛ ſiccitas habent terminari faciliter vel difficulter. ſed cõgregare ꝛ diſgregare nihil aliud ſunt ꝗ aliquid agere. faciliter vero termiari vł difficulter nihil aliud eſt ꝗ quoddã pati. ergo ſequitur ꝙ calidum ſeu caliditas ꝛ frigiditas erũt qualitates actiue. et humiditas et ſiccitas paſſiue. Secũda ratio que ſumitur ex diffinitionibus iſtarũ qualitatũ eſt. q₂ diffinimus caliditatẽ ſic. Caliditas eſt que habet cõgregare homogenea et diſgregare etherogenea. Frigiditatẽ autem ſic diffinimus. Frigiditas eſt que habet cõgregare tam homogenea ꝗ etherogenea. Diffiniẽdo aũt humiditatẽ dicimus. Humiditas eſt faciliter terminabilis termino alieno ꝛ difficulter termino proprio. Siccitas vero eſt faciliter terminabilis termino ꝓprio et difficulter termino alieno. Sed ĩ diffinitionibus caliditatis et frigiditatis ponitur verbũ importãs actionẽ. Et in diffinitionibus ſiccitatis et humiditatis ponitur verbũ importans paſſionem. ergo caliditas et frigiditas ſunt actiue. Et humiditas et ſiccitas paſſiue. Unde cũ . P. dicit ꝙ calidũ et frigidum ſunt actiua. et humidũ et ſiccũ ſunt paſſiua. ipſe intendit dicere ꝙ corpora mixta de quibus hic intendit per caliditatẽ et frigiditatem agunt principaliter. et per humiditatẽ et ſiccitatem principaliter patiuntur.

**Dubitatur primo. Utrum** ignis deſiccat humidũ ratione caliditatis vel ſiccitatis. Et videtur ꝙ ratione caliditatis. q₂ calor ſolis deſiccat lutũ. et hoc non eſt ratione ſiccitatis. ergo ratiõe caliditatis. et per ꝯñs a ſimili ignis deſiccans lutũ deſiccabit ratione caliditatis et non ſiccitatis. 2º ſic ignis nõ deſiccat ratione ſiccitatis. ergo ratiõe caliditatis. tenet cõſequẽtia. q₂ in eo non ſunt niſi ille due qualitates prime. ꝛ antecedens probatur. q₂ ſiccũ iuxtapoſitum humido non deſiccat illud patet. q₂ oſſa poſita iuxta cerebrum non deſiccãt cerebrum quod tamen eſt maxime humidũ Sed quod non deſiccet ratione caliditatis apparet. q₂ caliditas non eſt cõtraria humiditati ergo vna non corrũpit aliam. modo nos ibi loquimur de actione que fit ratiõe cõtrarietatis

Ad dubiũ. Re. ꝙ ignis deſiccat humidum ratione ſiccitatis et nõ ratione caliditatis. patꝫ quia ſiccũ et humidũ cõtrariantur. calidũ aũt et humidum non cõtrariantur ſicut tangebat vltima ratio. ymo poſſunt eſſe in eodem puta in aere in actu cõpleto quod repugnat cõtrariis. ſed vnũ cõtrariũ natũ eſt deſtruere reliquũ ergo ſiccũ conſumit et deſtruit humidũ. Et tũc reſpondetur ad rationes probãtes ꝙ ignis deſiccat ratione caliditatis. Ad primã dicitur ꝙ calor ſolis de ſe proprie et per ſe non deſiccat. ſed ſi deſiccet hoc eſt de per accidens ſcilicet corrumpẽdo frigiditatẽ humidi cui eſt annexa humiditas. et quando illa frigiditas naturalis corrumpitur aliquãdo corrũpitur humiditas. et inꝗtum calor rarefacit humidũ tunc humor aſcendit et reſiduũ manet durũ ſiccum et terreſtre. et ſic accidit per accidens calori ꝙ induret ſiue deſiccet. Ad ſecundã negetur añs. et ad probationẽ dicitur ꝙ quãdo ſiccũ ponitur iuxta humidũ tunc ſiccũ deſiccat ipm humidũ licet illa deſiccatio nõ appareat ſemper ex eo ꝙ ipſa tarda eſt et quaſi imperceptibilis.

**Ad rationes ante oppoſitũ** Similiter dicitur ꝙ ipſe bene probant ꝙ iſte qualitates caliditas frigiditas humiditas et ſiccitas ſunt actiue et paſſiue loquendo de actione et paſſione terminatiua. ſed loquendo de paſſione ſubiectiua caliditas et frigiditas non ſunt qualitates paſſiue. ſed actiue ſolum. ſed humiditas et ſiccitas tali paſſione dicuntur paſſiue

Sequitur in textu. Determinatis autem his ſumendũ vtiqꝫ erit operationes ipſoꝝ.

**Queritur tertio. Utrum** Generatio ſimplex fiat a calido et frigido tãꝗ a cauſis inſtrumentalibus. Et arguitur primo ꝙ non. q₂ ſi ſic ſequeretur ꝙ ſubſtantia produceretur in virtute accidentis. cõſequẽs eſt falſũ cũ nihil agat cõtra gradũ ꝓprium. Patet tamẽ cõſequẽtia ex quo generatio ſimplex fit a calido. 2º ſic. caliditas et frigiditas cõtrariantur. ergo non ſunt productiue ſubſtantie ſiue forme ſubſtantialis. tꝫ cõſequẽtia. q₂ cõtraria diſponunt ad contrarias diſpoſitiones. mõ ad diſpoſitiones cõtrarias ſequuntur forme ꝯtrarie. ergo duo cõtraria nunꝗ ꝓducent vnũ ſed diuerſa.

3º ſic videmus ꝙ ſi ex aere generetur ignis vel ecõtra ꝙ caliditas ibi nihil producit licet bene remaneat eadẽ caliditas ignis cũ aere igitur ꝛc.

Ad oppoſitũ arguitur auctoritate Ariſtotelis in iſto 2º capitulo. dicentis ꝙ generatio ſimplex fit a calido et frigido. Pro reſponſione.

**Sciẽdum eſt primo. ꝙ ſicut** dictum eſt ſuperius caliditas et frigiditas ſunt qualitates actiue magis tamen caliditas ꝗ frigiditas. Unde ſex ſunt effectus caliditatis Nam caliditas primo terminat maturando rem ducẽdo ad vltimũ cõplemẽtũ et terminũ.

Secundo caliditas tranſmutat alterando

Tertio caliditas humectat. quia extrahit humorẽ ab infra ad ſuperficiẽ. vt patet de cõgelatis et liquefactis. Quarto caliditas deſiccat. ſed hoc eſt tantũ ex cõſequẽti ſicut tactũ eſt in queſtione precedenti. q₂ quãdo calor habundans humorẽ eleuat a ſuperficie. ſed eũ expellit. vt pꝫ in plumbo ſepe liquefacto. 5º calidũ indurat modo dicto in queſtiõe precedẽti nam abſtrahit humidũ. et humido abſtracto relinquitur terreſtre et durũ. Sexto caliditas mollificat nam in quibuſdã q₂ humor multũ cõmixtus eſt ſicco tũc non poteſt trahi ad ſuperficiem per ſeparationẽ a terreſtri. mõ illud terreſtre molle fit ſicut ſunt cornua animaliũ. Et ſimiliter ſicut ſunt aſſignati ſex effectus caliditatis ita poſſũt aſſignari ſex effectus frigiditatis Nam frigiditas terminat. q₂ conſtringit et coadunat humidũ ipm impinguãdo. 2º alterat calorem. 3º humectat humidũ aereum cum aqueo miſcendo. 4º exſiccat quia adunat. et ideo expellit humidum. 5º indurat expulſo enim humido relinquitur durum. 6º mollificat humidũ aereũ cum aqueo miſcendo Et cum caliditas rarefaciat qđ nõ cõuenit frigiditati. ideo formalius agit. quare eſt magis actiua quã frigiditas.

**Sciendum eſt ſecundo. ꝙ ge**neratio ſimplex accipitur dupliciter. Uno modo pro introductione forme ſubſtantialis. vt puta forme equi vel hominis. Alio mõ accipitur generatio pro diſpoſitione precedente introductionẽ forme ſubſtantialis. Unde generatio primo mõ ſumpta põt fieri dupliciter. Uno modo ꝙ fiat mere naturaliter et introducatur forma per ſolam actionẽ agentis naturalis. Et ſic introducitur forma in brutis. Alio modo poteſt fieri non mere naturaliter ex eo ꝙ agens naturale nullo mõ actingit formã. ſꝫ ſolũ vltimã diſpoſitionem ad illã formã. ſicut eſt gñatio hominis. nã ĩ tali generatione agens naturale non actingit formã. ſed creando infunditur corpori et infundendo creatur. vt habet articulus pariſienſis. Ad propoſitũ gº principaliter loquimur de mere naturali. loquimur etiam de generatione accepta p diſpoſitionẽ precedẽtẽ introductionẽ forme ſubſtantialis.

**Sciendum eſt tercio ꝙ Acci**piendo generationẽ pro introductione forme non eſt motus. ſed tantũmõ ſimplex mutatio. que eſt eadẽ cum forma acquiſita per generationẽ. ita ꝙ non eſt intẽdentia media ad illam formã per generationẽ. Sed ſi capiamus generationem pro diſpoſitione precedente introductionem forme ſubſtantialis eſt motus. Ubi eſt aduertendũ ꝙ generatio ſimplex adhuc eſt duplex. quia quedã eſt generatio elementi ſeu corporis ſimplicis. Et alia eſt generatio mixti.

Ad propoſitum eſt hic intelligendum de generatione mixti.

**Sciẽdũ eſt quarto ꝙ Qua**litates prime dupliciter accipiuntur. Uno mõ ſub ratiõibus ꝓpriis et non ſecundũ ꝙ reguntur per naturã. Et iſto mõ magis habent alterare et corrũpere ꝗ generare. Alio mõ poſſunt cõſiderari inꝗtum regulantur per naturã prout ſcꝫ eſt virtus in eis celi. Et iſto modo habẽt generare. Uerbi gratia. ſi calor accipiatur inꝗtum calor ſecundũ ſe habet alterare et incinerare. ſꝫ ſi calor conſideretur vt naturalis eſt ſiue prout regulatur per naturã. ſic in eo ẽ virtus celi et vis formatiua. et tunc bene eſt cauſa generationis

Ubi eſt aduertendũ ꝙ quadruplices poſſũt accipi tranſmutationes. Prima ẽ que diſponit ad cauſam mixti ſimpliciter. et illa vocatur

generatio. Alia ẽ que diſponit ad perfectionem mixti et nutritionem eius. et illa vocatur digeſtio. Tertia eſt quãdo eſt defectus in perfectione mixti. et illa vocatur indigeſtio. Quarta eſt ꝗ diſponit ad imperfectionẽ mixti et illa vocat̃ putrefactio. Iſtis notatis ſit.

**Concluſio reſponſiua.** generatio ſimplex fit a calido et frigido tanꝗ̃ a cauſis agẽtibus inſtrumẽtalib⁹. Probat̃ cõcluſio per diffinitionẽ cauſalẽ generatiõis ſimplicis et naturalis poſitã ab Ariſtotele in textu. que eſt ꝙ generatio ſimplex eſt permutatio ab his virtutibus. ſcʒ calido et frigido cum habeant rationeʒ ex ſubiecta materia vniuſcuiuſqʒ nature. Probat̃ etiã. qꝛ calor inquantum naturalis eſt formatio et inductio forme cum in eo ſit virtus celi et vis formatiua. et frigiditas adunat materiã ne calor eam omnino diſſoluat. et cũ generatio naturalis ſit permutatio frigidi et calidi ad determinatũ tẽperamentũ nature proportionatum. ſequit̃ concluſio vera.

**Dubitatur primo.** Utrum Calor extrinſecus iuuet calorẽ intrinſecum. Et arguit̃ ꝙ non. qꝛ calor extrinſecus attrahit ad ſe calorem intrinſecum. ergo non iuuat ipſm. tenet cõſequẽtia. quia quanto plus attrahit. tanto min⁹ in corpore remanet. et añs pʒ per experientiam quia in eſtate hoĩes non poſſunt digerere ex eo ꝙ calor extrinſecus attrahit calorem intrinſecuʒ.

2° ſic calidũ intrinſecuʒ iuuat̃ a frigido. g° non a calido extrinſeco. tʒ cõſequẽtia. quia eſt incõueniens idem iuuari a duobus cõtrariis cũ contraria habeant diuerſos effectus. modo ſic eſt de calido extrinſeco ꝛ de frigido. Ad dubium ℞. ꝙ calor extrinſecus iuuat calorem intrinſecũ. Patet nam calidũ extrinſecuʒ aliquñ cõſeruat calorẽ intrinſecũ contra frigus. quod patet. qꝛ ſi calor extrinſecus non cõſeruaret intrĩſecũ. itrinſecus calor pateret̃ et poſſet corũpi a frigido. et ſic calidum non poſſet agere. quia poſſet corrumpi vel impediri in ſua actione. Et tunc ad rationes dubii dicendum. Ad primam dicit̃ ꝙ verũ eſt de calore extrinſeco indebito et immoderato. ſed tamẽ nõ eſt verum de calido extrinſeco tẽperato. qꝛ calidũ extrinſecũ temperatũ non attrahit calorẽ intrinſecum. ſed iuuat. et de illo intelligitur in dubio. et ideo in Suetia hoĩes habent ſtuphas quibus ſolẽt comedere. Ad ſecundã dicit̃ ꝙ verum eſt de per accidens. nam frigidũ in generatione mixti reſiſtit calido ne fiat motus ſiue actio nimis velox. vt exinde melius ſit mixtum et mixtum melius ſit temperatum.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**

Ad primam negat̃ cõſequentia. et quãdo ꝓbatur ꝙ fit a calido et frigido. dicitur ꝙ verũ eſt tanꝗ̃ a cauſis agentibus inſtrumentalibus ſed non tanꝗ̃ a cauſis principalibus. et iõ nõ ſequitur ꝙ agãt cõtra ſuaʒ naturam. qꝛ ſolum in virtute ſubſtantie. Ad ſecũdam: conceditur añs et negat̃ ꝯſequẽtia. qꝛ non eſt inconueniens ꝙ vnũ contrariũ iuuet aliud accidentaliter ſiue inſtrumentaliter. Ad tertiã dicit̃ ꝙ caliditas eſt cauſa generationis ignis inſtrumentalis. licʒ non ſit cauſa principalis. et cum dicebatur ꝙ ibi remanebat caliditas ignis cũʒ aere. negetur. quia ibi non amplius eſt aer niſi materialiter. et omnes qualitates que erant in aere corrumpunt̃ quando ex aere fit ignis. Sequitur in textu: Simplici aũt generationi cõtrarium maxime cõmune putrefactio.

**Queritur quarto.** Utrum Putrefactio fiat a calido extrinſeco. Arguit̃ ꝙ non. quia putrefactio fit a frigiditate. igitur non fit a calido. tʒ cõſequẽtia. qꝛ ideʒ effectus numero non ꝓuenit a cauſis cõtrariis. et añs patet per philoſophũ in littera dicentẽ ꝙ putrefactio fit a frigiditate ꝓpria et caliditate aliena. 2° ſic caliditas impedit putrefactionẽ. ergo putrefactio non eſt effectiue a caliditate. ꝯñtia tenʒ. quia vnũ et ideʒ non eſt ꝓductiuũ alicui⁹ effectus et impeditiuuʒ ipſius productionis. et antecedens eſt phĩ in littera vbi dicit. ꝙ feruẽs calidum non putrefit. et dicit ꝙ motus eſt impeditiuus putrefactionis. quia excitat et augmẽtat caliditatem. 3° ſic caliditas extrinſeca iuuat caliditatẽ intrinſecã. ergo caliditas extrinſeca non eſt cauſa putrefactionis. ꝯñtia tenʒ. qꝛ ad putrefactionẽ ſequit̃ corruptio caliditatis intrinſece. añs apparet in balneis que fiunt ad confortandum calorem naturalẽ. illud idẽ pʒ in ſpeciebus et brodiis que comedunt̃ ad confortandum calorẽ naturaleʒ ſtomachi. Ad oppoſitũ eſt phũs in textu. Pro reſpõſiõe.

**Sciendum eſt primo.** ꝙ putrefactio eſt corruptio propria caliditatis in humiditate ꝓpria facta ab aliena caliditate. Unñ ĩ putrefactione concurrunt multi motus quib⁹ humiditas propria attrahitur ad partes exteriores. et iſtis motibus cõpletis fit putrefactio. nã calidum alienũ aperit poros. poris aũt apertis extrahitur humor. cum quo extrahit̃ calor qui digerit et tẽperat cõplexionẽ. ipſo autẽ extracto ꝓpter malã digeſtionẽ cauſat̃ putrefactio.

**Sciẽduʒ ẽ ſecundo.** ꝙ Eſſe cuiuſlibet mixti et maxime perfecti mixti cõſiſtit in determinata proportione et adequatione quatuor qualitatum primarũ. ita ꝙ omnis acceſſus ad talem debitam proportionem eſt generatio ſiue diſpoſitio ad generationem. ꝛ oĩs receſſus a tali debita ꝓportione eſt corruptio. cum ergo putrefactio ſit hmõi ſequit̃ ꝙ eſt corruptio quedam.

**Sciendum eſt tercio ꝙ.** De putrefactione fuerunt due opiniones. Prima fuit antiquorum ponentiũ nimiã caliditatẽ extrinſecã corrũpere humiditatẽ. et humiditate corrupta corrũpitur caliditas intrinſeca. et ſic tãdẽ ſequit̃ putrefactio. Et ratio eſt quia ſubiecto deſtructo deſtruit̃ accidẽs quod eſt in ſubiecto. qꝛ accidẽs non trãſmigrat de ſubiecto in ſubiectũ modo humiditas vt dicit textus in mixto eſt ſubiectũ caliditatis. Secunda opinio fuit ꝙ caliditas intrinſeca et caliditas extrinſeca ſunt diuerſarũ ſpecierũ. et iõ cum ſint diuerſarũ ſpecierũ vna poteſt aliã corrumpere. quod probat illa opinio. nã caliditas extrinſeca corrũpit neruos et cõtrahit. et caliditas intrinſeca humefacit et augmentat. et ſic habent operationes contrarias. Modo cum operatio arguat formam ipſi inferunt ꝙ caliditas intrinſeca et caliditas extrinſeca ſunt forme ꝯtrarie. Sʒ iſta opinio nõ põt ſtare ĩ veritate plurib⁹ de cauſis. Prima qꝛ tũc eſſent plures qualitates prĩe ꝗ̃ quatuor quod eſt cõtra Ariſtotelẽ 2° de gñatione ꝛ 4° celi et in iſto 4° et patet. qꝛ eſſet caliditas naturalis et frigiditas naturalis humiditas naturalis et frigiditas naturalis intrinſece. et tot eſſent extrinſece. et ſic ad minus octo eſſent qualitates prime. Secũda qꝛ tunc vnũ vni non eſſet tãtum cõtrariuʒ. iõ illa ſecunda opinio nõ põt ſtare in veritate. et fulcimentũ ſuuʒ eſt modicum. nam lʒ idẽ et eodẽ modo et ſub eodem eſſe acceptũ non poſſit agere ĩ cõtraria tñ nõ ẽ incõueniens ꝙ ideʒ ſecundũ ſpẽm ſub diuerſis tñ eſſe acceptũ cauſet effectus ꝯtrarios cui⁹ modi ſunt caliditates extrĩſeca et extrinſeca. y° etiã vna et eadẽ cã numero poteſt in diuerſos effectus quaſi cõtrarios. ſicut videmus de ſole qui facit fluere liquabilia et deſiccat humida. Iſtis notatis Sit.

**Concluſio reſponſiua ad q.** Putrefactio fit et cauſatur a calido extrinſeco. Probat̃ iſta ratio per primã partẽ tertii notabil̃ Probat etiã eã Ariſtoteles in textu quinqʒ ſignis. Primo ſigno ꝓbat ſic. qꝛ putrefactiua minus putreſiunt in tẽporibus frigidis ꝗ̃ in calidis. in hyeme eniʒ putrefactiua min⁹ putreſiũt et in eſtate magis. ꝛ huius ratio ẽ. nã in hyeme nõ eſt tanta caliditas extrinſeca nec tanta euaporatio humidi ſicut in eſtate. mõ euaporatioẽʒ minorẽ hũido nãli ꝯſequit̃ minor putrefactõ. In eſtate aũt ẽ multa caliditas extrinſeca ꝓpter quã fit multa euaporatio hũidi naturalis. ꝛ iõ tunc ẽ maior putrefactio. Etiã in hyeme ꝓpter frigus circũſtãs pori clauduntur et humidu tunc magis retinet̃. in eſtate aũt aperiunt̃ pori. et tũc fit exalatio. et ita iſta põt eſſe cã quare putribilia minus putreſcunt in locis frigidis ꝗ̃ in locis calidis. 2° ſigno ꝓbat qꝛ coagulata minus putreſcunt. et hoc eſt ꝓpter tanto. qꝛ caliditas corporis ãbientis nõ obtinet ſupra caliditatẽ et humiditatẽ intrinſecas. nam pori taliter ſunt conſtricti et clauſi ꝙ humiditas et caliditas intrinſece nõ poſſunt euaporari. Unde generaliter loquendo oĩa illa que ꝯſtringunt poros et claudunt ne fiat euaporatio caliditatꝭ ꝛ humiditatꝭ intrinſecaꝝ preſeruãt a putrefactione. et ideo balſamũ ꝓ̃ſeruat a putrefactione. qꝛ cõſtringit partes exteriores. et ideo reſeruat ne fiat euaporatio caliditatis ꝛ hũiditatis intrinſecaꝝ. et iõ quãdo non euaporãt̃ non fit putrefactio. 3° ſigno ꝓbat qꝛ videmus ꝙ illa que ſunt mixtum calida naturaliter vel etiã caliditate extrinſeca cõſolidante et cõfortãte caliditatẽ propriã non faciliter putreſiunt ſicut piper. et ꝗ ſunt mixtuʒ naturaliter calida ſiue ſint calida actualr̃. ſiue virtualiter. qꝛ caliditas ꝯtinẽtis nõ põt obtinere ſupra caliditatẽ ꝓpriã et ꝓpter hoc aromata ꝯ̃ſeruãt a putrefactiõe. 4° ꝓbat ſic. qꝛ videm⁹ ꝙ illud ꝙ mouet̃ min⁹ putrefit ꝗ̃ ſi eſſet ĩ quiete nam ex motu fortificat̃ calor intrinſecus qui eſt ꝓ̃ſeruatiuus a putrefactõe. et etiã qꝛ caliditas cõtinẽtis nõ põt ita faciliter ferri ſup moto ſicꝫ ſup quieſcẽte. 5°. ſigno ꝓbat ſic. qꝛ videmus ꝙ ceteris pib⁹ maiora min⁹ putreſiũt ꝗ̃ minora in maiori eniʒ plus ẽ de ꝓ̃ſeruatiuo ipſius a putrefactõe ꝗ̃ in minori. qꝛ caliditas ꝯtinẽtis ſeu ambiẽtis nõ põt vincere caliditatẽ itrinſecã. et iõ dicimus ꝙ mare ſecũdũ ꝑtes bñ putrefit. ſʒ non ſecundum totum.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**

Ad primã dicit̃ ꝙ lʒ frigiditas ſit cã per accidẽs putrefactõis nõ tñ eſt cã ꝑ ſe ymo magis ꝓ̃ſeruat a putrefactõe ꝗ̃ ſit cauſa putrefactõis. Ad ſecũdã ꝯcedit̃ añs loquẽdo de caliditate intrĩſeca. nã vt dictũ eſt ipſa eſt cã preſeruatiõis a putrefactiõe. ſʒ negat̃ de caliditate extrinſeca qꝛ vt tactũ eſt iſta ẽ cã putrefactiõis. Ad tertiã ꝯcedit̃ loquẽdo de caliditate moderata. qꝛ iſta vt dictũ eſt bñ iuuat calorẽ naturalẽ. ſʒ negat̃ de caliditate exceſſiua et ĩmoderata. qꝛ iſta caliditas ẽ corruptiua caloris intrĩſeci vt ſatis tactũ eſt ĩ corpe ꝗliõis. Sequit̃. t. Idẽ ꝙ pri⁹.

**Queritur quinto.** Utrum Frigiditas preſeruet corpora a putrefactione. Arguit̃ ꝙ nõ. qꝛ frigiditas corrũpit calorẽ intrinſecũ et naturalẽ. g° frigiditas ẽ corruptiua

et p ꝯñs non ꝓſeruat a putrefactiōe. 2° ſic pᷣ per ꝺe facili putreſcit, ⁊ tñ ī eo nō ē frigiditas g° frigiditas nō eſt cā ꝓſeruatiōis a putrefactiōe maioꝛ patet per experientiam. et ſimiliter ꝓbat᷑ quia lombardi et alii aliqui homines ſpeciebꝰ habundantes puluerīſant cū pipere carnes vt melius preſeruēt a putrefactione et cuſtodiāt.

3° ſic ſi frigiditas preſeruaret a putrefactiōe ſequeretur ꝙ corpora infra terram exiſtentia et iuxta eam magis preſeruarent᷑ ꝙ̄ corpora extra terrā exiſtentia. ꝯñs eſt falſum. qꝛ ſi ſumatur lignū cuiꝰ media ps ſit īfra terrā ꝗ̄ erit putrefacta pte exiſtente ad extra remanente integra. et patꝫ ꝯñtia. qꝛ ps exiſtēs infra terraꝫ eſt in frigidiori loco ꝙ̄ illa que eſt extra terrā et in aere cū terra ſit frigida et aer calidꝰ. Ad oppoſitū arguit᷑ auctoritate Ariſtotelis dicentis ꝙ corpora putribilia magis cōſeruant᷑ a putrefactiōe in locis frigidis ꝙ̄ calidis. Pro reſponſione.

## Sciendūꝫ eſt primo. ꝙ putre

factio fit a calido extrinſeco exterminante ſiue magis exalante ſiue extrahente humidū naturale cū calore naturali. calidū etenīꝫ extrinſecū extrahit humidū naturale. et qꝛ ipſm humidūꝫ intrinſecū eſt connaturale calori intrinſeco. iō in extrahendo humidū extrahit calidū. et hoc facit per hunc modū. qꝛ caliditas extriſeca aperit poros et ſubintrat. et ſic calidū naturale paulatim exit cūꝫ humido naturali ⁊ intātum debilitatur ꝙ frigiditas extrinſeca obtinet ſupra caliditatem intrinſecam.

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ pu

trefactio poteſt impediri ſex modis principaliter Primo mō ſi corpora putribilia ponant᷑ in locis frigidis. et rō huius ē. qꝛ ſic pori claudunt᷑ ⁊ nō poteſt faciliter exalari humiditas naturalis cū calido naturali. 2° mō ſi caliditas naturalis cōfortet᷑ ad intra aut quādo caliditas intrinſeca iuuatur per frigidū extrinſecū. et iſte ſecūdus modus videt᷑ coincidere cū p°. Ex quibus ſeqnit᷑ ꝙ homīēs cōmorantes in regionibus frigidis tardius ſeneſcunt. Pꝫ quia caliditas naturalis intrinſeca in talibus multū cōfortatur a frigido extrinſeco ⁊ vnit᷑ magis ad īteriora. mō virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa. 2° ſequitur ꝙ hoīes habitantes in regionibus frigidis diucius viuunt. Pꝫ. qꝛ calor naturalis interior eſt fortior: iō magis poteſt cōuertere humidū in ſubſtantiā ſuaꝫ. et hoc verꝫ loquendo de humido aīali. et qꝛ calidū et humidū bene proportionata ſunt cauſe longe vite teſte ꝓhō in libro de longitudine et breuitate vite. iō qꝛ ſic eſt in hominibꝰ habitātibus in regionibus frigidis. ideo diutius viuunt. 3ꝰ correlariū. in regionibus calidis homīēs citius ſeneſcūt. Pꝫ qꝛ vbi ſunt oppoſita principia ibi debēt eſſe oppoſiti effectꝰ. igitur. Pꝫ inſuper. qꝛ ibi magis cōſumit᷑ humidū. naturale et extrahitur calidum et ſic remouent᷑ principia vite vel diminuūtur.

4ꝰ correlariū hoīes habitantes in regionibus calidis minus viuunt et maxime habitantes in excellenter calidis. Pꝫ quia ſicut propter frigus ꝓſeruant᷑ a putrefactione vt viſum eſt. et ventres ſunt calidiores. vt dicit Ariſtoteles ī problemmatibꝰ ſicut videmꝰ cōiter ꝙ vētres calidiores ſūt ī hyeme ꝑpt᷑ frigꝰ circūſtans. et hñt meliorē digeſtionē. et inde ē qū eſt magna frigiditas hyemis tūc meliores fiunt digeſtiōes. et minores manēt humores putridi et indigeſti. et propterea ſūt minoris īfirmitatis. et ſic ſimiliter vētres in tēpe eſtatis aut etiā in locis calidis exiſtentes ſūt minꝰ calidi. iō minꝰ digerūt et fit putrefactio. Ex quibus ſequit᷑ ꝙ frigiditas in marcio multū iuuat corpa. 5ꝰ. correlariū homīes habitātes in regionibꝰ frigidis ceteris paribus ſunt audaciores. Probat᷑. qꝛ ad intra ſunt calidiores. ita ꝙ ſanguis in illis circa cor ſe tenet. 6ꝰ. correlarium ethiopes et pigmeones ſunt valde breuis vite. Unde narrat Alberꝰ maior ꝙ ſunt aliqui ethiopes qui non viuunt niſi ꝑ tres annos. et ꝙ pigmei vxorant᷑ in tertio anno et generant. Et non viuunt niſi ſeptē annis. Unde illi armāt ſe cōtra grues et in principio aprilis nil faciunt niſi ire ad cauernas ad deſtruendum oua gruis ne fiant multe.

2ꝰ. modus principalis preſeruādi eſt. qñ res eſt in continue in alio et alio loco nō poteſt putreſieri. et cauſa eſt. qꝛ res illa eſt cōtinue in recenti et recenti. ⁊ etiam. quia motus impedit actionē caloris extrinſeci. 3ꝰ. modus preſeruādi a putrefactione eſt cum corpa ſunt aut fuerit magna. nam corpa magna magnā habent caliditatē intrinſecam. ideo magis preſeruantur a putrefactione. et ideo eſt quia talis calor naturalis generat magnam humiditatē intrinſecā et reſiſtit melius caliditati extrinſece. et inde eſt ꝙ homines nigri vt ſunt cōmuniter ſanguinei tardius putreſiunt. 4ꝰ. modus quando eſt vel fit fortis et bona cōmixtio terreſtris ſicci cū humido. quia humidum cum ſicco terreſtri reſiſtunt calori extrinſeco ſic ꝙ non poteſt ita faciliter penetrare. et ideo dicit dominus Albertus ꝙ carnes pauonis valde reſiſtunt putrefactioni eo ꝙ ibi eſt ſiccum cum humido valde bene commixtum. 5ꝰ. modus principalis et ſextus in ordine eſt quando pori clauduntur et corpora ſolidantur. et ideo antiquitus apud ſapientes iudeos fiebat vnguentum ex mirra et aloes. quia mirabiliter mirra ꝯſolidat. et aliqui apponebant balſamum. eo ꝙ illa maxime claudunt poros. et cum hoc aloes quod remouet omnem generationem vermium et animalium putridorum.

Ex quibus ſequit᷑ ꝙ balſamus mirra et ſal conſeruāt a putrefactione. pꝫ naꝫ illa cōſolidāt et conſumunt humiditates ſuꝑfluas. Uñ dicit dñs Albertus ꝙ ſal preſeruat a putrefactione duplici de cauſa. Prima eſt qꝛ habet virtutem retenciuā humidi ſuperflui. Secūdo qꝛ ratiōe ſicci terreſtris habet virtutē cōſolidatiuā ⁊ ꝯdēſatiuā. Ex quo ſequit᷑ correlarie ꝙ rationabiliter carnes quas volumus ſeruare ſalſamus: et ſic pꝫ ex dictis ꝙ ſunt quinqꝫ modi preſeruādi a putrefactione. non diſtinguēdo ſecundum cōtra primū. ſed diſtinguēdo ſecūdū moduꝫ a primo ſunt ſex. Iſtis notatis ſit.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Frigiditas et precipue extrinſeca. qꝛ de intrinſeca non intendimus. preſeruat corpora a putrefactione. Probat᷑ cōcluſio per primū ⁊ tertiū modos principales preſeruandi a putrefactiōe

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicit᷑ ꝙ verum eſt loquendo de frigiditate intrinſeca. non aūt de extrinſeca niſi per accidens inꝙ̄tum ſcꝫ reperit poros aptos et ſubintrat corpus. quia per ſeipſam magis eſt ſolidatiua calidi naturalis. Ad ſecundam cōceditur maior et hoc ratiōe ſue caliditatis intrinſece. nam illa magna eſt. et iō illa dominat᷑ in eo. et non poteſt faciliter pati a calido extrinſeco. modo ſola frigiditas non eſt cauſa preſeruationis a putrefactiōē ymo etiā caliditas intrinſeca. Ad tertiaꝫ dicitur ꝙ ſi poſſent poni infra terram ſine incluſione calidi extrinſeci hoc eſſet verū. ſicut pꝫ de radicibus arborū ⁊ herbarum que in terra diu preſeruantur. ſed qꝛ non poſſunt poni. ideo nō ſequit᷑. Sequit᷑ in textu Reliquum autē dicere habitas ſpecies.

## Queritur Sexto. Utrum

Animalia poſſint per putrefactioneꝫ generari.

Arguit᷑ ꝙ non. qꝛ tunc ſequeretur ꝙ gñatio vnius nō ſemꝑ eſſet corruptio alterius. ꝯñs eſt falſuꝫ. vt pꝫ p° de gñatione. et probat᷑ ꝯñtia qꝛ gñatio talis generati ex putrefactiōe nulliꝰ eſt corruptio. qꝛ illud quod eſt putrefactum eſt corruptū. et ſi ē corruptum non amplius poteſt corrūpi. 2° ſi ſic ſequeret᷑ ꝙ nō omnis gñatio fieret a ſibi ſimili. vt ponit Cōmentator p° de generatiōe. et ꝯñtia pꝫ. qꝛ aīal quod generatur per putrefactionē non generatur a ſibi ſimili qꝛ putrefactū et corruptum et aīal viuens non ſunt ſimilia. ſed valde diſſimilia. 3° ſic plāte non generāt᷑ per putrefactionē. g° neqꝫ aīalia tenet ꝯñtia. qꝛ maioris difficultat multo eſt generatio aīalis ꝙ̄ generatio plāte. et añs appet qꝛ ad experientiā videmus ꝙ ſi carnes vel aliquid tale putrefiat nunꝙ̄ ex illo generat᷑ plāte

Ad oppoſitū arguit᷑ auctoritate Ariſtotelis ſic īquiētis. et aīalia fiūt in his que putreſcunt. et etiā pꝫ per experiētiā. qꝛ videmus ꝙ quādo carnes putreſiūt generant᷑ quidā vermes qui quidem vermes ſunt animalia. Pro reſpōſiōe.

## Sciendum ē primo. ꝙ quia

ſuperius viſuꝫ ē ꝙ putrefactio habet fieri mltis modis. et etiā viſuꝫ eſt quomō impediri poteſt ideo hic eſt dicendū de effectibus ipſius putrefactionis. Unde primus effectus putrefactiōis ē ꝙ partes interiores efficiunt᷑ minus humide ⁊ exteriores humidiores. quod pꝫ. qꝛ caliduꝫ extrinſecuꝫ attrahit ad ſe humidū et calidum intrinſecuꝫ ſicut ſatis viſuꝫ eſt in queſtiōibus precedentibus. et partes que prius erāt humidiores quādo totū eſt putrefactum poſtea efficiūt᷑ magis ſicce et magis frigide. qꝛ humiditas trahitur ad extra. et ideo ab aliquibus dicitur ꝙ primus effectus putrefactiōis eſt humectare corpus putrefactuꝫ ad extra. Secūdus effectus eſt quādo terreſtre remanet quādo extrahit᷑ humiduꝫ et caliduꝫ naturale. nam partes exteriores remanent ſicciores. et ideo ab aliquibus dicit᷑ ꝙ 2ꝰ effectus putrefactiōnis eſt facere partes interiores ſiccas ſiccitate terreſtri. ergo ſequitur correlarie ꝙ omnes res dicunt᷑ eſſe ſicciores poſt putrefactionē ꝙ̄ ante. et hoc ratiōabiliter cum calidū et humiduꝫ naturalia extrahantur per putrefactionē vt dictū eſt. Tertiꝰ effectꝰ eſt mutatio odoris. quia poſtꝙ̄ res que prius redolebat eſt putrefacta ipſa olet. et ideo dicitur in verſu cōmuni. Hic iacet in tūba roſa mūdi non roſa munda. Non redolet ſed olet quod redolere ſolet. Cuius ratio eſt. nam in talibus deſtruitur determinata proportio qualitatū primaruꝫ per putrefactionem. et ideo illud quod erat prius boni odoris propter determinatam et congruentē proportioneꝫ et quod delectabat ſenſum infert ipſi ſenſui triſtitiam ſiue nocumentum Et eſt quoddā ſimile ſicut in cantu vt dicit dominus Albertus. naꝫ quando in cantu eſt determinata proportio tunc talis cantus delectat nos. ſed quando eſt indeterminata proportio tunc piget nos et tediuꝫ affert. Ex quibꝰ ſequitur ꝙ bonum eſt fugere cadauera. Patet nam ex illis multiplicat᷑ odor in medio. et ille odor quia conſiſtit in mala proportione infert ſenſibus noſtris paſſionem. ymo aliquando generat in organo indeterminatam proportioneꝫ

Sequit᷑ ſecundo ꝙ valde periculoſum eſt tēpore epidimie accedere ad corpora infirmorum et maxime eorum qui ſunt infecta per peſtem Cuius ratio eſt. quia calido extrinſeco agente ſemper attrahit᷑ caliditas et humiditas a talibꝰ corporibus in aere. et etiam humores infecti. et ſic aſpirando aerem et etiam attrahendo infra corpus noſtrū poſſumꝰ infici a corpore infirmi.

Quartus effectus eſt diſcoloratio corporis ſiue mutatio. cuius rõ eſt. nã ꝯtinue attrahit᷑ calor naturalis et etiã humidites ī quib⁹ cõſiſtebat ſanguis et vita. et ſic fit continue diſcoloratio. Alia ratio eſt qꝛ talis coloratio cõſiſtit etiaꝫ in determinata ꝓportione qualitatũ primarũ et iõ fit diſproportio qualitatũ primarũ per putrefactionẽ. Quintus effectus ẽ debilitatio corporis et diſſolutio eius. pꝫ manifeſte in leproſis vbi artus diſſoluunt᷑ et cõpagines mẽbrorum. Patet etiã vt dicit. Albertus. qꝛ videmus ꝙ in aĩalibus que putreſcunt partes diſgregant᷑ a toto. Cui⁹ ratio ẽ. qꝛ ꝑ putrefactionẽ humidũ et calidũ intrinſeca ꝗ habebant illas ꝑtes conſeruare cõſumunt᷑. Sextus effect⁹ ẽ gñatio quorũdã aĩaliũ ſicut vermiũ bufonũ ſerpentiũ et ſic de aliis ſicut experimentaliter percipit᷑. et ex iſto ſexto effectu elicitur concluſio.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Aĩalia gñant᷑ a corporib⁹ putrefactis ſiue per putrefactionẽ ante cõplementuꝫ putrefactionis id eſt anteꝗ̃ putrefactio ſit totaliter cõpleta. et anteꝗ̃ humiduꝫ ſit totaliter extractũ. Pꝫ iſta cõcluſio per experiẽtiaꝫ. et ꝓbat᷑ ſic. qꝛ quãdo per calidũ extrinſecũ extrahit᷑ humidũ naturale tũc tale mixtũ aliqñ reducitur ad vnã ꝓportionem que licꝫ ſit incõueniens corpori a quo extrahitur humidum: tamen eſt ꝯueniens alicui aĩali et tũc corpus aliquod celeſte vel corpa celeſtia illam materiã que ẽ ꝓpinqua ad diſpoſitioneꝫ talis animalis incipit vel incipiũt cõſolidare ⁊ digerere magis illud huidũ. ita ꝙ generant ibi temperamentũ illaꝝ qualitatũ et determinatã proportionẽ ſimilẽ illi qui fieret ꝑ generationẽ. et ita virtute corpoꝝ celeſtiũ gñatur ibi forma animalis. et aliqñ gñatur ibi aĩal ſimile aĩali corrupto ſicut pꝫ de fenice. Sed hic.

## Dubitatur primo: Que ſit

propria et immediata cã gñationis forme ſubſtantialis illius aĩalis. Dicendũ ꝙ de iſto dubio fuerunt multe opiniones. qꝛ aliqui dicũt ꝙ ille forme ſubſtantiales generant᷑ a corpore celeſti. Sed illud nõ videtur ſufficiẽs. qꝛ licꝫ actõ celeſtis corpis cõcurrat tanꝗ̃ actio agentis vniuerſalis: tamen oportet ponere aliquod agens particulare et immediatum. Et ideo dixerũt aliqui ꝙ particularis cauſa et inmediata eſt intelligentia que dator formarum nuncupatur que eſt cauſa propria ⁊ etiaꝫ immediata cauſa cuiuſlibet forme ſubſtantialis. Alii aũt dixerunt ꝙ generat᷑ a quodã aĩali inuiſibili ſimili in ſpecie illi quod generat᷑. Sed tamen cum Alberto dicendũ eſt ꝙ cauſa propria et immediata illius aĩalis eſt ille calor. qui remanet in materia putrefacta ad iuus a calore exteriori. Et ſi obiciat᷑ qꝛ ille calor eſt ſolum cauſa inſtrumẽtalis et diſpoſitiua et ꝑ ꝯñs non ẽ cauſa principalis. Ad hoc dicit᷑ ꝙ ille calor bene eſt cã diſpoſitiua. ſꝫ tñ cuꝫ hoc eſt pricipalis cauſa inter cãs particulares et imediatas ꝗ̃uis concurrant alie cauſe vniuerſales.

## Dubitatur ſecundo. vtrum

ex putrefactis poſſint generari aĩalia perfecta. Ad dubiũ reſpõdet᷑ ꝙ cũ illa aĩalia dicantur ꝑfecta ꝗ habẽt motũ ꝓgreſſiuũ ⁊ quinqꝫ ſenſus exteriores. ideo Dicendũ ꝙ ſic. qꝛ ad expientiã videmus ꝙ ex putrefactis gñant᷑ talia aĩalia pfecta iſto modo capiendo perfectum.

## Dubitatur tercio. vtrum illa

aĩalia ꝗ gñant᷑ per putrefactionẽ ſint eiuſdẽ ſpẽi cũ illis aĩalibus ꝗ gñant᷑ per ꝓpagationẽ. Ad dubiũ. Rꝫ. ꝙ ſic. et rõ eſt. qꝛ mus qui gñatur ꝑ putrefactionẽ põt gñare aliũ mureꝫ. ergo ſunt eiuſdẽ ſpẽi. tꝫ ꝯñtia. qꝛ generãs et genitum ſunt eiuſdẽ ſpẽi ſpecialiſſime. Ex quo ſequitur correlarie ꝙ nõ eſt inconueniẽs a diuerſis agẽtibus eundẽ effectũ in ſpẽ ꝓduci. pꝫ qꝛ mus qui ꝓducit᷑ per putrefactionẽ et mus qui ꝓducitur ꝑ propagationẽ ꝓducunt᷑ a diuerſis agentibus Et cõfirmat illud idem dñs Albertus. nam dicit ꝙ ille ignis qui ꝓducit᷑ a radiis ſolaribus ĩ ſtuppa iuxta ſpeculũ ardẽs poſita ẽ eiuſdẽ ſpẽi ſpecialiſſime cũ alio igne qui ꝓducitur ab alio igne. et tñ ꝓducunt᷑ a diuerſis agẽtibus in ſpẽ. 2⁹ correlariũ. gñatio muris ꝑ ꝓpagationẽ vocat᷑ vniuoca. nã gñatio vniuoca ẽ qñ aliquid generãs ꝓducit ſibi ſimile in ſpẽ. Tertiũ correlariũ. gñatio muris ꝑ putrefactionem eſt equiuoca. pꝫ qꝛ nos vocamus gñationẽ equiuocã qñ aliquid ꝓducit᷑ a ſibi diſſimili in ſpẽ. Quartũ cor⁹. illa auctoritas que cõiter allegat᷑ videlꝫ ꝙ omẽ quod gñat᷑ gñat᷑ a ſibi ſĩli in ſpẽ debet intelligi de gñatione vniuoca. 5⁹. licꝫ ĩ gñatiõe equiuoca genitũ non gñet᷑ a ſibi ſimili in forma gñat᷑ tamẽ a ſibi ſimili ĩ virtute

## Dubitatur quarto: Utrum

plãte poſſint gñari ꝑ putrefactionẽ. Ad iſtud dubiũ Rꝫ. ꝙ ſic lꝫ nõ reperiunt᷑ niſi duo qui h⁹ aſſerũt etiã vt eſt Albert⁹ et vnus alius. Uñ diſtinguit hic venerabl᷑ Albert⁹ de mixto. et dicit ꝙ in mixto eſt duplex huidũ. ſcꝫ humiduꝫ valde ſubtile ex quo aĩalia gñant᷑. Aliud ẽ humidũ groſſum et illud adhuc eſt duplex. Quod dã eſt quodãmõ magis tendẽs ad terreſtreitatem. Aliud ẽ quod magis tendit ad naturã aqueã. Tunc dicit dñs Albertus ꝙ ex groſſo humore terreo gñant᷑ plante exꝫ codẽ nutriunt᷑ in terra. et ꝓbat ſic. nã plante vident᷑ eſſe minoris pfectiõis ipis aĩalibus et tñ aĩalia aliqua ꝑ putrefactionẽ generari poſſunt. ergo et plãte.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam neget᷑ ꝯñtia. et dicitur vltra ꝙ putrefactũ non eſt tantũ corruptũ quin ĩ eo adhuc ſit forma ſubſtantialis que corrumpitur in generatione ſubſtantiali animalis generati per putrefactionem. Ad ſecundã dicit᷑ ꝙ omne quod ꝑ ſe fit ab alio fit a ſibi ſimili aut ſecũdũ formã aut ſecunduꝫ virtutem. et ideo quando ex animali putrefacto generat᷑ aliud animal genitum generat᷑ a ſibi ſimili ſecundũ virtutem. ⁊ hoc ſufficit. Ad tertiã negetur añs. et dicit᷑ vltra ſecundũ Albertum et ſecundũ vnuꝫ aliũ doctorẽ videlicet ꝙ non eſt incõueniens plantã generari ex corporibus putrefactis et hoc qñ in illo corpore putrefacto eſt humidũ groſſum tendens ad terreſtreitatem. Sequitur in textu. Digeſtio quidem igitur eſt.

## Queritur ſeptimo Utrum

Diffinitio digeſtionis ſit bene aſſignata in qua dicitur digeſtio eſt perfectio de naturali calido proprio ex paſſiuis oppoſitis. Et arguit᷑ ꝙ non. quia quedã ſunt digeſtiones que nõ fiunt ex proprio et naturali calido cum non fiant a calido intrinſeco. ſꝫ extrinſeco ergo. ꝯñtia ⁊ añs patet in elixatione et aſſatione que ſunt quedã digeſtiones. 2⁹ ſic maturatio eſt quedã digeſtio et tamen non fit a calido intrinſeco et ꝓprio et naturali ſed magis extrinſeco. ergo. ⁊c. Maior ſupponitur nota. et minor probatur. qꝛ racemi poma et alii fructus maturantur per calorem ſolis ſuperuenientẽ. igit᷑. 3⁹ ſic digeſtio fit a balneis calidis et per exercitiuꝫ. igitur non omnis digeſtio fit a proprio et naturali calido ꝯñtia tenet. quia caliditas balneorum et caliditas acquiſita per exercitiũ non ſunt proprie caliditates naturales. et añs eſt pbl in littera. 4⁹ ſic ſi diffinitio eſſet bona ſequeret᷑ ꝙ oĩa digeſta eſſẽt calidiora indigeſtis. ꝯñs ẽ falſum. vt experientia docet. quia videmus ꝙ aliqua digeſta ſunt frigida et frigidiora quaꝫ erãt ante digeſtionem ſicut apparet de eſculis melõe et de aliis fructibus dum maturantur. ergo.

Ad oppoſitũ arguit᷑ auctoritate pħi diffiniẽdo digeſtionẽ in iſto modo explanato in titulo queſtionis. Pro reſponſione.

## Sciendũ eſt primo. ꝙ Duplex

eſt digeſtio. quia quedã eſt proprie dicta et eſt illa que ſit in viuentibus. Et alia eſt cõiter dicta et eſt illa que fit in non viuentibus ſicut elixatio ſiue aſſatio carniũ. Et digeſtio proprie dicta ſcilꝫ illa que eſt in viuentibus. eſt adhuc duplex. quia quedã eſt que fit in animalib⁹ et alia que fit in plantis. et adhuc in aĩalibus fiunt multiplices digeſtiões quia in aĩali aliqñ fit digeſtio qua digerit᷑ humidũ ſeminale in generatione aĩalis. Et alie ſunt digeſtiões alimẽti et ſunt quatuor. quedã eniꝫ eſt digeſtio que fit in ore et terminatur in ſtomacho. Alia aũt fit in epate. Alia in corde. Et quarta in membris ſicut latius videbitur in queſtionibus ſuper 2⁹ de anima. In plantis vero fit digeſtio prope radicem qua planta digerit humiduꝫ ⁊ attrahit ſibi conueniens et diſconueniẽs dimittit. et iſta eſt prima digeſtio que fit in plantis. Secunda fit in ſtipite. Tertia fit in generatione florum. Quarta fit in generatione fructuum. Et quĩta fit in maturatione ipſorum. Unde digeſtio in non viuentibus adhuc eſt duplex. qꝛ quedã eſt que fit a calido agente cuꝫ humiditate aq̃a Et alia que fit a calido agente cum ſiccitate.

## Sciendum ẽ ſecundo ꝙ Calidum

naturale dicitur illud quod eſt proportionatũ humido naturali. et quando excedit excelſus eſt calor innaturalis.

## Sciendũ eſt tertio. ꝙ Sicut

ſepius dictum eſt calidũ eſt duplex. quia quoddam eſt intrinſecum. et aliud eſt extrinſecum. et ad preſens de intrinſeco loquimur. licet aliqñ contingat ipm iuuari a calido extrinſeco temperato ad hoc ꝙ fiat melior digeſtio. et inde eſt ꝙ aliqui male digeſtionis propter frigiditatem ſtomachi coguntur ad confortandum virtuteꝫ ſtomachi portare de mane garniturã ſupra ſtomachum vel aliqua alia calida. ſed de calido extrinſeco intemperato et exceſſiuo ñ loquimur hic. nam illud vt tactũ eſt ſuperius capitulo de putrefactione eſt cauſa putrefactionis. nam extrahit humidũ naturale cum calido naturali ſiue extrinſeco. Iſtis notatis ponitur.

## Concluſio reſponſiua: Diffinitio

digeſtiõis in qua dicit᷑ digeſtio eſt pfectõ a ꝓprio et naturali calido ex oppoſitis paſſiuis eſt bene aſſignata. Probat᷑ ꝯcluſio ꝑ cõditiões requiſitas ad bonã diffinitionẽ. nã primo conuenit omni cõtento ſub diffinito. 2⁹ ꝯuenit ſoli diffinito. et 3⁹ explicat naturã diffiniti a prima potẽtia vſqꝫ ad vltimũ actuꝫ. ipm faciendo differre a quolꝫ alio. quod pꝫ. qꝛ in primo loco ponitur perfectio ꝓ gñe. quod quidẽ gen⁹ habet modũ potẽtie. et oẽs alie ꝑticule ſequẽtes ponunt᷑ loco differẽtie. Probat᷑ aliũde. qꝛ per cãs ſufficiẽtes declarat eſſe diffiniti. ergo ẽ bona. tꝫ ꝯñtia qꝛ hoc ſufficit ad bonã diffinitionem. et añs pꝫ. nã primo ponit᷑ pfectio quod ẽ genus diffiniti. et ꝑ hoc differt digeſtio a putrefactiõe ꝗ eſt quedã ipfectio. deinde ponit᷑ a naturali ꝓprio calido ad denotãdũ cauſam inſtrumẽtalẽ principalẽ in digeſtione. qꝛ cũ ꝑ caliditatẽ naturalẽ et ꝓpriã humidũ eſt decoctũ tunc dicimus digeſtionem eſſe factã ſicut patet in fructibus.

Sed ponitur ex paſſiuis oppoſitis ad deno tandum cauſam materialem. ſcȝ humiduȝ vel ſiccuȝ. nam humidū vel ſiccum eſt cauſa materialis ſeu materia in qua fit digeſtio.

## Dubitatur primo. Utrum

Digeſtio fiat per frigidum. Ad hoc reſpondetur ſecundum Albertum ꝙ ſic. de per accidens tamen cum per antipariſtaſim pori claudantur et ſic non poteſt exire caliditas naturalis intrinſeca propria ſed reuertitur ad intra ad ſtomachum ſcȝ et vnit̃ et fortificatur. ex inde eſt ꝙ homies melius digerunt in hyeme ꝙ̃ in eſtate. et hoc eſt verum dummodo illa frigiditas ſit temperata et nō nimis notabiliter excellens.

## Dubitatur ſecundo. vtrum

Caliditas extrinſeca ſit cauſa digeſtiōis. Ad dubium reſpondetur ꝙ caliditas extrinſeca temperata eſt cauſa digeſtionis coadiuuans per naturam caliditatē intrinſecā ad hoc ꝙ fit melior digeſtio. nam aliquando tēpore nimis frigido caliditas in tantum grauaretur a frigiditate ꝙ fieret putrefactio vel extictio caliditatis niſi ipa confortaretur a calido extrinſeco. quia ꝓpterea fit ignis et calefacimus nos. Ex quo ſequit̃ correlarie ꝙ calidū extrinſecum temperatum confortat caliditatē intrinſecaȝ. Sequit̃ ſecundo ꝙ tēpore quadrageſimali frigido poſt comeſtionem bonum eſt calefieri. iuxta prouerbium cōmune. nullum eſt ita bonuȝ calefacere ſicut tempore quadrageſimali prādio peracto. Cuius ratio eſt quia tunc ſtomachus eſt frigidꝰ. et piſces frigidi ⁊ difficilis digeſtionis. ideo faciliter ſequeret̃ putrefactio niſi eſſet aliquod auxilium caliditatis extrinſece. Ex iſto correlario ſequitur ꝙ homines habitantes iuxta mare et maxime ſeptentrionali. vel vbi non creſcit vinum faciliter efficiuntur leproſi propter nimiam habudantiam humiditatis ſupflue et frigiditatis ſuffocantis caliditatem naturalem

Tertio ſequit̃ correlarie ex dubio ꝙ homies habitantes in nimis calidis locis et intemperatis citius moriuntur. et hoc eſt quia caliduȝ extrinſecū ꝯſumit humidū et caliduȝ naturalia

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primam dicitur ꝙ hoc eſt verū loquēdo de digeſtione cōmuniter dicta que fit in non viuentibus. ſed negetur de digeſtione proprie dicta que fit in viuentibus de qua eſt hic ad propoſitum ſicut tactum eſt in primo notabili. Ad ſecundam cōceditur maior: et ad minorem dicitur ꝙ fit principaliter a calido intrinſeco lȝ caliditas extrinſeca temperata bene iuuet. vt patet de calore ſolis. Ad tertiam conceditur antecedens et negetur cōſequētia. quia ſtat ꝙ digeſtio coadiuuatiue per exercitium et a balneis fiat inꝙ̃tum fortificant caloreȝ naturalem tamen principaliter fit a calore naturali.

Ad quartam negetur cōſequentia. et ad probationem dicitur ꝙ ſi eſcula poſt digeſtionem ſint frigidiora hoc non eſt de ſe. ſed propter frigiditatem continentis in quo conſeruātur. et in aliis fructibꝰ apparet eminenter. nā ipſi ſūt calidiores poſt maturationem et digeſtionem ꝙ̃ ante. niſi hꝰ proueniat a loco continente. Alii dicūt de eſculis ꝙ nō eſt digeſtio ſed putrefactō et ideo ſunt frigidiora. quod tamen non videt̃ verum. Sequitur in textu. Et principiū perfectionis a caliditate propria accidit.

## Queritur octauo. vtrum

Balnea conferant ad digeſtionem naturalem.

Arguitur primo ꝙ non. nam ſi ſic vel eſſent balnea que fiunt ante digeſtionem. vel poſt digeſtionem. vel hora. ſed nullum eſt dicendum igitur. maior patet ex ſufficienti diuiſione. Minor patet. primo ꝙ balnea non conferant ad digeſtionem naturalem ante digeſtionem. quia adhuc nondum eſt digeſtio. modo nos non dicimus aliquid conferre quod ñ eſt. nec ſecundū videlicet ꝙ conferat poſt digeſtionem. quia illa balnea que fiunt poſt digeſtionem nō faciunt ad ipſam cum iamqȝ facta ſit. Nec tertium videlicet ꝙ conferant hora digeſtionis. nam medici expreſſe talia balnea prohibent. 2º ſic illud quod aperit poros et facit calorem venire a partibus interioribus ad exteriora non confert ad digeſtionem. ſed balneum eſt huiuſmodi. gº Maior patet quia digeſtio fit per calorem naturalem intrinſecum. modo quanto calor magis minuitur internus magis debilitatur digeſtio. et etiam probatur quia aqua balneorum aperit poros et extrahit humidum naturale. 3º ſic. ſi ſic ſequeretur ꝙ calor intrinſecus iuuaretur ad digeſtionem. cōſequens eſt falſum. igitur. maior patet. quia balnea non dicuntur conferre niſi propter caliditatem. ſed ꝙ conſequēs ſit falſum patet quia frigiditas extrinſeca iuuat ad digeſtionem. ergo non caliditas. quia oppoſitorum oppoſiti debent eſſe effectus. 4º ſic ſequeretur ꝙ digeſtiones fierēt meliores in eſtate ꝙ̃ in hyeme. conſequens eſt contra experientiam. et ꝯñtia apparet. quia balnea non dicuntur conferre ad digeſtionem. quia caliditas balneorum circunſtat corpꝰ. ſȝ ſimilis caliditas circunſtat in eſtate. igitur ⁊c.

Ad oppoſitum arguitur auctoritate Ariſtotelis in iſto quarto vbi dicit ꝙ digeſtio confortatur et iuuatur per aliquid extrinſecum ſicut ꝑ exercitium vel balnea.





Pro reſpoſione ad queſitum.

## Sciënduȝ eſt primo. ꝙ Licȝ

fiant multe digeſtiōes tamē quatuor ſunt principales. quarum prima fit in ſtomacho. Sed iſta eſt duplex. quia quedam eſt que fit in fundo ſtomachi. Alia vero que fit in orificio ſiue in parte ſuperiori ipſius ſtomachi. et inter iſtas duas digeſtiones illa que fit in fundo ſtomachi eſt melior. Secūda digeſtio habet fieri in epate. Tertia in corde. Quarta in mēbris

Unde in qualibet illaꝝ digeſtionū fit ſeparatio puri ab impuro. nam in prima digeſtione que fit in ſtomacho poſt digeſtionē fit ſeꝑatio puri ab impuro. ita ꝙ impuruȝ mittit̃ ad ianuā purgatiōis. vt dicit venerabl̃ Albertus ⁊ puruȝ mittit̃ ad epar. Ubi iteꝝ puruȝ ſeparat̃ ab impuro et impurū mittitur ad veſicaȝ ⁊ illud impuꝝ eſt vrina. Sed puruȝ mittit̃ ad cor. vbi iterum fit ſeparatio puri ab impuro. impurū mittit̃ pro generatiōe ſanguiū. ſed purū diuidit̃ in duas partes. quedā pars retinetur pro ſuo nutrimēto ⁊ alia iterū mittit̃ ad epar. pars que retinetur in corde pro ſuo nutrimento iterū digerit̃ ⁊ magis purificatur et tunc minus puꝝ mittit̃ in anelitꝰ. ſed magis purū conuertit̃ in ſubſtantiā cordis Sed illa pars que mittitur ad epar iterum ibi purificatur et tunc ibi ſunt multe parue vene ramificate et per illas venas mittit̃ ſanguis ad membra: Sanguis inꝙ̃. qr nutrimentū in epate accipit colorē ſanguinis et tunc in illis mēbris iterū fit digeſtio et tunc ibi ſeparat̃ purū ab impuro. Ex impuro aūt generant̃ crines ⁊ veniunt ſudores et nigredines ⁊ puruȝ cōuertitur in ſubſtantiam membrorum.

## Sciendum ē ſecundo ꝙ Nu

merando partiales digeſtiones multe ſunt digeſtiones in corpore ꝙ̃ quatuor. Prima fit in ore fortiter maſticando. Secūda in orificio ſtomachi. Tertia in fundo eius. Quarta in epate Quinta in corde. Sexta iterū in epate. Septīa infra venas. Octaua in neruis. Nona et vltia in membris

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Du

plicia ſunt balnea. quedā ſunt balnea aque habentia aliquā extraneā caliditateȝ. vt ſunt balnea naturalia ſiue ſint calida ſiue frigida. Et alia que fiunt ex aqua dulci ſiue ſimplici vbi ſcilicet non eſt admixta extranea caliditas. Unū balnea extraneā caliditatem habentia ſunt in multiplici differentia. quia quedā ſunt que trāſeunt per meatus terre ſulphuree. et iſta ſunt calida et cōferunt magis hominibus fleumaticis ceteris paribus. quia ſi fiant aut aſſumātur tempore debito et ordinato cōſumunt humores frigidos et ſuperfluos. Alia ſunt balnea que tranſeunt per venas terre ſalſas et ſūt frigida. et talia valent ad reprimendū dolorem capitis et ad ſolidandū ſubtiliores partes aialis. Alia ſunt balnea aque tranſeuntis per venas terre ferreas. et iſta communiter ſunt calida. et cōferunt ad infirmitates ſtomachi et iplenis. Alia ſunt balnea que ſunt in aquis aluminoſis. vel etiā in aquis tranſeuntibus ꝑ mineralia. ſic ꝙ tales aque tranſeunt per venas aluminis. aut per venas mineraliū. et iſta ſunt cōmuniter calida et conferunt ad infirmitates prouenientes ex ſuperfluitate ſanguinis indigeſti conferunt etiam fluxui ſanguinis ſuperfluo. et multū valēt ad renes. et maxime hominibus grauatis. et de talibꝰ balneis nō intelligit principalis queſtio. ſed de balneis q̄ fiunt in aqua ſimplici et non habente extraneam caliditatem. Unde iſta balnea que fiūt in aqua ſimplici ſunt in duplici differentia. quia quedā ſunt in aqua frigida. Alia ſunt in aqua tēpata hoc eſt equaliter calida. ſicut corpus humanuȝ et paulo plus. Alia fiunt in aqua nimis calida Quibus notatis ponitur.

## Concluſio prima. balnea a

que frigide non cōferunt ad digeſtionem naturalem. ſed potius impediūt niſi forte conferant de per accidens. Probat̃ quia extinguūt calorem naturalē et faciunt venire ipſum ad ꝑtes exteriores. pȝ nam dū corpus humanum ponit̃ in aqua frigida partes exteriores leduntur. idō natura mittit calorē naturalē ad partes exteriores ad cōfortandū eas. ⁊ dum calor ē in ꝑtibꝰ exterioribus per frigiditatem aque extinguitur

Et ſi dicatur ꝙ eodem aliquis probat et ꝙ frigiditas hyemis non conferat ad digeſtionem. cuius oppoſituȝ in queſtione precedenti dicebatur. Ad illud dicitur ꝙ non eſt ſimile de frigiditate in aere et de frigiditate in aqua. quia frigiditas in aere reſtringit partes exteriores et propellit ad intra calorem ſed in aqua propter humiditatē trahitur calor ad partes exteriores et partes exteriores dilatantur et aperiuntur.

## Concluſio ſecunda. balnea ī

aqua nimis calida nō conferunt ad digeſtionē quarto modo dictaȝ. Probatur quia nimis commouent humores. Et etiā non conferunt ad digeſtionem naturalem primo. et 2º modo dictas. patet quia attrahunt calorem naturalem qui eſt cauſa talis digeſtionis.

## Concluſio tertia. balnea in

aqua temperata conferunt ad digeſtionem. pȝ quia augmentant et confortant calorem naturalem expellendo et attrahendo malos humores qui ſunt inter carnem et cutem. aut etiaȝ impura ex quarta digeſtione q̄ ĩpediūt digeſtionē.

Ex quo ſequit͛ correlarie ꝙ potatio aque fri
gide multum impedit digeſtionē naturalem et
maxime poſt aſſumptionē cibi. pꝫ quia cuꝫ illa
aqua in hora digeſtionis aſſumitur ipſa impe-
dit calorē naturalem a ſua operatione. Et dat
exemplum venerabilis Albertus de carnibus
bullientibus ſupra ignem. nā ſi fundatur aqua
frigida iam ceſſat aqua bulliere. quo patet qꝛ
aqua frigida habet remittere calorē et aliqua-
liter deſtruere. et a ſimili eſt in ſtomacho et in a
liis partibus in quibus eſt et fit digeſtio. nam
quanto calor naturalis ē fortior tanto melius
fit digeſtio. Qꝫ aūt debilitetur calor natura-
lis per frigiditatē pꝫ qꝛ aqua frigida remittitur
ideo calor naturalis debilitatur et tunc non tā
bene fit digeſtio. pꝫ quia vnū cōtrariuꝫ maxie
habet corrumpere ſuuꝫ cōtrariuꝫ. Modo ſi ſic ſe
habet aqua frigida ad calorem naturalem vel
humidū naturale ꝙ debet eſſe aereum. idō pꝫ 2ᵐ
corelariuꝫ. potantes ſepe aquā tēpore digeſtio-
nis efficiunt͛ cōmuniter fleumatici. pꝫ quia ipſi
conuertunt humiditatem aereā in aqueaꝫ.

## Concluſio Quarta. hoībus

Repletis malis humoribus ñ cōueniūt mltuꝫ
balnea. pꝫ quia commouent illos humores in
corpore et ſic ſequūt͛ mult- infirmitates. Sꝫ.

## Dubitatur primo: Quibus

hominibus magis conferant balnea. et quid
magis cōpetit vel balenea vel ſtuphe. Ad
dubiuꝫ reſpōdet͛ ꝙ hominibus ſiccis et macris
magis cōferunt balnea. et magis ſibi cōpetunt
ꝙ ſtuphe. ſtuphe aūt magis cōpetunt pinguibꝫ
et humidis.

## Dubitatur ſecundo. vtrum

ſit bonū comedere et bibere in balneis.
Ad hoc dubiuꝫ reſpondet dñs Albertus
ꝙ non. qꝛ in balneo calor naturalis trahitur ad
extra ad membra. et ideo non poſſet fieri bona
digeſtio calore extracto ymo valde male dige-
reretur cibus ſumptus. et cauſaretur humor pu
tridus ex quo cauſarentur faciliter infirmitates
et inde eſt ꝙ homines ſic comedētes multotiēs
habent poſt balnea multas infirmitates. Dicit
tamen ipſe dominus Albertus ꝙ ſi contingat
balneantibus cor deficere et euaneſcere propter
extractionē caloris ad extra tunc poſſunt come
dere modicum valde ſubſtātiale et bene dige-
ſtibile. Ubi eſt aduertendū ꝙ eſt vnus mo-
dus conſeruandi calorem naturalē in balneo.
vıdꝫ ꝙ balneantes habeant de optimo aceto
et bulliant. et poſt ponant de optimo puluere et
teneant in ſua ſpongia ante nares. vel ꝙ ha-
beant de citanio cocto et comedant et ſi non
poſſint potent modicum de illo aceto.

## Dubitatur tercio: Quibus

hominibus magis conferunt balnea. Ad
dubiū dicitur ꝙ oportet cōſiderare fines quos
homo intendit. vt ſi homo ſit multū pinguis ꝛ
velit deuenire macer debet intrare balneum ie-
iunus et in eo multum ſtare abſꝗꝫ cibo et potu
et per talem conſuetudinem poterit macerari. et
cauſa huius eſt. qꝛ per tertiā cōcluſionem bal-
nea fortificant digeſtioneꝫ. ideo quādo homo
eſt in balneis ieiunus propter fortificationem
digeſtionis ſtomachus attrahit a partibus exte
riorib' aliquid quod calor naturalis habꝫ di-
gerere. et ille partes macreſcunt. Et propterea
dormire ieiunus ante prandiuꝫ demacrat. qꝛ
in ſomno fit fortis digeſtio et ſtomachus attra
hit a partibus exterioribus. Sed ſi homo velit
pinguefieri debet intrare balneū poſt cibuꝫ. qꝛ
in balneo fit melior digeſtio et propter balneū
attrahitur alimentuꝫ ad partes exteriores. Et
ſi queratur quo tempore magis valent. ℞.
ꝙ magis valent in cōiunctionib' ſolis et lune
ꝙ in plenilunio. et cauſa huius eſt. qꝛ in pleni
lunio oēs humiditates creſcunt. et per quartaꝫ
cōcluſionē nimis repletis humoribus balnea
non conferunt.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam patet ſolutio ex dictis. Ad
ſecūdaꝫ cōcedit͛ antecedēs et cōſequēs ſi fiat
tempore triū primarū digeſtionū. ſed ſi fiat tē-
pore quarte digeſtionis neget͛ ꝯñtia vel dicen
dum aliter ꝙ minor neget͛ pro ſecunda parte.
quia caliditas temperata non cōmouet nec at
trahit caloreꝫ naturalem ymo cauſa cōueniētie
calor naturalis magis vnitur et fortificat͛ pro-
pter temperataꝫ caliditatē. et cōceditur añs et
cōſequētia de calore temperato. licet non ſit ve
rum de calore exceſſiuo et intēperato ſicut ſatis
dictum eſt. Ad quartā neget͛ cōſequētia. qꝛ
ſicut dictū eſt non eſt ſimile de iſtis qualitati-
bus in aqua et in aere. Sequitur in textu.
Pepanſis autem eſt digeſtio quedam. ꝛc.

## Queritur Nono Utrum

Sint tres ſpecies digeſtionis. ſcilicet pepanſis.
epſeſis et opteſis. Arguit͛ ꝙ ſint pauciores
ꝙ tres. quia omnis digeſtio fit a calido. ergo
non oportet ponere tres digeſtiones. tꝫ ꝯñtia.
quia vnum calidum non differt ab alio in ſpē
ſed ſunt euſdem rationis. et propter hoc licet
diuerſi effectus producantur a calido tamen
deberent eſſe eiuſdem ſpeciei. et antecedēs pa-
tuit ſuperius. 2º ſic ſi eſſent tantū tres ſpēs
digeſtionis vel diuerſificarentur propter diuer
ſitatē ſubiectorū vel propter diuerſitatē agētiuꝫ
vel propter diuerſitateꝫ terminorū ad quos. ſed
nullum iſtorum eſt dicendum. igit͛. maior appa
ret a ſufficienti diuiſione. et minor ꝓbatur et pº
ꝙ non diuerſificentur a diuerſitate ſubiectoruꝫ
quia cum ſubiecta ſint plura ꝙ tria ſpecie di
ſtincta tunc eſſent plures ꝙ tres digeſtiones ſpe
cifice diſtincte. nec ꝑpt͛ diuerſitatē agentiū. cū a
gēs ſit ſolū vnū ī ſpecie. puta calidū. et ſic eſſet
vna ſola ſpecies digeſtionis. nec propter diuer-
ſitatem terminoꝝ ad quos. qꝛ termini ad quos
ſūt plures ꝙ tres ſpecifice diſtincti. qꝛ vnus ter-
minus digeſtionis eſt forma aſini. alius eſt for
ma bouis alius eſt plante. et ſic de multis aliis
que differunt ſpecie. 3º ſic probando ꝙ ſint
plures quā tres. quia in queſtione precedenti
ponebant͛ quatuor digeſtiones naturales ma-
gis principales et nouem minus principales.
igit͛ ꝛc. 4º ſic. quia digeſtiones penes diuer
ſas complexiones fiunt. ſed multe poſſunt eſſe
tales cōplexiōes. quia vna proportio in vno
non eſt ſimilis in alio. vt dicit Egidius. quia
vix reperiuntur duo homines qui ſint preciſe
eiuſdē cōplexionis. Ad oppoſitū arguitur
auctoritate Ariſtotelis qui ī iſto quarto nume
rat ſolum tres ſpecies digeſtionis. ſcilꝫ illas ꝙ
numerate ſunt in titulo qſtiōis. Pro reſpōſiōe.

## Sciendum eſt primo ꝙ Di

geſtio dicitur a digerendo. quando ſcilicet dige
rens excedit digeſtum ita ꝙ ſufficit ipſm in ſe cō
uertere. et ſic finis digeſtionis eſt forma que in
ducitur digeſto. Unde ſupponit͛ ex dictis quid
eſt digeſtio et que eſt cauſa efficiens et mate-
rialis ipſius digeſtionis.

## Sciēduꝫ ē ſecundo. ꝙ pepan

ſis eſt digeſtio quedā alimenti in pericarpiis.
id eſt. prima digeſtio qua alimentū digeritur
ad ſpeciem ſuſcipiendam in vaſis ſeminalib'.
Unde pepanſis eſt perfecta quādo illud cuius
eſt digeſtio poteſt producere ſibi ſimile. vnde lꝫ
pepanſis ſeu maturatio. cōtet attribuatur fructe
riferis ſcilicet plantis. quia nō habem' nomē
generis ſed loco generis accipimus nomen ſpēi
tū effectus ipſius pepanſis eſt vt ingroſſat. patꝫ
quia digent humidū in ſicco et ſic paſſa pepan
ſiꝫ ſunt ſolidiora et groſſiora et duriora et mi-
nus fluxibilia vt pꝫ per experientiam de amig-
dalis et nucibus. nam nuces fluxibiles ſūt añ
quā paciantur pepanſiꝫ. ſed quādo paſſa ſunt
pepanſim iam ſunt dura. Sed vt tactū eſt hu-
midū extrahitur a calore extrinſeco et remanet
ſiccum Ex quo ſequitur corolarie ꝙ nihil ſim
plicit͛ humiduꝫ ſiue ſiccum poteſt proprie pati
pepāſim. probatur. quia nullū tale poteſt īgroſ
ſari nec indurari. Unde lꝫ ceraſa et pruna paſſa
pepanſim ſint fluxibilia hoc eſt quia nō cap' ſit
pepanſim in omni parte ſui. ſed ſolum in ſuis
granis interioribus. nam illa grana poſtꝙ paſſa
ſunt pepanſim dura ſunt. Sed omothes eſt
prima ſpecies īdigeſtionis cōtraria pepāſi ſiue
maturationi nam omothes ē indigeſtio aialis
in pericarpiis quod apparet ex ſignificatione
nominis. nam omothes grece eſt cruditas la-
tine.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ epſe

ſis eſt digeſtio ſecunda cuius finis eſt cōſerua-
tio rei in vita. nam res inducitur in eſſe per pe-
panſim et conſeruatur per epſeſim. epſeſis auteꝫ
eſt digeſtio facta a calido extrinſeco exiſtente in
humido ſicut elixata dicuntur digeſta. et hoc
ſatis importatur per nomen. nam epſeſis gre-
ce eſt ebullitio latine. Unde corpora paſſa epſe
ſim ſunt ſaporoſiora in partibus exterioribus
propter epſeſim vt carnes cocte in aqua quia
paſſa ſunt epſeſim ſunt in ſuperficie ſicciores et
minus humide humiditate aerea ꝙ erant añ
licet forte aliquibus videatur ibi magis humi-
ditas aquea. Sequit͛ etiā ꝙ elixata melius di
geruntur et ſanius ꝙ frixata. nam in frixatis et
aſſatis humor viſcoſus reperit͛ qui extrahitur
in elixatis. propter quod aſſata difficilioris di-
geſtionis ſunt quaꝫ elixata. Molinſis āt ē indi
geſtio cōtraria epſeſi. Et fit molinſis
quando calor in humido non ſufficit perfecte
agere ipſm digerendo. quod fit vl͛ ꝑpter defectū
caloris vel multitudinis humorū.

## Sciendum eſt Quarto ꝙ

Opteſis eſt digeſtio facta a calido extrinſeco
exiſtente ī ſicco. Unde opteſis grece eſt aſſatō
latine. Ex quo patet ꝙ extrema aſſatorum
ſicciora ſunt interioribus. Patet. quia calor
primo calefacit exteriora. Ex quo infert phūs
corolarie ꝙ aſſare ē magis artificioſum ꝙ elixa
re. nam difficile eſt exteriora et interiora regu-
lariter calefacere. quia propinquiora igni ci-
tius deſiccantur epſeſis eſt indigeſtio oppoſita
opteſi Eſt enim epſeſis indigeſtio facta in ſic-
co propter dibilitatem caloris. Et ſi quis
querat quo modo opteſis et epſeſis poſſunt
eſſe digeſtiones naturales cum digeſtio na-
turalis fiat a calido intrinſeco et epſeſis ſeu
elixatio et opteſis ſeu aſſatio fiant a calore ex-
trinſeco. ℞. ꝙ non habemus nomina impo
ſita ſpeciebus ideo nomīe generis nominam'
ſpecies. nam omnē digeſtionem factaꝫ per calo
rem intrinſecum appellamus pepanſim. et oēm
digeſtionem factā a caliditate cum humiditate
ſiue in naturalibus ſiue in artificialibus voca-
mus epteſim ſeu epſeſim et illa que fit a calidi-
tate agente ſiue hoc etiā ſit in naturalibus ſiue

artificialibus vocamus eptesim cum ars imitetur naturam non videtur inconueniens vti nominibus artificialibus loco naturaliũ. nam ſicut in elixatione digeſtio eſt in humido exteriori: ita in naturali epſeſi digeſtio eſt in interiori humido. qualis eſt digeſtio rei cõplete in ſpecie in qua dominatur humidũ. et hoc eſt cõueniẽs dictis Alberti dicentis ꝙ a principio generationis aialis vſq; ad cõpletam etatem fiunt iſte tres ſpecies digeſtionis. quoniã primo digeritur humidũ ſeminale a calore naturali et iſta digeſtio vocatur pepanſis. et durat a principio generationis aialis quouſq; animal eſt perfectũ in ſua ſpecie. Poſtea digeritur humidum cibale quãdiu animal eſt in augmento vel in ſtatu. et illa digeſtio vocatur eptesis ſeu epſeſis. ſed qñ animal incipit diminui vſq; ad finem fit tertia digeſtio que dicitur opthesis. Poſſumus etiam diuerſificare eas in digeſtionibus nutrimenti quia prima digeſtio que fit in ſtomacho poteſt vocari pepanſis. et ſic per picarpium intelligim⁹ locum receptionis nutrimenti. et ſecunda digeſtio que fit in epate vocatur epſeſis ſeu epheſis eo ꝙ illud quod digeritur eſt magis humidum. Et tertia digeſtio que fit in corde vocatur opthesis ex eo ꝙ fit a forti calido non multum ſicco. et ſicut diximus de animalibus. ita poſſumus dicere de plantis. Iſtis notatis ponitur.

## Concluſio reſponſiua ad q.

Tantum ſunt tres ſpecies digeſtionis. ſcilꝫ enumerate in titulo queſtionis. Probatur per ſufficientiã. quia omnis digeſtio naturalis fit a calido naturali intrinſeco. vel ergo fit mediãte aereo vel aqueo vel igneo. ſi aereo ſic eſt pepanſis. ſi aqueo ſic eſt epſeſis. ſi igneo ſic eſt optoeſis. Ubi eſt aduertendum ꝙ licet epſeſis et opthesis videantur eſſe digeſtiones extrinſece et artificiales tamen Ariſtoteles vtitur illis pro digeſtionib⁹ intrinſecis propter penuriã vocum

## Ad rationes ante oppoſitũ

Ad primã dicitur ꝙ licet digeſtio fiat a calido. tñ quia illud calidũ diuerſimode cõſumit illud humidũ. ideo ſecundũ hoc diſtinguũtur ſpecies digeſtionis. diſtinguuntur etiã ſecundum modos finiũ ad quos ordinant. Ad ſecũdã dicitur ꝙ ab illis ñ capimus diuerſitatem in digeſtionibus. et ideo diuiſio eſt inſufficiens. ſed aſſumimus diuerſitatẽ i modis agendi. Ad tertiã dicitur ꝙ ille reducunt ad iſtas tres ſicut patet inuenti. Ad quartã dicitur ꝙ proportiones ſecundũ digeſtionẽ in ſpecie poſſunt reduci ad tres. Et ſequitur.

## Queritur decimo: Utrum

fricata debeant dici elixata vel aſſata. Et arguitur ꝙ non debeant dici aſſata. nam fricatio habet fieri a calido in humido. ergo fricatũ nõ debet dici aſſatũ. ſed magis elixatũ. cõñia eſt nota. et añs patet. quia fricata fricantur a caliditate in humido. vt puta in oleo vel buturo vel in aliquo alio liquore. 2° ſic fricata ſunt interius ſicciora quã ſint aſſata. ergo fricata ñ dicuntur aſſata. tenet cõñia et añs pꝫ per experientiã: Deinde arguit ꝙ fricata non ſint elixata. quia fricata non fiunt ab extrinſeca humiditate aquea. igit non ſunt elixata. tenet cõñia quia elixata fiunt a calido exiſtente in humido aqueo ſicut in aqua. 4° ſic. non omnibus quibus eſt fricari ineſt elixari. ergo fricata non ſunt elixata. cõñia eſt nota de ſe. et añs appꝫ. quia illa que ſunt fricata non bene poſſunt elixari. Ad o⁹ arguit auctoritate Ariſtotelis dicẽtis fricata eẽ magis aſſata. Pro miſiõe.

## Sciendum ẽ primo. ꝙ Illa

dicuntur fricata que ſunt digeſta in aliquo humido aqueo aereo. vt puta oleo pinguedine. aut ſagimine abſq; aqua. Sed elixata dicunt illa que ſunt digeſta ab aliquo agente cum aliquo humido aqueo et non cum humido aereo nam ſi elixata eſſent digeſta cũ humido aereo ſolum tunc non differrent ab aſſatis. qꝛ aſſata patiuntur ab agente cũ humido aereo.

## Sciendũ ẽ ſecundo. ꝙ Aſſa

ta dicuntur illa que digerunt a calido agẽte cũ ſiccitate. Et ſi quis dicat ꝙ hoc videtur eſſe cõtrariũ dictis in primo notabili ꝙ in aſſatiõe calor agit mediante aere. modo aer eſt humid⁹ et ſic non videt ſimpliciter et abſolute ꝙ aſſata ſunt illa que patiuntur ab agente cũ ſiccitate. Ad hoc dicendũ ꝙ illa humiditas nõ impedit actionẽ ignis quin ignis agat ac ſi non eſſent intermedia. puta videmus ꝙ ignis cõburit mediante aere quia ſi apponatur vinum cõbuſtibile prope ignẽ quis non tangat ignẽ tamen cõburitur.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Dis

digeſtio iuuat a calido. aut g° a calido aereo ẽ pepanſis. aut aqueo et ſic eſt epſeſis. Unde caliditas multo inte ſi⁹ agit cũ humiditate aerea quam cum humiditate aquea. et propter hoc videmus ꝙ oleũ calidum magis ledit quam aqua calida. et citius digeritur aliqua res in oleo quam in aqua. cuius ratio eſt. quia humiditas aerea eſt fomentũ et nutrimentũ ignis. et vniuerſaliter caloris. ſed humiditas aquea vniuerſaliter ebetat calorem.

## Sciendum eſt vltimo. ꝙ Fri

cata habẽt iſtas cõditiones. Prima ꝙ digerit




in humiditate puta vel mixta cum alia humiditate. Secũda ꝙ elixata ſunt ſicciora interius quam exterius. Tertia ꝙ elixata propter vehementem digeſtionem non comburuntur. Quarta ꝙ elixata laſſant. Conditiões vero aſſatorum quaſi ſunt iſtis oppoſite. Iſtis notatis Sit.

## Concluſio prima. Fricacio

non eſt elixatio. Patet quia fricatio habet fieri a calido aqueo hoc eſt a calido exiſtente in humiditate aquea. ñ aũt fricatio ymo habet fieri a calido aereo hoc eſt a calido exiſtente in humiditate aerea.

## Concluſio ſecunda. Fricacio

non eſt maturatio. Probatur. nam fricatio eſt digeſtio artificialis. maturatio vero eſt digeſtio naturalis cum fiat a caliditate intrinſeca arboris tanquam ab inſtrumentali cauſa. ſcilꝫ a forma ipſius arboris tanquam a principali cauſa iuuata a calido extrinſeco. igitur.

## Concluſio tercia. Cum frica

tio ſit ſpecies digeſtionis non diſtincta a trib⁹ predictis enumeratis in titulo queſtionis precedentis. et non ſit pepanſis ſeu maturatio epſeſis ſeu epzeſis elixatio ipſa eſt opteſis id eſt aſſacio quod idem ẽ idẽ ñ eſt ſpẽs diſtincta ab aſſatione Probat quia non eſt elixatio. vt probat prima cõcluſio. nec maturatio. vt probat ſecũda. et nõ ſunt niſi tres ſpecies digeſtionis. ſcꝫ maturatio. aſſatio. et elixatio. et differt a maturatione et elixatione. ergo eſt eiuſdem ſpeciei cũ aſſatiõe.

## Concluſio quarta. Que de

pendet ex tertia. fricata debent dici aſſata. Probatur. quia fricatio reducitur ad aſſationem. ſicut probat tertia cõcluſio. Probatur inſuper ꝙ fricata habeant cõditiones aſſatorum. nam fricata ſunt humida interius et ſicca exterius. et habẽt etiam cruſtã ſicut aſſata igit.

## Dubitatur primo: Iuxta

textũ. Utrũ lapides ſint elixabiles. Et arguit ꝙ ſic. qꝛ habent propriam humiditatẽ que põt extrahi per calidũ. ergo poſſunt elixari. cõñia ẽ nota et antecedẽs. qꝛ in lapidibus per conſolidationem remanet quedã humiditas quod apparet. qꝛ aliquãdo findulantur quid eſt aut non eſſe corpus epſeſim paſſibile neq; enim in quo nullum eſt humidum velut in quibus eſt

Ad dubiũ reſpondetur cõformiter ad textũ ꝙ lapides nõ ſunt elixabiles. pꝫ qꝛ vt dicit dñs Albertus ad hoc ꝙ aliquid ſit elixabile. duo requiruntur. Primum eſt ꝙ habeat humiditatẽ ſuperfuſam. Secũdũ eſt ꝙ habeat humidum ſubtile faciliter ſeparabile a ſicco. et ideo infert ꝙ pullus iuuenis citius elixabilis eſt quam fuſtiꝫ bouis. illa aũt non cõueniunt lapidibus. igit lapides non ſunt elixabiles Et per hoc ſoluitur ratio in oppoſitũ. qꝛ ex quo lapis habeat humidũ non tamen eſt aptus natus ad elixandum. nam tale humidũ eſt groſſum et terreſtre quod apparet. quia quãdo lapis ponitur per portionem lapidis in ignem et decoquitur tunc ipſi fumi qui aſcendunt ex illis lapidib⁹ ſunt valde denſi et nigri. et huius ſignum ẽ. qꝛ tale humidũ eſt valde groſſũ et terreſtre.

## Dubitatur ſecundo. vtrum

Uermes generati in aiali generentur in ſtomacho vel in epate vel in alia parte corporis. Et arguit ꝙ generentur in ſtomacho. quia aliqñ euomuntur per os. ergo generant in ſuperiori parte ſtomachi. tenet cõñia. qꝛ aliter non videt qualiter poſſint venire per os niſi perforarent ſtomachũ. et añs eſt Auicenne. et etiam experimentale. Ad oppoſitũ eſt Ariſtoteles i textu cum inquit. alias nõ fit in ipſa digeſtione ſicut quidã ayunt. ſed in ſegregatione putrefacta in inferiori ventre. Pro dubio.

## Sciendum eſt. ꝙ Dubium

intelligitur de vermibus qui generantur in corpore humano adhuc viuente. ſicut generantur in pueris propter comeſtionem fructuũ. Uñ quatuor ſunt partes in quibus poſſũt contineri et generari. Prima eſt ſtomachus. Secũda eſt quoddã inteſtinũ quod deſcendit ex ſtomacho quod non habet niſi vnum foramen et eſt rectum. Tertia eſt inteſtina ſimul inuoluta. Quarta eſt quoddã inteſtinũ rectum per quod ſuperflua mittũtur extra. et ita in iſtas quatuor partes ymaginantur medici ventrẽ animalis diuidi. Et ideo Rñ. ad dubium ꝙ vermes qui generantur in corpore animalis viuentis generantur i inteſtinis circumuolutis. et non generantur in ſtomacho proprie neq; in primo inteſtino neq; in vltimo in ſecundo notabili enumeratis. Prima pars patet. qꝛ ibi ſunt omia requiſita ad generationẽ vermiũ quia vermes maxime generantur ex materia fleumatica que in illis iteſtinis reperitur. Eſt etiã ibi ſufficiens caliditas ad immutandũ materiaꝫ putrefactaꝫ et poſtmodũ ſpirituꝫ vitalẽ. iſta aũt ſufficiunt ad generationem vermiũ. igit. Sed ſecũdum tertiũ et quartũ patent. qꝛ illa requiſita i aliis tribus non reperiuntur in generatione vermiũ patet de ſtomacho. quia ad generationem vermiũ requiritur materia putrefacta. modo talis putrefactio non fieri poteſt in ſtomacho. quia fortis caliditas ſtomachi non permittit cauſare putrefactionem. non eſt etiam ibi tẽperata caliditas que requiritur ad generationem

talium vermiū. quia inter ceteras partes corpo-ris animalis cor eſt calidius et membra circuui-cina ſunt calidiora remotis. ⁊ quia ſtomachus eſt ſatis prope ideo habundat multū in calore et ſic poſſet probari de aliis duobus ſuo modo Et ideo reſpondetur ad rationē ꝙ quādo ver-mes euomunt᷑ hoc non eſt quia generantur in ſtomacho. ſed quia de inteſtinis vbi generant᷑ aſcendunt ad ſtomachum. et de ſtomacho ad orificiū eiuſdē. et deinde ſentientes aliquā dul-cedinem in ore trahunt ſe ad os. vel forte pro mouentur ad hoc per aliquam medicinam.

## Dubitatur tercio. Utrum la

borantibus aſſata ſint conuenientia et ſtuden-tibus elixata. Ad dubiū reſpōdet Albert⁹ ꝙ ſic. et primo ad primā partē dubii reſpondet. dicens ꝙ laborantibus in eſt calor acutus qui quidē non digerit. ſed quodāmodo cōſumit et ideo requirit illa que ſunt fortioris digeſtio-nis. Item etiam quia ille cibus eſt cōueni-tior per quē generatur humidū conuenientius aſſata aūt ſunt hmōi. naꝫ aſſata multū retinēt de humido ad intra. ⁊ qꝛ per euaporationem conſumit᷑ humidū laborantiū. idō cōueniens ē ille cibus qui hmōi humidū recuperet. De ſecundo dicit ꝙ elixata ſunt ſtudentibus cōue-nientiora. patet. quia natura maxime cōpatit᷑ membris et virtutibus que multū fatigantur modo partes circa cerebruꝫ maxime fatigantur in ſtudio cum in illa parte maxime vigeant vi-res ſenſitiue ſicuti eſt cogitatiua et ſenſus. et idō multum conſumit᷑ de humido exiſtente iuxta cerebrum. et ideo natura vult multū reſtaurare illud humidum. et ideo requirit cibum cōuenien-tem ad illud reſtaurandum cuiuſmodi eſt cib⁹ elixatus. Unde duplex eſt humidum ſcilicꝫ animale. et vitale. Uitale eſt circa cor quod generatur ex aſſatis. Animale vero eſt circa ce-rebrum et illud ē magis conueniens viribus ſenſitiuis et organis. Ex quibus ſequitur ꝙ natura ſic operando cōuertit humiditatem vitalem in animalē. vt ſuccurrat viribus ſenſi-tiuis. Secundo ſequitur ꝙ quanto ali-quis fortius ſtudet melius cōmuniter comedit Cuius ratio eſt. quia plus cōſumitur de hu͂ido animali et ideo excitatur calor naturalis circa vires ſenſitiuas tendens ad ſtomachum ad re-ſtaurationem humidi. Ad rōes. due prime ſunt ſolute ꝑ concluſiones. Et due ſoluuntur ex dictis. Sequitur in textu.

Paſſiuorum autem.

## Queritur vndecimo Utruꝫ

Durum et molle exſiccatio et humectatio coa-gulatio et liquefactio ſint effectus ſicci hu͂idi. Et arguitur ꝙ non. quia idem n̄ eſt effect⁹ con-trariorum per ſe vt habet textus. ergo nō erunt cauſe eedem mollis et duri cum ſint contraria.

2º ſic omnis effectus habet cauſam efficacē-tem. ſed humidū et ſiccū non ſunt cauſe efficaē-tes cum ſint qualitates paſſiue. vt habet Ariſto-teles in textu. igitur. 3º ſic nihil agit niſi ꝙ habet eſſe. ſed humiduꝫ et ſiccum non habent eſſe cum ſint accidentia. ergo ſiccū ⁊ humidū non ſunt cauſe mollis et duri. exiccationis et humectationis. et ſic de aliis. et per cōſequens durū et molle exiccatio et humectatio nō ſunt effect⁹ ſicci et humidi. maior eſt nota. et minor patet. quia ſiccū et humiduꝫ ſunt ſolum entis. et non entia. 4º ſic qualitatis actiue eſt age-re et non qualitatis paſſiue. ergo ſequit᷑ ꝙ ca-lidum et frigidum erunt cauſe iſtorum. et non humiduꝫ et ſiccuꝫ. Ad oppoſitū eſt Ariſto-teles in textu. Pro reſpōſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ hu

midum et ſiccū ſūt qualitates paſſiue. nō tn̄ ſic quin habeant aliquid actualitatis. Unde humidū eſt quod eſt bene terminabile termi-no alieno male vero termino proprio. Sed ſiccū eſt quod eſt bene terminabile termino pro-prio et male termino alieno. Ex quo ſequit᷑ ꝙ omne mixtū componitur ex humido et ſicco. ſemꝑ enim primū eſt cum ſecundo in quolibet genere. Sequit᷑ ſecundo ꝙ omne corpus ter-minatū componit᷑ ex aqua et terra. nam aqua humida eſt et terra ſicca loquendo de humido quod eſt cauſa cōmixtionis.

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ Du

rum eſt quod non cedit in ſe ipſo ſecundū ſu-ꝑficiem cōprimenti. Molle aūt ē quod cedit cōprimenti in ſe ipſo non circunſtando. Unde aqua non eſt mollis. quia circunſtat digitum cōprimentis. Unde ſicca bene digeſta dura ſunt. humida digeſta cum ſicco mixta dum tn̄ humidū obtineat mollia ſunt. nam omnia illa poſſunt mollificari in quibus eſt natura terre cum aliquantulo humido.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Exic

cationis et humectationis due ſunt cauſe. ſcilꝫ cauſa que ſe habet vt agens. et cauſa que ſe habet vt patiens. Cauſe agentes ſunt caliduꝫ et frigidum. Cauſe patientes humidum et ſiccū

Unde caliditas eſt cauſa efficiēs ſiue agēs exiccationis eo ꝙ per ipſam euaporatur hu͂idū ſiue extrinſecuꝫ ſiue intrinſecū. ſicut lateres ex-iccantur a calido. ſimiliter frigiditas eſt cauſa exiccationis. quia per frigiditatem humidum cōprimitur ad centrū. ſicut apparet de cera liq̄-facta que per frigiditatem dureſcit.





## Sciendum eſt quarto. ꝙ Co

agulatio eſt eius quod actu ē ſiccū. nam eſt ei⁹ in quo ſiccū tenet hu͂idū ne fluat. Uñ diffe-rētia eſt inter cōgelationē. coagulationē et cō-glutinationē. et intinguationē. nā cōgelatio ē humidi aquei ɔtracti ī cētrū ꝑ frigidū ne fluat actualiter. Ex quo pꝫ ꝙ cōgelata ſunt actu ſicca ⁊ ſūt eſſentialiter hu͂ida. Eſt aūt cōgela-tio effect⁹ frigidi in hu͂ido qđ conſtringit ad cē-trum. ſed coagulatio vt dictū eſt in principio notabilis eſt eius quod actu et eſſentialiter ſic-cū eſt. Uñ illa coagulata ſunt in quibus ſiccū tenet hu͂idū ne fluat. Sed cōglutinatio dicitur eſſe ipſius hu͂idi digeſti in ſicco vbi ſiccū nō duꝫ perfecte cōtinet vt in pulmēto et viſco. Sed in-tinguatio eſt cōſtantia hu͂idi aerei cū aqua et ſicco terreo. Unde liquefactio cauſat᷑ modo cō-trario cōgelationi nam q̄ per frigus congelata ſunt illa per calidū diſſoluunt᷑. diuerſimode tn̄ qꝛ ſecundū ꝙ frigus magis vel minus habitua-tū eſt ſecundū hoc tardius aut facilius liquefi-unt. ⁊ illa ī quib⁹ calidū quaſi emortuatuꝫ eſt ſunt omnino indiſſolubilia. cuiuſmōi eſt criſtal-lus qui non diſſoluitur per liquefactionem.

## Scienduꝫ eſt quinto ꝙ Oia

coagulata coagulantur a calido vel a frigido

Uñ coagulata exiccata coagulant᷑ a calore faciente exalare humidū liquefaciēs. Coagu-lata aūt a frigido coagulant᷑ per ɔſtrictionem vel cōpreſſionē humidi ad centrū. et ſecūdū ꝙ a frigido magis mortificatur calor tunc coagu-lata magis vel minus coagulant᷑. Ex illo ſequit᷑ correlarie ꝙ coagulata ꝑ exiccationem liq̄fiunt ꝑ humectationē. et coagulata per fri-gus liquefiunt᷑ per calorē diſſoluētes. Ubi eſt aduertēduꝫ ꝙ qñ pori coagulanti multuꝫ con-ſtricti ſunt tunc ipm̄ coagulatū nō pōt liq̄fieri niſi humido ſubtiliato. illa vero in quibus ca-lor mortificatus eſt non liquefiunt vt eſt cri-ſtallum. Ex quo ſequit᷑ ꝙ incoagulabilia ſūt que non habēt humiditatē aquoſaꝫ ſed magis habent de humido aereo et de terra. nā ex quo habēt calorē aereū vix poteſt mortificari ipſe ca-lor. et qꝛ non habēt humorē non poſſunt coa-gulari ſicut eſt mel. Illis notatis poſt᷑.

## Concluſio reſponſiua ad. qͤ

Durū et molle exiccatio et humectatio coa-gulatio et liquefactio ſunt effect⁹ ſicci et hu͂idi Pꝫ cōcluſio per ea que dicta ſunt et diſcuſſa ad longum in notabilibus. Sed.

## Dubitatur primo Quomo

do differunt intinguibile et liquefactibile. Ad dubiū. R̄. ꝙ ſic differunt. qꝛ liquefactibile pro-prio humore humectat᷑. ſedītinguibile humore alieno ſuperfuſo humectatur.

## Dubitatur ſecundo. Que

ſunt flexibilia. Ad dubiū dicit᷑ ꝙ omnia ha-bentia humiditatē viſcoſcam vbi tantuꝫ eſt de humido ſicut de ſicco flexibilia ſunt. et ſecundū ꝙ in eis minus eſt de viſcoſo minus ſecunduꝫ hoc poſſunt flecti. Uñ illa q̄ habēt viſcoſum bene digeſtū flexa ſe rectificāt. Ex quo pꝫ ꝙ ſi gladi⁹ ſe rectificare nō pōt male eſt materie hoc eniꝫ ſignat ꝙ ferrū illud non ē expurgatuꝫ a denſa viſcoſitate.

## Dubitatur tercio quomodo

differunt frangibilia ⁊ comminuibilia. R̄. ꝙ differūt. quia cōminuibilia ſunt q̄ poſſūt ī par-tes minutas plurificari non tamen ſecūdū vo-luntatem facientis. ſicut later vel glacies. nam credēs facere duas partes de latere facit quinqꝫ vel ſex. ſed frangibilia ſunt que franguntur in magnas parte et ſecundum voluntateꝫ frāgētis ſicut eſt lignum.

## Dubitatur vltimo Que ſunt

ſubiecta huiuſmōi qualitatū. Ad dubium. R̄. ꝙ eorꝫ ſubiecta ſunt mixta ex elementis in quibus vt dicit textus ſunt quatuor qualita-tates prime ſubiectiue. nā ex quo omnis ſecūda preſupponit primam neceſſe eſt ꝙ in ſubiecto ſecundaruꝫ contineat᷑ ſubiectuꝫ primarū quali-tatum quod eſt quatuor elementa.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicit᷑ ꝙ verū eſt idem numero in ordine ad idē. ſed in ordine ad diuerſa vel agē-tia vel potentialia non eſt incōueniens. Ad ſecundā dicitur ꝙ licet omnis effectus habeat cauſam efficientē. tamen quidā effectus princi-palius ſe tenent ex parte principii patiētis ⁊ hoc mō predicta attribuuntur ſicco et humido.

Ad tertiā cōceditur maior. et ad minorem. dicitur ꝙ licet ſiccum et humidum non habeāt per ſe eſſe. tamen habent eſſe per ſubſtantiā ⁊ in ſubiecto. idō per ſubſtantiā cauſant᷑. Quarta ſoluta eſt per primum notabile. Et tantuꝫ de queſtione. et toto quarto methaurorum.

## Sequitur liber De anima.

Bonorum honorabilium notitiaꝫ opinātes magis autem alteram altera.

# Jrca iniciuꝫ primi Libri De anima:

## Queritur primo.

Utrum inter partes phie naturalis ſcientia de anima ſit melior et honorabilior. Arguit ꝙ nō. Scientia de anima non eſt pars phie naturalis. ergo cōtra ſuppoſitū. Añs pꝫ. qꝛ ſicut ſe habet ſubiectū ad ſubiectum: ita ſcientia ad ſcientiam. ſed ſubiectū ſcientie de aīa non continet ſub ſubiecto totius phie naturalis. ergo nec ſcientia de aīa ſub ſcientia naturali. 2º ſcīa octaui phiſicoꝝ eſt honorabilior iſta. igitur. añs pꝫ. qꝛ in octauo phiſicoꝝ tractat de primo motore qui ſine ꝯparatione ē nobilior ipa aīa. 3º aīa rationalis non eſt actus corporꝭ. ergo non cadit ſub conſideratione phie naturalis. añs pꝫ qꝛ ſi eſſet actus corporis nō exerceret operationē ſine corpore. quod tamē eſt falſuꝫ. Jn oppoſitū eſt phūs in prima ꝑpoſitione huius libri. Pro reſponſione.

Sciendum eſt primo. ꝙ (vt dicit duodecimo de aīalibus) in quolibet gñe rerū neceſſe eſt prius ꝯſiderare cōia. deinde propria vniuſcuiuſqꝫ generis. Cuius ratio eſt. qꝛ niſi hoc fieret idem frequenter repeteret. ſed reꝝ aīatarū quoddā cōmune principiū eſt ipa aīa. qꝛ cōmune eſt omnibꝰ aīalibus habere animā. ideo in cōſideratione reruꝫ aīataruꝫ oportet cōſiderare de anima et de aliis cōmunibus ipis aīatis. poſtea de propriis cuilibet aīali. Et ſic ad tradendū ſcientiaꝫ de aīatis oportuit pº tradere ſciētiaꝫ de anima in cōmuni. ſicut facit Ariſtoteles. et deinde determinare de ſingulis animatis. quod fit in ſequētibꝰ libris. Ex iſto patet ordo huius libri inter libros naturales. precedit enim omnes libros de aīatis et alios inſequitur.

Sciendum eſt ſecundo ꝙ bonorum quedā ſunt laudabilia. alia vero honorabilia. Laudabilia ſunt que propter aliū finem appetunt. Sꝫ honorabilia ſunt que propter ſeipa ſunt appetibilia. Et quia ſcie practice querunt non ꝑpter ſe tātum: ſed propter opus: ideo ſcientie practice ſunt laudabiles tātum. ſed ſpeculatiue ſunt propter ſeipas appetibiles. ſcꝫ propter ſcire. ideo ſcientie ſpeculatiue ſunt honorabiles ꝛ laudabiles ſimul. Uerūtñ i ſciētiis ſpeculatiuis ſunt quidā gradus ad honeſtatē. nam ſcientia laudat ex ſuo actu. Sed actus ex duobus laudatur ſcilꝫ ex obiecto. et modo ſeu qualitate. ſicut edificare melius eſt ex parte obiecti ꝙ lectū facere. Et quando ſciētie ſunt circa idem obiectuꝫ ſumunt gradus ꝙtum ad modū agendi. qꝛ ꝙto modus agendi eſt melior: tāto ſcientia eſt perfectior. Jgitur ſi conſiderat ſcia ex parte obiecti illa ſcientia melior eſt que eſt melioris obiecti. Si vero cōſideratur ꝙtum ad modum procedēdi illa eſt nobilior que meliori modo procedit. Et ſic vna eſt melior alia. vꝉ qꝛ eſt nobilioris obiecti. vel qꝛ certiori modo procedit. Sed in quibuſdā ſcientiis iſta ſeparent. quia quedam ſunt magis certe. que tamen de rebus ſūt minus honorabilibus. Alie vero ſūt certiores ꝛ de magis honorabilibꝰ. Simpliciter tamen dignitas ſcientie principaliter attenditur ex parte obiecti. nam (vt dicit decimo de aīalibꝰ) magis appetimus modicum ſcire de rebus honorabilibus et altiſſimis ꝙuis illud ſciamus rethorice et ꝓbabiliter: ꝙ multa ſcire ꝑ certitudinem de rebus minus honorabilibus. quia prime de ſe habent nobilitateꝫ. quia ex obiecto a quo capiūt ſpeciem. Alie vero habent ex qualitate ſiue modo tantū. Sit igitur hec:

**Concluſio prima.** Añ ſciam de rebus aīatis prius conſiderandum eſt de aīa. Hec cōcluſio pꝫ per primū notabile.

**Concluſio ſecunda.** Omnis ſcientia eſt bona. Pꝫ qꝛ omnis ſciētia ē ꝑfectio hominis inꝙtum homo. qꝛ naturale deſideriuꝫ eſt ſcire. vnde ꝙuis alique ſcientie ſunt ꝓhibite. tamen hoc non eſt propter ipſarum maliciā. ſed propter maliciam hominū qui ipis abutunt.

**Concluſio tercia.** Jnter partes phie naturalis ſcientia de anima eſt melior et honorabilior. Probat phūs. qꝛ vna ſciētia dicit melior et honorabilior altera ꝑpter duas cauſas. quia vel eſt de nobiliori ſubiecto. vel qꝛ cerciori mō procedit. Sed iſta ſcientia eſt nobilioris ſubiecti aliis partibꝰ phie naturalis quia eſt de anima. et eſt etiā certior. quia illa que traduntur de anima ꝛ potentiis eius experimur in nobis. quilibet enim experitur in ſeipo ꝙ habet animam et operatiōes ꝓcedētes a potētiis aīe. Procedit etiā hec ſcīa mō demōſtratiuo.

**Concluſio quarta.** Sciencia de anima eſt vtilis ad omnē veritatem que traditur in aliis ſcientiis et ad omnes partes phie naturalis. Pꝫ. quia nos non poſſumus venire ad cognoſcēdū altiſſimas cauſas de quibus eſt methaphiſica niſi mediante cognitione anime et intellectus poſſibilis. Nec poſſumus cognoſcere diuerſas virtutes que diuerſis potētiis aīe inſunt de quibus agitur in moralibus niſi cognoſcamus potentias anime. Nec poſſumus cognoſcere res naturales niſi cognoſcamus animā quia magna pars naturalium eſt habens aīaꝫ et fere in omnibus eſt principiū motus. ē enim anima tanꝙ principium animaliū vt dicitur in textu. Et capitur ibi tanꝙ expreſſiue et non ſimilitudinarie. Jtem dicit Tulius ꝙ omē honeſtum multas habet vtilitates ſibi adiunctas. ſi igit hec ſcientia eſt honorabilis ſequit ꝙ eſt vtilis.

Et ſi querat quid conſideratur de anima in hº libro. R. phūs ꝙ hic cōſiderat de aīa ꝙtū ad ſubſtantiam et naturam eius. et ꝙtum ad accidentia ipius quorum alique ſunt proprie paſſiones anime, vt intelligere et velle. quedā vero per animā inſunt corpori. vt ſunt ſentire vel mouere ſe localiter.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ dicitur ꝙ licet aīa non cōtineat ſub ſubiecto phie naturalis tanꝙ pars eiꝰ ſubiectiua tamen cōtinetur tanꝙ principium formale corporis aīati quod cōtinetur ſub ſubiecto phie naturalis. vnde in ſcīa ſuperiori non ſolum cōſiderat ſubiectū ſed etiā partes pricipia et proprietates. ideo vt vna ſcīa ſit pars alteriꝰ ſufficit ꝙ cōſideret vel principia ſubiecti vꝉ ꝑtes vel paſſiones. Ad ſecundā dicit ꝙ in octauo phiſicoꝝ determinat principaliter de perpetuitate motus et non de pº motore niſi ꝑ habitudīeꝫ ad motum. Jtem in hoc libro phūs principaliter facit cōſideratione de anima. ideo nō ſequitur ꝙ illa ſcientia ſit honorabilior iſta. Ad tertiā dicit ꝙ ſi anima rationalis cōſideratur vt eſt principiuꝫ formale corporis ſic eſt de conſideratione phi naturalis. ſed ſi conſideratur vt eſt ſeparata vel ſeparabilis ſic eſt de cōſideratione methaphiſici. Sequitur in textu. Omnino autem et penitus difficilimorum eſt.

## Queritur ſecundo.

vtrum Anima ſit ſubiectum ſciētie huius libri. Arguit ꝙ non. quia nulla forma ſimplex poteſt eē ſubiectuꝫ accidentis. ſed anima eſt hmōi. ergo.

2º arguit. qꝛ de ſubiecto alicuius ſcīe debet preſupponi quid eſt et quia eſt. ſed in hoc libro non ſupponitur quid eſt et quia eſt. ſed oſtēdit ergo ꝛc. 3º in moralibus cōſideratur de aīa quia ibi ꝯſiderat de paſſionibꝰ et habitibꝰ aīe ergo aīa non eſt ſubiectū huius ſcīe. ꝯña tꝫ. qꝛ ſubiectū ſcientie debꝫ eſſe adequatū illi ſcientie

4º ſic. anima eſt ſubiectū inheſionis huius ſcientie. ergo nō eſt ſubiectū attributionis eius quia nihil idem ē ſubiectum inheſionis ꝛ attributionis reſpectu eiuſdem. quia ſic haberet rationem actus et potentie. Jn oppoſitum arguitur quia omnes queſtiones tractate in hac ſcientia quas phūs enumerat in textu ſiunt de anima et de paſſionibus eius. ergo ipa anima eſt hic ſubiectum. Pro reſponſione.

Sciendum eſt primo. ꝙ poſt ꝙ phūs oſtendit dignitatem et vtilitatem huiꝰ ſcientie vt reddat auditores beniuolos. et etiā modum procedendi ſeu ordinem determinandorum vt eos reddat dociles. ꝯſequēter ad reddendū auditores attentos oſtendit difficultatē huius ſcientie. ꝛ primo monet difficultates que ſe tenēt ex ꝑte modi procedendi. 2º difficultates que ſe tenent ex parte rei cognoſcibilis ſcꝫ ex parte ſubſtantie anime et paſſionum eius. Mouēdo difficultates ex ꝑte rei cognoſcibilis Primo mouet dubitationes circa animam vt eſt totum eſſenciale. Secundo vt eſt totum vniuerſale. Et tertio vt eſt totum poteſtatiuum. cōſiderando eā ꝑ reſpectū ad ſuas potentias et paſſiones.

Sciēduꝫ ē ſecundo. ꝙ Circa modum procedendi in cognitione anime eſt difficultas circa inquiſitionē diffinitionis eius. qꝛ vel ponitur tantum vna cōmunis methadus inueſtigandi diffinitionim rei ſcilꝫ ipius aīe ſic eſt ꝯmunis ars inquirendi de omnibus accidētibus per ſe per demoſtrationē. ꝛ ſic erit diffinire ī quirere diffinitionē anime cum talis ars ſit generalis omnibus rebus. Uel non eſt tantum vna ars. ſed ſunt plures modi inueſtigandi ꝙ quid eſt ipius anime. vt puta vꝉ ꝑ demōſtrationem vt quidā poſuerunt. vꝉ per diuiſionem vt Plato ponebat. et per compoſitionē vt poſuit Ariſtoteles. Et tūc erit difficilius querere quid eſt anima. quia oportebit prius inquirere quo illorū modorū ſit procedendum. et habito quo illorum modorū ſit procedendū adhuc erit difficultas ex quibus erit componenda diffinitio anime eo ꝙ diuerſarū rerum ſunt diuerſa principia diffinitiua ſicꝫ numerorum et planorum id eſt ſuperficierum.

Sciēduꝫ eſt tertio. ꝙ Circa animam vt eſt totum eſſentiale poſſunt eſſe dubitationes. Prima eſt in quo genere ponat anima. ſcꝫ vtrum ſit ſubſtātia vel quātitas. vel talia. Secūda eſt vtrum ſit ens in potentia. vel verū ſit endelichia id eſt actus eo ꝙ in quolibet genere potentia et actus inueniuntur. Circa aīaꝫ 2º vt ē totū vniuerſale mouet phūs aliquas dubitationes. Prima vtrum aīa ſit partibilis tam ſecundū eſſentiā ꝙ ſecundū potentias in eodem vt Plato ponebat. vel ſit impartibilis ſecundū eſſentiaꝫ et partibilis ſecunduꝫ potentias vt poſuit Ariſtoteles. Secunda ē vtrum omnes anime ſint eiuſdem ſpeciei aut non. Et ſi non ſint eiuſdem ſpeciei vtrum ſoluꝫ differant ſpecie aut etiaꝫ genere. Et cauſa dubitationis eſt. quia aliqui dicentes de aīa

ſoluʒ loqui videntur de anima humana. Sic etiã vtrum aīe ſit tantũ vna ratio cõis et vna ydea. vel etiam ſint diuerſe rationes ſecundum diuerſas aīas. ſicut aīalis ſecũdũ vnũquodqʒ animal eſt altera et altera. vt eſt alia ratio equi alia canis. ꝛc. naʒ animal vniuerſale nihil eſt aut poſterius eſt ſuis ſingularibus. ꝛ ſimiliter de quolibet alio communi.

## Sciendũ eſt quarto ꝙ Ad

omnem cognitionē duo requirunt. ſcʒ obiectũ quod immutat potentiam ſi ſit paſſiua. et ipſa potentia. ideo difficultas ĩ cognitione alicuius rei cõtingere poteſt dupliciter. Uno modo ex parte obiecti. Alio mõ ex parte potentie. nam ſi potentia ſit paſſiua eſt difficultas ex parte obiecti quãdo. ſ. nimis ē potentiale eo ꝙ habʒ immutare potentiã ratione actualitatis eius. et ſi obiectum ſit de ſe multũ in actu difficultas eſt parte potentie que nimis debilis eſt et indiſpoſita ad recipiendũ actũ illius obiecti. qꝛ actus actiuoꝝ ſolum fiunt in patiente diſpoſito. ſicut virtus viſiua noctícoracis eſt nimis debilis ad ꝑcipiendũ lumen ſolis. Tunc ſit.

## Concluſio prima. ꝙ Sciẽtia

de anima ex parte obiecti eſt facilis. ſed ex parte cognitionis noſtre eſt difficilis. Primũ pʒ. qꝛ inter formas naturales aīa ſuꝑmum graduʒ actualitatis obtinet. ergo obiectũ huius ſcientie ex parte ſui eſt facile ad cognoſcenduʒ. cum ſit maxime in actu. Secunda pars pʒ. qꝛ anima ſecũduʒ ſe eſt inſenſibilis. ſed intellectus noſter pro iſto ſtatu nihil cognoſcit niſi per miniſteriũ ſenſus cũ ſit affixus corpori. ideo incorporalia ſunt ſibi difficilime cognitionis. ergo ſciẽtia de aīa ex parte noſtri intellectus eſt difficilis. Nec valet obiectio. Quto aliquid eſt propinquius quéenti citius poteſt inueniri et cognoſci. Sʒ anima eſt ſibi maxime preſens. igit ꝛc. Rñ. lʒ ſit ſibi maxime preſens eſſentialiter. tamen non eſt ſibi preſens obiectiue. ſ. ſcʒ ſecũdum modum ſue cognitionis. qꝛ non poteſt directe ſibi preſentari mediante ſenſu. cum non cadat ſub obiecto ſenſus.

## Concluſio ſecunda et reſponſalis.

Anima eſt ſubiectũ huius libri. Patet ꝑ rationes ante oppoſitũ. ꝛc. quia diffinitio et cõditiones ſubiecti attributionis in ordĩe ad hũc librum ſibi conueniunt.

## Dubitatur primo Utrum

Uniuerſale nihil ſit aut ſit poſterius ſuis ſingularibus. Pro dubio ſciendum eſt ꝙ triplex eſt vniuerſale. ſcʒ ante rem. in re. et poſt reʒ Et vniuerſale ante rē poteſt poni eſſe tripliciter. Uno modo cum ſit extra ſingularia et extra mentē prime cauſe exiſtens ſicut Plato ponebat ydeas ſeparatas. Alio modo ꝙ ponatur in mẽte primi agentis. vt ydea que ē vniuerſalis ars omnium producendorum. Tunc dicitur primo vle ante rē primo modo nihil ē. qꝛ ſi ſic ſequeret ꝙ eſſent plura eterna non creata quod eſt erroneum. Patʒ etiã alia rõe. qꝛ ſi eſſent talia vniuerſalia eſſent creata vel increata. nõ primũ quia cũ primũ agens ſapienter agat creaſſet ipſa per alia exempla. aut igit erit proceſſus in ĩfinitum. aut oportebit ponere talia exẽplaria in prima cauſa. ergo ñ ponerentur illa vniuerſalia extra primaʒ cauſam increata. Sed vniuerſale ante rem ſecũdo mõ bene eſt aliquid ante ſingularia. Pʒ quia cum ſciẽtia ſit neceſſarioꝝ ſequit ꝙ ſine illis vniuerſalibus nullus poteſt eſſe perfecte ſciens. Patet cum effectus non perfecte cognoſcantur niſi reducãtur in ſuã primã cauſam. Unde vniuerſalia ſic accepta ſunt prima principia omniuʒ entiuʒ et ſunt ydee reꝝ producendarũ in mente primi. Unde ydea nihil aliud eſt ꝙ prima cauſa ingenitum eſt et immutabilis ab aliquo creato. et ſecundum ꝙ diuerſimode immutatur ad diuerſis rebus diſtincte ydee ſibi attribuunt. Dicendũ ſecũdo ꝙ vniuerſale in re hoc eſt natura vniuerſalis in ſe conſiderata ſine intentione vniuerſalitatis ē aliquo modo prior et notior ſingularib⁹. quia duplex eſt ordo nature quidam eſt generatiõis et temporis ſecundum quem potentia precedit actũ in eodem. et ſecundũ hunc ordinē vniuerſale prius ē ſingulari. vt in generatioē hominis prius generat animal ꝙ homo. Alius eſt ordo intentionis ſiue perfectionis ſecundũ quē actus precedit potentiã. et hoc modo vniuerſale eſt poſterius ſingulari. ſcʒ quantum ad eſſe in actu. Dicitur tertio ꝙ vniuerſale poſt rem nihil eſt aut eſt poſterius ſuis ſingularibus. pʒ quia tale vniuerſale eſt natura accepta cum intentione vniuerſalitatis. ſed talis intentio attribuitur nature per abſtractionem a ſingularibus ſecundũ ſimilitudinem quã habet ad ipſa. ergo illo modo eſt poſterius ſingularibus.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicitur ꝙ nulla forma ſimplex quemadmodũ prima cauſa que eſt in fine ſimplicitatis poteſt eſſe ſubiectũ alicuius accidentis. tñ aliqua forma que dicit ſimplex per carentiam cõpoſitionis ex materia et forma põt eſſe ſubiectũ alicuius accidentis. Ad ſecũdã dicitur ꝙ in aliqua ſciẽtia particulari non debʒ inueſtigari quid ſit ſubiectũ per propria pricipia illi⁹ ſcientie. ſed bene ꝑ pricipia methaphiſice q ſtabilit principia aliarum ſcientiarum. et ſic in



preſenti libro inueſtigat diffinitio ſui ſubiecti. ſcʒ aīe per diuiſionē entis in actũ et potentiã. et in decē predicamẽta. Ad ſecũdã dicit ꝙ in moralibus ꝯſiderat aīa inquantũ ē principiũ vel ſubiectũ actuũ vel habituũ moraliũ. vt virtutis vł vicii. ſʒ hic cõſiderat quantũ ad principia et paſſiones eius. Ad quartã dicit ꝙ aīa rõnalis in ꝑticulari ē ſubiectũ inheſiõis hui⁹ ſciẽtie. ſʒ aīa in cõi accepta eſt ſubiectũ attributiõis eius.

Sequit. t. Amplius aũt et ſi nõ multe aīe.

## Queritur Tercio: Utrum

Accidẽtia magnã ptē ꝯferãt ad cognoſcenduʒ ꝙ quid ē. Arguit ꝙ nõ. qꝛ ꝙ quid ē principiũ ꝑ queʒ cognoſcunt accidentia de ſubo. gᵒ accidẽtia ñ cõferũt ad cognoſcendũ ꝙ quid ē. aliter idē eſſet noti⁹ et ignotius reſpectu eiuſdē zᵒ ſic. eadē ſũt pricipia eſſẽdi ꝛ cognoſcẽdi. ſʒ accidẽtia ñ ſũt principia eſſẽdi ꝙ quid ē. gᵒ ñ ſũt pricipia ꝯgnoſcẽdi ipʒ. 3ᵒ ſic. accidẽtia ſũt minoris ꝑfectiõis ꝙ ꝙ quid ē aīe. gᵒ ſi ꝯferãt ad ꝯgnoſcẽdũ ipʒ ꝙ quid agẽt vltra gradũ ſue perfectionis. In oᵒ ē phũs in. t. Pro reſpõſiõe.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phũs poſuit difficultates ex ꝑte aīe inquantũ eſt totũ eſſentiale reſpectu ſuoꝝ ſuperioꝝ et totum vle reſpectu ſuoꝝ ĩferioꝝ hic ꝯñter ponit alias difficultates ex ꝑte ipſius aīe inquantũ ē totũ poteſtatiuũ ꝑ reſpectũ ad ſuas potẽtias. Prima ē ſi eiuſdē ñ ſint multe aīe vt Plato ponebat. ſʒ ſolũ plēs potẽtie ipſius. vt vegetatiuũ. ſenſitiuuʒ. vel intellectiuum.

## Dubitatur primo. vtrum

oporteat prius querere totã aīam aut ꝑtes ei⁹. Etiã erit dubiũ q illaꝝ ꝑtiũ ſint nate ad inuiceʒ et ab inuicē ſeparate. ꝛ q nõ. 3ᵒ erit dubiũ vtrũ oporteat prius cognoſcere potẽtias aīe aut opa vel actus ipaꝝ. et ſi oporteat prius cognoſcere actus adhuc erit dubiũ. vtrũ oporteat prius cognoſcere obiecta actib⁹ et potẽtiis vel ecõtra.

Uñ rõ prime dubitatiõis ē. qꝛ nõ ſoluʒ ꝙ quid ē valʒ ad cognoſcẽdũ cãs accidẽtiũ ſube. ſʒ ecõuerſo etiã accidẽtia magnã ptē ꝯferũt ad cognoſcẽdũ ꝙ quid ē. qꝛ cũ habemus notitiã de plurib⁹ accidẽtibus rei aut de oībus etiã poſſumus habere notitiã de ſuba et de diffinitione ipſius. ꝙ aũt illud ꝙ quid valeat ad cognoſcẽdũ accidẽtia. p. oſtẽdit. qꝛ oīs demoſtrationis principiũ ē ꝙ quid ē ſicut diffinitio. iõ diffinitiones ſʒ quas nõ ꝯtingit accidẽtia cognoſcere dicũt dyalectice et vane omẽs.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Circa paſſioēs aīe. p. mouet aliã dubitationē. ſ. Utrũ oēs opationes aīe ſint cões toti ꝯpoſito et iſta dubitatio eſt neceſſaria ad ſciendum vtrũ aīa ſit ſeparabilis a corpore vel nõ. qꝛ ſi ſit aliqua aīe opatio vel paſſio ꝓpria erit ſepabil. et ſi nullũ eſt ꝓpriũ opus ipſius aīe nõ erit ſeparabilis a corpore ſʒ reʒ. ſʒ ſolũ ſecũdũ rõeʒ. ſicut rectũ eſt ſepabile ſʒ rõeʒ a materia ſenſibili. eo ꝙ multa ſibi accidũt nõ inquantũ ē in materia. vt tãgere ſperam ſʒ pũctuʒ. et tñ nõ eſt ſepabile ſecũdũ reʒ. Et ſic argueret phũs ꝙ nulla ſit operatio ipſius aīe. qꝛ ſi ſit maxie eſſet ĩtelligere. ſed hoc nõ. qꝛ ĩtelligere vel ē fantaſia quedã vł nõ eſt ſine fantaſia. gᵒ nõ cõtingit aīaʒ intelligere ſine corpore. cũ fantaſia nõ ſit ſine corpore. Itē oēs paſſiões cũ quib⁹ patit corpus et fiũt cum motu corporis ſunt cões corpori et anime. ſed oēs paſſiões aīe. vt ira mãſuetudo. ꝛ ſic de aliis fiũt cũ motu corporis. quod ꝓbat. p. duplici ſigno. Primũ ē. qꝛ aliqui ſunt qui in manifeſtis paſſionib⁹ et ꝑiculis nũꝙ iraſcitur. aut timẽt. Alii vero a paruis et debilibus mouent ad irã vł ad timorē. qđ nõ eſſet niſi ille paſſiões fierẽt ſecũdũ paſſionē corporis. Secũdũ ſignũ. alii qui ſunt qui ſine aliquo terribili exterius apparenti efficiũtur timẽtes. ſicut melencolici. qđ fit ꝓpter interiorē trãſmutationē ſui corporis. gᵒ in illis paſſionib⁹ corpus et aīa ſil ſũt. et ſic ſũt cões toti cõiuncto. Ex dictis infert phũs duo correlaria. Primũ eſt ꝙ dicte paſſiones anīe habent diffiniri per materiã. Pʒ. qꝛ oīs paſſio hʒ diffiniri per ſubiectũ in quo et a quo habet eſſe.

Sed paſſiones anime habent eſſe in corpore et a corpore. ergo habent diffiniri per corpus et materiam. vt ira diffinitur. quod eſt motus alicuius partis corporis ob hoc et gratia hui⁹ id eſt propter aliquē finem. Secundum eſt ipſius phiſici eſt conſiderare de anima et de paſſionibus ipſius. Pʒ. qꝛ phiſicus habet conſiderare omnia q ſunt cõiuncta materie ſecũdũ eſſe et rõeʒ. ſed paſſiones aīe vel oēs vel ad minus plures ſunt cõiuncte materie ſecundum eſſe et rõem. ergo pertinẽt ad phiſicũ. Sed ad ſciẽdum qualiter diuerſimode poſſunt diffiniri a logico et phiſico.

## Sciendũ eſt tertio: ꝙ predicte

paſſiones poſſunt tripliciter diffiniri. Uno mõ per formã tantũ. vt cũ dicit ira ē appetit⁹ vindicte. nam finis ire eſt vindicta. modo finis et forma coincidunt.

Alio modo per ſolam materiam. vt dicitur ira eſt aſcenſio ſeu ebulatio ſanguinis circa cor.

Alia eſt cõprehendẽs materiã et formã. vt ira eſt ebulitio ſanguinis circa cor propter appetitum vindicte. Prima diffinitio que ſolam formam cõcipit pertinet ad dialeticum qui eſt artiſta intentionalis formas ſecundũ ſe cõſide

rans.et non vt ſunt in materia.et quia paſſiones fluunt a forma ſecundūꝫ ꝙ eſt in materia ideo tales diffinitiones dyalectice ſunt vane ad demōſtrandū paſſiones phiſicas.Sꝫ diffinitiones date per ſolam materiam. vel per materiam et formā ſimul pertinent ad philoſophiaꝫ naturaleꝫ.et vnus alius artifex habet illas illo modo coſiderare.Ex quibus infertur ꝙ phiſicꝰ conſiderat paſſiones aīe vt ſunt in materia ſecūdum rem et intellectū ad differentiā methaphiſici qui cōſiderat eas vt ſunt ſeparabiles vtroqꝫ mō.ſed methaphiſicus cōſiderat paſſiones ſeparabiles ſecundū intellectū et non ſecundūꝫ eſſe vt dicebatur qꝛ cauſant a natura. quia lꝫ paſſiones artificialiū ſint in materia tn̄ nō ſunt de cōſideratione phiſici.qꝛ cauſantur ab arte et natura.

**Sciendum eſt quarto. ꝙ Du**plex eſt accidens. ſcilꝫ cōe qd' ſequit principia indiuidui.Aliud quod inſequit principia eſſentialia ſpeciei.⁊ de iſto eſt hic ad propoſitū.poſſꝫ tamen intelligi dupliciter ꝙ cōferat ad cognoſcendū ꝙ quid eſt. Uno modo ꝙ tale accipiens cōferat ad cognoſcendū ꝙ quid ē ex parte illiꝰ quiditatis.ita ꝙ tale accidens ſuit principium accidentis.et ꝯñter cognoſcentis ipſius ꝙ quid eſt.Alio mō ꝙ ꝯferat ex parte cognoſcentis. qꝛ ſcꝫ cognoſcēs non fert immediate in cognitionē ipſius ꝙ quid eſt.ſed ex actibus venit in cognitionem ipſius. Tunc ſit:

**Concluſio prima. Nulla ac**cidentia cōferunt ad cognoſcenduꝫ ꝙ quid eſt ex parte ipſius eſt. Pꝫ.quia vnū quodqꝫ ē cognoſcibile inꝗtum eſt in actu.ſed accidentia nō dant eſſe in actu ipſi ꝙ quid eſt.ergo ex pte ipſiꝰ ꝙ quid eſt non cōferunt ad cognoſcendū ipm. ymo magis impediunt ad cognitionem eius. quia ante ꝗ itelligi poſſit oꝫ ipm denudari ab omnibus accidentibus eius.

**Concluſio.ſecunda.Acciden**tia propria magnā partē cōferunt ad cognoſcēdum ꝙ quid eſt ex parte cognoſcētis ſiue ex mō cognoſcendi actum intellectus. Pꝫ.qꝛ omnis effectus proprius et eſſentialis hꝫ nos ducere a poſteriori in cognitionē ſue cauſe. ſed accidētia ꝓpria ſunt effectus proprii et eſſentiales ipſius ꝙ quid eſt.⁊ itelligibilia accidētia a nobis priꝰ cognoſcunt per ſenſum qui ex parte cognoſcentis cōferunt ad cognoſcendū ꝙ quid eſt.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicit ꝙ quid eſt cōfert ad cognoſcendū accidētia demoſtrationis propter quid. et potiſſima accidentia conferūt ad cognoſcēdum ipm ꝙ quid eſt demoſtratiōe qꝛ eſt tātuꝫ.

Ad ſecundā dicit ꝙ eadē ſunt principia cognoſcendi et eſſendi a priori ſcꝫ eadē ſecundū reꝫ. ſed non oꝫ de principiis cognoſci a poſteriori qꝛ cognoſcimus formā ꝑ operationē eius ꝗ nō eſt principiū eſſendi forme et etiā materie ꝑ motuꝫ. Ad tertiā pꝫ ſolutio ex dictis. Sequit textus. Principiū aūt ꝗſtionis apponere.

**Queritur qu arto. Utrum** Cognoſcibile ſit in cognoſcēte ſecundū eſſe reale. Arguit ꝙ ſic.qꝛ res cognoſcunt in ſuo eſſe reali.ſꝫ de rebꝰ nihil cognoſcit niſi quod eſt in cognoſcēte.gº cognoſcibile ē in cognoſcēte ſꝫꝰ eſſe reale. 2º res ē in aīa vel realiter vl' ſimilitudinarie.ſi primū habet intentū.ſi ſecūdū cū ſimilitudo cauſet ab aliquo reali imprimēte ſuā ſimilitudinē.ſequeret ꝙ res prius fuerit in aīa ſꝫꝰ eſſe reale. 3º ſic.aīa eſt quoddā mō oīa vt dicit in 3º huiꝰ.gº omīa habēt eſſe reale in aīa.

In oppoſitū eſt phūs in.t. Pro reſponſiōe ad queſitum.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝗ phūs in ꝓhemio ꝓpoſuit ſuā ꝯñter ſecundū ordinē ꝓmiſſuꝫ cōſequit ſuū intētuꝫ. ⁊ pº reꝓbat opiniōes antiquoꝝ de aīa i toto reſiduo huiꝰ primi.deīde in ſecūdo de ipa veritate incipit determinare.et qꝛ quelꝫ res eſt inveſtigāda per ea ꝗ ſūt ſibi ꝓpria.⁊ ꝑ ꝗ differt ab aliis et i illo ſunt ꝓpria aīalis ꝑ ꝗ differūt ab inaīatis. ſcilꝫ motus et ſenſus.ꝑ hoc enim iudicamus aliud eſſe aīatuꝫ.qꝛ ſe mouet et ſentit.iō ſꝫꝰ illa duo variati ſunt antiqui inquirere naturam anime. quidā eniꝫ inueſtigauerūt eā ex pte motus.alii vero ex parte ſenſus.

**Scienduꝫ ē ſecundo ꝙ Oēs** phī inueſtigātes ex pte motꝰ in hoc ꝯueniūt ꝙ nihil moueat niſi moueat.cū gº aīa maxie moueat.cōcludebā eā maxie moueri.Sꝫ diuerſificati ſunt.qꝛ Democritꝰ poſſuit corpa ꝯſtitui ex athomis tanꝗ ex principiis ꝓpter hāc rōeꝫ. qꝛ pricipiū dꝫ ſimplex eſſe et virtuoſum. ſꝫ athomi ſunt hmōi.qꝛ ſꝑ mouent. vt pꝫ in radiis ſolis itrātibꝰ ꝑ feneſtrā. ⁊ ſic dicit Democritus corpa indifferent ꝯponi ex quibſcūqꝫ athomis. ſꝫ dicit ꝯponi aīaꝫ ſolū ex athomi rotūde figure ignee eo ꝙ ignis ē formalior ⁊ magis actiuus ceteris elētis.ſꝫ aīa actuat ⁊ mouet.iō dicit athomos aīe eſſe de natura ignis.⁊ etiā rotūde figure. qꝛ aīa mouet ad oēꝫ differētiā poſitiōis. mō rotūditas ē indifferens mouere ad oēꝫ ptē.⁊ huiꝰ opiniōis fuit Lētipus.et cōfirmauit a ſigno. qꝛ vita ſeruat ꝑ reſpiratiōeꝫ ⁊ aſpirationē eo ꝙ athomi ſꝑ mouent.iō aīe inſpiratio attrahit athomos ne exeāt.iō ꝗdiu aīalia reſpirant non mouent.Sꝫ alii phī cōſiderantes cōueniunt in hoc ꝙ poſuerunt animam eſſe cum athomis.

Sed non dixerunt eam de natura agnius.ſꝫ tn̄ Archilaus magiſter Socratis poſuit aīam mouere a thomos et non eſſe ipos.ſed Anaxagoras dicit animā eſſe intellectum mouētem qui non mouetur.⁊ ꝙ anima intelligit in aīa et nō in brutis.Sed iſte opiniones reꝓbant.qꝛ ſi aīa mouetur vt ipi ponunt poſſet moueri localiter. et ſic eſſet corpus et per ꝯñs diuiſibilis. ſꝫ hoc ē impoſſibile. ergo impoſſibile eſt per ſe mouere. et moueri. Sed ad videndū opinionē inueſtigantiū aīam ex parte ſenſus et cōicationis.

**Sciendum eſt tertio ꝙ. Oēs** illi in hoc cōueniūt ꝙ cōicatum eſt in cōicante ſecunduꝫ eſſe reale. Dicebant enim ſimile ſimili cognoſci. et cū aīa omia cognoſcat ſequit ꝙ hꝫ ſimilitudinem omnium. et qꝛ res ſunt in ſuis principiis non concludebant aīam cōponi ex ſuis principiis rerū vt omia cognoſceret. Sꝫ iſti diuerſificati ſunt ſicut diuerſificati ſunt in ꝯpoſitione principioꝝ naturaliū. nam ſicut Empedodes poſuit quatuor principia naturalia. ſcꝫ quatuor elementa.et duo etiam.ſcilicet litem et amiciciaꝫ.ita dicūt aīam cōponi ex illis. vt aīa corporet.Sed Plato ponēs ydeas et numeros principia reꝝ.dicit aīam cōponi ex ipis. Sed tales ponentes aquā principiū omnium. dicūt aīam non eſſe aquam.ſed eſſe motiuā oīum.iō cum videbat magnetē attrahere ferrum dicebat magnetē habere aīam.dicit Diogenes aīaꝫ eſſe aerē.et Eraclitus vaporē.ſed Alenon dicit eaꝫ immortalem ⁊ de natura celi.Sed yperus dicit aīam eſſe aquā eo ꝙ aqua eſt maxime mobilis Terquias vero dicit eā eſſe ſanguinē.qꝛ in aīali non eſt ſenſus ſine ſanguine.Et iſte opiniōes in iſtis verſibus cōtinent.Sic ſunt ponētes aīaꝫ primi ſapientes .ignē. Democritus. Athomos Len. Pictagoraſqꝫ.ponit Anaxagoras intellectum.Empedodes elementa. Plato ponit numeros et ydeas. actales aīam memorabitur eſſe motiuaꝫ.aera Diogenes Eraclitus eſſe vaporem comparat Almeon hanc immortalem. ypus dicit aquā genitā Terquias ex ſanguine natam.

**Scienduꝫ eſt quarto ꝙ Res** habet tuplex eſſe.ſcꝫ eſſe reale quod eſt eſſe perfectū et in propria eius natura.et eſſe intelligibile quod eſt eſſe diffinitū et deriuatū ab eſſe ſue proprie nature. vt color in pariete habet eſſe reale.⁊ ſpēs eius in aere ꝗ oculo hꝫ eſſe itelligibile.

**Concluſio reſponſiua ad.q.** Cognoſcibile nō eſt in cognoſcēte ſecundū eſſe reale.ſed ſecūdū eſſe intelligibile tātum Primū patet. qꝛ ſi aīa cognoſceret lapidē per eſſe reale lapidis ita ꝙ eſſe cognoſcēdi lapidē eſſꝫ natura lapidis et lapis non haberet aliud eſſe in aīa ꝗ extra aīam ſequeret ꝙ lapis ſeipm cognoſceret cum in ipo ſit tota ratio cognoſcendi.quod tn̄ eſt impoſſibile. Itē primū in vnoquoqꝫ gn̄e eſt cauſa eoꝝ que ſunt poſt.ſed in ordine cognitionum ſubſtantie ſeparate ſunt prime. ergo nihil participat virtutē cognoſcendi niſi ſit quodāmodo abſtractū a materia.ideo videmus ꝙ ſenſus percipiens ſine materia et non ſine conditiōibꝰ materie eſt minus cognoſcibilis ꝗ intellectus qui eſt immaterialior.ergo non oꝫ cognitum eſſe in cognoſcente ſecundū eſſe materiale. Secunda pars pꝫ. qꝛ omne quod cognoſcitur eſt in cognoſcente ſecundum ſuā ſimilitudinem et hoc eſt ab eſſe intellibibili.iō dicit in 3º huiꝰ ꝙ lapis non eſt in aīa ſed ſimilitudo lapidis.

## Ad ratioēs ante oppoſitum

Ad primā dicit ꝙ de rebus non cognoſcit niſi quod eſt in cognoſcente per ſuam ſimilitudinem.ſed non oꝫ ꝙ illud cognitū ſit in cognoſcente ſecundū ſe. Ad ſecundā dicit ꝙ res ē in anima ſecundū ſuam ſimilitudinē.⁊ illa ſimilitudo cauſatur ab aliquo reali non tn̄ exiſtente in anima ſed exiſtente extra aīam quod multiplicat ſuas ſimilitudines ad ſenſum.et ſenſus repreſentat fantaſmata intellectui.et per hoc virtute intellectus agentis ex ipis ſpēs intelligibilis in intellectu.iō non remouet actus corporalis in intellectu imprimēs illam ſimilitudinem in intellectu ſicut requiritur preſentia ſigilli ad imprimendū figuram in cera. Ad tertiam dicitur ꝙ aīa non dicit eſſe anima ꝙ ſit cōpoſita ex omnibus. ſed qꝛ eſt in potentia ad omnia que poteſt cognoſcere. et eſt receptiua omnium ſpecierū ſenſibilium et intelligibiliū.et fit vnum cum ipis in eſſe in intelligibili et immateriali.et hec de queſtiōe. Et per cōſequēs de toto primo libro de anima.

## Sequitur liber ſecuudus de anima. Incipit textus:

**Que quidam a prioribus tradita de anima dicta ſunt Iterum autem tanquam ex principio redeamus tēptantes determinare quid eſt aīa. et que magis propria erit ipſius diffinitio.**

## Irca iniciuʒ ſecundi Libri De anima. Queritur primo.

Utrū aīa ſit ſubſtātia. Arguit ꝙ non. qꝛ ꝓprium eſt accidēti in eſſe in ſubiecto. ſed anima eſt in corpore vt in ſubiecto. ergo. ꝛc. 2º ſic. propriū eſt accidenti diffiniri per ſubiectum. ſed anima eſt hmōi. quia diffinit' per corpus. ergo non eſt ſubſtantia. 3º ſic. eſſe per ſe eſt ꝓpriuʒ ſubſtantie. ſed aīa non eſt ens per ſe. ſed exiſtit in ſua materia. ergo non eſt ſubſtantia. In oppoſitū eſt phūs. Pro reſponſione ad q.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ phūs in primo libro reprobauit opiniones antiquorꝝ de aīa. hic ꝯſiter incipit determinare de ipa ſecundū veritatē et opinionē propriam. et dicit ꝙ oʒ tēptat ue determinare de ipa aīa. ꝛ hoc dicit propter eius difficultatē. qꝛ nolebat de veritate inueniēda preſupponere. et primo determinat de anima ſecundū ſe. et deinde de potentiis procedendo a communioribꝰ ad minus cōmunia. et per hoc ſoluit' vna queſtio mota in primo libro de ordine determinandorum circa ipſam animam.

**Sciendum eſt Secundo ꝙ** diffinitio ſubſtantie ꝛ accidētis inter ſe differūt vt habet' 2º methaphiſice. quia diffinitio ſubē eſt abſoluta et non dat' per additamētū. ſed diffinitio accidentis datur per additamētū. cuius ratio eſt. qꝛ ſubſtātia in materia propria eſt ens in ſe cōpletū non habens eſſe alteri inherens. ꝛ qꝛ diffinitio ſignificat quid ē eſſe rei ideo ī diffinitiōe ſubſtātie nihil addit' extrinſecū. Accidens vero non habet eē niſi ꝑ ſubiectū et ī ſubiecto. iō in eius diffinitione ponit' ſubiectum et ſimiliter. qꝛ nulla forma partis in quid eſt ſpē completum. ideo in diffinitione forme partis ſemꝑ aliquid ponit' qd' eſt extra eſſentiā eius. iō cum anima ſit forma partis oportet ꝙ in eius diffinitione ponatur materia vel ſubiectum et aliquid explicās ſuaʒ eſſentiā. iō phūs volens inueſtigare diffinitionem ponit ſex diuiſiones anime. quarū tres prime valent ad inueſtigandum materiaʒ aīe. et alie tres ſe tenent ex parte ſubiecti anime quod ponitur in ſua diffinitiōe tanꝙ ſue eſſentie.

**Sciendūʒ eſt tertio ꝙ prima** illarū diuiſionū eſt diuiſio entis in decem predicamenta. Secunda eſt diuiſio ſubē in materiā. formā et cōpoſitū. que ſic differunt. qꝛ materia ſecundū ſe non eſt hoc aliquid. ſed tātum in potentia. et ſic hoc aliquid. forma etiā non eſt hoc aliquid ſed eſt ſecundū quā ſit hoc aliquid in actu. ſed cōpoſitū quod ē ſubſtātia ꝯpleta ſubſiſtēs ī vltīo actu nature ē hoc aliquid. ꝛ notāter dicit' ſubſiſtēs in vltīo actu nat'e ꝛ ſubā cōpleta qꝛ lʒ aīa rōalis ꝛ per ſe ſubſiſtens. tñ nō eſt ſuba cōpleta. qꝛ eſt pars ſpēi et ſubē cōplete. Tertia diuiſio ē actus in actū primū. et ſecūdū. vt ſciē tia. ſcīa eſt actus primus. et cōſiderare eſt actꝰ ſecūdus. Sed diuiſionū q̄ valēt ad inueſtigandū ſubiectū aīe. Prima eſt ꝙ ſubſtātiarꝝ quedā ſunt corporee. et quedā incorporee. inter quas corporee maxīe vident' eſſe ſubſtātie. quia ſunt nobis notiora aliis. Secunda diuiſio eſt ꝙ corporum quedā ſunt phiſica. vt homo vel lignum. quedam artificialia. vt ſcannum. que ſic differunt. quia naturalia videntur magis eſſe ſubſtantialia ꝙ artificialia. Primo quia ſūt prīcipia artificialiū. et non econtra. Secundo qꝛ ſunt ſubſtantie ſecundum materiā et formam ſimul. Artificialia ſecundū materiam tantum. quam ſupponūt a natura. et ſecundū formam eorū ſunt accidentia. Tertia diuiſio corporum naturaliū. quedam habent vitam. et quedam non. Unde vitam habere dicuntur que ſuſcipiunt augmentum. decrementuʒ. et nutrimentū tamē ñ ſolum per habere augmentum. vel nutrimentum aliquid viuere dicitur. ſed etiam per hoc ꝙ ſentit. et intelligit. Sed etiam alia opera vite exercet. nam ſubſtantie ſeparate non nutriuntur et tamen in ipſis eſt uita. quia intelligunt et volunt. Unde ex prima trium priorū diuiſionū ſumitur ꝙ anima eſt ſubſtāna. ex ſecunda ꝙ eſt forma vel actus. et ex tertia ꝙ eſt actus primus. Sed ex prima aliarum totum ſumitur ꝙ eſt actus ſubſtantie corporee. et ex ſecunda ꝙ eſt actus corporis phiſici. et ex tertia ꝙ eſt actus corporis in potētia vitā habētis

**Concluſio prima Anima eſt** forma accidentalis. Patet quia nulla forma accidentalis dat eſſe ſimpliciter. Sed preſupponit aliquid in eſſe completo. ſed anima dat eſſe corpori ſimpliciter et ī actu. ergo. ꝛc. aīſ patet. quia in hoc differunt forma ſubſtantialis et accidentalis. quia accidentalis dat eſſe ſecunduʒ quid et aduenit enti in actu ſimpliciter et in potentia ſecundum quid. Sed ſubſtātialis dat eſſe ſimpliciter et aduenit enti in pura potentia: ſcilicet materie prime. Ex hoc infert beatus Thomas. ꝙ vnius rei non poſſunt eſſe plures forme ſubſtantiales. quia prima faceret eſſe in actu ſimpliciter. Alie vero aduenirent enti cōpleto et perfecto in actu ſimpliciter.

**Concluſio ſecunda. Anima** non eſt totum compoſitum. Patet quia totū compoſitum eſt hoc aliquid ſubſiſtens ſubſiſtētia completa. ſed anima non eſt huiuſmodi. ſed ſolum exiſtit vt pars ſpeciei. igitur. ꝛc.



**Concluſio tertia Anima non** eſt materia. Pʒ qꝛ aīa dat eſſe in actu et dat nomē et rōeʒ ei cuius ē. ſʒ materia nullū iſtorꝝ dat

**Concluſio quarta. Anima** eſt forma ſubſtantialis per primā cōcluſionē pʒ ꝙ non eſt accidentalis et per conſequētis ꝙ nō ē materia nec cōpoſitū. ergo a ſuficienti diuiſione eſt forma ſubſtantialis. Ex quo pʒ reſponſio ad queſitū ꝙ aīa eſt ſubſtantia incōpleta et per modū partis et non ſuba completa que directe ponatur in predicamento.

**Ad rationes ante oppoſituʒ**

Ad primā dicit' ꝙ aīa nō eſt in corpore tanꝙ in ſubiecto cū ſit ens in actu a quo ipa capiat exiſtentiā. vt in ſubiectū accidentis. ſed ſolū eſt in corpore tanꝙ actus ſubalis in eo ꝙ ē ens in potentia tantū. Ad ſecūdaʒ dicit' ꝙ diffiniri per additamētū nō cōuenit ſoli accidēti et ſic ē ſibi quarto mō propriū. ſed etiaʒ ꝯuenit cuilʒ forme partis. Ad terciā dicit' ꝙ aīa habet per ſe eſſe ſic ꝙ non eſt in alio ente. ergo capiat ſecūdū ſubſiſtētiā et iō non ē in alio vt accidens in ſubiectō. Sequit' in textu. Neceſſe eſt animam

**Queritur ſecundo Utrum** Diffinitio anime ſit bñ aſignata in qua dicitur aīa eſt actꝰ primus corporis phiſici organici potētia vitā habētis. Arguit' ꝙ nō. qꝛ aīa eſt actus ſicut ſcīa vt dicit' in textu. ſed ſcīa eſt actꝰ ſecūdus. ergo aīa nō eſt actꝰ primus. 2º ſic. aīa eſt actus illius quod ſubicit' gñationi. ſed illud dicit' materia prima. ergo aīa ē actus materie et nō corpus. 3º ſic aīa eſt actus corporis vitā habētis in actu. ergo male ponit' vitā habentis in potētia. 4º ſic actus et potētia debent inter ſe proportionari. ſʒ aīa eſt actus ſimplex. ergo debet habere potētiaʒ ſimplicē. ſʒ corꝰ organicū nō eſt ſimplex cum habeat diuerſitatē organorꝝ. igit' aīe ineſt actus corporis organici. In opoꝰ eſt phūs. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ phūs ꝓmiſit diffinitiōes valētes ad inueſtigāduʒ diffinitionē aīe et noīauit primā partem diffinitionis anime. ſcilicet quod ipa eſt actꝰ. ꝯſiter noīat alias ꝑtes vt ꝯcludat diffinitioneʒ aīe in ipis. et primo oſtēdit ꝙ eſt actus primus. Nam ē duplex actꝰ. quidā eſt primus ſicut ſcīa Alius ſecundus ſicut cōſiderare. et horꝝ actuū ſcīa eſt prior via gñatiōnis. nā cōſideratio cōparat' ad ſcētiā ſicut actꝰ ad potētiaʒ. mō actꝰ licʒ via ꝑfectiōis ꝓcedat potētiaʒ et in diuerſis ꝓcedat ordine gñatiōis et ꝑfectiōis. tñ in eadē potētia ꝓcedit actū via gñatiōis. eo ꝙ aliquid prius eſt in potētia ꝙ in actu. iō ſcīa prior eſt generatiōe ꝙ ꝯſideratio. Uñ manifeſtum eſt ꝙ aīa eſt actꝰ primꝰ. qꝛ in corꝑe aīato ſicut ſcīa remanet ī habitu tā in ſomno ꝙ in vigilia et ſolū eſt ꝯſiderare ī vigilia. tñ aīa ſemꝑ manet et ſenſatio et motus qui ſunt actus etiā non remanēt ergo anima eſt actus primus.

**Sciendūʒ ē ſecundo ꝙ Cor**pus organicū dicit' ꝙ habet diuerſitatē ꝑtū diſſerētiuʒ ſitu et figura deputatarꝝ ad diuerſa oꝑa vite exercēda. diuerſitas autem eſt organum ꝑs differēs ab aliis ſitu et figura depicta ad aliquā oꝑationē exercendā. diuerſitas aūt organorū in corpore vitā habente eſt neceſſaria ꝓpter diuerſas oꝑatiōes cū eniʒ aīa ſit ꝑfectiſſima forma inter formas corporꝝ naturaliū ipa ē principiū mltarꝝ oꝑationum propter quas requirit diuerſitatē organorꝝ ī ſuo ꝑfectibili. ſʒ forme rerū inuētarum ꝓpter ſuā imꝑfectionem ſunt prīcipia paucarꝝ oꝑationū. ideo requirunt corpus hōgeneū eiuſdē diſpoſitiōis et figure in toto et in ꝑtibꝰ. Ex quo pʒ ꝙ melior ē actꝰ corporis organici ꝙ materie prime ꝙuis aīa ſit ſimplex ſecūdū eſſe etiā tñ ē multiplex ī virtutibus. et ille virtutes ad ſuas oꝑationes requirūt organorū pluralitatē. ideo anima requirit habere corpus organiſatū.

**Sciendum eſt tercio. ꝙ In** vltīa parte diffinitiōis dicit' potētia vitaʒ hñtis qꝛ corpus vitā habens ſimplex eſt et in actu. et ſic ē ꝯpoſituʒ. mō cōpoſitū non ponit' in diffinitione forme ſʒ materia tātū. Uñ materia corporis viui ē illud qd' ꝯponit' ad vitā ſic potentia ad actuʒ. et ſic aīa eſt ſecūdū quā corpus viuit in actu quod tñ de ſe ſolū eſt in potētia ad vitā nō tamē eſt intelligēdū ꝙ in corpore ante aduētum aīe ſit aliqua forma corporis de genere ſubſtantie q̄ ſibi det eſſe corporeū et quod det viuere tātum. ſʒ aīa ſibi aduenīēs dat eſſe ſubſtātiale corporeū eſſe viuum ꝛ perficit materiā ſecūdū oēs illos gradus perfectiōis. et iō recedēte aīa nō manet idem corpus in ſpē. Tunc ſit.

**Concluſio prima. predicta** diffinitio aīe eſt ſufficiens. Pʒ primo ꝙ aīa ſit actus primus ex prius dictis. et ꝙ ſit actus corporis organici. Probat phūs a minori. qꝛ minꝰ videt' ꝙ plāte eſſent organice ꝙ de aliis aīatis ꝓpter imꝑfectionē aīe vegetatiue q̄ ceteris habʒ pauciores operationes. ſed corpora plātarum ſunt organiſata. qꝛ ibi ſunt diuerſe partes ordinate a diuerſis operibꝰ. ſicut foliū ad copertum fructum et fructiferi illius partis in qua fructus naſcitur cortex. aut naſcitur decopertū ſubſtātie arboris vt cutis ad tegendū carnes animalibꝰ et radices ordinant' ad ſuggerendū nutrimentū a terra et proportionat' ori animalis per quod attrahit alimētū. gº aīa ē actꝰ corporis organici

Ex iſta diffinitione infert phūs ꝙ non eſt querēda cauſa quare ex corpore et anima fit vnum per ſe. cum oſtenſum ſit ꝙ anima eſt propria forma hominis. ⁊ corpus eſt propria materia eius. mō non ē querēda cauſa quare ex propria potētia et ex ꝓprio actu fit vnū per ſe. Tunc.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primā dicitur ꝙ lȝ ſcīa ſit actus ſecūdus reſpectu hoīs tñ reſpectu ſciētis ē actus primus cuius ꝯſiderare ē actus ſecūdus aīe. Ad ſecūdaȝ dicit̄ ꝙ licet aīa in ordine forme ſubſtantialis ſit actꝰ aīe per ſe. tñ in ordine aīe inꝗtuȝ habet talē gradū ꝑfectiōis ꝙ pōt operari per diuerſas virtutes oꝑa vite q̄ requirunt diuerſa organa ē actus corꝑis organici. ⁊ qꝛ hic diffinit̄ vt eſt aīa. iō meliꝰ dicit̄ ꝙ eſt actꝰ corporis ꝗ materie. Ad tertiā dicit̄ ꝙ viuere poteſt capi dupliciter. Uno mō ꝓ eſſe viuētis ſecūdū ꝙ dicit̄ in 2ᵒ huius ꝙ viuere in viuentibꝰ eſt eſſe. et tunc dicit̄ ꝙ corpus hñs aīaȝ habȝ vitā in actu per alteꝝ. ſȝ de eſt tātum potētia reſpectu illius vite ꝗuis ſit potētia actui ꝯiūcta. Alio modo capit̄ viuere ꝓ operatiōe vitali vt dicit actum ſecūdū. et hoc modo corꝰ habens aīam habet vitā in potētia etiā diſtinctā ab actu. quia nō ſemꝑ in actu habet oēs oꝑatiōes vite. Ad quartā pȝ ſolutio ex dictis. Sequit̄ textus

Uniuerſaliter quideȝ igitur.

## Queritur Tertio. Utrum

Aīa rationalis vniat̄ corpori organico vt forma. Arguit̄ ꝙ non quia nulla potētia que orit̄ ab aliqua forma poteſt eſſe magis eleuata quā forma a qua fluit. ſȝ intellectꝰ eſt ſeꝑatus ⁊ nullius corporis ē actus. gᵒ aīa cuiꝰ intellectus eſt potentia nō vnit̄ corpori vt forma. 2ᵒ eiꝰ dē eſt potētia et actus. nā idē eſt ꝙ poteſt agere et agit. ſed actio intellectualis non eſt alicuius corporis actus. ergo nec potētia intellectiua. et per ꝯñs nec rōalis. 3ᵒ ſic. ꝙ 2ᵒ ſe habet eſſe non eſt forma corꝑis. ſed aīa rōnalis habȝ eſſe ſecūdū ſe et eſt ſubſiſtēs. ergo nō vnit̄ corpori vt forma. 4ᵒ eſſe vniri materie ſemper ꝯuenit forme qꝛ eſſe ſibi per ſe ꝯuenit. ſȝ aīa rationalis non ſemꝑ eſt vnita corpori ſed qñqȝ ſeparata. ergo ſibi non vnit̄ vt forma. In oppoſitum arguitur per phūȝ qui inquit ꝙ eſt actus.

Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝗ phūs poſuit communem diffinitionem anime conſequēter eam manifeſtat. et ꝗtū ad ea que ibi ponunt̄ ex parte anime. et ꝗtum ad ea que ponunt̄ ex parte ſubiecti. Quo ad primum ipaȝ manifeſtat dupliciter. ſcilicȝ per ſimilitudinē reꝝ artificialiū. 2ᵒ ex ꝓportione ꝑtiuȝ ad totū. Rō primi eſt qꝛ forme artificiales eo ꝙ ſunt accidētia cauſata a nobis ſunt nobis notiores ꝙ forme ſubſtantiales a natura cauſate. Rō ſecūdi qꝛ partes aīe ſunt potentie eius que ſunt nobis manifeſtiores ipa aīa. nā ex cognitōe obiectoꝝ venimꝰ in cognitionē actuū et ex actibus i cognitionem potētiarū per quas aīam cognoſcimꝰ ideo ꝯueniēter manifeſtat̄ diffinitio anime.

## Sciēdum eſt ſecundo. ꝙ per

ſimilitudinē rerū artificialiū ſic oſtēdit phūs ꝙ aīa ſit actꝰ ſubſtātialis corꝑis. nam ſi dolabra eſſet corpus naturale ſua forma eēt actus eſſentialis eius et de ſua quidititate. qꝛ forme corporum naturalium ſunt de genere ſubſtantie et de eſſentia cōpoſiti. Et iterū ſi dolabra nedū eſſet corpus phiſicū ſed etiā cū forma dolabre eſſet aīa. qua ſeparata non eſſet plus dolabra niſi equiuoce. ergo cū aīatum ſit corpꝰ. forma q̄ eſt aīa eſt actus ſubſtantialis eius et de ſua quiditate. et ipa ſeperata non remanet amplius corꝰ naturale niſi equiuoce. ſicut remota forma dolabre nō remanet corpus artificiale niſi equiuoce De inde hoc manifeſtat ex proportione partium ad totū qꝛ ſi oculus eſſet aīatus viſus eſſet aīa eius. qꝛ viſus eſt forma eſſentialis oculi. et ocl's eſt materia eius. et deficiente viſu non maneret oculus niſi equiuoce. ſicut eſt oculus lapideus vel depictus. ſed ſicut eſt in parte viuentis vt in oculo ita in toto viuente. ergo ſicut viſus ē forma ſubſtantialis oculi qua remota non eſt oculus niſi equiuoce. ita anima eſt forma ſubſtantialis corꝑis organici qua remota nō remanet idem corpus in ſpecie.

## Sciēduȝ ē tercio ꝙ Aliquid

dicitur eſſe in potētia dupliciter. Uno mō quia non habet principiū operationis. Alio modo quia habet principiū operationis. ſed non operatur ſecundū ipm. corpus aūt cuius aīa eſt actus non habet vitam in potentia primo modo ſed ſecundo modo. ideo dicit̄ in textu ꝙ humana potentia non eſt abiciēs aīam. i. vitam. ſed ſemen ſiue fructus in quo ſemen conſeruatur eſt in potentia ad principium vite. quia ſemen modum habet anime. et ſic illa potētia abicit animā. ſed habens animā eſt ſoluȝ potentia ad operationē vitalem et non ad aīam niſi loquēdo de potentia cōiuncta. Unde aīa eſt actꝰ primus ſicut viſus eſt actus oculi. et non ſicut viſus qui eſt actus ſecundus vel inciſio reſpectu cutelli. Et ſic pȝ ꝙ corpus habēs aīam habȝ actū primū licȝ quādoqȝ careat actu ſecundo.

Ex quibus infert phūs ꝙ anima eſt actus corporis. ſicut partes eius ſunt actus partium corporis cum non ſeparetur forma ab eo cuius eſt forma ſequit̄ ꝙ aīa non pōt ſeparari a corpore vł ipſa tota vel alique ꝑtes eius. q̄d̄ dicitur notanter qꝛ lȝ alique ꝑtes eius poſſunt ſeꝑari. tñ ille nō ſunt actꝰ alicuius ꝑtis corꝑis.

## Concluſio prima: Anima

que eſt actus corporis ſecundū ſe totam et partes eius vt eſt ſenſitiua in brutis vel vegetatiā in plantis non eſt a corpore ſeparabilis ſecūdū eſſe. Patet quia talis anima non habet operationē niſi mediāte corꝑe ſicut inſtrumēto. gᵒ ⁊c.

## Concluſio ſecunda. Anima

rationalis eſt ſeparabilis a corpore ſecundum eſſe. Pȝ quia nō ē totalit̄ a materia ꝯprehenſa quia habȝ aliquas potētias ñ affixas organo corporali. cum ergo potentia fluens ab aliqua eſſentia non ſit magis eleuata quā illa eſſentia ſequit̄ ꝙ aīa rationalis a qua fluunt tales potentie non eſt penitus corpori affixa.

## Concluſio tertia. Anima ra

tionalis vnitur corpori organico vt forma. Pȝ quia illud quo aliquid formaliter operatur eſt forma eius. quia nihil agit niſi ſecūdū ꝙ ī actu ſed aīa rōalis eſt principiū quo formaliter oꝑatur corpus humanū et etiam viuit. ergo etiam eſt forma eius.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primā dicit̄ ꝙ intellectꝰ dicit̄ ſeꝑatꝰ qꝛ nō ē affixus alicui corporali organo ſicut potētie ſenſitiue. ſȝ tñ ſecūdū eſſe ē corꝑi ꝯiunctꝰ ī ꝗtum aīa cuiꝰ ē virtus corpori ꝯiūgit̄. Ad ſecūdā dicit̄ ꝙ aīa rōalis ꝓpter ſuā perfectioneȝ non eſt totalr̄ īmerſa materie ſȝ excedit materiā corꝑis. et ea ꝑte qua excedit pōt habere aliquā virtutē q̄ ñ ē actꝰ corꝑis. ꝗuis aīa ſecūdū ſuā ſubſtātiaȝ ſit actꝰ corꝑis Ad tertiā dicitur ꝙ illud ꝙ ē ſecūdū ſe ſubſiſtēs ꝑ modū ſuppoſiti nūꝗ̄ vnit̄ alteri vt forma. ſȝ aīa nō ſubſiſtit ꝑ modū ſuppoſiti. ſȝ ſolum ꝑ moduȝ ſpēi. Ad quartā dicit̄ ꝙ lȝ aīa qñqȝ ſit ſeꝑata et nō vnita actualiter corpori. tñ ſemꝑ ē vnibilis. qꝛ duȝ eſt ſeꝑata habȝ ꝓpriā inclinationē ad hoc ꝙ ꝓprio corpori reuniat̄. Sequit̄ textus. Quoniaȝ autem ex certis.

## Queritur quarto. Utrum

Propria diffinitio aīe ſit bñ aſſignata. cū dicit̄ aīa ē pricipiuȝ quo viuimꝰ ſentimꝰ ſecūdū locū mouemur et itelligimus. ⁊c. Arguit̄ ꝙ non qꝛ iſta diffinitio aīe nō ꝯueit omi aīe. ergo ē inſufficiēs. añs pȝ. qꝛ ꝑ aīaȝ ſenſitiuā et etiā vegetatiuā nō itelligimꝰ. 2ᵒ ſic diffinitio alicuꝰ debȝ dari ꝑ priora. ſȝ iſta dat̄ ꝑ poſteriora. quia dat̄ per oꝑatōes vite. gᵒ non ē ꝓpria. 3ᵒ ſic iſta diffinitio ꝯueit potētiis aīe. qꝛ ille potētie ſunt principia quibꝰ viuimus ſentimꝰ. ⁊c. gᵒ illa diffinitio eſt inſufficiēs. In oppoſitū eſt phūs in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝗ phūs poſuit diffinitōȝ cōeȝ anime ꝯnter ponit aliā ꝑ quā itēdit aīam demōſtrare. nā quā ē diffinitio q̄ ē demōſtratiōis ꝯclō. Alia ē principiū. et qꝛ in demōſtratione oȝ magis credere principiis ꝙ ꝯcluſioni. iō neceſſe ē ꝙ ois demōſtratio ꝓcedat ex notioribꝰ quo ad nos quibꝰ ꝑ demoſtrationē notificat̄ ꝯcluſio. Uñ in aliquibꝰ eadē ſunt nobis magis nota et nature vt ī mathematicis. iō in illis demōſtratio ꝓcedit ex notioribꝰ ſecūdū naturā et quo ad nos. ſȝ in aliis nō ſunt nobis eadē nota ⁊ nat̄e ſicut in nat̄alibꝰ. effectus. n. qꝛ ſūt ſēſibiles frequēter ſunt nobis notiores ſuis cāis. iō in naturalibꝰ ꝯuenienter ꝓcedimus a notioribꝰ nobis ⁊ minꝰ ſecūdū nat̄am notis. et hoc gñe demōſtratiōis hic vtit̄ phūs itendēs demōſtrare vnā diffinitionē aīe ꝑ aliā. nā quedam diffinitio pōt eſſe cōcluſio demōſtratiōis reſpectu alteriꝰ ſicut in mathematicis exᵉ eſt de tetragono cuiꝰ eſt vna diffinitio dicēs. qꝛ ē vt tetragoniſmꝰ ⁊ ortogonuȝ equilaterale quadrāgulo equale altera ꝑte longiori. Alia vero dicit ꝓpter quid. vt tetragoniſmꝰ ē medie rei iuentio. i. medie linee iter duo latera equalia quadrāguli altera ꝑte lōgiori.

## Sciēduȝ eſt ſecundo. ꝙ Dif

finitio aīe prius poſita pōt per preſentem ſic demōſtrari. Illud quod eſt pricipiū viuendi eſt actus primus corporis organici. ⁊c. ſed anima eſt principiū viuēdi in oībus vt poſtea patebit. gᵒ ē actus primus vt patebit. gᵒ ⁊ forma corporis viuentis. Et ſecundū beatū Thomā hec demōſtratio eſt a poſteriori. ex eo eniȝ ꝙ aīa que ē forma corporis viuentis eſt principiū operum vite et nō ecōuerſo. Sed ſecūduȝ Egidium de roma ponit̄ eſſe a priori. Dicit eniȝ ꝙ ambe diffinitiōes dant̄ per cauſaȝ. ſed prima dat̄ per cām cōmunē. et iſta dat̄ per cauſaȝ ſpecialem. iō hec diffinitio eſt notior ſecundū naturā quā prima et etiā quo ad nos. iō pōt aliā demōſtrare. nā prima diffinitio data per cauſam remotā dicit quia eſt. ſecunda vero data per cauſam ſpecialē dicit ꝓpter quid. Poteſt tamen dici ſaluādo vltimā oppinionē ꝙ ſi opera vite cōſiderentur ſecundū eſſe in intentione agentis habent rationem cauſe finalis reſpectu vnionis aīe cum corpore et ſic illa demōſtratio eſt a priori data per finem. Sȝ ſi cōſiderent̄ ille operationes ſecūdū eſſe in executione ſic ſunt poſteriores vt ſubſtātiale qui cōuenit corpori per aīam et ſic ibi eſt demōſtratio quia eſt.

## Sciendum eſt tertio. ꝙ Ad

probandū animā eſſe principiū viuendi ſuppo nit prīus ꝙ aīata diſtinguūtur motu et ſenſu. et cū ſit multiplex mod⁹ viuēdi ꝙ ſi vnus illorum tātum inſit alicui illud dicitur aīatū. Et vltra ſupponit 2° ꝙ ſunt quatuor modi viuendi. Primus eſt per intellectū. Secundus eſt per ſenſum. Tertius eſt per motū localem. Quartus ē per motum alimenti augmenti et decrementi. nam quedam animata ſolum nutriunt augent et decreſcunt vt plante. Quedā vero preter hec habent ſenſum ſine motu locali. vt aīalia imperfecta. vt conche et oſtree. Alia cum predictis habent motum localem. vt aīalia bruta pfecta In aliis vltra reperit intellectus vt in hoībus. Appetitiuū aūt quod eſt qntū genus potentiarū anime non facit gradum diſtinctū in viuētibus. quia vbicunq; eſt ſenſus ibi eſt motus appetitus ſenſitiui. et econtra. Ideo ꝗuis ſint quinq; genera potētiarum aīe. tamen tantum ſunt quatuor gradus viuendi. ex quibus pbat ꝙ anima ſit principiū viuēdi ſecūdum omēs gradus. Pro quo ſit.

## Concluſio prima: Anima in

ſibile per ſe diuiditur in ſenſibile pꝛopꝛium. et commune. Pꝛopiū ē qđ ab vnico ſenſu percipitur. et circa qđ non contingit pꝛopꝛium ſenſum errare. Unde in ipm habet ſenſus naturalē aꝑtitudinē. et iō ſecūdum differēciam pꝛopꝛioꝛum ſenſibilium ſenſus in ſpecie variantur. Sed ſenſibile cōmune eſt qđ nō immutat ſenſum ꝑ pꝛopꝛiam ſpeciē. tamen facit per ſe ad modū immutandi et a pluribus ſenſibus percipi poteſt. circa qđ contingit ſenſum errare. vt ſunt quinqꝫ pꝛi⁹ dicta. Et differt ſenſibile pꝛopꝛiū a cōmuni. qꝛ pꝛopꝛium ab vnico ſenſu percipitur. Cōmune vero ab omib⁹ vel pluribus. Differūt ſecūdo. quia circa ſenſibile commune cōtingit ſenſum errare. ſed circa pꝛopꝛium nō contingit errare. vt viſus non decipit̃ circa coloꝛē quattuoꝛ cōditionibus obſeruatis. Pꝛima eſt ꝙ ſit debita diſpoſitio oꝛgani ſenſus. deffectu cuius febricitans male iudicat de ſapoꝛibus. Secunda ꝙ ſit debita diſpoſitio medij. deffectu cuius iudicamus ſolem de mane eſſe rubeum. Tertia eſt ꝙ ſit debita diſtantia ſenſus a ſenſibili. deffectu cuius ſolem iudicamus eſſe bipedalis quantitatis. Quarta requiritur ꝙ ſit debita virtus obiecti ſic ꝙ ū ſit nimis magnū. nimis foꝛtis. nec nimis paruū.

## Sciendu eſt vlterius ꝙ Ad

ſenſibile per accidēs duo requiruntur. Pꝛimo ꝙ accidat ſenſibili per ſe. Secundo ꝙ ſtatim apprehendatur a ſentiente cognito ſenſibili ꝑ ſe. ſi enim aliquid accideret ſenſibili per ſe qđ tamē lateret ſentienteꝫ nō diceretur ſentiri ꝑ accidēs. quare opoꝛtet ꝙ cognoſcatur illud ſenſibile ab aliqua potentia ſentientis que ſit ſenſus. vel intus vel vis cognitiua. vel extimatiua. exemplū dat de ſenſu. ſicut dulce qđ eſt pꝛopꝛiū ſenſibile guſtus ꝑ accidens percipit̃ a viſu. Exemplū de intellectu. vt viſo aliquo mouere ſeipm per intellectū apprehendimus vitam eius. Exempluꝫ de cogitatiua. vt viſo coloꝛato percipimus eſſe hominē vel animal. et virtus in homine dicit̃ ratio particularis. et cōparat intentiones particulares. ſicut ratio cōmunis cōparat intentiones vniuerſales. tamen hec virtus eſt ſenſitiua. ꝙuis participet aliquid de intellectu in homine pꝛo ꝙto ſenſus cōiungitur intellectui. Exemplū de extimatiua. vt ouis per auditū audit vocem agnelli et per extimatiuam iudicat ipm eſſe filiū eius. Aduertendum tamen ꝙ differenter ſe habent cogitatiua in homine. et extimatiua in bꝛutis. qꝛ cogitatiua apprehendit indiuiduum vt ſiſtit ſub natura cōmuni qđ ſibi ꝯtingit inꝙtum cōiungitur intellectui. Sed extimatiua in bꝛutis non apprehendit indiuiduū ſecundū ꝙ eſt ſub natura cōmuni. ſed ſolum pꝛout eſt terminus aut pꝛincipiū actionis vł paſſionis ei⁹. vt ouis non agnoſcit hanc herbam. vt eſt ſub ſua ſpecie. ſed ſolum inꝙtuꝫ eſt cibus eius. Unī illa virtus dat bꝛutis vt per eam oꝛdinentur ad perſequendū ſuas operationes. Tunc ſit

## Concluſio pꝛia. Senſibilia

communia ſunt ſenſibilia per ſe. Pꝫ. quia illa q̃ faciunt ad immutandum ſenſum per pꝛopꝛiam ſpeciē ſiue ad modū immutādi ſunt ſenſibilia per ſe. Sed ſenſibilia cōmunia ſunt hmōi. nam faciunt ad diuerſum modū immutandi ſēſum. nam aliter immutatur viſus a magno coloꝛato et a paruo.

## Concluſio ſecunda. Sub

ſtantia et accidentia diſtincta a ſenſibus ꝓpꝛijs ꝛ cōmunibus ſolum ſunt ſenſibilia per accidēs. Patꝫ. quia non immutant ſenſum per pꝛopꝛiaꝫ ſpēm. neqꝫ per ſe faciunt ad modū immutādi.

## Ad rationes ante oppoſituz

Ad pꝛimā dicitur ꝙ licet numerus ſecundū ſuam ſimplicē eſſentiā ſolum cognoſcatur ab intellectu. tamē ſecundū eſſe materiale qđ habꝫ in rebus numeratis eſt quedā ꝙtitas diſcreta a ſenſu percipitur. Ad ſecundā dicitur ꝙ ad ſenſibile cōmune non opoꝛtet ꝙ ab omnibus ſenſibus percipiat̃ ſed ſufficit ꝙ a multis. Ad tertiā dicitur ꝙ illa ſenſibilia bene ſentiuntur per aliud. ſed non per accidens. quia per aliud non eſt idem ꝙ per accidens ſꝫ opponitur ei qđ eſt pꝛimo: Et hec de queſtione. Sequitur. t. Quoniam quidem eſt viſus. ꝛc.

## Queritur Decimoſeptimo.

Utrum ad videndum requiratur lumen ꝓpter medium tantum et non pꝛopter coloꝛes. Et arguit̃ pꝛimo ꝙ non. quia coloꝛ non habet virtutem mouendi dyaphanuꝫ ſiue lumine. ergo lumen requiritur pꝛopter coloꝛes. aūs patet a ſigno. nam ille qui eſt in obſcuro loco videt reꝫ poſitam in lumine. et non ecōuerſo. ſi ſit in lumine non videt rem in tenebꝛis. quia coloꝛ non poteſt diffundere ſuas ſpecies niſi in medio illuminato: 2º viſus eſt vna potentia. ergo hꝫ vnum per ſe et pꝛimo obiectū. qđ non eſſet ſi coloꝛ eſſet per ſe viſibilis. et non per virtutem luminis. qꝛ lumen eſt per ſe viſibile. Ad oppo⁹ eſt textus dicēs. ꝙ coloꝛ habet in ſe cām eſſendi viſibilē. Pꝛo reſponſione.

## Sciendum eſt pꝛimo ꝙ poſt

ꝙ actū eſt de ſenſibilibus in cōmuni. ꝯñter agit Ariſtoteles de ipſis in particulari. et pꝛimo de ſenſibili viſus. et qꝛ ad videndū requirit̃ dyaphanū et lumen. ideo de iſtis determinandum eſt. In omni enim ſenſatione tria ſunt. ſcilicet mouens tātum. qđ ē ſubiectū. ꝛ motū qđ ē ipſe ſenſus. et mouens et motuꝫ ſimul. qđ ē mediū. Senſibile enim poſitū ſupꝛa ſenſum non facit ſenſationem. ideo ſemꝑ requiritur medium. Et circa hoc videndū eſt vtrum lumen requiratur ad vidēdū ꝓpter mediū vł ꝓpter ipſos coloꝛes.

## Sciendum eſt Secundo: ꝙ

Dyaphanum dicitur qḋ de ſe nō habet propriū lumen quo videatur. ſed eſt ſuſceptiuum luminis extranei per quod aliquo modo fit viſibile. vt ſunt aer et aqua. vitrum vel criſtallus. Et licet aliqua accidentia conueniant elementis ratiōe elementorum. vt calidum vel frigidum. tamen dyaphanitas non cōuenit aeri vł aque ſecūdū naturam propriā. ſed conſequitur naturam cōmunem celeſtem et conuenit elementatis inq̄tū quodā modo participant aliquid corporū celeſtium licet equiuoce.

## Sciendū eſt tertio ꝙ Lumē

eſt actus dyaphani ſecundum ꝙ dyaphanum eſt. vnde dyaphanum eſt potentia lucis et tenebre. ſed eſt materia prima et in potentia reſpectu forme priuationis. lumen aūt cōparatur ad dyaphanum ſicut color ad corpus coloratum. quia vtrūq; eſt forma et actus ſui ſuſceptiui. Et ideo dicit ariſtoteles ꝙ lumen ē quaſi color dyaphanum ſecundū quod dyaphanū eſt actu factū ab aliquo corpore luminoſo ſiue ſit ignis ſiue aliquod corpus celeſte. nam ſicut dyaphanum cōmune eſt celo et elementis. ita eſſe lucēs conuenit igni et celo.

## Sciendū eſt quarto ꝙ Cor

porum quedā ſunt lucida vt ſol. quedam dyaphana. vt aer. quedā oppoca vt terra. Cuius ratio eſt. quia lux ē propria qualitas celi quod eſt corpus perfectiſſimū. ideo corpora illa que ſunt actuata ſunt actu lucida. que vero ſunt ꝓpinqua his ſunt receptiua luminis. vt dyaphanum. ſ; maxime materialia nec ſunt lucida nec ſunt receptiua luminis ſecundu; profundum. Aduertendum eſt tn̄ ꝙ ignis lucidus ē in materia aliena et non in materia propria. vnde in propria ſpera dyaphanitatem habet. nam niſi ita diceretur per regionē ignis non poſſent videri ſtelle. Tunc ſit.

## Concluſio reſponſiua ad .q:

Ad videndū requiritur lumen ꝓpter medium et non propter colores. Prima pars p;. q: color eſt motiuus dyaphani ſecundū quod eſt ī actu: ſed lumen eſt actus dyaphani. ergo ad vidēdū requiritur lumen ex parte dyaphani quod eſt medium. Secunda pars p;. nam color de ſui natura habet ꝙ poſſit mouere dyaphanū in actu. ſed omne potens per ſe mouere dyaphanum in actu eſt per ſe viſibile. ergo color ſecundum ſui naturam eſt per ſe viſibilis. et ſic ex parte ſui nō requiritur lumen. Sed quia dyaphanum non fit ī actu niſi p lumen. ideo color n̄ poteſt videri ſine lumine. ſic lumē qḋ requirit propter mediū et non propter colores. quia color eſt per ſe viſibilis. per ſe ſcilicet in ſecundo modo. per ſe. quia viſibile eſt propria paſſio et non de ſua eſſentiali diffinitione. ideo dicit textus. ſecundū ſe autē et non ratione. ſed tamen in ſeipſo habet cauſa; eſſendi viſibile. Ex predictis p; ꝙ lumen non ē corpus. quia cum diffundatur per medium duo corpora ſimul eſſent in eodem loco. qḋ eſt impoſſibile. Ex quo ſequitur vlterius. ꝙ non eſt fluxus corporum. quia ſi ſic eſſet parua corpora. Sequitur vlterius ꝙ lumē diffunditur p motū ſucceſſiuum. quia licet talis motus poſſet nos latere in aliquo paruo ſpacio. tamen non poſſ; nos latere in tanto ſpacio ſicut eſt ab oriente in occidentē in eodem inſtanti in quo aſcendit corpus lucidum ſupra orizonte; illuminatur totū noſtrum emiſperiu;. Sequitur vlterius falſitas dicti Democriti dicentis. ꝙ ſi inter viſum noſtrū et rem viſam eſſet vacuum poſſet videri quodcunq; corpus in q̄cunq; diſtantia. puta formica in celo. hoc eſt eni; falſum. quia color eſt motiuus dyaphani ſecundum actum. modo in vacuo non eſt dyaphanum neq; medium. Unde hanc opinionem habuit Democritus. quia credidit medium impedire uiſionem eo quod reſiſtit ſue viſioni. ſed hoc eſt falſum. q: dyaphanū non habet contrarietatem ad lumen. ſed eſt in vltima diſpoſitione ad recipiendu; lumen cuꝰ ſignum eſt. quia ſubito immutatur et illuminaᷣ per lumen. Sed cauſa quare diſtantia impedit viſionem eſt. quia viſibile videtur ſub quoda; angulo figure piramidalis cuius baſis eſt res viſa et angulus eſt in oculo videntis. Et q: res viſa maior eſt puncto in quo eſt ille angulus. et q̄to plus recedit ab oculo tāto diminuitur ille angulus. quia quanto latera alicuius trianguli ſunt longiora. dum tamen baſes ſint eadem. tanto angulus eſt minor. ideo res a remotiori viſa minor apparet. Veru; eſt tamen ꝙ Albertus aliter reſpondet ad queſtionē precedentem dicens. ꝙ ad videndum requiritur lumen. et propter mediu; et propter colores. Dicit eni; ꝙ color hab; duplex eſſe. ſcilicet naturale quod conſurgit ex proportione quatuor qualitatum primarū. et ſecundum hoc eſſe bene eſt color in tenebris. Aliud habet eſſe formale quo poteſt mouere dyaphanum quod eſſe habet ex in cādētia luminis qḋ ē tota ypocriſis coloris ⁊ ſecūdum hoc eſſe color eſt actu viſibilis. et ſic lumē requiritur propter colores et propter medium.

## Ad rationes ante oppoſitu;

Ad prima; dicitur ꝙ forma perfecte virtutis poteſt diſponere ſuum receptiuum. et ſibi dare formam ſimilem forme agentis. ſed forma imꝑfecta licet poſſit cōmunicare aliam forma; non tamen ſufficit diſponere ſuum receptiuu; modo



virtus coloris in agendo ē imperfecta reſpectu luminis. quia color non eſt aliud q̄ lumen obſcuratum ex cōmixtione corporis oppaci. ideo color non habet virtutem diſponendi medium ad receptione; eius. ſed poteſt diffundere ſuas ſpecies in medio diſpoſito. Et ad illud qḋ dicebatur de exiſtente in tenebris reſpōdeᷣ ꝙ illud medium eſt illuminatum q̄tum ſuficit ad diffinitionem ſpecies coloris. Ad ſecundā dicitᷣ ꝙ lumen eſt tota ſubſtantia coloris. ideo ſi pertinet ad eandē naturam viſibilis non oportet ꝙ color fiat actu viſibilis per lumē extrinſecu;. ſed habet in ſe lumen intrinſecū quo ſufficit mouere dyaphanum exiſtens in actu. nō tamen ſufficit ipſm actuare per imperfectionem eius. Et hec de queſtione. Sequitur in textu. Eſt autem coloris. ⁊c.

## Queritur Decimo octauo.

Utrum color ſit proprium obiectu; viſus. Et arguitᷣ ꝙ non. quia obiectum viſus p ſe primo debet videri. ſed color non videtur per ſe primo ſed videtur per lumen. 2º propriū obiectum debet eſſe adequatū ſue potentie. ſed multa videntur que non habent colorem. vt corpora celeſtia et tenebre. ergo color non eſt obiectum.

Ad oppoſitū eſt textus. Pro reſponſione

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

q̄ phūs oſtendit quid ē color. quid dyaphanū et quid ſit lumen. ɔn̄ter oſtendit qualiter ſe habeat dyaphanum ad colores ⁊ ad lumen quod eſt actus eius. Un̄ de lumine diuerſe fuerūt opiniones. Prima fuit ꝙ lumen eſt corpus eo ꝙ ſepe dicitur ꝙ radii luminoſi ſe interſecant. modo interſecare ſe pertinet ad corpus. Secūda fuit dicentium ꝙ lumen eſt defluxus corporꝫ ad modum vaporis defluentis ab aliquo humido propter illud motiuū. quia ſepe dicitur ꝙ lumen tranſit per aerem. modo tranſitus ſolu; cōuenit corporibus. Sed iſte due opiniones fuerunt improbate in queſtione ꝓcedente. nam ſi lumen eſſet corpus vel defluxus corporum diffunderetur ſucceſiue. qḋ falſum ē. Tertia opinio fuit ꝙ lux vel lumen eſt quedam natura ſpiritualis propter iſtud motiuū. quia in rebus intellectualibus vtimur nomine luminis. vt dicitᷣ ſubſtātias ſeparatas habere lumē intellectuale. Quarta opinio fuit ꝙ lumen eſt forma ſubſtantialis ſolis eo ꝙ ſol ſecundum ſe dicitur lucidus. Sed iſte due opiniones improbantur quia nulla natura ſpiritualis nec etiam forma ſubſtantialis eſt per ſe ſenſibilis. ergo lumen nō eſt natura ſpiritualis nec forma ſubſtantialis. iſte aūt locutiones de lumine propter quas ipſi mouebantur ſunt omēs metaforice. Quīta fuit opinio Alberti dicentis ꝙ lumen habet eſſe intentionale ſolum in aere vel in dyaphano. Sed hoc improbatur. q: ens intentionale non poteſt facere naturalem tranſmutationē. ſed radii corporꝫ celeſtium tranſmutant realiter hec inferiora. Eſt eī lumē qualitas corporis celeſtis p quā agit in iſta inferiora. ergo color habet eſſe reale et non ſolum intentionale in aere.

## Sciendu; eſt ſecundo ꝙ Lu

men et color ſubſtantialiter conueniūt. ſed differunt primo. quia lumen nominat formam in paruipotētia cum tenebroſo. color aūt dicit formā paruipotētiā. Secundo. q: lux eſt qualitas primi alterantis que non habet cōtrariu;. et iō ſuſceptiuū eius ſemper eſt in vltima diſpoſitione ad recipiendum lumen. Sed color ſ;ꝰ ſuas ſpecies habet cōtrarietatem ſecundum diuerſas permixtiones luminis cum opaco. et ſecundum ꝙ lumen magis vel minus dominatᷣ ſecundū hoc cauſantᷣ diuerſi colores extremi vel medii.

## Sciendum eſt Tertio. ꝙ Ut

dictum eſt prius dyaphanum eſt receptiuū luminis et coloris. et quia receptiuū alicuius debet eſſe denudatū a natura quam recipit. ideo dyaphanum ſecundū ſe non habet lumen vel colorem ſed eſt inuiſibile et tenebroſum. Uerūtamen ꝙ eadem eſt potentia cognitiua oppoſitorū dyaphanu; poteſt videri ſicut et tenebroſu;. et ſicut dicitur de ſuſceptiuis obiecti viſus ita dicendū eſt de ſuſceptiuis obiectorū aliorum ſenſuum.

## Sciendum eſt quarto ꝙ Ui

ſibilium q̄dā ſunt proprie dicta. vt colorata et luminoſa. nam omne qḋ videtur inq̄tum participat lumen. aut ergo ipſm participat in potentia vt dyaphanum. aut in actu excellenti. vt celū. aut imperfecte et remiſſe. quia vel habet lucem ſatis claram. vt ignis qui videtur in tenebris et in lumine. in tenebris quidē. q: tātu; habet de luce ꝙ poteſt facere medium in actu et diffundere ſuum lumen. in lumine vero videtur eo ꝙ lumen eius non eſt tam debile vt ad preſentia; alterius luminis totaliter obfuſcetur. ideo in lumine poteſt videri. Alia ſunt inuiſibilia improprie dicta. vt ſunt nocti lucentia. quem ad modum ſunt putredines aliquorum quercuum ſtatie aliquorum piſcium. oculi catorum vel luporum que dicuntur viſibilia innominata.

## Sciendum eſt quinto. ꝙ pre

dicta ſunt viſibilia in lumine inq̄tum colorata et non inq̄tum lucida. ſed in tenebris videntur vt lucentia et non vt colorata. Cuius ratio eſt. quia predicta ī ſua compoſitione habēt aliquid lucis inq̄tum lucidu; ignis et dyaphanū aeris

et aque nō eſt totaliter comprehenſū in ipſis per oppacum terre. et ita quo modo lucida ſunt et eorum lux ſolum in tenebris cognoſcitur. quia cum illa lux ſit debilis ad preſentiā maioris luminis obfuſcatur. ideo de die non videntur. vt lucentia ſub propria luce. ſed vt colorata ſub proprio lumine. vel vt colorata ſub lumine alieno. Unde lux ipſorum cum ſit debilis non poteſt tātum reducere medium in actu vt poſſit recipere ſpecies coloris. ideo ſub ſua luce nec ipſa nec alia videntur. ſed quia lux ipſorum fortior eſt ipſo colore. ideo in tenebris poſſunt videri lucida. Et dicuntur predicta inuiſibilia innomīata. quia ſimul ſunt et lucentia et colorata. ideo nō poſſunt habere vnum nomen tantum. His notatis ponitur.

## Concluſio reſponſiua ad .q.

Color eſt proprium obiectum viſus comprehendendo lumen ſub colore. quia ſunt vnum in ratione viſibile. Pꝫ. illud eſt proprie obiectum viſus in quod prius et directe fertur potentia viſiua et ſub cuius ratione formali fertur in omne illud in quo fertur. ſicut eſt de colore reſpectu viſus. ergo eſt obiectum viſus. Ex quo ſequitur ꝙ viſus eſt ſpiritualior inter ſenſus particulares. pꝫ primo ex parte obiecti. quia ſuum obiectum conuenit tam corporibus celeſtibus ꝗ inferioribus qđ i nullo alio ſenſibili reperitur. Tactus enim ſolum percipit qualitates tangibiles que dum taxat cōueniunt elementis et mixtis. Guſtus vero percipit ſapores qui ſolum ſūt in mixtis. Olfatus ſolum circa odores eſt qui ſolum reperiuntur in mixtis. Auditus eſt circa ſonum qui ſolum cauſatur in corporibus que poſſunt rareſieri et condenſari faciliter quod repugnat corporibus celeſtibus. Secundo pꝫ ꝙ viſus ſit ſpiritualior ex modo ſue mutationis. quia alii ſenſus immutantur naturaliter et ſpiritualiter ſimul. ſed viſus ſolum immutatur intentionaliter. ideo ſpiritualior eſt inter alios ſenſus. deide auditus. deinde olfatus. deinde guſtus. et vltimo tactus. Unde immutatio naturalis eſt in quo qualitas immutantis recipitur in patiente ſecundum eſſe reale. Sed ſpiritualis eſt quādo recipitur in patiente ſpiritualiter tātum.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primaꝫ dicitur ꝙ color non videtur ſine lumine requiſito ex parte medii et ex parte videntis. vnde tamē videtur ſine lumīe exteriori requiſito ex parte ipſius coloris. ideo adhuc color eſt per ſe viſibilis. Ad ſecundā dicitur ꝙ lux. lumen. et color conueniunt in vna ratione formali et non differunt formaliter in eſſe viſibili. et non capitur hic color vt diſtinguitur a luſe. tenebre aūt ſolum videntur per carentiaꝫ luis. ſicut priuatio percipitur per remotionem ſui habitus. Et hec de queſtione. Sequitur textus Nunc autem de ſono.

## Queritur Decimonono:

Utrum ſonus fiat in aere tamꝗ in proprio medio. Et arguitur ꝙ non. quia aeris ad ſonuꝫ nulla eſt reſiſtentia. ergo ſi ſonus fieret in aere in īſtanti diffunderetur per aerem qđ falſum eſt. 2º ſubiectum ſoni non eſt medium eius. ſed ſonus eſt ſubiectiue in aere. ergo non eſt in eo vt in medio. Maior ꝛ pꝫ. quia ſonus in ſuo ſubiecto habet eſſe reale et in medio habet eſſe intētionale. 3º ſonus auditur in aqua. ergo aer non eſt proprium medium ſoni. Ad oppo⁹ eſt textus. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝗ actum eſt de obiecto viſus. cōſīter agit ariſtoteles de ſono qui eſt obiectuꝫ auditus. et primo agit de generatione ſoni. deinde de immutatione ad ſonum.

## Sciendum eſt Secundo ꝙ

Corporum ſonabiliū quedā ſunt bene ſonātia. vt campana actu ſonans. Alia ſunt bene ſonātia. vt in potentia. vt campana quādo non ſonat in actu. Alia ſūt ꝗ nec in actu nec in potentia ſunt bene ſonantia. Ex quo pꝫ ꝙ ſonus quandoqꝫ habet eſſe in actu et qñqꝫ in potentia. Dupliciť tñ aliqđ habeť ī actu. Uno mō in actu permanendi et in facto eſſe. et ſic ſenſibilia aliorum ſenſuuꝫ ab auditu habent eſſe cōpletum in ſuis ſubiectis. vt color in corpore colorato. Alio modo aliquid habet eſſe in actu ſucceſſiuo et in fieri. et ſic ſonus hꝫ eſſe in actu. non enim habet eſſe permanens in ſubiecto. ſꝫ ſolū eſt ꝗdiu eſt generatio eius. in ſimul eī ſunt generatio ſoni et immutatio auditus a ſono. iō Ariſtoteles ſimul determinat predicta duo de ſono qđ tamen non facit de ſenſibilibus aliorū ſenſuum.

## Sciendum eſt tertio ꝙ Ad

generationem ſoni tria requiruntur. ſcilicet percutiens. percuſſum. et mediū ī quo fit percuſſio. Sonus enim cauſatur ex vehementi percuſſiōe in qua fit violenta fractio aeris. modo in percuſſione requiruntur percutiens et percuſſum. et quia actus percutiētis non fit ſine motu locali: nec motus localis ſine medio. ideo in illa percuſſione requiritur medium. et hoc eſt ꝙ dicitur ꝙ ſonus eſt alicuius ad aliquid et in aliquo. alicuius. ſcilicet percutientis. et aliquid ſcilicet ꝑcuſſum. et in aliquo. ſcilicet in medio. non tamē fit ſonus ex percuſſione quorumcūqꝫ corporuꝫ. quia lana et corpora mollia non habent vim ſonandi. Cuius ratio eſt. quia talia corpora



cedunt percutienti. ideo ex percuſſione eorum non frangitur aer. ita vehementer ꝙ poſſit formari ſonus et tamen illa mollia corpora cōprimenter poſſent adeo fieri dura ꝙ cauſarēt ſonū

## Sciendum ē quarto. ꝙ Ad

hoc ꝙ corpora faciant ſonum ex ſua percuſſione requiritur quod ſint dura vt poſſint vehemēter frangere aerem. 2º requiritur ꝙ ſint leuia vt aer ſit vniformis in ſua fractione. 3º requiritur ꝙ ſint concaua ſi debeant facere magnum ſonum. quia aer incluſus ī corpore concauo nō poteſt ſtatim exire ymo vna pars percutit aliaꝫ et alia aliam. et ſic fiunt multi ictus et multiplicatur ſonus. Unde corpora que in ſua compoſitione habent aerem bene diſpoſitum bene ſonant. vt es vel argentum. 4º requiriť ꝙ illa corpora dura ſe percutiant vehementer et velociter. quia ſi tarde ante percuſſionem diſſolueret aer et non cauſaretur ſonus.

## Ulterius ſciendum. In gene

ratione ſoni equon ꝙ corpus ſonans ſe habet ad ſonum ſicut ad centruꝫ. ita quod ſon⁹ orbiculariť diffūdiť circa ipſꝫ vt qñ lapis cadit in aquā punct⁹ percutiēs lapidis eſt vt cētr̄. et circulariter cauſantur multe in vndatiōes que ſi non reperiant obſtaculum tunc reuerberantur ad locum a quo proceſſerunt. ita ſimiliter ſon⁹ circulariter diffunditur. et ſi non reperiant obſtaculum tandem deficit. et ſi reperiatur tunc reuerberatur aer ille a corpore obiecto et cogitur ſonus reuerti ad locum ad queꝫ proceſſit in iſta repercuſſione cauſatur ſonus qui dicitur ſonus eqnon et iſte aer idem numero repercutitur adhuc habens impreſſionem ſoni primo generati ideo quandoqꝫ ſecūdario auditus vocem ſimilem voci prius formate dum tamen fiat repercuſſio prope. quia ſi nimis diſtanter fieret. non ſeruaret ſimilem impreſſionē eo ꝙ figuratio cōtinue per motum diſſoluitur. Ubi aduertendum ꝙ in omni ſono fit iſta repercuſſio vt habꝫ textus licet non ſemper percipiātur vnde percipitur iſte ſonus in locis concauis. vt in puteo. vel in valle iuxta muros vel in ſiluis. in locis autem planis raro percipitur. Et ꝙ ſemper fiat iſte ſonus patet per locum a minori. nam in lumine ſemper fit reflexio a corpore oppoſito. qr niſi ſemper fieret numꝗ videreť aliquid ē nuli lumen ſolis aut alterius luminoſi directe incideret ſupra ipſm non tamen percipitur ſemꝑ iſta percuſſio. ꝛ cum lumen ſit ſubtilius ſono minus in aere debet fieri reflexio luminis ꝗ ſoni. cum ergo ſemper fiat reflexio ſoni. His preſuppoſitis ponitur.

## Concluſio rñſiua. medium

propriiſſimū ipſius ſoni eſt aer et minus propriū eſt aqua. Pꝫ illud eſt proprium medium deſſerens ſonum quod faciliter rareſit et cōdenſatur et quod eſt denudatū a ſono. ſed aer eſt hmōi. et etiam aqua licꝫ minus proprie. et ideo antiqui credentes locum vbi ē aer eſſe vacuum dixerunt vacuū eſſe propriū mediuꝫ auditus ꝗuis male dixerunt. in hoc ꝙ dicunt aerem non eſſe corpus. tamen bene dicunt per hoc ꝙ dicunt ſonum fieri per aerem. Sed.

## Dubitatur primo. Utrum

Sonus cauſetur a percuciente vel a percuſſo. vel ab vtroqꝫ. ℞. ꝙ ab vtroqꝫ ſed differenter. quia primo fit a percutiente qui primo percutit aerem. et quia percuſſum eſt durū et leue. ideo facit aerem reſilire. et ſic ab vtroqꝫ dependit ille motus. quia oportet ꝙ ibi fiat reſilitio et ex reſiſtentia percuſſi non tamen omne ꝙ percutitur cauſat ſonum. quia ſi acus acui obiciatur non generatur ſonus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā diciť ꝙ aeris ad ſonū nulla eſt reſiſtentia cum aer non habeat in ſe formaꝫ ſono contrariā. ſed quia ſonus fit cum motu locali cui repugnat fieri in iſtāti. iō ſonus non poteſt fieri ſubito ſꝫ ſucceſſiue. Ad ſecundā dicitur ꝙ ſonus eſt ſubiectiue in aere propinquo reſpectu ſonantis et intentionaliter diffunditur in aerem diſtantem. ideo ſecundum diuerſas partes ibi eſt realiter et intentionaliter. Ad tertiam pꝫ ſolutio ex dictis. Et hec de queſtione. Sequitur in textu. Uacuum enim recte dicitur.

## Queritur viceſimo. Utrum

Sonus ſit proprium obiectum auditus. Et arguitur primo ꝙ non. quia nulluꝫ ſenſibile cōmune eſt proprium obiectū auditus. ſed ſonus eſt ſenſibile cōe. quia eſt motus localis. ergo ſonus non eſt propriū obiectum auditus. 2º illud eſt propriū obiectum auditus a quo auditus mutatur. ſed auditus immutatur a corpore ſonantis. ergo corpus ſonans eſt obiectū auditus et non ſolum ſonus. Ad oppoſitum eſt textus. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝗ viſum eſt de generatione ſoni et de his que requiruntur ad generationem eius. cōſīter dicendum eſt de immutatione auditus ab ipſo ſono licet eniꝫ ſimul ſint tempore generatio ſoni et diffuſio eius per medium et immutatio auditus. tamen prius ſecūduꝫ naturā fit generatio ſoni et eius diffuſio per medium ꝗ quod īmutet ſenſum auditus.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Organum auditus eſt de natura aeris ſicut or-

ganum viſus eſt de natura aque ideo ī organo auditus eſt quidā aer incluſus qui recipit ſonū exiſtentē in aere exteriori et quādo aer exterior motus per foramē auris pertingit ad pelliculā continentem illū aerem intrinſecum tunc permutatur illud organum et auditur ſonus. Ex quo ſequitur ꝙ anima non audit a qualibet parte ſui corporis. quia non in qualibet parte habet aerem incluſum qui ſit organum auditus. neqʒ aer exterior poteſt penetrare qualʒ parteʒ aīalis vt immutet aerē intrinſecum qui eſt organum auditus. Ex dictis ſequitur ꝙ iſte aer connaturalis aliter non habet in ſe ſonum. quia ſi haberet non perciperet ſonū ab extrinſeco venientēʒ vnde aer in aure exiſtens cōtinetur per quandā pelliculam ne defluāt et eſt edificatus. id eſt ſimiliter diſpoſitus in concauo auris. et oportet ꝙ ſit immutabilis ad hoc ꝙ poſſit ſentire omēs differentias motus et ſoni ſicut pupilla caret oī colore. vt omnem colorem poſſit cognoſcere.

**Sciēduʒ eſt tertio ꝙ Ad or**ganum auditus duo ſunt neceſſaria. vt patet ex dictis. Primū eſt ꝙ ſit aer incluſus in dicta pellicula que dicitur meringa auris. Secundū eſt ꝙ ille aer ſit immobilis. Et ſecūdū hoc poſſunt accidere duo impedimēta circa auditū. Primū eſt ſi ille aer incluſus corrumpatur. vt in homie exiſtente in aqua corrumpitur dum aqua venit ad illum aerem. verūtamen aqua impediri pōt ab ingreſſu propter tortuoſitates que ſunt in foramine auris et ſi ledatur illa pellicula continens impeditur auditus quēadmodum impeditur viſus ſi pellicula continens humidū ꝙ eſt in pupilla oculi ledatur. Secundū impedimētū eſt ſi aer ille intrinſecꝰ moueatᷣ quia requiritur quod ſit immobilis et ſine ſono. vt poſſit percipere ſonum et motuʒ exiſtentē in aere exteriori. ideo phūs ponit ſignū ad diſcernendū vtrum aliquis ſit boni auditus. nā ſi continue audiat ſonum in auribus aer ſui organi eſt in cōtinuo motu. ideo non poteſt bene percipere motum et ſonum exteriorē et eſt mali auditus. ſʒ ſi multotiens ꝑcipiat ſilētiū ſignum eſt boni auditus. Hiis preſuppoſitis ponitur.

### Concluſio reſponſiua ad.q:

Sonus eſt proprium obiectum auditus. Probatur ſicut antea probatum eſt de colore ꝙ ſit ꝓpriū obiectū viſus. Sed.

**Dubitatur primo. Que ſunt** differentie ſoni. R. ꝙ ſunt acutum et graue et ſumūtur ad ſimilitudinem per differentias que ſunt in tactu. Unde acutuʒ dicitᷣ ꝙ in modico tempore multū mouet ſenſum tactus. et acutū in ſono quod cito mouet ſenſuʒ auditus. ſonus grauis qui in multo tēpore paꝝ mouet auditū et aliquis poſſet credere ꝙ acutū et graue idē eſſent in ſono ꝙ velox et tardum. ideo remouet hec phūs dicens ꝙ ab inuiceʒ differunt. Unde ſicut motus eſt cauſa ſoni. ita velocitas motus ē cauſa ſoni acuti. ⁊ tarditas eſt cā ſoni grauis et hoc intelligendum eſt quando ſonus in eodē motu cauſatur. qui ſi in pluribus motibus. tunc frequentia motuū eſt cauſa ſoni acuti. et raritas ſoni grauis. vt dicit Boetius in muſica. et ideo corda citare magis extenſa acutius ſonat qr in ea ex vna percuſſiōe frequētiꝰ mouetᷣ aer.

**Dubitatur ſecundo: Quare** hic phūs determinat de generatione ſoni et priꝰ non determinauit de generatione coloris. ſed ſolum de immutatione ſenſus et medii a colore. R. ꝙ alie qualitates ſenſibiles a ſono. vt color odor ſapor et qualitates tangibiles habēt eſſe fixum et permanens in ſubiecto. ideo eſt alia cōſideratio in ipſis ſecūdū ſe et ſecundū ꝙ imutat ſenſum. et ideo alterius conſiderationis eſt generatio ipſarum et alterius immutatio facta per ipſas. hic aūt cōſideratᷣ de immutatione ſenſuʒ ab obiectis in libro de ſenſu et ſenſato de generatione coloris. ſaporis. et odoris. et in de generatione agitur de qualitatibus tangibilibus et quantū ad aliquas in libro methaurorum. ſed ſonus non habet eſſe fixum et quieſcens in ſubiecto. ſed in quadā immutatione cōſiſtit eo ꝙ cauſatur a motu. et ſic ſimul eſt generatio eiꝰ et immutatio eius. iō ſimul de ipſis determinatur.

### Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primā dicitur ꝙ ſonus non eſt motus localis formaliter. ſed ibi eſt paſſio cauſalis ſiue materialis. et ſonus ſolum cum motu locali cauſatur Ad ſecundā dicitur ꝙ corpus ſonans vt homo vel campana ſolum per accidens immutat ſonum auditus. ſonus aūt per ſe immutat. ideo ſonus ponitur obiectū auditus. et nō corpus ſonans. Et hec de queſtione. Sequitᷣ in textu. Uox autem eſt ſonus. ⁊c.

### Queritur viceſimo primo.

Utrum diffinitio vocis ſit bn̄ aſignata in qua dicitur vox eſt repercuſſio aeris reſpirati ab aīa que eſt in hiis partibus ad arteriam vocalem.

Arguitur ꝙ non. quia omnis repercuſſio eſt motus. ſed vox non eſt motus. ergo non eſt repercuſſio. 2º iſta diffinitio nō competit ſono inſtrumentoꝝ muſicalium cuʒ notare dicuntur ergo no cōuenit omni voci. 3º ſi vox fieret ꝑ reſpirationem aeris cum reſpiratio aeris fiat naturaliter tunc ſequeretur ꝙ non omnis vox eſſet naturalis. et ſic omnis vox eſſet naturaliter ſignificatiua. Ultimo ſi diffinitio eſſet conueniens ſequeretur ꝙ tuſſis ſternudatio et hmōi eſſent voces ꝙ tamen falſum eſt. igitᷣ. ⁊c. In oppoſitum eſt phūs in textu ponens illā diffinitionem in forma. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝙ Ariſtoteles determinauit de ſono in generali ꝯñter determinat de voce que eſt quedam ſpēs eius. vox enim eſt ſonus factus ab aīa. et ſolum competit aīatis vocare. nullū eni in aīatorum dicitur vocare. niſi forte ſecundum quandam metaphoram ſicut inſtrumēta muſicalia. vt lira tibia et hmōi que habent extenſionem in ſuo ſono et melos. id eſt cōſonantiā et locutionem ſiue diſcretionē. ⁊ dicuntᷣ vocare ꝑ ſimilitudīeʒ

**Sciēduʒ eſt ſecundo ꝙ So**nus hmōi inſtrumentoꝝ aſſimilatᷣ vocibus humanis propter tria. Uox enim differt a ſonis ſimplicibus in tribus. Primo quidē in hoc ꝙ vox habet ꝗdam protenſionē ſiue durationeʒ. ſonus aūt ſimpliciter factus cito tranſit ⁊ non habet protenſionē. cuius eſt cauſa. quia ſonus ſimplex cauſatur ex ſimplici percuſſione duoruʒ corporum. et cum ſtatim percuſſio trāſeat ſonus etiam cito tranſit. ſed vox fit ab anīa retinente aerem et repercutiendo ipm ad arteriā vocaleʒ ideo vox habet ꝗdam ꝓtenſionem ſecundum appetitum anime. 2º differt vox a ſimplicibʒ ſonis qr vox habet ꝗdam cōſonantiā. et melodiam quā ñ habet ſonus ſimplex. Cuius cauſa eſt. qr ſonus ſimplex ꝓuenit ex ſimplici percuſſione. ideo in ſe non habet diuerſitatē grauis et acuti. et per ꝯñs nec conſonantiā que cauſatur ex diuerſa proportione grauis et acuti. ſed vox diuerſificatur per ſonum grauē et acutum eo ꝙ percuſſio ꝑ quā fit vox diuerſimode fit ſecūduʒ appetitū anime emittētis ſonū. 3º differt ab aliis ſonis. qr in voce eſt quedā diſcretio et interruptio ſonorum. ſicut pʒ in voce articulata ꝗ ponitur ſpēs ꝗtitatis diſcrete. habet eniʒ diſcretionē et diſtinctionē in ſuis partibus ꝓpter varias repercuſſiōes aeris ſicut ad vanā arteriā vocalem. ſonus autē ſimplex nō habet in ſuis partibus talem diſcretionē. ſed eſt cōtinuus. et quia inſtrumenta muſicalia ſecundum ꝗdam ſimilitudinem habēt iſta tria. iō ſoni talium inſtrumentoꝝ dicuntᷣ voces propter ſimilitudinē illam quā habent ad vocē humanam. habent enim tales ſoni ꝗdam durationem melodiā et diſtinctionē in ſuis partibus ſecundū diuerſas percuſſiones diuerſarū cordarū aut diuerſorum flatuū et aliorū hmōi. iō ſoni taliū inſtrumentorum dicuntur voces per ſimilitudinem quā habent ad vocē humanā. quā ſimilitudinem habent ex intentione ſonantis. ſed deficiunt a vera ratione vocis. qr non ſunt per inſtrumenta naturalia.

**Sciēduʒ eſt tertio. ꝙ Uox ē** repercuſſio aeris reſpirati. ſola eniʒ animalia reſpirantia dicuntᷣ vocare. et ideo aīalia non habentia ſanguinē nō reſpirāt. et ꝗdā aīalia habētia ſanguinem non vocant. vt piſces. ⁊ ſi piſces quandoqʒ dicantᷣ vocare. ſicut piſces qui ſunt ī athileo id ē in illo flumine. vel mari hoc eſt iō ꝙ cū brachiis vel cū alio hmōi faciunt ſonuʒ ſimilē voci qui tamen non eſt vox. Uñ quatuor ſunt genera aīalium ſanguinē non habentia. vt dicitur in libro de aīalibus. ſcilʒ aīalia mollis carnis exterius. vt ſunt ſepie et animalia mollis teſte vt cancri. et animalia dure teſte. vt chonche et oſtree. et aīalia que ſunt corporis anuloſi vt apes et formice. nullū eniʒ horum habet ſanguinē neqʒ vocant.

**Sciēduʒ eſt quarto ꝙ Cor** et pulmo ſunt partes vehementer calide. iō requirunt aerē refrigidantē. et temperātē caloreʒ eoruʒ. ideo natura in aīalibus habentibus pulmonem que habēt magnū calorem ad cor ordinauit reſpirationē aeris et aſpirationē ad refrigerium cordis. et ſe habet pulmo in reſpiratione ad modū fellis recipientis et emittentis aerem. et per talem aſpirationē et reſpirationeʒ mēbra principalia ſcʒ cor et pulmo excellenter calida tēperantᷣ in calore. Ex quo pʒ ꝙ anima vtitur aere reſpirato ad duo opera. ſcʒ ad nutritioneʒ caloris cordis tanꝙ ad aliquod neceſſarium. et ad locutionem ⁊ formationē vocis tanꝙ ad id quod eſt de bene eſſe et non neceſſariuʒ ſimpliciter. ſicut etiā natᷣa lingua ad duo opa vtitᷣ. ſ. ad guſtū qui eſt neceſſarius inꝗtuʒ eſt diſcretiuꝰ alimenti cōuenientis a diſcōuenienti. ⁊ etiā ad locutionem que non eſt neceſſaria ſimpliciter. ſʒ bene de bn̄ eſſe. vox enim fit per arteriā vocalē tanꝙ per ꝓprium organuʒ. qr aer reſpiratus et tractus ad cor et pulmonē in virtute aīe repercutitur ad arteriā vocalem in qua repercuſſiōe fit vox. et ita arteria vocalis eſt organum vocis. eſt eni arteria vocalis quedā vena vł aliquid ſimile vene que eſt iuxta guttur et cōtinuatur lingue et pulmoni et dicitᷣ via ſpūs ſiue aeris ſicut vena dicitur via ſanguinis. ſic pʒ in quo modo cauſatur vox. cauſatur eniʒ quando aer reſpiratus ⁊ attractus circa cor ad pulmoneʒ per virtutem anime repercutitur ad arteriā vocaleʒ et in illa repercuſſione fit vox et oportet aerē aſpiratum retineri. qr ſine aere reſpirato non fieret vox. Iſtis predictis ponitur.

### Concluſio reſponſiua ad.q:

Diffinitio vocis eſt ſuficienter aſſignata. Patʒ per ea que requiruntur ad bonā diffinitioneʒ.

ponitur enim repercuſſio tanꝗ genus. et eſt ibi predicatio cauſalis et non formalis. et per hoc ꝙ dicitur aeris reſpirati ab anima excluduntur ſoni facti ab inanimatis.⁊ per hoc ꝙ dicitur ad arteriam vocalem excluduntur ſoni qui fiunt ꝑ alias partes inanimatas. per hoc etiā ꝙ ponit̄ ab anima excluduntur ſoni qui fiunt ex neceſſitate nature ſicꝫ tuſſis. Et qꝛ oīs vox fit mediāte ymaginatione et appetitu. et ita omnis vox ſignat naturaliter vel appetitum anime vel aliꝗ ymaginationem ſui vel alterius rei. vel etiam ſignat ad placitū. voces enim aīalium brutorū ſignant appetitum anime cū aliqua ymaginatione. et voces humane articulate ſignāt ad placitum ex impoſitōe. Ex quo poteſt patere ꝙ in formatione vocis tria ſunt. ſcꝫ perciciens quod ē ipſa anima cū ſua vi motiua.⁊ percuſſuꝫ quod ē arteria vocalis.⁊ mediū qđ eſt aer reſpiratus. Quis enim anima ſit forma totius corporis. et in qualibet parte tota ſit ſecundum eſſentiam tamen principaliter dicitur eſſe in corde ꝗtum ad vim motiuā. et ita anima dicitur eſſe in corde et pulmone. qꝛ in illis partibus principaliter operatur cum cor ſit principiū vite. res aūt dicitur eſſe vbi operatur. Ex quo patꝫ ꝙ ſola aīalia reſpirantia que habent pulmonem et arteriā vocalem formant voces.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicit̄ ꝙ ibi eſt predicatio cālis. et eſt ſenſus. vox eſt cauſatus ex repercuſſione.

Ad ſecundā pꝫ ſolutio ex dictis. Ad terciā dicendū ꝙ omnis vox in vniuerſali eſt naturalis et ſignat naturaliter. tamē aliqua vox ꝓut eſt articulata ſignat conceptum mentis ad placitum. nihil enim prohibet aliquid in vniuerſali cōceptuꝫ eſſe naturale. et tamen ſecundum quandā circunſtantiā eſſe voluntarium et ad placitum. ſicut punire latrones eſt de iure naturali. ſed punire ipſos hoc vel illo modo cadit ſub iure poſitiuo et eſt ad placitum. ſimiliter naturale eſt homini loqui et vocare. ſed taliter vel taliter et ſecundū talem dearticulationē eſt voluntarium. Ad aliam dicitur ꝙ alii ſoni nō fiunt ab anima propter appetitum vel ymaginationē. ſed propter nature neceſſitatem. Sequitur in textu. De odore aūt et olfactu.

## Queritur viceſimoſecundo:

Utrum odor ſit proprium obiectum olfactus

Arguitur ꝙ nō qꝛ propriū obiectum alicuius potentie debet eſſe adequatū illi. ſed odor non adequatur olfactui. tum primo. qꝛ aliquis eſt odor qui non percipitur ab olfactu noſtro. et aliquis qui non percipitur ab olfactu brutoꝝ ſicut odor roſarum. Tum ſecundo. quia olfactus non ſolum percipit odorabile. ſed etiā non odorabile. vt habetur in textu. igit̄ ⁊c. 2º ſic odores percipiuntur a guſtu. qꝛ bene ſapida bn̄ odorant. ergo odor non eſt proprium obiectum olfactus. In oppoſitū ē Ariſtoteles in textu Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝗ phūs determinauit de viſibili et viſu. audibili et auditu. cōſeꝗnter determinat de odorabili. et olfactu. Licet enim odores cognoſcant̄ per ſapores prius tamen agit Ariſtoteles de odorabili et odoratu qui percipit ſuū obiectuꝫ per mediū extraneū ſicut viſus et auditus. ꝗ de ſapore et guſtu qui percipit ſuum obiectum per medium intraneum.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

difficilius eſt determinare de odoribus ꝗ de coloribus et ſonis. Cuius ratio eſt quia homo inter cetera animalia habet maius cerebrū in proportione ad alias partes corporis. cerebrū aūt eſt humidū et frigidum. et odor conſiſtit in calido et ſicco. ⁊ quia organū debet eſſe proportionatum ſuo obiecto oportet organum olfactus eſſe calidum et ſiccum. quia ergo in homine organum olfactus contrahit humiditatē et ſiccitatem a cerebro quod eſt maximū in nobis. idō habent ſenſum peiorem aliis aīalibus. propter quod homines differentias odorum mediorūꝫ non diſcernunt niſi referendo ad ſapores. ſed ſolum excellentes odores facientes delectationeꝫ vel triſticiam. Unde ſicut quedā animalia duros oculos habentia vt ſunt locuſte non percipiunt parua viſibilia. ita etiā nos non odoramus niſi odores excellentes.

## Sciendū eſt tercio: ꝙ Quia

nos non bene percipimus differentias odorum diſcernimus eas per analogiam et proportionē ad guſtum. Cuius ratio eſt qꝛ homo eſt optimi guſtus et mali olfactus. ideo diſcernit ſpecies odorū per ſpecies ſaporum. Qꝛ aūt habeat certiſſimum guſtum pꝫ ex eo ꝙ guſtus eſt quidam tactus. tact⁹ enīꝫ ī hominib⁹ eſt certiſſimus eo quod complexio hominis inter cetera animalia maxime eſt reducta ad equalitatē. et recedit ab excellentia qualitatū primarum. ita ꝙ organum tactus in homine ꝗtum poſſibile eſt denudatū eſt ab excellentiis qualitatuꝫ primarum. Ex quo ſequitur ꝙ homo eſt prudentiſſimū animalium quia in genere hominū ex ſenſu tactus ꝑcip m⁹ ꝙ aliqui ſunt ingenioſi et aliqui non. quod nō facimus ex alio ſenſu. qui enim habēt carneꝫ durā et malum tactū ſunt inepti mente. qui vero ſunt molles carne et habent bonum tactum ſunt apti mente. vt dicit phūs in textu. alia enīꝫ animalia habēt duriorē tactū ꝗ homo. Unde ſignū boni tactus ē raritas in ꝯplexione. tenuitas vnguiū. ſuauitas carnis. et ſubtilitas capillorum. Iſtis notatis ſit.

## Concluſio reſponſiua ad .q :

Odor ē propriū obm̄ olfactus. ꝓbaret̄ hec concluſio ſicut ꝓbatū eſt de colore ⁊ ſono. nihil enīꝫ percipitur ab olfactu niſi odor et reducibile ad odorē. ſicut enīꝫ viſus ē viſibilis et inuiſibilis. et audit⁹ audibilis et inaudibilis. ita olfactus ē odorabilis et inodorabilis. ſed nō odorabile dicitur tripliciter. aut quod oīno nō poteſt habere odorē ſicut corpora ſimplicia. aut qꝛ hꝫ paꝝ de odore vt quidā lapis. et quedā gn̄a metallorū. aut quod paruuꝫ hꝫ odorē ſicut ſulphur. et ita de inuiſibili. et nō audibili. ſimiliter de non guſtabili. et nō tangibili. iſta aūt ſimiliter multipliciter dicuntur.

## Dubitatur primo. Utrum

Aptitudo mentis magis correſpōdeat bonitati tactus ꝗ viſus. Uidet̄ ꝙ nō qꝛ viſus eſt ſpūalior inter oēs ſenſus. et plures rerū differentias nobis oſtendit. idō dicit̄ cōiter vt etiā dicit .p. ꝙ viſus et auditus ſunt ſenſus diſcipline. tactus aūt inter oēs alios ſenſus eſt magis materialis et vicinior potētiis vegetatiuis. Oppoſitū dicit .p. in .t. Ad dubiū reſpondet̄ ꝙ duplici de cauſa bonitas mentis correſpondet bonitati tactus Prima ē qꝛ tact⁹ ē fūdamētū oīum ſēſuū. organum enīꝫ tactus expādit̄ per totū corp⁹ ad modū retis. et ex ſenſu tact⁹ hꝫ aīal ꝙ ſit aīal. ideo cū habet meliorē tactū habet meliorē naturā ſenſitiua. et cū bonitas ſenſus ſit diſpoſitio ad bonitatē intellectus. cū nihil cognoſcamus niſi per miniſteriū ſenſus. ſequit̄ ꝙ qui habēt meliorē tactū habent meliorē intellectū. Ex hoc aūt ꝙ aliquis hꝫ meliorē viſuꝫ vel auditū nō ꝓpter hoc ſimpliciter dicitur melioris nature ſenſitiue niſi ſoluꝫ ſꝫᵒ quid. ſcꝫ ī illa ꝑte in qua eſt viſus vel auditus. Secūda ē qꝛ bonitas tact⁹ cōſequit̄ ꝯtēperātiam in ꝯplexione Et quāuis organuꝫ tact⁹ nō poſſit eſſe oīno denudatū a qualitatibus tangibilib⁹ eo ꝙ eſt ꝯpoſitum ex quatuor elemētis. oꝫ tn̄ ꝙ ſit ī potētia ad excellētias qualitatū tāgibiliū ꝑ hoc ꝙ ē reductum ad mediū. et ꝗto organū tact⁹ eſt magis reductū ad mediū tāto magis tact⁹ ꝑcipit excellētias qualitatū tāgibiliuꝫ. et tāto ꝯplexio corporis ē melior. et cū ad bonā ꝯplexionē corporis ſequat̄ nobilitas aīe. qꝛ oīs forma ꝓportionat̄ materie et aīe iſequūt̄ corpora. vt dicit .p. ī libro de phiſionomia ſequit̄ ꝙ qui ſunt melioris tact⁹ ſūt melioris aīe et ꝑfectioris mētis ſi mētē hēant.

## Dubitatur ſecundo: Cum

hō habeat certiſſimū tactū quare ſpēs odoꝝ denominant̄ a ſpēbus ſapoꝝ magis ꝗ a qualitatibus tāgibilib⁹ q̄ ꝑcipiunt̄ tactu. Rn̄. ꝙ cā ē. qꝛ odor ⁊ ſapor ſumit̄ ex ꝯmixtiōe qualitatū elementoꝝ. ſapor enīꝫ ſumit̄ in calido et hūido aqueo digeſto. odor aūt in ſicco hūido aereo. et idō ſpēs odoꝝ magis reſpōdent ſpēbus ſapoꝝ quaꝫ ſimplicibus qualitatib⁹ tāgibilibus. ⁊ ita noīamus ſpēs odorū ꝑ ſpēs ſapoꝝ eo ꝙ habemus bonū guſtū et malū ſaporatū et ꝓpter affinitatē predictā quā habēt odores ad ſapores.

## Dubitatur tercio. an ſemper

ſpecies odoꝝ correſpōdeāt ſpēb⁹ ſapoꝝ ſic ꝙ illa q̄ habēt dulcē odorē habeāt dulcē ſaporē. Rn̄. ꝙ nō ſemꝑ. Cuius cā eſt. qꝛ ſapor cōſiſtit in hūido aq̄o aliqualiter digeſto ꝑ calidūꝫ. odor aūt cōſiſtit in hūido aereo aliqualiter tēperato ex actione caliditatis ſicci in ipm̄. ꝯtingit aūt qn̄ꝫ vtrāqꝫ ſubſtātiā ſcꝫ ſubtilē aereaꝫ et aqueā eſſe certius eē cōmixtā ſecūdū debitā ꝯmixtionē. et ſic ſuauitas odoꝝ et ſaporū correſpondent ſibi inuicē. ſi verō ſit debito mō ꝓportionata ī vno et nō in altero erit in vno ſuauitas et nō in altero. et ſicut dictū eſt de dulci et amaro q̄ ſunt extrema ī ſaporibus et trāſferunt̄ ad odores extremos. ita etiā noīa ſaporū mediorūꝫ attribuunt̄ odorib⁹ mediis. ſicut enīꝫ dicit̄ ſapor acetoſus auſterus pōticus acut⁹ et pinguis. ita noiant̄ odores.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicit̄ ꝙ nihil ꝑcipitur ab olfactu niſi ſub rōe odoris. et ita nō odorabile ꝑcipit̄ ab olfactu proꝗto eſt priuatio odoris. non oꝫ etiā ꝙ quodlibꝫ gen⁹ aīaliū ꝑcipiat quoſcūqꝫ odores. qꝛ accidit olfactui in comuni ꝙ ſit in organo ſic diſpoſito in tali ſpē aīmalis vel tali.

Ad ſecundā dicit̄ ꝙ odores nō percipiunt̄ a guſtu. Quis enīꝫ odorabile ſit guſtabile ꝑ accidens. nō eſt tn̄ intelligendū ꝙ odor percipiat̄ a guſtu. vt ſatis declaratū eſt prius. Sequitur in textu. Eſt aūt olfactus. ⁊c.

## Queritur viceſimotertio.

Utrum odor multiplicetur realiter per medium aut ſolum intētionaliter. Arguit̄ ꝙ multiplicetur realiter. qꝛ vt dicit Auicenna poma odorifera per hoc ꝙ odorant̄ deſiccant̄ et contrahunt rugas. quod nō eſſet niſi eſſet realis defluxus odoris a corpore odorifero. 2º odor eſt quedā fumalis euaporatio. vt dicit phūs in de ſenſu et ſenſato. fumalis aūt euaporatio eſt aliquid reale igit̄ diffunditur realiter. 3º experti ſunt venatores ꝙ quedam beſtie ſilueſtres quādo appropinquāt loco in quo debēt quieſcere faciunt quoſdā magnos ſaltus vt interrūpat̄ via canib⁹ vt canes nō poſſint eas inuenire

ſed cum ſe mouent ab eis reſoluuntur quidam vapores per quos a canibus inueniunt. quod non eſſet niſi odor eſſet quidam realis defluxus. In oppoſitũ arguit᷑ tribus rõnibus cõmẽtatoris. Prima rõ. quia ſignes et vultures venerunt a quinquaginta miliaribus ad bellũ troianũ propter corpora occiſa. ⁊ tamen ſi cadauera fuiſſent reſoluta igne vltra cuius raritatẽ non eſt maior raritas non potuiſſent ſe diffundere per tale ſpatiũ et maxime cum odor orbicularĩter diffundat᷑. ergo oꝫ odorẽ multiplicari intentionaliter in medio. Sc̃da rõ ẽ ſi odor multiplicaret᷑ realiter per medium ſequeretur ꝙ duo corpora eſſent ſimul et ꝙ eſſet penetratio dimenſionũ. Tertia rõ corpus ſimplex nõ põt eſſe ſubiectũ odoris eo ꝙ odor eſt qualitas ſecũda. ergo oꝫ ꝙ ſit in aliquo ſubiecto mixto et nõ in aere ſi multiplicetur realiter ſed hoc eſt ĩpoſſibile vt patet ꝑ ꝑcedentẽ rõem. q̄r eſſet penetratio dimenſionum. Pro reſponſione.

## Sciendũ eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phũs determinauit de odorabili. cõñter determinat de immutatione medii et organi odoratus ab odorabili. et primo de imutatiõe medii. Pro quo.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Propriũ mediũ odoris ẽ aer aut aqua. quod ꝓbat phũs q̄r tã aialia aquatica ꝙ̃ aialia ĩ aere viuẽtia ſiue habeãt ſanguinẽ ſiue nõ ꝑcipiunt odorẽ a longe eo ꝙ currunt de longinquo ad nutrimentũ qḋ nõ eſſet niſi mouerent᷑ ab odore

## Sciẽduꝫ ẽ tertio. ꝙ Quidaꝫ

dixerũt oẽm ſẽſuꝫ ꝑfici ꝑ quẽdã cõtactũ. ita ꝙ oꝫ ſenſum et ſenſibile ſe tangere ad hoc ꝙ fiat ſenſatio. ſꝫ tamẽ aliter aſſumpſerunt hꝰ accidere in viſu et aliter in aliis ſenſibus. quia dixerunt ꝙ a viſu egrediunt᷑ linee viſuales procedẽtes vſqꝫ ad rem viſam et per hoc ꝙ tangũt viſibile perficitur viſio. ſed in aliis ſenſibus dicebant econuerſo ꝙ ſenſibile venit ad ſenſuꝫ ſicut manifeſtũ eſt in guſtu et tactu. et ſimiliter in auditu. nam ſonus venit ad auditum per motum localem. et ſimiliter dicebant᷑ in olfactu ꝙ a corpore odorifero egreditur quedã fumalis euaporatio in qua eſt odor que deuenit ad ſenſum olfactus. Iſti aũt qui nihil perceperũt de immutatione ſpũali ſcilꝫ antiqui ſolum conſiderauerunt immutationẽ realẽ et materialem. modo ĩ aliis ſenſibꝰ apparet manifeſte quedã materialis immutatio. ſoni enĩꝫ et odores deferuntur per medium et impediuntur per ventos. ſimil᷑r corpꝰ tangibile vt calidum ⁊ frigiduꝫ calefacit mediũ realiter. etiã dixerunt in illis quatuor ſenſibus ſenſibile venire ad ſenſum. ſed quia colores in medio non impediuntur per ventos. etiam quia ſpecies colorum ſunt ſimul᷑ aere. nõ ſic autẽ eſt in aliis ſenſibilibus. ⁊ ita illi nõ percipientes immutationem ſpiritualem. quare dixerunt ꝙ viſus fit extramittendo ꝑ emiſſionem luminis a viſu ad rem viſam. ſed quia percipiebant immutationem qua medium immutatur ab aliis ſenſibilibus dixerunt talia ſenſibilia venire ad ſenſum.

## Concluſio reſponſiua ad. q:

Odor multiplicatur in medio realiter vſqꝫ ad certam diſtantiam et vltra intentionaliter. Prima pars patet. quia odores impediuntur per ventos qḋ nõ eſſet ſi ſolum intentionaliter multiplicẽtur in medio. ventus enim non impedit multiplicationem coloris in medio. igit᷑ ⁊c̃. Et etiam hoc probant rationes et exempla adducta ante oppoſitum. Secunda pars patet ꝑ rationes factas poſt oppõitum. Patet etiam de quia ſenſibile poſitum ſupra ſenſum non facit ſenſationẽ. ergo oportet ꝙ intentionaliter odor multiplicetur per aliquam partem medii.

## Dubitatur primo. Qualiter

Organũ olfactus ĩmutat᷑ ab odore. R̃. ꝙ odor vſqꝫ ad certã diſtantiã multiplicat᷑ realiter et defertur cũ quadã fumali euaporatione et vltra immutat mediũ intentionaliter ⁊ mediũ motũ ĩmmutat organũ olfactus. q̄ quidẽ olfactus ẽ in potẽtia ad odores ſicut viſus ad colores.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

ſenſus cōmunis inmutetur a ſenſu proprio non tamen ꝓpter hoc ſenſus particularis nobilior ē ſenſu cōmuni. licet mouēs nobilius ſit motu. ſicut nec ſenſibile exterius eſt ſimpliciť nobilius ſēſu particulari eſt tamen nobilius ſecundū quid ⁊ quãtū ē actu illud quod alius ē i potēcia. ſimpliciter enim ſenſitiua virtus eſt nobilior ⁊ ſimiliter ſenſus cōmunis nobilior eſt ſenſu particulari quia nobiliores accipit ſpecies ꝙ ſenſus particularis. nam virtus ſenſitiua in ſenſu communi vnita ē vt in radice ⁊ inde ē ꝙ ſenſus particularis habet iudicare de cōtrarietate ſuoꝝ obiectorum inquãtum aliquid participant de virtute ſenſus cōmunis quia ſenſus ꝓprius eſt terminus inmutationum que fiunt per mediū a cōtrariis ſenſibilibus. ſed vltimū iudiciuꝫ pertinet ad ſenſum cōmunē. His ꝓmiſſis ponitur.

### Concluſio reſponſiua ad q.

Ad diſcernēdum ſenſibilia diuerſoꝝ ſenſuū neceſſe eſt ponere ſenſum cōmuneꝫ. patet quia ponimus differēciam ⁊ cōueniēciam inter ſenſibilia diuerſoꝝ ſenſuū etiam inquãtuꝫ ſenſibilia ſunt. ⁊ nō per intellectū. nec per ſenſum particularem. quia vel hoc fieret vno ſenſu vel multis nō vno. quia per vnum ſolum cognoſcimus ea que cadūt ſub vno obiecto. modo ponēs differenciam ⁊ cōueniēciam inter aliqua duo neceſſario ambo cognoſcat. nec diuerſis quia ſimile eſſet ſicut ſi diceremus ꝙ oculo ſentimus albū ⁊ guſtu dulce. ſed nullus iſto modo diſcernit inť album ⁊ dulce. ſed cuꝫ vnus ⁊ idem dicat albū eſſe alterum a dulci oportet ꝙ vnumquodqꝫ cognoſcat. ergo preter ſenſus particulares neceſſe eſt ponere ſenſum cōmunem.

### Concluſio ſecunda. Sicut

non fit iudiciuꝫ diuerſoꝝ ſenſibiliuꝫ a diuerſis ſenſibus ita non fit iudiciuꝫ diuerſoꝝ ſenſibiliū cognitoꝝ in diuerſis temporibus quo ad cōueniēciam ⁊ differenciaꝫ. patet quia tunc prius ꝯgnoſceremꝰ vnū puta albū et poſtea alterū puta dulce. ſed hoc nō poteſt eſſe quia nullus pōt iudicare per ſenſum aliqua eſſe diuerſa niſi ambo cognoſcat pro illo inſtanti in quo iudicat vnum differre ab alio. quia nō poteſt iudicare niſi cōparet ipſa adinuicē. ergo ſicut oportet per vnam potēciaꝫ vtrunqꝫ cognoſcere ita oportet in eodem tēpore cognoſcere illa ad hoc ꝙ inter ſe diſtinguantur.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primã dicitur ꝙ licet a diuerſis ſenſibus exterioribus cognoſcantur diuerſa ſenſibilia ꝓpria. nō tamen poſſumus ponere cōueniēciam ⁊ differēciam inter diuerſa ſenſibilia niſi eadem potēcia cognoſcantur. Ad ſecūdam dicitur ꝙ per ītellectum cognoſcimus ſenſibilia quãtū ad quid eſt. ⁊ ponimus differēciam inter ipſa ꝯponendo ⁊ diuidendo. ſed quo ad diuerſam inmutacionem ſenſus cognoſcimus ea per ſenſū.

Ad terciam dicitur ꝙ ſenſus non cōponit nec diuidit predicãdo affirmatiue vel negatiue ſicut intellectus. ſꝫ apprehēdendo vnionem vel diuiſionem pluriū ad inuicem. Ad quartaꝫ dicitur ꝙ ſenſibilia ſecūduꝫ eſſe reale quãdoqꝫ ſunt cōtraria vt nō poſſunt eſſe in eodem ſecūdum actum. ſed ſꝫᵒ eſſe intēcionale non cōtrariantur quia intēciones contrariorum nō ſunt cōtrarie. Et hec de queſtione.

## Queritur triceſimo primo.

Utrum preter quinqꝫ ſenſus exteriores in aialibus perfectis ſunt quinqꝫ ſenſus interiores. ſ. ſēſus cōmunis ymaginatia fantaſia. eſtimatiua ⁊ memoria. Arguitur ꝙ non quia cōmune nō diſtiguitur cōtra ꝓpriuꝫ. gº ſenſus cōmunis non debet poni inter potēcias. Secundo fãtaſiatum ⁊ memoratum ſunt paſſiones primi ſēſitiui. ſ. ſenſus ꝯmunis. ſꝫ paſſio non diuiditur cōtra ſuum ſubiectū. ergo fantaſia ⁊ memoria nō diuidūtur cōtra ſenſum in ꝯmuni. Terº intellectus minꝰ depēdet a ſenſu ꝙ quecūqꝫ alia potencia ſenſitiua. Sꝫ intellectus nichil cognoſcit niſi accipiēdo a ſenſu. gº multo minus debꝫ poni potēcia interior ad ꝑcipiendum intētiōes non ſenſatas que vocatur eſtimatiua.

Quarto actus cogitatiue qui eſt componere ⁊ diuidere ⁊ actus reminiſcencie qui eſt diſcurſꝰ ad reminiſcendū de preteritis tãtuꝫ differunt ab actu eſtimatiue ⁊ memorie ſic actus eſtimatiue ab actu fantaſie. Sꝫ cogitatiua ⁊ reminiſcitiua non ſunt potencie diuerſe ab eſtimatiua ⁊ memoria. ergo ſimiliter eſtimatiua et memoria non erunt ab inuicem diſtincte.

Ad oppoſituꝫ eſt Auicenna in ſuo libro de anima. Pro Reſponſione.

### Sciendum eſt primo ꝙ poſt

quam per Philoſophum viſum eſt de neceſſitate ponēdi ſenſum cōmunem. Conſequēter videnduꝫ eſt de diſtinctione eius ab aliis potēciis interioribus. Unde quia natura ñ deficit i neceſſariis nec habūdat i ſuperfluis. ⁊ ad vitaꝫ animalis perfecti requiritur ꝙ non ſolum apprehendat rem in pñcia ſenſibilis ſed etiam in eius abſētia. alias cuꝫ motus animalis ſequať apprehēſionem nō moueretur aial ad qrenduꝫ aliquod abſens cuius ꝯtrarium videtur in animalibus perfectis que mouētur ad ꝓſequēduꝫ aliꝙ abſens. ideo animal non ſolum cognoſcat ſenſibile preſens dum ꝓncialiter inmutatur. ſed etiam ſpeciē ſenſibilem retinet.

### Sciendum eſt Secundo ꝙ

Bene retinere ⁊ bene recipere in corporibus diuerſa principia ꝯſequntur. nam humida bene recipiunt ⁊ male retinent. ⁊ ecōtra ē de ſiccis cuꝫ ergo potencia ſit actus organi corporalis oportet ꝙ ſit alia potēcia que recipiat ſpecies ſenſibiliū. ⁊ alia ꝗ ꝯſeruet. Unde ad recipiēdū ipſas ordinantur ſenſus ꝓprii ⁊ ſenſus cōmunis qui eſt interior. ſꝫ ad ꝯſeruandū illas ordinať fantaſia que eſt ſicut theſaurus formaꝝ acceptaruꝫ per ſenſum cōmunem. ideo ſenſus cōmunis ponitť in prima parte capitis vbi cōgregantur nerui ſenſitiui ſenſuum exterioꝝ ⁊ eſt quaſi centruꝫ

omniũ ſenſuuȝ ⁊ i ꝓpinquiori parte ponitur fã taſia ſiue ymaginatio que ab aliquib⁹ vocaẗ potencia formalis quia retinet formas et figuras ſenſibilium.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ Ani

mal perfectum nõ ſolum mouetur ad proſequẽdum delectabile ſecũduȝ ſenſum ⁊ fugiendũ triſtabile. ſed etiam mouetur ad proſequẽdum vel fugiẽdum ꝓpter alias vtilitates. ſicut ouis vidẽs lupum fugit nõ ꝓpter inconuenienciam coloris vel figure. ſed quia ipſum apprehendit vt inimicũ nature. Similiter auis colligit paleam non quia delectet in ſenſu ſed quia vtilis eſt ad nidificãdum. ergo neceſſariũ eſt animali perfecto ꝙ ꝑcipiat aliquas intẽciones que nõ percipiuntur ſenſu exteriori. ⁊ oportet in eo eſſe principiuȝ illi⁹ percepcionis quia perceptio formarum ſenſibilium fit per mutationẽ ſenſibiliũ non autem per imutationem reꝝ non ſenſataꝝ ideo ad percipiẽdum illas intẽtiones que non percipiuntur per ſenſuȝ cõmunem nec exteriores ordinatur extimatiua que ponitur in media parte capitis. ⁊ ibi habet organum quodam modo imperfectum ꝓpter nimium motum cerebri. Sed ad cõſeruandũ hmõi intẽtiones ponitur memoria que eſt theſaurus harum intentionum. cuius ſignum eſt quia principiuȝ memorandi in animalibus fit ex aliqua tali intentione. puta ꝙ eſt nociuum vel cõueniens. ⁊ dicta memoria habet organum in poſtrema parte capitis vbi ſunt neruí ſenſitiui ⁊ motiui protenſi per ſpondilia colli ⁊ dorſi.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ

Inter hominem ⁊ bruta nõ eſt differẽcia q° ad formas ſenſibiles. quia ſimiliter inmutãtur a ſẽſibilibus exterioribus. ſed quãtuȝ ad interiores eſt differencia quia bruta percipiunt intẽtiones quodam inſtinctu naturali ſolum. Sed homo percipit eas per quãdam collationem. ideo potencia cognitiua illarum intẽcionum q̃ in brutis dicitur extimatiua. in hoĩe dicitur cogitatiua vel racio particularis que eſt collatiua intẽcionum particulariuȝ ſicut ratio vniuerſalis intencionum vniuerſalium.

## Sciendum eſt vltimo: ꝙ eſt

differencia inter hominẽ ⁊ bruta ex parte memorie. quia memoria in brutis eſt ſubita recordatio preteritorum. Sed homo cum hoc habet reminiſcenciã cuius actus eſt vti quodã diſcurſu vel ſilogiſmo ad inquirẽdum memoriaȝ preteritorũ ſecũdum intẽciones particulares. ⁊ cõuenit memorie in hominibus inquãtum eſt cõiuncta virtuti intellectiue ſuperiori cuius aliquomodo participat naturam. His ſuppoſitis ponitur.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

In animalib⁹ perfectis preter ſenſus exteriores ponendi ſunt alii quatuor interiores. ſ. ſenſus cõmunis. ymaginatiua vel fantaſia ꝙ idem ẽ extimatiua ⁊ memoria. patet ſatis ex dictis.

Aduertendum eſt tamen ꝙ Auicenna ponit quinqȝ potẽcias iteriores quia diſtinguit ymaginatiuã ⁊ fantaſiam ad inuicem. Sed ſanctus thomas nõ ponit realem diſtinctionẽ inter ipſas quia operatio que attribuitur ymaginatiue ⁊ operatio fantaſie poſſunt eidem potencie conuenire.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primam dicitur ꝙ ſenſus cõmunis nõ dicitur cõmunis reſpectu particularium per predicationeȝ ſed per cauſalitatẽ eo ꝙ eſt cõmune principium ipſoruȝ ideo bene diſtinguitur contra ipſos. Ad ſecundã dicitur ꝙ ſicut vna potencia oritur ab anima mediante alia. ita actio vnius ſubicitur actioni alterius. ⁊ ſecundũ hoc fantaſiatum ⁊ memoratũ diſtinguntur per paſſiones primi ſenſitiui quia inſunt mediante primo ſenſitiuo. Ad terciam dicitur ꝙ licet intellectus oriatur ex ſenſu tamẽ intellectus multa cognoſcit in re apꝓenſa ꝑ ſenſum que ſenſus percipere non poteſt. et ita dicẽdum eſt de extimatiua reſpectu ſenſus particularis. Ad quartam dicitur ꝙ cogitatiua ⁊ memoratiua in homine habent illaȝ eminẽciam vltra cetera animalia nõ per aliquid qđ ſit proprium parti ſenſitiue ſȝ ꝓpter affinitatẽ ad rationẽ vniuerſalem vel intellectum ideo cogitatiua ⁊ reminiſcitiua nõ ſunt potẽcie diſtincte ab extimatiua et memoria in homine quãuis ſint perfectiores in eo ꝙ in brutis. Et hec de queſtione Sequitur in textu. Quoniam autem duabus differenciis. et cetera.

## Queritur triceſimoſecundo.

Utrum intelligere ⁊ ſentire ſunt idem ⁊ oppinio cum fantaſia. Et arguitur ꝙ ſic quia taȝ intelligendo ꝙ ſenciendo aĩa iudicat ⁊ cognoſcit ergo intelligere eſt ideȝ cũ ſentire ⁊ ꝑconſequẽs intellectus cum ſenſu ⁊ etiam opinio que pertinet ad ſenſum. Secũdo nullũ incorporeum patitur a corporeo ſȝ intellect⁹ patitur a corporibus celeſtibus. quia ſecundũ Empedoclem diuerſitas tẽpoꝝ hominibus ⁊ brutis alia ⁊ alia ſapere preſtat. homines enim diuerſis horis et tẽporibus de rebus diuerſimode iudicãt. ergo intellectus ẽ corporeus ⁊ per cõſequẽs nõ differt a ſenſu nec intelligere a ſentire. Tercio. vt dicit Omerus talis eſt intellectus in terrenis hominibus qualem inducit in die pater virorum deorum qui ẽ ſol. g° intellect⁹ patitur a corpore celeſti ⁊ ſic eſt corporeus. Ad oppoſitum eſt textus. Pro Reſponſione

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

quam Philoſophus oſtendit duas operationes ſenſus cõmunis nõ excedere facultatẽ principii ſenſitiui. Conſequẽter inquirit vtrum ſapere ⁊ intelligere excedant facultatem eiuſdem principii. Primo oſtẽdendo ꝙ intelligere et ſapere nõ pertinẽt ad ſenſum ꝙ eſt oſtẽdere ſenſum non eſſe idem cum intellectu. deinde oſtendit ꝙ fantaſia que pertinet ad ſenſum non eſt idem cũ opinione que pertinet ad intellectum ⁊ poſtmodum cõparat opinionẽ ad intellectuȝ ⁊ fantaſiam ad ſenſum.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Nullus corp⁹ poteſt directe agere in icorporeũ ſȝ bene i corporeum. ⁊ quia potẽcie ſenſitiue ſũt corporee cũȝ ſint organis corporeis affixe ideo poſſunt imutari per actionem corporũ celeſtiuȝ non tamen per ſe ſed per accidens. quia nec aĩa nec virtus eius moueẗ niſi moto corpore. Ideo antiqui ponẽtes corpora celeſtia directe habere impreſſionem in intellectum ⁊ voluntatẽ dixerunt intellectũ eſſe corporeuȝ ⁊ ꝑconſequẽs nõ differre a ſẽſu. ⁊ etiaȝ ꝙ ſapere ⁊ intelligere ſunt idem ꝙ ſentire quia tam intelligendo ꝙ ſenciẽdo animal cognoſcit. Sed ꝙ dicerent celuȝ agere i intellectum ⁊ volũtatem patet ꝑ verba Empedoclis dicentis ꝙ in hominibus ⁊ brutis agitur volũtas ad preſens ⁊ diuerſitas tẽporũ intellectui diuerſa ſapere preſtat. Et per verba Omeri dicentis ꝙ talis ẽ itellect⁹ i terrenis hominibus qualẽ inducit pater viroruȝ deorũqȝ.

Sol enim ſecũdũ ipſum dicitur pater viroꝝ quia ſol ⁊ homo generãt hominem. ⁊ dicitur pater deoꝝ quia ceteros planetas illuminat quos antiqui dicebant eſſe homines ſic deificatos i celum poſt mortem. quoꝝ ſol fuerat pater.

## Sciendu ȝ eſt tercio. ꝙ Licȝ

impreſſio corpoꝝ celeſtium poſſit indirecte pertingere ad intellectum ⁊ volũtatem prout intellectus cõiungitur corpori in ſua operatione quia leſo organo fantaſie impeditur ſpeculacio intellectus. ⁊ volũtas coniungitur appetitui ſenſitiuo ⁊ inclinatur ad volendũ ſecũduȝ iclinatiõeȝ appetitus ſenſitiui. qui poteſt variari per actionem corpoꝝ celeſtium. tñ corpora celeſtia non poſſunt directe agere in intellectũ ⁊ volũtatem nec voluntas de neceſſitate trahitur ab appetitu ſenſitiuo. ſȝ de ſe libera ẽ ad ſequẽduȝ vel nõ ſequẽduȝ hmõi inclinationem ideo corpora celeſtia ñ indicũt neceſſitatẽ corporib⁹ humaĩs. Quibus ſuppoſitis ſit.

## Concluſio prima. Antiqui

male aſſignabãt cauſam cognicionis eſſe ſimilitudineȝ cognoſcentis ad cognituȝ nõ aſſignãtes cauſam deceptionis. Patet quia deceptio ẽ magis propria aĩalibus ꝙ cognitio. eo ꝙ homines a ſe ipſis decipi poſſũt. nã vt veniẽtẽ cognoſcant oportet ꝙ ab aliis doceãtur. ⁊ in maiori tẽpore anima eſt in maiori deceptione quã in cognitione veniẽtis. ad quã cognitionẽ vix peruenit per ſtudium magni tẽporis. ergo antiqui aſſignãtes cauſaȝ cognitionis anime debuerant etiam aſſignare cauſã ſue deceptionis qđ tamẽ nõ fecerũt. Poſſent tamen dicere ꝙ oĩa q̃ videntur ſunt. ⁊ ſic nõ eſt deceptio anime. vel poſſet dici ꝙ ſicut cognitio fit per contactum rei ſimilis ita deceptio per cõtactum rei diſſimilis.

Sed primum iſtoꝝ dici non poteſt vt patet 4° methaphiſice. ⁊ iprobatur hic ſecũduȝ quia cõtrarioꝝ eſt eadẽ deceptio ⁊ ſciẽcia. ſimile autẽ ⁊ diſſimile ꝯtrariãtur. ergo ſi de ſimili habeẗ ſciencia ⁊ de diſſimili erit ſcĩa. ⁊ ita ſimiliẗ de deceptione.

## Concluſio ſecunda. Sentire

non eſt idem ꝙ ſapere aut intelligere. ⁊ capitur hic ſapere ꝙ idem eſt ꝙ iudicare. ⁊ intelligere ꝙ apꝓhendere. intellec⁹ enĩȝ primo apꝓhendit ⁊ poſtea iudicat. Primũ patet quia ſentire ineſt omnibus animalibus. Sapere vero cõuenit paucis. ergo ſentire nõ eſt idem ꝙ ſapere. Nõ ẽ tamen intelligẽduȝ ꝙ ſapere ſolum inſit hominibus. quia q̃dam bruta aliquid prudencie habẽt prout recte iudicant de agendis per extimatiuam naturalem. hec tamen prudencia eſt imperfecta. 2⁹ probatur quia cõtingit intelligere recte ⁊ ñ recte. Recte. ſ. ꝑ extimatiuaȝ prudẽciã ⁊ verã opinionem. ⁊ nõ recte per cõtraria iſtoꝝ ſed nõ cõtingit ſentire non recte quia ſenſus circa propriuȝ ſenſibile ſemper eſt verus. 3° ſentire ꝯuenit omnibus animalibus. intelligere ſolum ꝯuenit hominibus ⁊ nõ eſt ſemper verum ſicut ẽ ſenſ⁹ circa ꝓprium ſenſibile. ergo ſentire nõ eſt idem ꝙ intelligere. ⁊ ꝑ cõſequens neque ſenſus cũ intellectu. quia potẽcie ꝑ ſuos actus diſtinguntur.

## Concluſio tertia. Fantaſia

nõ eſt idem cum oppinione. patet quia fantaſia eſt in nobis cũ volumus. quia in põtate noſtra eſt formare aliquid quaſi apparens nobis vt mõtem aureum. Sed opinari nõ eſt in nobis cum volumus ſed oportet ꝙ opinãs habeat rationem per ꝙ opinetur verum vel falſuȝ.

2° ad oppinari ſemꝑ eſt delectatio vel triſticia. quia ꝑ h° apꝓhẽdimus aliquid delectabile vel triſtabile. ſed ad fantaſiam nõ ſequitur paſſio in appetitu quia quãdo aliquid nõ apparet ſecũduȝ fantaſiam ſimiliter nos habem⁹

vt ꝯſiderantes in pictura aliqua triſtabilia vł delectabilia vnde nõ ſequitur delectatio vel triſticia. ergo oppinio nõ eſt idem cuꝫ fantaſia. Huius differẽcie ratio eſt quia appetitus non patitur ad ſimplicẽ rei apphẽſionẽ vt patiť fantaſia. ſed oꝫ ꝙ apphendat aliquid ſub ratione ꝯueniẽtis ꝙ facit opinio in hominibus ꝯponẽdo ⁊ diuidẽdo. Fãtaſia vero non ꝯponit ⁊ diuidit. ⁊ in brutis appetitus patitur ab extimatione naturali que ſimilis ẽ opinioni ĩ hominibꝰ ſecũdũ aliquid impfectum. ideo in ipſis idem operatur ſicut oppinio in hominibus.

## Concluſio quarta. Oppi

nio pertinens ad intellectuꝫ nõ eſt intellectus nec fantaſia ptinens ad ſenſum eſt ſenſus. patet quia dum ſentimus vel intelligimus aliquid dicimus ꝙ ita eſt. Sed dum habemus oppinionem vel fantaſiam nõ dicimus ꝙ ita eſt. ſed dicimus ꝙ ſic videtur nobis. ⁊ apparet ⁊ nõ ſumus certi. ergo oppinio nõ eſt ideꝫ cũ intellectu nec fantaſia cum ſenſu.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam dicitur ꝙ aliter fit iudicium per intellectum ⁊ ſenſum ſecũdum ꝙ intellectus ⁊ ſenſus aliter ⁊ aliter cognoſcũt ⁊ ſꝫꝰ diuerſa opanť Alie due ſoluũtur ex dictis. Et hec de q̃ſtione.

Sequitur in textu.

De eo autem ꝙ eſt intelligere et cetera.

## Queritur triceſimo Tercio.

Utrum fantaſia ſit ſenſus intellectus ſciẽcia vł opio. Et arguiť ꝙ ſit ſenſus qꝛ quicquid ẽ in nobis pertinẽs ad cognitionẽ reducitur ad ſẽſuꝫ vel intellectũ. Sed fantaſia ẽ in nobis pertinẽs ad cognitioneꝫ ⁊ nõ eſt intellecꝰ ergo eſt ſenſus. 2º intellectiua ĩ tercio Phiſicoꝝ cauſatur per fantaſmata cum dicitur ꝙ intellectiue credere eſt incõueniẽs ergo videtur eſſe de mente Ariſtotelis ꝙ fantaſia ſit intellectiua. 3º ſcire eſt rem per cauſas cognoſcere ſed quãdoqꝫ per fantaſiã apphendimus cauſam rei vt per fãtaſiam gladii fantaſiamur interfectiõꝫ. gº ẽ ſcia 4º opinio eſt aſſenſus ratõis ad vnam partẽ ꝯtradictiõis cũ formidine de oppoſito. ſed hoc ꝯuenit fantaſie. gº ẽ opio Ad oppoſitũ eſt .t.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

quam Ariſtoteles oſtendit ꝙ fantaſia non eſt oppinio. Conſequẽter inquirit quid eſt fantaſia. ⁊ cum ſit oſtẽſum ꝙ intelligere eſt aliud ꝙ̃ ſentire. ⁊ ꝙ oppinio pertinet ad intellectum ⁊ fãtaſia ad ſenſum. ꝯſequẽter Philoſophus determinat de fantaſia inquirẽdo quid eſt. ꝯñter determinabit de ĩtellectu et opione. et hoc in alijs. li.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Cum fantaſia ſit ſecũdũ quã fantaſma vel aliquod ydoluꝫ apparet. videtur ꝙ fantaſia ſit de numero habituum vel potẽciaꝝ cognitiuaruꝫ quibus vnuꝫ diſtinguitur ab alio ⁊ diſcernitur veruꝫ a falſo. quia aliquid apparere nõ eſt aliud ꝙ̃ diſcernere verum a falſo. Sunt autem quatuor potẽcie vel habitus quibus verum a falſo diſcernimus. ſ. ſenſus. intellectus. ſciẽcia. ⁊ opinio. capiẽdo tamen intellectũ pro cognitione principioꝝ ⁊ ſenſum ꝓ actu potẽcie ſenſitiue. Tunc ponitur.

## Concluſio prima. Fantaſia

non eſt ſenſus in actu. pbať quatuor rationibꝰ textus. Prima ſentire in actu ꝯuenit õnibus brutis. Sed fantaſia non ꝯuenit omibus brutis quia formice apes ⁊ vermes nõ habent fantaſiam loquẽdo de fantaſia determinata que habet determinatum organũ in quo retinentur ſpecies ſenſibilium etiã abſentibus ſenſibilibꝰ.

Et ſi arguatur cõtra hoc. quia apes ⁊ formice habent prudẽciam cũ ſibi prouideãt de futuris. ergo habent fantaſiaꝫ determinatã. Reſpondetur ꝙ illa animalia ſolum operãtur quadam naturali inclinatione. ⁊ nõ quia habeant fantaſiam determinatã diſtinctam a ſenſu. ⁊ inde eſt ꝙ nihil fantaſiantur niſi in pſencia ſenſibilis. ⁊ quãuis operẽtur ꝓpter finem quaſi ꝓuidentes de futuris hoc tamen nõ eſt quia habeant cognitionem de futuris ſed quia ymaginãtur actus pñtes qui ordinãtur ad finem ⁊ ita magis operãtur ex ymaginatione ꝙ̃ ex apphẽſione. Secũda ratio. ſenſus ſecũdũ actũ ſemper ſunt veri quia ſenſus circa ꝓprium ſenſibile nunꝙ̃ decipitur. ſed fantaſie ſepe ſunt falſe. vt patet de fantaſijs ſomniantium. ergo fantaſia nõ eſt ſenſus in actu. Tercia. ratio cũ ſentimus aliquid in actu habemus certitudineꝫ de illo. ſed cuꝫ fantaſiamur aliquid dicimus ꝙ ita nobis videtur et ſumꝰ incerti. Quarta ratio dormiẽtibus inſunt ſepe fantaſie ⁊ tamen ipſis non ineſt ſenſus in actu. ergo fantaſia non eſt ſenſus in actu.

## Concluſio ſecunda. Fanta

ſia nõ eſt ſẽſus in potẽcia. pateꝫ quia ſenſu exiſtẽte in potencia nichil nobis apparet. ſꝫ in fantaſia ſemper nobis aliquid apparet capiendo fantaſiam pro actu fantaſie. Secunda ratio ſenſus in potẽcia ſemꝑ adeſt animali nõ autẽ fantaſia cũ nõ ſemper aliquid nobis appareat. ⁊ hic etiam cap fantaſia pro actu fantaſie.

## Concluſio tercia: Fantaſia

nõ eſt intellectus neqꝫ ſciencia. patet quia ſcia ⁊ ĩtellectus ſemper ſunt veroꝝ. fantaſia vero





quandoqꝫ eſt veroꝝ ⁊ quãdoqꝫ falſoꝝ.

## Concluſio Quarta. Fanta

ſia non eſt opinio. probatur duabus rationibꝰ. Prima ad oppinionem ſemꝑ ſequitur fides, nõ autem ad fantaſiam cuꝫ in brutis non ſit fides vbi tamen eſt fantaſia. 2º quecũqꝫ habent oppinioneꝫ habẽt rationem per quaꝫ fit perſuaſio ⁊ fides. Sed nulla beſtia habet rationem et tamen habet fantaſiam. ergo fantaſia non eſt oppinio.

## Concluſio quinta. Fantaſia

non eſt aliquid compoſitum ex oppinione ⁊ ſenſu. patet quia ſepe habemus de eodem falſum ſenſum ⁊ veram oppinionem. ſicut ſol ſecũdum ſenſum apparet bipedalis quãtitatis ⁊ tamen ſecundum oppinionem credimus ipſum maioreꝫ tota terra ⁊ per hoc patet ꝙ non eſt fantaſia.

## Dubitatur primo.

quid ſit fantaſia. Reſpondetur ꝙ eſt motus factus a ſenſu ſecũdũ actuꝫ: ⁊ qꝛ iſte motus cauſať ab actu ſenſus ideo ſimilis eſt ſenſui cum omne agẽs agat ĩ ſibi ſimile. nam omne ꝙ moueť per hoc ꝙ mouetur cauſat motum ſimilem motui quo mouetur ergo motꝰ fantaſie nõ poteſt eſſe ſine ſenſu.

## Dubitatur Secundo. Cum

fantaſia ſit motꝰ factus a ſenſu qualr fantaſia poſſit eſſe falſa. ſenſu exiſtẽte vero.

Pro dubio ſciendum eſt ꝙ licet ſenſus circa propria ſenſibilia numquam vel raro decipiatur ſicut potencie naturales non deficiunt niſi raro a proprijs operationibus ⁊ propter aliꝙ̃ corruptionem. tamen ſenſus circa ſenſibilia cõmunia ⁊ per accidens ſepe decipitur quia iudicium de ipſis variatur ſecundum proprias cauſas. Tunc reſpondetur ad dubium ꝙ motꝰ fantaſie factus ab actu ſenſus differt a ſenſu ſicut effectus a cauſa. ⁊ quia effectus debilior eſt ſua cauſa ⁊ quanto plus elõgatur a primo agẽte tanto minus habet de virtute ⁊ de ſimilitudine eius. ideo in fantaſia magis ꝙ̃ in ſenſu cõtingit falſitas. Unde patet ꝙ licet motus fantaſie qui fit a ſenſu proprioꝝ ſenſibilium vt in pluribus ſit verus in preſencia ſenſibilis. tamen motus fantaſie circa ſenſibilia communia poteſt eſſe falſus. ⁊ fantaſia que eſt circa ſenſibilia per accidens ⁊ cõmunia poteſt eſſe falſa tã in preſencia quam in abſencia ſenſibilium.

## Dubitatur tertio. A quo ſu

mitur nomen fantaſie. Reſpondetur ꝙ phox grece idem eſt ꝙ lux latine inde diciť phanes ꝙ eſt apparitio ⁊ a phanes diriuatur fantaſia.

## Dubitatur quarto. Quare

animalia agunt ⁊ paciunť ſecunduꝫ fantaſiaꝫ. Reſpondetur ꝙ fantaſie permanent abeuntibꝰ ſenſibilibus ⁊ ſunt ſimiles ſenſibilibus ſecundũ actuꝫ. ideo ſenſus in actu mouet appetitum in preſencia ſenſibilis ita ĩ abſencia. ⁊ propter hoc animalia multa operantur ſecundum fantaſiaꝫ ⁊ hoc contingit vbi deeſt intellectus quia quãdo preſens eſt intellectus iudicium eius preualet in agendo. quare animalia que nõ habent intellectum agunt ſecundum fantaſiam. Etiam homines quandoqꝫ agunt ſecundum fantaſiã eo ꝙ habent intellectũ velatuꝫ. quod contingit tripliciter quia quandoqꝫ velatur ſeu obtenebratur intellectus ex paſſione que fortis ẽ quia obnubilat intellectum vt patet in continenti. quandoqꝫ vero velatur intellectus ex infirmitate vt patet in freneticis. quãdoqꝫ vero ex ſompno vt patet in dormientibus. ⁊ in iſtis caſibus fantaſia preualet intellectui. ⁊ ideo homo ſequitur apprehenſionem fantaſticam.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primam conceditur ꝙ fantaſia pertinet ad virtutem ſenſitiuam non tamen eſt ſenſus.

Ad ſecundam dicitur ꝙ Ariſtoteles in Tercio Phiſicorum nondum probauerat intellectum differre a ſenſu. ideo intelligenciã pro fantaſia accepit. Ad terciã diciť ꝙ licꝫ quandoqꝫ ꝑ fantaſiam contingat apprehendere effectum per cauſam. tamen hoc eſt quadam viſione ſenſitiua ⁊ non per diſcurſuꝫ ſilogiſticuꝫ qď tamen requiritur ad ſcienciam. Ad quartam dicitur ꝙ fantaſia non eſt aſſenſus rationis ſed apprehenſio pertinens ad ſenſum. nec habetur per rationem ſicut opinio. Et hec de queſtione. Et per conſequens Finis huius Secundi.

# Sequitur Liber Tercius

## De parte autem anime qua cognoſcit anima et ſapit. etc.

.l.i.

## Circa tercium librum De anima aristotelis queritur primo

Utrum intellectus noſter poſſibilis ſit potencia paſſiua. Et arguitur ꝙ nõ nã aliqua ſubſtãcia eſt itellectiua eo ꝙ immaterialis. Sʒ aĩa noſtra eſt immaterialis per ſuã eſſenciã gͦ per ſuã eſſẽciam eſt itellectiua ⁊ ſic intellectus noſter eſt ſubſtancia. 2ͦ vnũquodqꝫ patitur ſecundũ ſuam materiam. Sʒ intellectus eſt immaterialis ergo non eſt potencia paſſiua. 3ͦ intellectus noſter poſſibilis eſt incorruptibilis. Sʒ intellectus noſter paſſiuus eſt corruptibilis. vt dicetur inferius. 4ͦ agens nobilius eſt paciente ſed potencie vegetatiue ſunt actiue ergo intellectus qui eſt perfectior erit potencia actiua. Ad oppoſitum eſt textus Pro reſponſione.

### Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ Ariſtoteles in ſecundo libro egit de parte ſẽſitiua anime ⁊ oſtendit ꝙ ſentire ⁊ intelligere nõ ſunt idem. Conſequenter determinat de parte intellectiua anime. Primo agens de intellectu poſſibili: Secundo de intellectu agente. Tercio de intellectu in actu. Et quarto de parte appetitiua ⁊ de principio motiuo ſecundum locum.

### Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Partem anime intellectiuam phũs vocat partem qua aĩa cognoſcit ⁊ ſapit. cognoſcit quãtũ ad appꝛẽhenſionem ⁊ ſapit quãtum ad iudiciũ itellectus. Uel dicatur ꝙ cognoſcere refertur ad intellectũ practicũ. Sapere vero ad ſpeculatiuum. ⁊ q̃rit phũs vtrũ hec pars ſit ſeparabilis ſubiecto vel ratione tantum. ⁊ ſi ſit ſeparabilis ſʒꝰ ratiõẽ ꝙ differẽciã habeat ad alias partes. ⁊ qꝛ ꝓprietas potẽcie cognoſcitur ex ſuo actu. ideo phũs intẽdit ex qualitate ſui actꝰ iquirere modũ ſue opatõis vt potẽcia intellectiua cognoſcatur.

### Sciendum eſt tercio. ꝙ pati

dicitur tripliciter. vno modo ꝓprie quãdo. ſ. ab aliquo remouetur aliqua ꝓprietas ſibi cõueniẽs ſʒꝰ naturã ⁊ hoc modo aqua patitur dum calefit. 2ͦ modo dicitur aliquid pati minꝰ ꝓprie tñ abicitur ab eo aliquid ſiue ſit cõueniẽs ſiue nõ ⁊ iſto modo patitur nedũ egrotãs ymo etiam qui ſanatur. 3ͦ modo dicitur aliquid pati ꝯmuniter quãdo recipit aliquid ad qd' erat i potẽcia ſine hoc tñ ꝙ aliquid abiciatur ab eo. iſto modo õne ꝙ exit de potẽcia i actu patitur dato ꝙ perficiatur ⁊ hec ẽ paſſio ꝑfectiua ⁊ alijs modis dicitur corruptiua. Sit ergo.

### Concluſio prima. Intellec

tus noſter poſſibilis nõ ẽ paſſiꝰ paſſione corruptiua ſʒ bene patitur paſſione ꝑfectiua. Prima pars pʒ ꝑ ſecũdã ratiõẽ ãte oppoſitum eo. ſ. ꝙ nõ habet materiã. Secũdã partẽ ꝓbat textꝰ qꝛ ſicut ſe hẽt ſentire ad ſenſibilia ita itelligere ad intelligibilia. ſʒ ſentire eſt paſſio ſenſus reſpectu ſenſibiliũ. gͦ itelligere ẽ paſſio itellectꝰ reſpectu itelligibiliũ. maioꝛ pʒ nã ſic ſẽtire ẽ quoddã cognoſcere ꝙ ẽ quãdoqꝫ in actu ⁊ quãdoqꝫ i potẽcia ita itelligere ẽ quoddã cognoſcere ⁊ quãdoqꝫ itelligimꝰ in actu ⁊ quãdoqꝫ i potẽcia. Aduertẽdum eſt tñ ꝙ itellectꝰ aliter ẽ paſſibilis ꝙ ſenſus qꝛ ſenſus ẽ affixus organo corporali quo corrupto ab excellẽti ſenſibili ipeditur ſenſus ne poſſit ꝑcipere debilia ſenſibilia poſt excellẽtiã. ſʒ intellectus nõ habʒ organũ nec poteſt corrũpi ab excellẽcia itelligibilis ⁊ poſt excellẽs itelligibile non minus itelligit infima. Sʒ magis põt itelligere. ꝑ accidẽs tñ itellectꝰ debilitatur ex leſione organi ſenſꝰ qd' neceſſario requiritur ad repꝛeſentãdum ſuũ obiectũ. Cauſa huiꝰ diuerſitatis ẽ qꝛ ſenſus eſt in corpore vt i ſubiecto. intellectꝰ vero eſt in aĩa

### Concluſio Secunda. Intel

lectus poſſibilis eſt immixtus nõ vt iparet vt dicit anaxagoras ſʒ eſt i potẽcia vt oĩa cognoſcat. pʒ qꝛ õe ſuſceptiuũ eſt i potẽcia aliqua ⁊ caret illis quoꝝ ẽ ſuſceptiuũ vt patuit ſupra de organis ſenſuũ. itellectꝰ vero noſter poſſibilis ẽ i potẽcia ad oĩa itelligibilia ⁊ ẽ ſuſceptiꝰ ipſoꝝ gͦ caret oibꝰ illis. ⁊ cũ poſſit itelligere oẽs res corporeas oportet ꝙ careat omi materia corporea ⁊ ꝙ ſit mixtꝰ Si eni eſſet i ſe corporeus natura corporalis eiꝰ ipediret cognitiões aliaꝝ naturaꝝ qꝛ vt hʒ textus. intus exiſtens ꝓhibet extraneum. Ex dictis infert Ariſ. primo ꝙ itellectꝰ nõ habet aliquã naturã determiatã ſʒ ſolũ ꝙ ẽ poſſibilis vocatꝰ a potẽcia reſpectu ꝑ hoc ſibi ꝯuenit ꝙ nõ tãtũ cognitiuꝰ ẽ vniꝰ generis ſenſibiliũ ſʒ vniuerſaliter totius nature ſenſibilis. ⁊ ſic materia prima ẽ i pura potẽcia ad õnes formas materiales ⁊ nulli formꝰ ꝑmixte ſit itellectꝰ poſſibilis reſpectu itelligibiliũ. Infertur ſecũdo ꝙ itellectꝰ ãte actuale itelligere nihil ẽ eoꝝ q̃ intelligit. ſʒ eſt ſꝑ aſe i potẽcia ad intelligibilia ⁊ hoc contra antiquos dicẽtes intellectum eſſe compoſitum ex omnibus vt oĩa cognoſceret. Si enim eſſet cognitiuus omnium per hoc ꝙ in ſe haberet omnia ſemper eſſet omnia in actu ⁊ non in potencia. ſed eſt actualitas omnium et eſt immixtus in potentia.

Et dicit Philoſophus ꝙ loquitur de intellectu quo anima intelligit. Infertur vlterius ꝙ itellectus caret organo corporali. quia ſi haberet organum ſicut ſenſus tunc haberet aliquã naturã determinatã de natura ſenſibilium ſic ꝙ eſſet calidꝰ humidꝰ frigidꝰ vel ſiccꝰ quãtum ad organũ. potẽcia enim que ẽ actꝰ organi ꝯformatur i ſuo organo nec refert an ipſa potẽcia habeat qualitatẽ ſenſibilẽ vel organũ eo ꝙ actꝰ nõ eſt potẽcie tãtum ſʒ ꝯpoſiti ex organo ⁊ potẽcia. Infertur vlterius ꝙ aĩa ẽ locꝰ ſpecieꝝ itelligibiliũ rõe intellectꝰ qꝛ ſicut locus ẽ receptiuꝰ locatoꝝ ita itellectus receptiuꝰ ẽ ſpecieꝝ itelligibiliũ qd' nõ fieret ſi haberet organũ qꝛ tũc ſpecies non reciperetur in aĩa ſolũ ſʒ in ꝯiũcto. non tñ eſt tota aĩa locus ſpecieꝝ ſed ſola pars intellectiua que caret organo.

### Ad rationes ante oppoſitum

Ad primã dicitur ꝙ imaterialitas ſubſtãcie materialis create nõ ẽ itellectus eius ſʒ ex imaterialitate eius habet virtutẽ itelligẽdi ideo nõ oportet itellectũ eſſe eſſẽciã aĩe. Ad ſecũdã pʒ ſolucio. Ad terciã dicitur ꝙ ariſtoteles vocat itellectũ paſſiuũ virtutẽ cogitatiuã q̃ dicitur ratio particularis. q̃ quidẽ virtus cogitatiua corruptibilis ẽ ratione ſui organi. ſʒ potẽcia itellectiua dicitur intellectꝰ poſſibilis ⁊ nõ paſſiuꝰ qꝛ nõ patitur duobꝰ primis modis. Ad quartam dicitur ꝙ reſpectu euiſdẽ opationis ⁊ in eodẽ ordine agẽs eſt nobiliꝰ paciẽte. ſʒ reſpectu diuerſaꝝ opationũ ⁊ i diuerſis ordinibꝰ nõ oportet. ymo paciẽs ſuperioris ordinis quãdoqꝫ eſt nobilius agẽte inferioris ordinis. Et hec de queſtione.

### Queritur ſecundo. vtrum In

tellectus poſſibilis ſecũdum eſſe ſit ſeparatꝰ a corpore. Et arguitur ꝙ ſic qꝛ vt habet textus ſenſus nõ eſt ſine corpore. hic autem. ſ. intellectus eſt ſeparatus. 2ͦ ſi intellectus poſſibilis eſſet corpori ꝯiũctus ſecũdum eſſe ſequeretur ꝙ eſſet ſingularis. ⁊ ꝑ ꝯñs quicquid reciperet reciperet ſingulariter qd' falſũ ẽ qꝛ itellectꝰ cognoſcit vniuerſaliter. 3ͦ ſi eſſet corpori ꝯiũctus ſequeretur ꝙ eſſet corruptibilis ad corruptionem compoſiti. 4ͦ euiſdẽ eſt potẽcia ⁊ actꝰ. ſʒ actus itellectꝰ nõ eſt actio corporis ergo neqꝫ potẽcia itellectiua ẽ corpori ꝯiũcta. Ad oppoſitũ ẽ textus vocãs itellectũ partẽ aĩe. aĩa autem eſt forma corporis gͦ intellectꝰ ẽ corpori ꝯiunctꝰ. Pro reſpõſione.

### Sciendum eſt primo ꝙ Auer

rois motꝰ prima ratione ãte oppoſitũ ponit intellectũ poſſibilẽ ſeparatũ a corpore ſʒꝰ eſſe. ⁊ dicebat ꝙ licʒ dicamur itelligere per itellectũ poſſibilẽ tñ hoc nõ eſt qꝛ ſit nobis ꝯiũctus ſʒꝰ eſſe ſʒ ſolũ ſʒꝰ itelligere. Imaginabatur enim Auerrois ꝙ itellectũ poſſibilẽ nobis vniri ꝑ ſpeciẽ itelligibilẽ q̃ habet duplex ſubiectũ. ſ. itellectũ poſſibilẽ ⁊ ipſa fãtaſmata q̃ ſunt i organis corporeis ⁊ qꝛ talis ſpecies eſt quoddãmodo vnũ cũ itellectu poſſibili ⁊ quodãmodo vnũ cũ fantaſmatibꝰ ideo dixit itellectũ poſſibilẽ ꝯtinuari cũ illis fantaſmatibus per talẽ ſpeciẽ. Sʒ cõtra hãc opinionem ponitur.

### Concluſio prima. Intellec

tus poſſibilis nõ eſt a corpore ſeparatus ſʒꝰ eſſe patet qꝛ pꝛĩcipiũ formale quo homo intelligit nõ eſt ab eo ſeparatũ ſecũdum eſſe. ſʒ intellectus poſſibilis eſt pꝛĩcipiũ formale quo intelligit homo ergo itellectus poſſibilis nõ eſt a corpore ſeparatus. maioꝛ pʒ qꝛ nichil agit niſi ſecũdum ꝙ eſt in actu per formã ꝑ quã agit. ſʒ nichil eſt in actu ꝑ illud quod eſt ab eo ſeparatum ſʒꝰ eſſe. minoꝛ patet qꝛ ſecũdum textum itellectus eſt quo aĩa operatur. ergo relinquitur ꝙ itellectꝰ nõ eſt a corpore ſeparatꝰ ſʒꝰ eſſe. vñ licʒ illud quo aliquid operatur ſicut principio actiuo poſſit eſſe ab eo ſeparatum ſʒꝰ eſſe vt dicimꝰ ꝙ baiulus opatur ꝑ regẽ ⁊ qꝛ rex mouet ipſum ad operãdũ. tñ impoſſibile eſt illud quo aliquid formaliter operatur ab eo ſeparari ſecũdum eſſe.

### Concluſio ſecunda: modus

quo ponit Auerrois itellectũ poſſibilẽ ꝯtinuari cũ fantaſmatibꝰ ⁊ nobis nullam ponit ꝯtinuationẽ. pʒ qꝛ itellectꝰ poſſibilis ñ ẽ itellm cũ itelligibilia niſi ſʒꝰ ꝙ itelligibile ẽ vnũ i actu ſicꝫ nec ſẽſus ẽ idẽ cũ ſenſibili i potẽcia gͦ ſpẽs itelligibilis nõ ẽ formã itellectꝰ poſſibilis niſi ſʒꝰ ꝙ ẽ itelligibile i actu. Sʒ nõ eſt itelligibilis i actu niſi ꝓut ẽ abſtracta a fãtaſmatibꝰ gͦ ſecũdum ꝙ vnitur intellectui ẽ remota a fãtaſmatibꝰ ⁊ ꝑ ꝯñs ñ ẽ aliquid vnũ cũ itellectu. gͦ per iſtũ modũ itellectus poſſibilis nõ vnitur nobiſcum. Uñ etiã vt dicit Sãctus thomas Auerrois fuit deceptꝰ ꝑ fallaciã accidẽtis quaſi ſic arguẽs. ſpẽs itelligibilis ẽ vnita fãtaſmatibꝰ. ⁊ ẽ vnita cũ itellectu poſſibili. gͦ itellectꝰ poſſibilis vnitur cũ fãtaſmatibꝰ q̃ ſunt i nobis. Uñ ſpẽs itelligibilis ſʒꝰ ꝙ ẽ vnita itellectui abſtrahitur a fãtaſmatibꝰ ⁊ ꝯdicionibꝰ materie ⁊ ſʒꝰ ꝙ ẽ vnita fãtaſmati ẽ vnita cõdicionibus materie.

### Concluſio tertia. Quamuis

ꝑdicto modo itellectꝰ poſſibilis nobiſcũ vniretur adhuc tñ ꝑ talẽ mõm ñ eſſemꝰ itelligẽtes ſʒ itellecti. pʒ qꝛ ꝑ hoc ꝙ ſpẽs alicuiꝰ rei ẽ i aliqua potẽcia cognitiua. tñ res illa nõ fit cognoſcẽs ſʒ cognita ſicut ꝑ hoc ꝙ ſimilitudo coloris ẽ i potẽcia viſiua color ñ fit vidẽs ſʒ viſus ẽ gͦ nõ ꝑ hoc ꝙ ſpẽs itelligibilis q̃ ẽ ſimilitudo fãtaſmatis recipitur i intellectu nõ ſequitur ꝙ nos efficiamur itelligẽtes ſʒ ꝙ nos vel fãtaſmata q̃ i nobis ſũt ſimꝰ intellecta ab illa potẽcia intellectiua.

### Concluſio Quarta Directe

eſt cõtra poſitioneʒ ariſtotelis. patet nã phūs ĩ
primo huius tractatus inquirit de parte aíe ꝗ̃
eſt ĩtellectus poſſibilis. ſed aĩa eſt in corpore cu
ius eſt forma. ergo ẽ ĩtellectus poſſibilis et ĩ cor
pore. Item ariſtoteles vocat in textu ĩtellec-
tũ illud quo aĩa ĩtelligit ⁊ opinat᷑. ⁊ ſic poſitio
illa ẽ ꝯtra ariſtotelẽ. eſt etiã cõtra pñcipia phie
⁊ diſſonat noſtre fidei nõ eniʒ dicit phūs ꝙ ĩtel-
lectus ſit ſeparatus a corpore ſʒꝰ eſſe ſed dicit ꝙ
eſt ſeparatus qꝛ nõ habet organũ determinatũ
ſicut ſenſus. ⁊ hoc ideo eſt qꝛ aĩa ĩtellectiua ꝓp
ter ſui nobilitatẽ ſupgreditur facultatẽ natura
corporalis ⁊ ideo ñ poteſt ab ea totaliter ꝯphẽ
di. ⁊ ita ſibi remanet aliqua actio ĩ qua nõ cõi
cat cũ natura corꝑali. ⁊ potẽcia ꝑ quã operat᷑
nõ habet organũ corporale. ⁊ ſic patet ꝙ ĩtellec
tus eſt ſeparatꝰ qꝛ nõ eſt ꝯiũctus organo corpo
rali. tñ ſimpliciter loquẽdo eſt ꝯiunctus corpori
ſecũduʒ eſſe inquãtuʒ eſt in aĩa ſubiectiue ꝗ̃ eſt
forma corpori ꝯiuncta.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primã patet ſolutio. Ad ſecũdaʒ dicitur
ꝙ licet ĩtellectus ſit ſingularis ĩ eſſendo propter
ſingularitatẽ ſui ſubiecti. ſ. aíe tamẽ eſt vniuerſa
lis in cognoſcẽdo ⁊ ꝑ reſpectũ ad ſuũ obiectum
nã obiectũ ĩtellectus ab eo ĩtelligit᷑ vl̃r. ⁊ ẽ vni
uerſale ſecũduʒ rationẽ. Ad terciaʒ negetur
ꝯñtia. qꝛ cũ aĩa noſtra ſit a corpore ſeparabi-
lis eo ꝙ nõ ẽ totaliter immerſa corpori ideo nõ
corrũpitur ad corruptionem totius ꝯpoſiti neqꝫ
etiaʒ potẽcie ꝗ̃ ſibi ꝯueniũt ea parte qua ſuper
greditur naturã corporeaʒ. Ad quartã dicit᷑
ꝙ intellectus nõ eſt actus corporis qꝛ ꝗ̃uis aĩa
ſecũduʒ ſuã eſſenciam ſit forma corporis tamẽ
ĩtellectus nullũ organũ informat. nec tñ ẽ a cor
pore ſeparatus zꝰ eſſe qꝛ eſt in eſſencia aíe ⁊ aĩa
ſecũduʒ eſſentiã eius eſt forma corporis. vñ aĩa
vt ẽ ſubſiſtẽs dicit᷑ agere ꝗ̃uis ſimpliciter toꝰ di
cat᷑ agere qꝛ aĩa nõ ſubſiſtit ſubſiſtẽtia ꝯpleta
ſed totũ ꝯpoſitum. Et hec de queſtione.

Sequitur in textu.

Cum autem ſic ſingula fiant.

## Queritur tercio: vtrum poſt

actũ ĩtelligẽdi ſpecies ĩtelligibiles poſſint ꝯſer-
uari in ĩtellectu. Et arguitur ꝙ nõ qꝛ ſpecies ĩ
telligibiles ſolũ habẽt in memoria reſeruari. ſʒ
ĩtellectus nõ eſt memoria quod pʒ. qꝛ memoria
cognoſcit ꝑteritũ ſub ratione ꝑteriti. ſʒ hoc ẽ co
gnoſcere hic ⁊ nũc. hoc autẽ ꝯuenit ſenſui ⁊ non
ĩtellectui ergo memoria nõ ẽ in parte ĩtellectiua
z° ĩtellectus fit in actu ꝑ ſpeciẽ intelligibilẽ ĩtel
lectũ autem in actu eſt ipſe intellectus in actu ⁊
ꝯtra. ergo intellectus oĩa intelligit quoꝝ habʒ
ſpẽs in ſe. g° poſt actuale ĩtelligere nõ retinet
ſpẽs ĩtelligibiles alias ĩtellectus ſꝑ intelligeret
oĩa que nouit. Ad oppoſitum arguitur per
phũʒ dicẽtem cũ autẽ ſic ſingula vt fiãt ſciẽs di
citur qui ſecundm actum. habet habitum in
ipſo ꝑmanẽtem. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝗ̃ actũ eſt de ĩtellectu in potẽtia. Conſequenter
oſtendit ariſtoteles quomodo reducatur in ac-
tũ. ⁊ primo oſtẽdit quomodo ĩtellectꝰ qñ fit in
actu. deinde determinat de obiecto intellectus.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

zꝰ Auicẽnaʒ ſpecies ĩtelligibiles nõ remanẽt ĩ
intellectu poſt actuale ĩtelligere. dicit enim ꝙ in
parte ſenſitiua ſolũ poſſũt ꝯſeruari quãtuʒ ad
duas potẽcias. ſ. ymaginatiuã ⁊ memoratiuaʒ
pro ꝗ̃to ſua organa ꝑficiũtur quodã ſicco bene
retinẽte ĩquibꝰ poſſunt reſeruari aliq̃ ſpecies ceſ
ſante actuali apprehẽſione. Sʒ ĩtellectꝰ qui ca-
ret organo corporali nichil põt recipe niſi mate-
rialiter. ⁊ ꝗ̃diu manet ſimilitudo tã diu ĩtelligit
⁊ cũ deſinit ĩtelligere illa ſpecies deſinit eſſe ĩ in
tellectu. ⁊ oʒ ꝙ ſi de nouo velit aliq̃ reʒ ĩtellige
re ꝙ ꝯuertat ſe ad ĩtellectũ agẽtẽ quẽ põebat eẽ
ſubſtãciaʒ ſeparatã vt ab illo effluent ſpecies in
telligibiles in ĩtellectũ poſſibileʒ ⁊ per viſum ⁊ ex
ercitiũ ſe ꝯuertenſſi acquirit᷑ ꝗ̃daʒ abilitas in
ĩtellectu poſſibili ꝯuertẽdi ſe ad agẽteʒ ꝗ̃ abili-
tateʒ dicebat eſſe habitũ ſciẽcie ⁊ ſic ſecũdum ip
ſum in ĩtellectu nõ eſt memoria.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ hec

opinio eſt cõtra ariſtotelẽ dicẽtem ꝙ ĩtellectꝰ po
ſſibilis ſic fit ſingula ſicut ſciẽs ⁊ reducitur ĩ ac
tũ ſpecieꝝ ĩtelligibiliuʒ ſicut habẽs habituʒ ſci
ẽcie ⁊ dũ habet ſpecies in actu dicitur ſciẽs ĩ ac
tu ⁊ hoc ꝯuenit ſibi quãdo ꝑ ſe ipſuʒ poteſt ope
rari ſicut aliquis habẽs aliquã formã poteſt ſe
cũduʒ eã operari ⁊ quãdo aliquis habet actuʒ
aliciꝰ forme oʒ ꝙ habeat illã formã ⁊ ꝗ̃uis ĩtel
lectꝰ poſſibilis ſit quodãmodo ĩ actu quãdo hʒ
ſpecies ĩtelligibiles ⁊ nõ ꝯſiderat. tñ cũ hoc ẽ in
potẽcia lʒ nõ eodẽmodo ſicut ãteꝗ̃ adquireret
habituʒ ſcie. hitꝰ eniʒ ſcie ẽ actꝰ primi ſciẽtis ⁊ ſolũ
ẽ ĩ potẽcia ad actũ zꝰ eiꝰ qui ẽ actualis ꝯſidera
cio ꝑ ꝗ̃ ĩtellectꝰ dicitur fieri ſingula in actu.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ In

tellectꝰ poſſibilis dicitur fieri ſigula zꝰ ꝙ recipit
ſpẽs ſigulariũ ꝓut ſpẽs rei recepta ĩ ĩtellectu eſt
forma ĩtelligẽtus ⁊ ex ea cũ ĩtellectu fit vnũ ſicut
ex actu ⁊ potẽcia ñ ita tñ ꝙ ĩtellectꝰ fiat vnũ cũ
eſſẽcia cũ re cuiꝰ ẽ ſpẽs ĩ ĩtellectu ſʒ ſolũ zꝰ eſſe ĩ
telligibile ⁊ ĩtẽcionale ⁊ ide ẽ ꝙ ĩtellectꝰ ſic factꝰ
ĩ actu nõ ſolum põt intelligere oĩa quoꝝ habet
ſpecies. Sʒ etiã poteſt intelligere ſe ipſum.

## Concluſio reſponſiua ad .q.

ſpẽs intelligibiles remanẽt in ĩtellectu poſſibili
poſt actuale ĩtelligere nõ tñ ſʒꝰ eſſe cõpletũ ſʒ ſʒꝰ
eſſe iꝑfectũ ⁊ ſemiplenũ. 1° patet quia õne
quod recipit᷑ ĩ aliquo recipit᷑ ad modũ recipiẽtiſ
Sʒ ĩtellectus ẽ nature magis ſtabilis ꝗ̃ materia
corporalis. materia autẽ corporalis retinet for-
mas quas recipit ñ ſolũ qñ per eas agit ſʒ etiaʒ
ceſſante actione. ergo a forciori ĩtellectꝰ retinet
ſpecies ĩtelligibiles poſt actuale ĩtelligere. z°
patet quia ĩtellectꝰ mediãtibꝰ ſpeciebꝰ ſic reſer-
uatis nõ exit ĩ actũ niſi ꝯuertẽdo ſe ad fantaſ-
mata ergo ſpecies nõ manẽt in eo ſʒꝰ eſſe ꝯple
tuʒ. Ex dictis patet ꝙ in parte intellectiua eſt
ponẽda memoria capiẽdo memoriã ſecũduʒ ꝙ
eſt ꝯſeruatiua ſpecieꝝ. Sʒ ſi caperet᷑ memoria vt
de ratiõe eius eſt apprehẽdere ꝑteritũ ſub ratio
ne ꝑteriti ex parte obiecti tũc memoria nõ eſſet
in ꝑte ĩtellectiua ſʒ ſenſitiua tãtuʒ que ẽ apꝑhẽ
ſiua particulariũ. quia ꝑteritũ inquãtuʒ hmõi
ꝯſignat eſſe ſub determiato tẽpore quod ꝑtinet
ad eſſe ſingulare.

## Dubitatur. Utrum memo

ria intellectiua ſit alia potencia ab intellectu.
Et arguitur ꝙ ſic quia memoria ſenſitiua ẽ alia
a ſenſu cõi. ergo a ſimili memoria ĩtellectiua eſt
alia ab intellectu. Pro dubio ſupponitur ꝙ
potẽcie anime diſtinguũtur per diuerſas rationeſ
obiectoꝝ vñ ſi aliqua potẽcia ordinetur ad ob
iectũ ſecũduʒ ꝯmunẽ rationem obiecti non va-
riabitur illa potẽcia ſecũduʒ diuerſitates parti-
cularis obiecti vt viſus reſpicit coloratũ in cõ
muni tñ nõ variat᷑ ꝑ diuerſitatẽ albi ⁊ nigri et
cũ intellectus reſpiciat obiectũ ſecũduʒ ꝯmunẽ
rationẽ entis eo ꝙ ĩtellectus poteſt oĩa fieri nõ
diuerſificatur ſecũduʒ rationes particulariũ en-
cium. ſed quia reſpectu eiuſdẽ obiecti aliud ẽ pri
cipiuʒ actiuũ a quo fit obiectũ in actu quia po
tẽcia actiua ſe habet ad obiectũ vt actꝰ ad potẽ
ciam ⁊ paſſiua ſe habet ad obiectũ vt ens in po
tẽcia ad ens in actu. ⁊ nichil reſpectu eiuſdẽ eo-
dẽmodo ꝯſideratũ ẽ in actu ⁊ ĩ potẽcia ideo in
anima ĩtellectiua oportet eſſe intellectũ agẽtem
realiter diſtĩctuʒ a poſſibili. ſed ibi non ſunt alie
differẽcie potẽciaꝝ. Tunc reſpondetur ad du
biuʒ ꝙ memoria intellectiua nõ eſt alia potẽcia
ab intellectu nã memoria eſt theſaurus ſpecieꝝ.
Sed intellectus ſecũdum philoſophuʒ eſt locus
ſpecieꝝ ergo memoria nõ eſt alia potẽcia ab in
tellectu. Differt tamen ab intellectu ſecundum
rationẽ quia ĩtellectꝰ poteſt recipere ſpecies ĩtel
ligibiles ⁊ dicitur intellectus. ſed ſecũdũ ꝙ ꝯſer
uat abſqꝫ intelligere actuali vocatur memoria ĩ
tellectiua. Ad rationem dubii dicitur ꝙ pre
teritum et preſens poſſunt eſſe differencie diuiſi-
ue potẽcie ſenſitiue que apꝑhẽdit ꝑticulariter. nõ
autem intellectiue que apprehẽdit vniuerſalit᷑.
Unde tñ preterició vnomodo referri põt
ad obiectũ quod cognoſcit᷑. z° mõ ad actũ
cognitionis que duo ſimul ꝯiungũtur in parte
ſenſitiua ꝗ̃ aliud apprehendit ꝑ hoc ꝙ inmuta
tur potẽtia ſenſitiua. nã aĩal memoratur ſe pri
us ſenſiſſe in ꝑterito ⁊ cognouiſſe ſe quoddam
ꝑteritũ. Sʒ in parte intellectiua ꝑteritio nõ ꝯue
nit ex parte obiecti quia intellectꝰ nõ cognoſcit
niſi vniuerſale cui accidit eſſe in ꝑſenti vel in ꝑ
terito. ſed ex parte actus cognoſcẽtis ꝑteritio co
gnoſcitur in actu quia noſtrũ ĩtelligere eſt qui-
dam actꝰ particularis qui tñ fit in iſto tempore
vel illo ⁊ hoc nõ repugnat ĩtellectualitati quia
quãuis ille actus ſit particularis tamẽ eſt ĩma
terialis. ideo ſicut intelligit ſe ipſuʒ quãuis ſit
ſingularis vel particularis ita intelligit ſuũ ĩtel
ligere ꝙ eſt actu exiſtẽs in ꝑſenti vel ĩ ꝑterito.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primaʒ dicitur ꝙ lʒ intellectus nõ ſit appre
hẽſiuꝰ preteriti ſecũduʒ ꝑteritionẽ obiecti tamẽ ẽ
apprehẽdit ꝑteritũ ſecũduʒ ꝑteritionem actꝰ. ẽ
etiam ꝯſeruatiꝰ ſpecieꝝ intelligibilium ratione
cuius in eo ponitur memoria. Ad ſecundam
dicitur ꝙ ſpecies intelligibilis vno modo eſt in
intellectu in pura potencia vt ante dictuʒ ẽ ⁊ ſic
intellectus eſt in potẽcia eſſenciali taʒ ad actuʒ
primũ ꝗ̃ ad actuʒ ſecũduʒ. Aliomodo eſt in
intellectu ſecũdũ eſſe ꝯpletũ ⁊ in actu ſicut quã
do intellectus actu intelligit. Tercio modo
poteſt eſſe in ĩtellectu ĩ actu ſemi pleno ⁊ tũc ibi
eſt per modũ habitus ⁊ actus primi. ⁊ me° mo-
do ſe habet inter potenciam primã ⁊ actum ſecũ
dum. hoc modo intellectus ꝯſeruat ſpecies ĩtel
ligibiles nec oportet ꝙ ſemꝑ intelligat actu cũ
iſto modo habet ipſas. Et hec de queſtione.
Sequit᷑ t. Quoniam autem aliud eſt et cetera.

## Queritur quarto. Utrum

Quiditas rei materialis ſit ꝓpriuʒ obm̃ noſtri ĩ
tellectꝰ. Arguit᷑ ꝙ nõ qꝛ obiectũ habitꝰ alicꝰ
potẽcie nõ debet excedere obiectũ illius potẽcie
quia idẽ eſt obiectuʒ potẽcie habitus ⁊ actꝰ eiꝰ
ſʒ ens ẽ obiectũ metaphice ꝗ̃ eſt habitꝰ noſtri in
tellectus ergo obiectũ noſtri ĩtellectꝰ nõ debʒ eẽ
minus ꝯmune ꝗ̃ ens. ergo quiditas rei materia
lis nõ ẽ obiectũ noſtri ĩtellectus. z° nulla po
tẽcia debet excedere ſuũ obiectũ. ſʒ multa cogno
ſcũtur ꝗ̃ ſub quiditate rei materialis nõ ꝯtinen
tur ergo nõ ẽ adequatũ obiectum noſtri ĩtellec
tus. Ad oppoſitum arguitur per philoſophũ
dicẽteʒ ꝙ ĩ mathematicis ⁊ in naturalibus alia
⁊ lia virtute cognoſcitur ſuppoſituʒ ⁊ natura qꝛ
per ſenſuʒ in naturalibus ⁊ per ymaginationeʒ
ĩ mathematicis. ⁊ per ĩtellectũ ꝗ̃o cognoſcit᷑ na

tura ⁊ ſi per intellectū vtriſqȝ cognoſcatur ſimpliciter tamen aliter ⁊ aliter ſe habet ī cognoſcēdo naturam ⁊ ſuppoſitum quia cognoſcit naturā per ſe ⁊ ſuppoſitū indirecte. Pro reſpōſione.

**Sciendum eſt primo. ꝙ poſt** ꝗ Ariſtoteles poſuit ꝯditiōes intellectus poſſibilis ⁊ oſtēdit qualiter reducitur de potēcia ī actuȝ. Cōſequēter determinat de natura ſui obiecti qꝛ potēcie per obiecta cognoſcuntur. cuius ratio eſt qꝛ potēcie ꝑ obiecta ab inuicēȝ ſpecificāt̄ ſȝ ſunt eadē pricipia eſſe vnitatis ⁊ diſtinctionis rei ab aliis ⁊ cognitionis eius.

**Sciendum eſt Secundo. ꝙ** Plato ponit quiditates reꝝ ſȝ rem ſeparatas a ſingularibꝰ quas vocat ydeas. ſȝ cōtra ipſuȝ 4° methaphiſice Ariſ. oñdit ꝙ quiditates reꝝ nō ſunt aliud ab ipſis niſi ꝑ accidēs quia quiditas ſolū includit illa q̄ pertinēt ad ſpeciē. ſuppoſitū vero in naturalibꝰ ⁊ mathematicis vltra eſſēcialia ſpeciei īcludit pricipia indiuiduācia q̄ a pricipiis eſſencialibꝰ ſpeciei ſunt realiter diſtincta ſicut diceremꝰ ꝙ nō eſt idē quiditas hominis albi ⁊ homo albꝰ. nā quiditas hominis nigri nō ꝯtinet in ſe niſi quod ꝑtinet ad ſpeciē eiꝰ. ſȝ homo albꝰ habet aliquid ī ſe ꝓter ſpeciē humanā ⁊ iſtud ꝯtingit in ōnibꝰ habentibꝰ formā in materia in quibꝰ ſuppoſituȝ habet aliquid ꝓter pricipia ſpeciei quare ī ipſis alia ſunt accidēcia nature ⁊ alia ſuppoſiti. Sed in illis que nō habēt formā in materia ſed ſunt forme tātum nihil poteſt eſſe preter eſſenciā ſpeciei ideo ibi nō differunt natura ⁊ ſuppoſitū nec ſunt diuerſa accidencia ſpeciei ⁊ indiuidui. qꝛ non habent diuerſa principia.

**Sciendum eſt tercio. ꝙ Tā** naturalia ꝗ encia mathematicalia habēt ſpeciē in materia. Sȝ duplex eſt materia quedā eſt ſēſibilis a qua abſtrahūt mathematicalia. ⁊ ꝗ īcludūt naturalia. Alia eſt ītelligibilis ꝗ mathematica ꝯcernit nam quātitas immediate inheret ſubſtācie ꝯiūcte cū materia ⁊ forma. qualitates vero ſenſibiles q̄ reponūt materiam ī eſſe naturali in quātitate fundātur. ſed remoto poſteriori poteſt remanere priꝰ ideo remanet quātitas ⁊ ꝯtinuitas in ſubſtācia. Vñ aliq̄ ſunt forme requirētes materiā ſub determinata ratione qualitatū ſenſibiliū ſicut naturalia. Alie ſūt que requirūt materiam nō ſub determinata diſpoſitione qualitatū ſed ſolum ſub quātitate vt triangulus quadrangulus que dicuntur forme mathematice ideo bene dicebatur ꝙ concernunt materiam intelligibilē ſed abſtrahūt a ſenſibili. Ex quo patet ꝙ tā in naturalibꝰ ꝗ ī mathematicis differūt res ⁊ natura. ratione cuius in vtriſqȝ poſſunt inueniri plura indiuidua ſub vna ſpecie. vnde ponūtur duo exēpla in textu. vnum mathematicum cum dicitur ꝙ aliud eſt magnitudo ⁊ magnitudinis eſſe. ⁊ aliud exēplum naturale cum dicitur ꝙ aliud eſt aqua ⁊ aque eſſe. ⁊ per aquam intelligitur ſuppoſitum ⁊ per eſſe aque intelligitur quiditas.

**Sciendum eſt quarto. ꝙ In** naturalibus ⁊ mathematicis in quibus realiter differt quiditas a ſuppoſito alia ⁊ alia virtute cognoſcuntur natura ⁊ ſuppoſitum. Sed in ſeparatis a materia vbi non diſtinguntur eadem virtute cognoſcuntur. vnde ꝙ in ſeparatis nō diſtinguantur tāgit philoſophus in textu ꝙ aliud eſt aqua ⁊ aque eſſe ⁊ ſic in multis aliis tamen non eſt in oībus ſic. ſed in quibuſdam aliis ſ. in ſeparatis idē ē eſſe carnis ⁊ caro. ⁊ vtit̄ iſtis terminis caro ⁊ carnis eſſe quia ſubſtancie ſeparate ſunt nobis ignote ideo non nominauit eas philoſophus nominibus propriis. Ex iſtis ſequitur ꝙ in ſeparatis per intellectum cognoſcuntur natura et ſuppoſitum. in naturalibus vero ⁊ mathematicis natura directe cognoſcitur per intellectum ⁊ per ſenſum cognoſcitur ſuppoſitum in naturalibus et per ymaginacionem in mathematicis. ⁊ ſi in iſtis ſuppoſituȝ cognoſcatur hoc non eſt directe ſed per reflexionē ad ſenſum vel ymaginationem. Ex quibus infert philoſophus ꝙ oīno ſicut res ſunt ſeparabiles a materia ſic et ea q̄ ſunt circa intellectū.

His ſuppoſitis ponitur.

**Concluſio reſponſiua ad .q:** quiditas rei materialis eſt obiectum adequatū noſtri intellectus. patet primo illud eſt obiectuȝ alicuius potētie in quod directe ⁊ per ſe fert̄ illa potētia ⁊ ſub cuiꝰ rōe cetera appꝛehendit. ſic ē de quiditate rei materialis reſpectu noſtri intellectus nā ſi interdum cognoſcat ſuppoſitū materiale hoc non eſt directe ſed reflexe. ſi etiam cognoſcat ſubſtācias ſeparatas hoc non eſt niſi mediāte cognitione ſubſtancie materialis ideo in methaphiſica prius tractat Ariſtoteles de ſubſtanciis materialibus ꝗ de ſeparatis. Secūdo accio cuiuſlibet agentis eſt ſecundum condicionē forme que eſt principiū huius accionis. Sed ſpecies intelligibilis a particularibꝰ abſtracta eſt forma noſtri intellectus ⁊ primo ſue actionis q̄ quidē ſpecies ē ꝑ ſe ſimilitudo rei materialis ergo ītellectꝰ noſter ⁊ ꝑ ſe ⁊ directe ītelligit hmōi quiditateȝ. Nec pōt dici ꝙ illa ſpēs ītelligibilis ſit obiectū noſtri ītellectꝰ qꝛ nō ē illud qd̄ ītelligit̄. ſȝ ē illud mediāte quo fit ītellectio ſicut ſpecies coloris ñ ē illud qd̄ videt̄. ſȝ ē illud mediāte quo viſus videt. ⁊ color eſt illud quod videt̄ 3° obm alicuiꝰ potēcie dȝ ēē ꝓportionatū illi ſed ītellectꝰ noſter ē ꝯiunctꝰ ſȝ eſſe ⁊ ſeparatus ſȝ rationē hoc ſimiliter conuenit quiditati rei materialis q̄ ē cōiūcta ſuppoſitis ſȝ eſſe ⁊ diſtīcta ab ipſis ſȝ rationē. Quarto potencie ſecūduȝ ſpeciē diſtīguntur ꝑ actus ⁊ actꝰ per obiecta ſȝ itellectus noſter eſt diſtīctꝰ a ſenſu ⁊ etiā ab ītellectu ſbē ſeparate. ergo ſuū obiectuȝ differt ab obiecto ſenſus ⁊ ab obiecto ſubſtancie ſeparate. ergo cū obiectū ſenſus ſit ꝯiūctum ſecunduȝ eſſe ⁊ rationē materie particularis et obiectū intellectus ſeparati ſit ſeparatū ab ōni materia tā ſenſibili ꝗ ymaginabili. oportet ꝙ obiectū ītellectus ꝯiūcti habeat eſſe ꝯiunctuȝ ſȝ eſſe ⁊ ſeparatū ſȝ rationē quod nō reperitur in quiditate rei materialis.

**Ad rationes ante oppoſituȝ**

Ad primā dicitur ꝙ obiectū habitꝰ alicuiꝰ potencie nō excedit obiectū commune talis potencie ſȝ bene poteſt excedere ꝓpriū obiectū. vñ ens eſt obm cōe noſtri ītellectꝰ ⁊ quiditas rei materialis ē eius obiectū ꝓpriū ꝑ q̄d diſtīguit̄ a ceteris potēciis cognitiuis. ſȝ verum dicitur ratio cōmunis ꝑ quā fertur ītellectus ī vnūquodqȝ. vniuerſale vero dicitur q̄daȝ ꝓprietas ꝯſequēs naturā intellectiuam. Ad ſecundā dicitur ꝙ intellectꝰ noſter directe ⁊ per ſe ſolū intelligit ꝑ attributionē ad ipſaȝ quiditatē vel tanꝗ ſibi inferiora vt ſunt eius effectus. vel tanꝗ ſibi ſuperiora vt ſunt ſue cauſe. ſ. ſubſtācie ſeparate.

Et hec de queſtione. Sequitur in textu.

Dubitabit autem aliquis. etcetera.

**Queritur quinto. vtrum In**tellectus noſter poſſibil̄ ſit ītelligibil̄. Et arguit̄ ꝙ nō ratione poī quia ſi ſic vel ītelligeretur per ſe ipſuȝ vel per aliud. nō primū quia tūc nō ſoluȝ eſſet intelligibilis ſed intelligens ⁊ cū omne ītelligibile inquātuȝ hmōi ſit vnius ſpeciei cū alio ſeqretur ꝙ ōne ītelligibile ītelligeret. nec 2ꝰ quia ſequeretur ꝙ omne ītelligibile intelligeret ⁊ ſemꝑ intelligeret illud quod intelligit. Secūdo ſi eſſet ītelligibilis intelligeretur ſicut alia intelligibilia. ſed hoc eſt falſum quia alia intelligibilia intelligūtur per abſtractionē a materia nō autē intellectus cū ſit immaterialis. Ad oppoſitū eſt textus dicēs ꝙ ē ītelligibilis ſicut alia intelligibilia. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo ꝙ poſt** ꝗ phūs oſtēdit naturaȝ intellectus poſſibilis ⁊ quomō reducitur in actū ⁊ quid eſt obiectū eiꝰ. Conſequēter circa predicta mouet duas dubitationes. Prima eſt cū intellectus noſter ſit ſimplex ⁊ īpaſſibilis non habēs aliquid ꝯmune cum aliis quomodo poterit intelligere cum ītelligere ſit ꝗdam pati ⁊ de ratione patiētis eſt ꝙ habeat aliquid ꝯmune cum agente. ſ. materiā.

Secunda dubitatio eſt titulus queſtionis.

Pro ſolutione prime ſuppōnēduȝ eſt ꝙ paſſio dicitur multipliciter. intellectus vero patitur ſecundū tercium modū inquātum recipit intelligibilia atque quodammodo erat in potencia quia nichil eſt in actu anteꝗ intelligat. eſt enīȝ ſicut tabula raſa in qua nihil eſt in actu deſcriptum in potēcia tamen ad receptionē ſcripturaꝝ ⁊ picturaꝝ. ⁊ ita intellectꝰ poſſibilis in pricipio nichil eſt in actu ſed in potēcia tātum. ⁊ per hoc excluditur opinio antiquoꝝ qui ponebant animā ꝯponi ex oībus vt oīa intelligeret. ⁊ opinio Platonis ponētis aīam habere naturaliter ſciēciam ōniuȝ reꝝ ſed eā quodāmodo oblitā ꝑ vnionē ad corpꝰ ideo dicebat ꝙ addiſcere ſolū eſt oblitoꝝ reminiſci. Pro ſolutione ſecunde dubitationis ponitur.

**Concluſio reſponſiua ad .q.** Intellectus poſſibilis eſt intelligibilis nō ꝑ ſuā eſſenciā ſed per ſpeciē intelligibilē ſicut alia ītelligibilia. probatur nā in his q̄ ſunt ſicut materia idē ē intellectꝰ ⁊ q̄d ītelligitur. Sȝ intellectꝰ nō eſt actus ītelligēs niſi per ſpeciē intelligibilē q̄ eſt forma eius per quā intelligit ergo nō eſt intelligibilis niſi ꝑ ſpeciē intelligibilē per ꝗ alia ītelligibilia intelligūtur.

**Dubitatur primo. Unde** habet ītellectus poſſibilis ꝙ non intelligit ꝑ ſuam eſſenciā ſȝ per ſpeciē intelligibilē. R. ꝙ hoc eſt quia ī ordine intelligibilium entium in potencia vnūquodqȝ cognoſcibile ē ſȝ ꝙ eſt ī actu ⁊ nō ſȝ ꝙ eſt in potēcia. vt coloratū videt̄ in actu ⁊ nō coloratū in potēcia ꝓpter ꝙ ītellectꝰ nō cognoſcit materiā niſi ꝑ analogiā ad formā. Ex dictis patet ꝙ prima cauſa q̄ eſt actꝰ purus ē ſimpliciter ītelligibil̄ ⁊ ideo nō ſolū ſe ſȝ alia a ſe ꝑ ſuā eſſentiā intelligit. Angelus vero qui nō ē actꝰ purꝰ ītelligit ſe ꝑ ſuā eſſentiā alia autē ꝑ ſpecies ꝯcreatas ī ītellectu eiꝰ. Intellectus autē noſter qui ē ī potēcia reſpectu ītelligibiliū ꝓut ē ꝯiūctꝰ corpori bene habet virtutē vt ītelligat nō autē vt ītelligat̄ niſi ſȝ ꝙ reducit̄ in actū ꝑ ſpēȝ ītelligibilē ⁊ idō nō ꝯgnoſcit ſe ꝑ ſuā eſſentiaȝ ſȝ ꝑ ſuū actū. Ubi aduertēduȝ ē ꝙ ītellectꝰ primo cognoſcit ſuū obiectū. deīde ſuuȝ actū. 3° ſpeciē ītelligibilē ⁊ poſtremo ꝑ ſpeciē ītelligibilē ſe ipſum cognoſcit. Dupliciter tñ ꝯtingit ītellectū noſtrū cognoſcere ſe ipſuȝ. vno modo particulariter vt cū ſortes vel Plato ꝑcipit ſe habere animā percipit ſe intelligere. Alio modo vniuerſaliter vt percipimus naturam anime intellectiue ꝑ actū ītellectꝰ. ⁊ ad primā ꝯgnicionē habēdā de aīa intellectiua ſufficit eiꝰ ꝑſēcia

ideo dicitur ꝙ cognoſcitur per ſuam pſenciam
ſed ad ſecūdaꝫ nō ſufficit eiꝰ pſencia ſed requi
ritur ſufficiēs inquiſicio quā nō poteſt quilꝫ fa
cere ideo multi naturā anime ⁊ intellectus igno
rāt ⁊ circa ipſa errant.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitᷣ ꝙ intellectus eſt intelligibilis
per aliud ⁊ cū inferebatur ꝙ omne itelligibile in
telligeret negetur cōſequēcia ſicut eniꝫ ſenſibile
i actu eſt ſenſibile ꝓpter ſimilitudinē ſenſibilis q̄
eſt forma ſenſus. ita intellectus noſter q̄ ſit i ac
tu per ſpeciē intelligibilē q̄ eſt forma illius per il
lam ſpeciem ſe intelligit. Uū in ſeparatis a
materia idē eſt intellectus ⁊ illud quod itelligitᷣ
nā per hoc aliq̄d eſt intelligibile actu ꝙ eſt ſine
materia. Sꝫ ē differēcia q̄daꝫ nam quarūdam
reꝝ eſſe eſt ſine materia ſicut in ſubſtā ciis ſepa
ratis ⁊ vnūquodqꝫ iſtoꝝ eſt intellectū ⁊ intel
ligens. Sꝫ quarūdam reꝝ eſſencia nō eſt ſine
materia ſed ſoluꝫ ſpecies ab eis abſtracta ſunt
ſine materia. ſic ⁊ per illas ſpecies intelligūtur
in actu ⁊ etiā intellectus eas recipiens per eas
etiaꝫ intelligit. ſed nō oportet ꝙ ille res ſint in
telligibiles quia nō ſunt immunes a materia.

Ad ſecūdam dicitur ꝙ ibi nō eſt omio ſimi
le ſed ſimile eſt in hoc quia ſicut intelligit alia a
ſe per ſpeciē alioꝝ intelligibilium ita ſe ipſuꝫ in
telligit per eādē ſpēm q̄ in eo recipitur ⁊ per quā
in actū reducitur ⁊ eſt actu intelligibile.
Et hec de queſtione. Sequitur in textu.

Quoniam autem ſicut et cetera.

## Queritur ſexto. Utrum In

anima noſtra preter intellectū poſſibilē ſit ponē
dus intellectus agēs. Et arguitur ꝙ nō quia
ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibilia ita intellectus
ad itelligibilia. ſed nō ponitur ſenſus agēs ergo
nō debet poni itellectus agens. Secūdo ſimi
litudo agētis recipitur in paciēte ſecūdū modū
paciētis. ſed itellectus poſſibilis eſt virtus ima
terialis. ergo eius imaterialitas ſufficit ad hoc
ꝙ in eo recipiatur ſpecies imaterialiter. ergo nō
eſt neceſſe ponere itellectū agētē vt fiat res actu
intelligibilᷣ. Terꝰ ꝑ itellecꝰ poſſibilē aīa eſt in
potēcia ad oīa itelligibilia ⁊ ſi in ea ponitᷣ itelle
ctus agēs ꝑ illū erit i actu ergo ſimlᷣ eſſēt iactu ⁊
i potēcia reſpectu oīm intelligibiliū ꝙ eſt impoſ
ſibile. Quarto ſi eſſet itellectus agēs in aīa
ꝓcederet ab eſſēcia anime ⁊ nō ab aliquo itellec
tu ſupiori quod eſt incōueniēs gꝰ in aīa noſtra
nō eſt ponēdus intellectus agēs. Ad oppo
ſituꝫ eſt textus. Pro reſpōſione.

## Sciendum eſt primo: ꝙ poſt

q̄ Ariſtoteles determinauit de itellectu poſſibili
Conſequēter agit de intellectu agente ponendo
quatuor cōdiciones eius. Prima eſt ꝙ eſt ſe
parabilis. Secūda eſt ꝙ eſt impaſſibilᷣ. Ter
cia ē ꝙ eſt immixtus. i. nō cōpoſitus ex naturis
corporeis nec habēs organū corporale. ⁊ in iſtiſ
tribꝰ cōdicionibꝰ cōuenit cū intellectu poſſibili.

Quarta eſt ꝙ intellectus agēs eſt in actu ſꝫꝰ
ſuaꝫ ſubſtāciam. ⁊ in hoc differt a poſſibili qui
ſecūduꝫ ſe eſt in potēcia ⁊ ſolū ſit in actu per ſpe
ciē intelligibilem. Iſtas condiciones probat
phūs quia ōne agēs nobilius eſtᷣ paciēte ⁊ prin
cipiū actiuū materie. Sꝫ intellectus agēs ꝯpara
tur ad poſſibilē ſicut actus ad materiaꝫ. ergo eſt
nobilior poſſibili. ſed intellectus poſſibilis eſt ſe
paratus ipaſſibilis ⁊ immixtus ergo a forciori i
tellectus agēs. Ex quo ſequitur ꝙ eſt ens ſecun
dū ſubſtāciam in actu quia nichil agit niſi ſecū
dum ꝙ eſt in actu.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

propter hec verba phi aliqui poſuerunt intellec
tum agēteꝫ ſubaꝫ ab homine ſeparatā. Sed
hoc iprobatur quia homo nō eſſet ſufficiēter a
natura cōſtitutus cuꝫ nō hēret in ſe principia
quibus poſſet exercere ſuā operationē q̄ eſt itel
ligere q̄ nō poteſt compleri niſi per intellectuꝫ a
gēteꝫ. ergo perfectio anime nature humane req̄
rit ꝙ vterqꝫ intellectus ſit aliquid in anima.

Item ſicut operatio intellectus poſſibilis. ſ. re
cipere itelligibilia attribuitur homini. ita opera
tio intellectus agētis. ſ. abſtrahere intelligibilia
ſed hoc nō fieret niſi formale princiꝰ huius ope
rationis eſſet homini ꝯiunctū ſecūduꝫ eſſe ergo
intellectus agēs nō eſt ſubſtancia ſeparata. nec
ſufficeret ꝙ ſpecies intelligibiles facte per intel
lectū agentem haberēt pro ſubiecto fantaſmata
q̄ ſunt in nobis. quia dictū eſt ſpecies non ſunt
actu intelligibiles niſi ſecūdum ꝙ ſunt abſtrac
te a fantaſmatibus. ergo mediātibꝰ ipſis actio i
tellectus agentis nō poſſet nobis attribui Ex
quo patet ꝙ nō eſt vnus intellectus agens in
hominibus vt poſuit Auerrois. quia cum intel
lectus ſit homini coniunctus tanq̄ virtus anime
eius oportet ꝙ multiplicetur ſecunduꝫ multipli
cationeꝫ animaꝝ vel hominum. Unde pa
tet ꝙ intellectus agens eſt virtus immaterialis
habens poteſtatem faciendi intelligibilia ſibi ſi
milia. facit eniꝫ ea que ſunt intelligibilia in po
tēcia actu itelligibilia. Tunc ſit hec.

## Concluſio reſponſiua ad. q:

In aīa noſtra ponēdꝰ ē vnꝰ itellectꝰ agēs preter
poſſibilem pꝫ q2 in omni natura q̄ ē quādoqꝫ
ipotēcia ⁊ quandoqꝫ i actu oꝫ ꝙ ſit aliquid vt
materia i illo genere ⁊ potencia ad cetera illius
generis. ⁊ aliquid ꝙ ſit agēs et pricipiuꝫ actiuū
ſe habens in faciēdo ōnia ſicut ars ad materiā





Sed anima ſꝫꝰ intellectionē quādoqꝫ eſt in po
tēcia quādoqꝫ eſt i actu: ergo i ea ſunt iſte diffe
rēcie. ſ. intellectus i potēcia ad omnia ſicut qui
dicitur poſſibilis. ⁊ alius qui poſſit oīa facere
actu itelligibilia qui vocatur intellectus agens
qui vt dicitur in textu eſt quidā habitꝰ capiēdo
habitū generaliter ꝓ forma vt diſtiguitur cōtra
priuationē ⁊ nō ſpecialiter pro noticia pricipio
ruꝫ q2 ſi ita caperetur tūc itellectus agēs nō fa
ceret oīa actu intelligibilia eo ꝙ habitꝰ pricipio
ruꝫ preſupponit terminos pricipioꝝ eſſe notos.

Item res materiales ſunt itelligibiles in po
tēcia ſolū. ⁊ cū nihil ſe reducat de potēcia in ac
tū oꝫ ponere aliquid quod faciat eas itelligi
biles in actu. ſed hoc nō poteſt facere intellectꝰ
poſſibilᷣis cū ſolū ſit in potēcia reſpectu itelligibi
liū. gꝰ preter intellectū poſſibilē ponenqꝰ eſt in
tellectus agens. Ubi aduertēduꝫ eſt ꝙ intel
lectꝰ agēs dicitur habitꝰ quodāmodo vt lumē
reſpctū coloꝝ quod diuerſimode exponitur ſꝫꝰ
duplicē oppinionē de coloribꝰ. nā quidaꝫ dixe
rūt ꝙ color ſecūduꝫ ſe viſibilis eſt ⁊ lumē nō fa
cit ad vidēdum colorē niſi inquātuꝫ facit dia
phanū in actu. Sꝫ intellectus agēs facit intelli
gibilia in actu q̄ prius erāt intelligibilia in potē
cia. ⁊ ideo ſꝫꝰ hoc dicēdum ꝙ nō ſimiliter ſe ha
bet omnis intellectus agēs ad omnia itelligibi
lia ſicut lumē ad colores. Alii dixerūt lumē
requiri ꝓpter colores. ⁊ ſecūduꝫ iſtos ſimile eſt
de intellectu ad itelligibilia ⁊ de lumine ad co
lores. Sed quereret aliquis q̄ fuit neceſſitas
ponēdi intellectū agētem. Dicendum ꝙ ariſto
teles fuit motꝰ ponere itellectū agētem ad tollē
dū oppinionē Platonis dicētis quidditates re
ruꝫ eſſe a materia ſepatas ⁊ actu itelligibiles ⁊
iō ibi nō erat neceſſaꝰ ponere intellectū agēteꝫ
ſed q2 ariſtoteles ponit quidditates ſenſibiliū
in materia nec eſſe actu intelligibiles niſi per
abſtractionē oportuit ꝙ poneret aliquē intellec
tuꝫ qui abſtraheret ipſas ⁊ faceret actu eas itel
ligibiles.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ ſenſibilia ſꝫꝰ ſuū eſſe re
ale extra animā ſunt ſenſibilia ideo nō oporte
bat ponere ſenſum agentem. ſed ſubſtancie
materiales ſecūduꝫ ſuū eſſe reale non ſunt actu
intelligibiles niſi ꝑ abſtractioneꝫ ideo oꝫ pone
re intellectū agēteꝫ. Ad ſecūdam dicitur ꝙ
ſpecies itelligibilis i fantaſmate eſt ꝯiūcta ꝯdi
cionibꝰ materie. ideo nō oꝫ actuare intellectuꝫ
poſſibileꝫ qui eſt immaterialis niſi fuerit illu
ſtrata lumine intellectus agētis. Unde ſup
poſito agente bene ꝯtingit ſimilitudinē alicuiꝰ
diuerſimode recipi in diuerſis ꝓpter eoꝝ diſpo
ſitionem. ſed remoto agente ſpecies ipſa nō ſuf
ficeret diſponere recipiens. ideo ad intelligendū
non ſufficit immaterialitas intellectus poſſibi
lis niſi intellectus agens ponatur. Ad terci
aꝫ dicitur ꝙ anima ſe habet vt ens in potencia
ad intelligibilia facta in actu per intellectū agē
teꝫ. ſed ſe habet vt ens in actu ad intelligibilia
i potencia que ſunt adhuc ꝯiuncta fantaſmati
bus que fiunt actu intelligibilia per actionē in
tellectus agētis. Ad quartā dicitur ꝙ intel
lectꝰ agēs fluit ab eſſencia anime ſecūduꝫ tū ꝙ
ipſa participat cum ſubſtātiis immaterialibus
ipſa eniꝫ eſt creata in orizonte eternitatis ⁊ ſic
participat cū ſubſtātiis tam materialibus q̄ im
materialibꝰ et dicitur participare intellectū agē
teꝫ ab aliquo intellectu ſupiori. Et hec de qōe.
Sequitur in textu. Idem autem eſt ⁊c

## Queritur ſeptimo. vtrum

Species intelligibilis a fantaſmatibus abſtrac
ta ſit id quod intelligitur. Et vr ꝙ ſic quia
intellectū in actu eſt actu in intellectu ſꝫ nihil ē
de re intellecta in intellecto cognoſcēte niſi ſpe
cies itelligibilis a fantaſmatibꝰ abſtracta ergo
illa ſpecies eſt id quod itelligitur. Secūdo
oportet itellectuꝫ in actu eſſe in aliquo alias ni
chil eſſet. ſed non poteſt eſſe in re extra aīam cū
illa ſit materialis ergo intellectus in actu ſoluꝫ
eſt in intellectu ⁊ nichil eſt de re intellecta in ac
tu niſi ſpecies intelligibilis igitur ⁊c. Tercio
voces ſunt note paſſionū que ſunt in anima pri
mo peryarmenias. ſed voces ſignificāt res intel
lectas quas per voces ſignificamus. ergo paſſi
ones anime. ſ. ſpecies intelligibiles ſunt ea que
actu intelliguntur. Ad oppoſitum arguitur
quia ſicut ſe habet ſpecies ſenſibilis ad ſenſum
ita intelligibilis ad intellectuꝫ. ſed ſpecies ſenſi
bilis nō eſt illud quod ſentitur ergo ſpecies in
telligibilis non eſt illud quod intelligitur.

Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

q̄ Ariſtoteles aſſignauit ꝯdiciones intellectus
poſſibilᷣ. Conſequēter aſſignat cōdiciones intel
lectus in actu ⁊ tocius partis intellectiue.
Unde ponit tres ꝯdiciones itellectus in actu.
Prima eſt ꝙ ſcīa in actu eſt ideꝫ rei ſcite quod
nō eſt veꝝ de itellectu i potencia. naꝫ ſpecies in
telligibilis per quā intelligit intellectus ⁊ ipſe in
tellectus faciunt vnum ſicut forma ⁊ materia.

Secunda condicio eſt ꝙ ſciencia in poten
cia in eodem precedit ſcienciam in actu natu
ra et tempore. quia illud quod eſt in potencia
non reducitur in actum niſi per aliud in actu.

Tercia cõdicio eſt ꝙ intellectus in actu ſẽ
per intelligit.⁊ nõ quãdoqȝ ⁊ quandoqȝ non
in quo differt ab intellectu poſſibili ⁊ intellectu
ĩ habitu.quoꝝ vterqȝ quãdoqȝ ĩtelligit ⁊ quã
doqȝ nõ. Unde intellectus in actu nichil ali
ud eſt ꝙ potẽcia intellectiua informata ſpecie ĩ
telligibili in ea exiſtẽte in actu ꝯpleto ⁊ ꝑfecto.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Totius partis intellectiue Philoſophus ponit
tres ꝯdiciones. Prima eſt ꝙ pars ĩtellectiua
eſt ſepabilis.quod verꝫ eſt tã de ĩtellectu agẽte
ꝙ de poſſibili.⁊ dicitur ſeparata quia operatio
nes habet ſine organo corporali quãuis ſit cor
pori ꝯiuncta ſecũdum eſſe. Secũda ꝯdicio
eſt ꝙ pars intellectiua ſola eſt in homine illud
quod vere eſt. Tercia ꝯdicio hec ſola pars eſt
incorruptibilis ⁊ ꝑpetua per carenciã finis.⁊ iõ
dicebat͛ in 2º hꝰ ꝙ hoc genꝰ anime ſeparat͛ ab
aliis ſicut ꝑpetuũ a corruptibli.et dicit͛ ꝑpetua
ꝑ carẽtiã finis ⁊ nõ pricipii.ne credat͛ ꝓpter hoc
ꝙ aĩa ſit imortal͛ ꝙ in ea ꝑ ſeparacõȝ a corpore
remaneat ſciẽcia ⁊ paſſiones quo modo nunc
habet. Philoſophus oſtẽdit ꝙ non reminiſcit͛
poſt mortẽ eoꝝ que prius ſciuit. Et cauſaȝ aſſi
gnat qȝ pars ĩtellectiua anime eſt impaſſibilis
ideo nõ eſt ſubiectũ paſſionum anime vt ſunt
amor.odium.reminiſcẽcia .q̃ cuȝ aliqua corpo
rali paſſione ꝯtingit.Sed paſſiuus intellectus
eſt corporalis.i.pars anime q̃ eſt ſubiecta ꝑdic
tis paſſionibꝰ ad partem ſenſitiuam pertinẽti
bus.⁊ dicitur pars ſenſitiua ĩtellectus per parti
cipacionẽ quia quodãmodo participat ratio
nem ſibi obediẽdo.vel per intellectũ ĩtelligitur
virtꝰ fantaſie vel extimatiue quia ſine illa par
te ĩtellectꝰ cõiunctus nihil ĩtelligit.ideo deſtruc
to corpore anima ſeparata non habet eomodo
ſciẽciam rerum ſicut nunc habet. Quibus
ſuppoſitis ponitur.

## Concluſio reſponſalis. Spe

cies intelligibilis nõ eſt illud quod intelligit͛ ſȝ
eſt quo intellectus intelligit. Primũ patet nã
eadeȝ ſunt q̃ intelligũtur ⁊ de quibus ſunt ſcie.
ſi gº ea que intelliguntur ſunt ſoluȝ ſpẽs q̃ ſũt
in anima ſequit͛ ꝙ ſciẽcie nõ ſunt de rebꝰ que
ſunt extra aĩaȝ ſed ſolũ ſũt de ſpẽbꝰ que ſunt in
aĩa quod eſt falſuȝ.Item ſi ſic ſequitur error an
tiquoꝝ dicẽtiũ omne qd videtur eẽ verꝫ.patet
qȝ ſi potẽcia cognitiua ſolũ cognoſcat primã paſ
ſionẽ eius ſolũ de ipſa iudicat.ſic enĩ videtur a
liquid ſecũduȝ ꝙ potẽcia cognitiua per ipſum
afficitur.ergo iudiciũ cognitiue potẽcie ſemper
erit de prima paſſione .⁊ ſic õne iudiciũ erit ve
rum.⁊ cũ prime paſſiones de eodẽ poſſibili poſ
ſint eſſe cõtrarie vt guſtus ſani iudicat aliquid
eſſe dulce quod tñ infirmus iudicat eſſe amarꝫ
gº duo ꝯtradictoria erũt ſimul͛ vera cũ quilibȝ
vera iudicat de ſua prima paſſione. Secũda
pars patet quia in actione tranſeũte forma ſȝꝰ
q̃ iam fit actio eſt ſimilitudo obiecti paſſionis
vt calor calefacientis eſt ſimilitudo calefac
ti.⁊ ſimiliter forma ſecũduȝ quã fit actio imma
nens eſt ſimilitudo obiecti illius actionis.ergo
ſimilitudo rei intellecte q̃ eſt ſpecies intelligibi
lis eſt forma ſecũdum ꝙ intellectus intelligit lo
quẽdo de intellectione directa ⁊ non de reflexa
quia primo ⁊ directe intellectus ĩtelligit ſuũ ob
iectũ per ſpeciem. Sed reflexe intelligere poteſt
ſuũ actũ.ſ.ſpẽȝ intelligibilẽ ⁊ ſe ipſum ⁊ ſic ſpẽs
ĩtelligibil͛ bñ eſſet illud qd͛ ſecũdario ĩtelligit͛.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primã dicitur ꝙ intellectũ eſt in intelligẽ
te per ſuã ſimilitudinẽ . ideo dicitur ꝙ ĩtellectꝰ
in actu ⁊ ĩtellectũ in actu ſunt idem inꝙtum ſi
militudo rei intellecte eſt forma intellectus in
actu .ideo ſequitur ꝙ ſpecies intelligibilis ſit il
lud quod intelligit͛. Ad ſecundã dicit͛ ꝙ in
tellectũ in actu duo ĩportat.ſ.rem q̃ intelligitur
⁊ actũ intelligendi.ꝙtum ad rem q̃ intelligitur
ſolum habet eſſe in ſingularibus extra animaȝ
ſed ꝙtum ad intelligere ſolum habet eſſe in aĩa
qȝ aliquid quod intelligit͛ ſecundũ ꝙ ĩtelligit͛
eſt intellectũ per ſuã ſimilitudinẽ ⁊ ſecũduȝ ſuũ
eſſe reale priº eſt ĩtelligibile in potẽcia ꝙ ĩ actu
Ad terciam dicitur ꝙ ſicut in parte ſenſitiua
primo eſt mutacio ſenſus a ſenſibili ⁊ ſecũdario
eſt formacõ ſecundũ ꝙ ymaginatio format ſibi
ydolũ rei abſẽtis vel nunꝙ viſe.ſic ĩtellectus
primo informatur ſpecie intelligibili ⁊ tũc ſic in
formatus ſibi informat diffinitionẽ aut enũcia
tionẽ que ꝑ vocẽ ſignificatur .⁊ ideo ratio quã
ſignificat nomen eſt diffinitio . et enunciatio
ſignificat ꝯpoſitionẽ vel diuiſionẽ. Dicẽduȝ
ergo ꝙ voces nõ ſignificãt ſpecies ĩtelligibiles
quibꝰ intellectus afficitur ſed ſignificãt ea que
intellectus ſibi informat ad iudicandũ de rebꝰ
exterioribus.⁊ ſic ſunt ꝯceptus quos format in
tellectus ſiue ſint ꝯplexi ſiue incõplexi quibus
mediãtibꝰ ſignat res ad extra. Et hec de q̃one
Sequit͛ textus . Indiuiſibiliuȝ quideȝ .

## Queritur octauo. vtrum

Intellectus noſter per prius cognoſcat diuiſibi
le ꝙ indiuiſibile. Et arguitur ꝙ non quia ex
cognicione principioꝝ cauſaꝝ ⁊ elemẽtoꝝ veni
mus in cognicionẽ principiatoꝝ ⁊ cauſatoꝝ. ſȝ
principia ſunt indiuiſibilia ⁊ principiata diuiſi
bilia ergo prius cognoſcimus indiuiſibile ꝙ di
uiſibile. Secũdo illud quod ponit͛ in diffini
tione alterꝰ prius cognoſcitur a nobis.Sed in
diuiſibile ponitur in diffinitione diuiſibilis vt
punctus in diffinitione linee ⁊ vnitas in diffini
tione numeri . Tertio ſimile ſimili cognoſcit͛





Sed indiuiſibile eſt magis ſimile intellectui no
ſtro ꝙ diuiſibile cũ intellectus noſter ſit indiui
ſibilis.ergo per prius cognoſcimus indiuiſibile
ꝙ diuiſibile. Ad oppoſitum arguitur quia ĩ
diuiſibile cognoſcitur ſicut priuacio diuiſibilis.
priuacio autem cognoſcitur per habitũ. ergo di
uiſibile prius cognoſcitur ꝙ indiuiſibile.
Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo .ꝙ poſt

ꝙ phũs egit de intellectu. Conſequẽter egit de
operacõibꝰ eius .quaꝝ Prima eſt indiuiſibiliũ
intelligẽcia. Secũda eſt cõpoſitio et diuiſio
⁊ quia prima eſt indiuiſibiliũ intelligẽcia ideo
phũs oſtendit qualiter indiuiſibile cognoſcitur
gracia cuius oſtẽdit quot modis dicitur indi
uiſibile.⁊ ad videndum qualiter indiuiſibile co
gnoſcatur oportet videre ꝙ habitudinẽ habeat
ad quiditatem rei materialis.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Indiuiſibile ſicut ⁊ vnum dicitur tripliciter.
Primo mõ dicitur indiuiſibile quod eſt vnũ ꝯti
nuũ actu indiuiſum diuiſibile tamen ĩ potẽcia
⁊ hoc modo omne cõtinuũ eſt ĩdiuiſibile quia
poteſt capi per intellectuȝ tanꝙ indiuiſum in ac
tu.⁊ ſi intelligatur ꝯtinuũ vt diuiſibile in poten
cia hoc erit numerãdo partẽ poſt parteȝ ⁊ ſic in
telliget ipſuȝ in tempore diuiſibili.⁊ huiuſmodi
diuiſibile cognoſcitur per prius ꝙ diuiſibile qȝ
eſt ꝯfuſius ⁊ magis cõpoſitum. Secũdo modo
dicitur indiuiſibile quod eſt vnũ ſecũdũ formã
et ſpeciẽ vt homo vel aſinus.⁊ tale per prius co
gnoſcitur per partes eius quia ꝯfuſius eſt.⁊ in
diuiſibili tẽpore intelligitur. licet enim partes ſe
cundũ ſe in tali toto ſint quodãmodo diuiſe ta
men poſſunt accipi vt diuiſe quia in ipſis eſt ali
q̃d indiuiſibile qd͛ facit ipſas eſſe vnuȝ.ſ.forma
q̃ facit totum eſſe vnum ⁊ indiuiſibile ſecundũ
ſpeciem. Tercio mõ dicitur aliquid vnũ quod
eſt ſimpliciter indiuiſibile ſecundũ quãtitatem
⁊ ſecundũ formaȝ tam actu ꝙ potẽcia ſicut pũc
tus vel vnitas.⁊ hoc ĩdiuiſibile mereatur intel
lectui ſicut priuacio quia tale ĩdiuiſibile eſt pri
uacio rei corporalis.ideo cũ ĩtellectus nõ ferat͛
directe niſi ĩ quiditatẽ rei materialis tale indi
uiſibile ſolũ ex ꝯſeqnẽti cognoſcit͛ ꝑ negacioneȝ
cõtinui cuius eſt. Alia ratio eſt quia intellec
tus noſter cognitionẽ capit a ſenſu ideo magis
ſenſibilia vt ſunt magnitudines ꝑ prius cogno
ſcuntur a nobis.quare pũctus ⁊ vnitas ⁊ vni
uerſaliter ea que tranſcẽdunt ſenſuȝ cognoſcũt͛
a nobis per negacionem ⁊ priuatiue nominãt͛.
hinc et de ſubũs ſeparatis dicimus ꝙ ſunt ĩcor
poree ⁊ immateriales. Tunc ſit hec.

## Concluſio prima. Ad.q.

Indiuiſibile tercio mõ captũ poſteriꝰ ꝯgnoſcit͛
a nobis ꝙ diuiſibile.ſȝ indiuiſibile aliis modis
captũ priꝰ cognoſcit͛ .cõcluſio patet ex dictis .

## Dubitatur primo. Utrum

Intellectus poſſit eſſe falſus. Pro dubio ſup
ponitur ꝙ due ſunt opationes intellectꝰ. Pri
ma eſt ſimpliciũ apꝑhenſio in qua nõ eſt veritas
neqȝ falſitas. Secũda cõpoſicio vel diuiſio
in qua eſt veritas vel falſitas. Reſpõdetur
ad dubium ꝙ intellectus circa ſuũ obiectuȝ nõ
per ſe decipit͛ . per accidẽs tñ quãdoqȝ decipit͛
vt attribuẽdo diffinicionẽ vnius alteri diffini
to.vel ſi partes vnius diffinitionis habeant re
pugnanciã vt ſi diceretur ꝙ homo eſt animal ĩ
ſenſibile.⁊ in hoc intellectus habet ſimilitudinẽ
cũ ſenſu quia circa ꝓprium obiectũ nõ per ſe de
cipitur ſed circa ſenſibilia cõmunia aut circa ſẽ
ſibilia per accidẽs bene decipitur. Similiter eſt
intellectus circa intelligibilia ſimplicia et circa
quod quid eſt non decipitur niſi ꝑ accñs quia
ſꝑ eſt verꝰ ꝓpter quod eciã nunꝙ decipit͛ circa
principia ꝯplexa que cognoſcũtur cognitis ter
mis ſȝ ſepe decipitur intellectus cõponendo et
diuidẽdo quando in complexa ab inuiceȝ ſepa
rata cõponit ⁊ cõiuncta diuidit.in tali enim cõ
põne quando cõponit ea que in re ſunt vnum
eſt veritas ⁊ quando diuidit ea que in re ſunt
vnum eſt falſitas . Sed arguitur cõtra quia
in ſolo intellectu cõponẽdo eſt veritas ergo ma
le dicitur ꝙ intellectus circa ꝙ quid ẽ eſt verus
Reſpõdetur ꝙ non dicitur verus tanꝙ co
gnoſcẽs veritatem ſed dicitur verus quia eſt ad
equatꝰ in cõplexo quod cognoſcit. dicitur eciaȝ
verus tanꝙ res vera .

## Dubitatur ſecundo. Utrum

Intellectus noſter poſſit ſimul multa intelligere
Reſpõdetur ꝙ nõ poteſt multa ĩtelligere ſe ha
bencia per modum multoꝝ.Sed quandoqȝ in
telligit multa ſe habẽcia per moduȝ vnius Rõ
quia modus cuiuſlibȝ actionis inſequitur for
mam que eſt principium huiꝰ actionis gº nõ q̃
cunqȝ intellectus ſub vna ſpecie poteſt intelli
gere plura ſimul. Sȝ que nõ poteſt intelligere
niſi per diuerſas ſpecies intelligibiles non põt
intelligere pl͂a ſil͛ qȝ impoſſibile eſt ipſuȝ ſimul
informari pluribus formis vnius generis proxi
mi.cum ergo ſpecies intelligibilis ſit forma no
ſtri intellectus ſequitur ꝙ non poteſt informari
pluribus ſpeciebus ſicut diuerſe albedines ĩ nu
mero nõ poſſunt ſimul eſſe in eodẽ corpore.

## Ad rationes ante oppoſituȝ

Ad primã dicitur ꝙ nõ ſemper ex cognicõe
principioꝝ venimus in cognicionẽ principiato
rum ſȝ econtra.aliqñ tñ in complemento ſciencie

Tercia cõdicio eſt ꝙ intellectus in actu ſẽ ꝑ intelligit. ⁊ nõ quãdoqʒ ⁊ quandoqʒ non in quo differt ab intellectu poſſibili ⁊ intellectu ĩ habitu. quoꝝ vterqʒ quãdoqʒ ĩtelligit ⁊ quã doqʒ nõ. Unde intellectus in actu nichil aliud eſt ꝙ̃ potẽcia intellectiua informata ſpecie ĩtelligibili in ea exiſtẽte in actu ꝯpleto ⁊ ꝑfecto.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Totius partis intellectiue Philoſophus ponit tres ꝯdiciones. Prima eſt ꝙ pars ĩtellectiua eſt ſeꝑabilis. quod veꝝ eſt tã de ĩtellectu agẽte ꝙ̃ de poſſibili. ⁊ dicitur ſeparata quia operationes habet ſine organo corporali quãuis ſit corpori ꝯiuncta ſecũdum eſſe. Secũda ꝯdicio eſt ꝙ pars intellectiua ſola eſt in homine illud quod vere eſt. Tercia ꝯdicio hec ſola pars eſt incorruptibilis ⁊ ꝑpetua per carenciã finis. ⁊ iõ dicebat̃ in 2º hꝰ ꝙ hoc genꝰ anime ſeparat̃ ab aliis ſicut ꝑpetuũ a corruptibili. et dicit̃ ꝑpetua ꝑ carẽtiã finis ⁊ nõ pricipii. ne credat̃ ꝓpter hoc ꝙ aĩa ſit imortal̃ ꝙ in ea ꝑ ſeparacõʒ a corpore remaneat ſciẽcia ⁊ paſſiones quo modo nunc habet. Philoſophus oſtẽdit ꝙ non reminiſcit̃ poſt mortẽ eoꝝ que prius ſciuit. Et cauſaʒ aſſignat q2 pars ĩtellectiua anime eſt impaſſibilis ideo nõ eſt ſubiectũ paſſionum anime vt ſunt amor. odium. reminiſcẽcia. q̃ cuʒ aliqua corporali paſſione ꝯtingit. Sed paſſiuus intellectus eſt corporalis. i. pars anime q̃ eſt ſubiecta ꝑdictis paſſionibꝰ ad partem ſenſitiuam pertinẽtibus. ⁊ dicitur pars ſenſitiua ĩtellectus per participacionẽ quia quodãmodo participat rationem ſibi obediẽdo. vel per intellectũ ĩtelligitur virtꝰ fantaſie vel extimatiue quia ſine illa parte ĩtellectꝰ cõiunctus nihil ĩtelligit. ideo deſtructo corpore anima ſeparata non habet eomodo ſciẽciam rerum ſicut nunc habet. Quibus ſuppoſitis ponitur.

## Concluſio reſponſalis. Spe

cies intelligibilis nõ eſt illud quod intelligit̃ ſʒ eſt quo intellectus intelligit. Primũ patet nã eadeʒ ſunt q̃ intelligũtur ⁊ de quibus ſunt ſciẽ. ſi gº ea que intelliguntur ſunt ſoluʒ ſpẽs q̃ ſũt in anima ſequit̃ ꝙ ſciẽcie nõ ſunt de rebꝰ que ſunt extra aĩaʒ ſed ſolũ ſũt de ſpẽbꝰ que ſunt in aĩa quod eſt falſuʒ. Item ſi ſic ſequitur error antiquoꝝ dicẽtiũ omne qd videtur eẽ veꝝ. patet q2 ſi potẽcia cognitiua ſolũ cognoſcat primã paſſionẽ eius ſolũ de ipſa iudicat. ſic eñ videtur aliquid ſecũduʒ ꝙ potẽcia cognitiua per ipſum afficitur. ergo iudiciũ cognitiue potẽcie ſemper erit de prima paſſione. ⁊ ſic õne iudiciũ erit verum. ⁊ cũ prime paſſiones de eodẽ poſſibili poſſunt eſſe cõtrarie vt guſtus ſani iudicat aliquid eſſe dulce quod tñ infirmus iudicat eſſe amaꝝ gº duo ꝯtradictoria erũt ſimul̃ vera cũ quilibʒ vera indicat de ſua prima paſſione. Secũda pars patet quia in actione tranſeũte forma ſʒꝙ quam fit actio eſt ſimilitudo obiecti paſſionis vt calor calefacientis eſt ſimilitudo calefacti. ⁊ ſimiliter forma ſecũduʒ quã fit actio immanens eſt ſimilitudo obiecti illius actionis. ergo ſimilitudo rei intellecte q̃ eſt ſpecies intelligibilis eſt forma ſecũdum ꝙ̃ intellectus intelligit loquẽdo de intellectione directa ⁊ non de reflexa quia primo ⁊ directe intellectus ĩtelligit ſuũ obiectũ per ſpeciem. Sed reflexe intelligere poteſt ſuũ actũ. ſ. ſpẽʒ intelligibilẽ ⁊ ſe ipſum ⁊ ſic ſpẽs ĩtelligibil̃ bñ eſſet illud qd̾ ſecũdario ĩtelligit̃.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primã dicitur ꝙ intellectũ eſt in intelligẽte per ſuã ſimilitudinẽ. ideo dicitur ꝙ ĩtellectꝰ in actu ⁊ ĩtellectũ in actu ſunt idem inꝙ̃tum ſimilitudo rei intellecte eſt forma intellectus in actu. ideo ſequitur ꝙ ſpecies intelligibilis ſit illud quod intelligit̃. Ad ſecundã dicit̃ ꝙ intellectũ in actu duo ĩportat. ſ. rem q̃ intelligitur ⁊ actũ intelligendi. ꝙ̃tum ad rem q̃ intelligitur ſolum habet eſſe in ſingularibus extra animaʒ ſed ꝙ̃tum ad intelligere ſolum habet eſſe in aĩa q2 aliquid quod intelligit̃ ſecundũ ꝙ ĩtelligit̃ eſt intellectũ per ſuã ſimilitudinẽ ⁊ ſecũduʒ ſuũ eſſe reale priº eſt ĩtelligibile in potẽcia ꝙ̃ ĩ actu

Ad terciam dicitur ꝙ ſicut in parte ſenſitiua primo eſt mutacio ſenſus a ſenſibili ⁊ ſecũdario eſt formacõ ſecundũ ꝙ̃ ymaginatio format ſibi ydolũ rei abſentis vel nunꝙ̃ viſe. ſic ĩtellectus primo informatur ſpecie intelligibili ⁊ tũc ſic informatus ſibi informat diffinicionẽ aut enũciationẽ que ꝑ vocẽ ſignificatur. ⁊ ideo ratio quã ſignificat nomen eſt diffinitio. et enunciatio ſignificat ꝯpoſitionẽ vel diuiſionẽ. Dicẽduʒ ergo ꝙ voces nõ ſignificãt ſpecies ĩtelligibiles quibꝯ intellectus afficitur ſed ſignificãt ea que intellectus ſibi informat ad iudicandũ de rebꝰ exterioribus. ⁊ ſic ſunt ꝯceptus quos format intellectus ſiue ſint ꝯplexi ſiue incõplexi quibus mediãtibꝰ ſignat res ad extra. Et hec de qõne

Sequit̃ textus. Indiuiſibiliuʒ quideʒ.

## Queritur octauo. vtrum

Intellectus noſter per prius cognoſcat diuiſibile ꝙ̃ indiuiſibile. Et arguitur ꝙ non quia ex cognicione principioꝝ cauſaꝝ ⁊ elemẽtoꝝ venimus in cognicionẽ principiatoꝝ ⁊ cauſatoꝝ. ſʒ principia ſunt indiuiſibilia ⁊ principiata diuiſibilia ergo prius cognoſcimus indiuiſibile ꝙ̃ diuiſibile. Secũdo illud quod ponit̃ in diffinitione alterꝰ prius cognoſcitur a nobis. Sed indiuiſibile ponitur in diffinitione diuiſibilis vt punctus in diffinitione linee ⁊ vnitas in diffinitione numeri. Tertio ſimile ſimili cognoſcit̃ Sed indiuiſibile eſt magis ſimile intellectui noſtro ꝙ̃ diuiſibile cũ intellectus noſter ſit indiuiſibilis. ergo per prius cognoſcimus indiuiſibile ꝙ̃ diuiſibile. Ad oppoſitum arguitur quia ĩdiuiſibile cognoſcitur ſicut priuacio diuiſibilis. priuacio autem cognoſcitur per habitũ. ergo diuiſibile prius cognoſcitur ꝙ̃ indiuiſibile.

Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ̃ phũs egit de intellectu. Conſequẽter agit de operacõibꝰ eius. quaꝝ Prima eſt indiuiſibiliũ intelligẽcia. Secũda eſt cõpoſitio et diuiſio ⁊ quia prima eſt indiuiſibiliũ intelligẽcia ideo phũs oſtendit qualiter indiuiſibile cognoſcitur gracia cuius oſtẽdit quot modis dicitur indiuiſibile. ⁊ ad videndum qualiter indiuiſibile cognoſcatur oportet videre ꝙ̃ habitudinẽ habeat ad quiditatem rei materialis.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Indiuiſibile ſicut ⁊ vnum dicitur tripliciter. Primo mõ dicitur indiuiſibile quod eſt vnũ ꝯtinuũ actu indiuiſum diuiſibile tamen ĩ potẽcia ⁊ hoc modo omne cõtinuũ eſt ĩdiuiſibile quia poteſt capi per intellectuʒ tanꝙ̃ indiuiſum in actu. ⁊ ſi intelligatur ꝯtinuũ vt diuiſibile in potencia hoc erit numerãdo partẽ poſt parteʒ ⁊ ſic intelliget ipſuʒ in tempore diuiſibili. ⁊ huiuſmodi diuiſibile cognoſcitur per prius ꝙ̃ diuiſibile q2 eſt ꝯfuſius ⁊ magis cõpoſitum. Secũdo modo dicitur indiuiſibile quod eſt vnũ ſecũdũ formã et ſpeciẽ vt homo vel aſinus. ⁊ tale per prius cognoſcitur per partes eius quia ꝯfuſius eſt. ⁊ in diuiſibili tẽpore intelligitur. licet enim partes ſecundũ ſe in tali toto ſint quodãmodo diuiſe tamen poſſunt accipi vt diuiſe quia in ipſis eſt aliqd indiuiſibile qd̾ facit ipſas eſſe vnuʒ. ſ. forma q̃ facit totum eſſe vnum ⁊ indiuiſibile ſecundũ ſpeciem. Tercio mõ dicitur aliquid vnũ quod eſt ſimpliciter indiuiſibile ſecundũ quãtitatem ⁊ ſecundũ formaʒ tam actu ꝙ̃ potẽcia ſicut pũctus vel vnitas. ⁊ hoc ĩdiuiſibile mereatur intellectu ſicut priuacio quia tale ĩdiuiſibile eſt priuacio rei corporalis. ideo cũ ĩtellectus nõ ferat̃ directe niſi in quiditatẽ rei materialis tale indiuiſibile ſolũ ex ꝯſeqnẽti cognoſcit̃ ꝑ negacioneʒ cõtinui cuius eſt. Alia ratio eſt quia intellectus noſter cognitionẽ capit a ſenſu ideo magis ſenſibilia vt ſunt magnitudines ꝑ prius cognoſcuntur a nobis. quare pũctus ⁊ vnitas ⁊ vniuerſaliter ea que tranſcẽdunt ſenſuʒ cognoſcũt̃ a nobis per negacionem ⁊ priuatiue nominãt̃. hinc et de ſubiis ſeparatis dicimus ꝙ ſunt ĩcorporee ⁊ immateriales. Tunc ſit hec.

## Concluſio prima. Ad.q.

Indiuiſibile tercio mõ captũ poſteriꝰ ꝯgnoſcit̃ a nobis ꝙ̃ diuiſibile. ſʒ indiuiſibile aliis modis captũ priꝰ cognoſcit̃. cõcluſio patet ex dictis.

## Dubitatur primo. Utrum

Intellectus poſſit eſſe falſus. Pro dubio ſupponitur ꝙ due ſunt oꝑationes intellectꝰ. Prima eſt ſimpliciũ aꝑhenſio in qua nõ eſt veritas neqʒ falſitas. Secũda cõpoſicio vel diuiſio in qua eſt veritas vel falſitas. Reſpõdetur ad dubium ꝙ intellectus circa ſuũ obiectuʒ nõ per ſe decipit̃. per accidẽs tñ quãdoqʒ decipit̃ vt attribuẽdo diffinicionẽ vnius alteri diffinito. vel ſi partes vnius diffinitionis habeant repugnanciã vt ſi diceretur ꝙ homo eſt animal ĩſenſibile. ⁊ in hoc intellectus habet ſimilitudinẽ cũ ſenſu quia circa ꝓprium obiectũ nõ per ſe decipitur ſed circa ſenſibilia cõmunia aut circa ſẽſibilia per accidẽs bene decipitur. Similiter eſt intellectus circa intelligibilia ſimplicia et circa quod quid eſt non decipitur niſi ꝑ accñs quia ſꝑ eſt verꝰ ꝓpter quod eciã nunꝙ̃ decipit̃ circa principia ꝯplexa que cognoſcũtur cognitis terminis ſʒ ſepe decipitur intellectus cõponendo et diuidẽdo quando in complexa ab inuiceʒ ſeparata cõponit ⁊ cõiuncta diuidit. in tali enim cõpõne quando cõponit ea que in re ſunt vnum eſt veritas ⁊ quando diuidit ea que in re ſunt vnum eſt falſitas. Sed arguitur cõtra quia in ſolo intellectu cõponẽdo eſt veritas ergo male dicitur ꝙ intellectus circa ꝙ quid ẽ eſt verus

Reſpõdetur ꝙ non dicitur verus tanꝙ̃ cognoſcẽs veritatem ſed dicitur verus quia eſt adequatꝰ in cõplexo quod cognoſcit. dicitur eciaʒ verus tanꝙ̃ res vera.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

Intellectus noſter poſſit ſimul multa intelligere Reſpõdetur ꝙ nõ poteſt multa ĩtelligere ſe habencia per modum multoꝝ. Sed quandoqʒ intelligit multa ſe habẽcia per moduʒ vnius R. õ quia modus cuiuſlibʒ actionis inſequitur formam que eſt principium huiꝰ actionis gº nõ q̃cunqʒ intellectus ſub vna ſpecie poteſt intelligere plura ſimul. Sʒ que nõ poteſt intelligere niſi per diuerſas ſpecies intelligibiles non põt intelligere pl̃a ſil̃ q2 impoſſibile eſt ipſuʒ ſimul informari pluribus formis vnius generis proximi. cum ergo ſpecies intelligibilis ſit forma noſtri intellectus ſequitur ꝙ non poteſt informari pluribus ſpeciebus ſicut diuerſe albedines ĩ numero nõ poſſunt ſimul eſſe in eodẽ corpore.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primã dicitur ꝙ nõ ſemper ex cognicõe principioꝝ venimus in cognicionẽ principiatorum ſʒ ecõtra. aliqñ tñ in complemento ſciencie

ꝓcedimus ex cognicione pricipioꝝ in cognicionē principatoꝝ. ſed principia nō ſunt intuiſibilia tercio modo indiuiſibilis ſiue ſint ꝯplexa ſiue inꝯplexa. Ad ſecundam dicitur ꝙ illud quod ponitur in diffinitione rei nō eſt nobis ſēper prius notū ꝙ̃ diffinitū. ſed ſufficit ꝙ ſit notius ſecūduꝫ naturam ⁊ ꝙ ſit principiū eſſendi diffiniti. Ad terciā dicitur ꝙ ſimilitudo per quā intellectus cognoſcit eſt ſpecies cogniti exiſtens in cognoſcēte. ideo nō per ſimilitudinē ad potēciam cognitiuā eſt aliquid prius cognituꝫ alias viſus magis cognoſceret auditū ꝙ̃ colorē quia audit⁹ plus aſſimilat̄ viſui ꝙ̃ color. ideo nō oportet quāuis intellectus ſit ſimplex ⁊ indiuiſibilis ꝙ ꝑ prius cognoſcat indiuiſibile ꝙ̃ diuiſibile. Et hec de q̄ſtione. Sequitur text⁹ Uidetur autem ſenſibile.

## Queritur nono. vtrum

Intellectus noſter cognoſcat res materiales abſtrahēdo ſpecies a fantaſmatib⁹. Et arguit̄ ꝙ nō. naꝫ quicūqꝫ intellect⁹ intelligit rē aliter ꝙ̃ ſit falſus eſt. Sꝫ forme reꝝ materialiū ñ ſunt abſtracte a ſingularib⁹ quoꝝ fantaſmata ſunt ſimilitudines g°. ſi res materiales intelligerent̄ ꝑ abſtractionē ſpēꝝ a fantaſmatib⁹ talis intellectio eſſet falſa. 2°. in diffinitione reꝝ materialiuꝫ cadit materia. ergo ſine materia itelligi nō poſſūt. ſꝫ materia eſt pricipiuꝫ indiuiduacionis ergo res materiales nō poſſunt intelligi per abſtractionē vl̄is a particulari quod eſt abſtrahere ſpecies a fantaſmatib⁹. 3°. fantaſmata ſe habēt ad intellectū ſicut colores ad viſuꝫ. ſꝫ viſio nō fit per abſtractioneꝫ a colorib⁹ ſed per hoc ꝙ color ïprimit ſpecieꝫ in viſum. ergo intellectio nō fit per abſtractionē a fantaſmatib⁹ ſed per hoc ꝙ fantaſma imprimit ſuā ſpeciem in intellectu. 4°. ſi fieret talis abſtractio fieret per intellectum agēteꝫ. ſed hoc nō quia intellectus agens ſe habet ad fantaſmata ſicut lumē ad colores. ſed lumē nihil abſtrahit a colorib⁹. ergo nec intellectus a fantaſmatib⁹. Ad oppoſitum arguitur ſicut res ſunt ſeparabiles a materia ſic ea q̄ ſunt circa intellectū. ergo materialia intelligūtur inquātuꝫ abſtrahuntur a materia ⁊ fantaſmatibus q̄ ſunt ſimilitudines materie. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̃ actum eſt de intellectu ſecūduꝫ ſe. Conſequēter ariſtoteles agit de ipſo per ꝯparationē ſenſus ad ſenſibile ⁊ ad intellectuꝫ. ideo multa hic ſupponūtur q̄ tamen dicūtur in textu.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

obiectum alicuius potēcie cognitiue proportionatur virtuti illius potēcie. Sed triplex eſt virtus cognicia quedā eſt actus organi corporalis ſicut ſenſus ⁊ eius obiectū eſt forma prout eſt in materia. ſed quia materia eſt principiū indiuiduacionis ideo omnis potēcia ſenſitiua eſt tantū cognitiua particulariū. Alia eſt virtus q̄ nō eſt actus organi corporalis neqꝫ materie ꝯiuncta vt intellectus angeli. ⁊ eius obiectuꝫ eſt forma exiſtēs ſine materia. ſ. ſua eſſēcia propria. quāuis eniꝫ angeli cognoſcāt materiā tamen hoc nō eſt niſi intuendo in reb⁹ immaterialib⁹. ſ. in ſe ipſis vel in eſſēcia diuina. Alia eſt virtus medians que nō eſt actus organi eſt tamen materie ꝯiuncta proquāto anima cuius eſt virtus eſt actus corporis. vt intellectus noſter cuius obiectuꝫ eſt forma exiſtēs in materia ſingulari. nō tamen cognoſcit vt eſt in materia ſingulari ſed abſtrahendo a materia.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ Ab

ſtrahere in ꝯiunctis eſt ſecūduꝫ eſſe vnū intelligere nō itelligēdo aliud. ideo abſtrahere formā a materia particulari eſt ipſam cognoſcere non cognoſcēdo cōdiciones materie particularis. et vniuerſaliter omne prius poteſt abſtrahi a poſteriori vt ſubm̄ ab accidēte. ſuperius ab inferiori forma a materia. Dupliciter tamen cōtingit abſtrahere. vno modo per modū ꝯpoſitionis ⁊ diuiſionis intelligēdo vnū non eſſe in alio ſꝫ ſeparatū Alio modo ꝑ ſimplicē apprehēſionē intelligēdo vnum nō intelligēdo aliud. Abſtrahere primo modo per intellectū ea que nō ſunt abſtracta ſecūdum rem nō eſt ſine falſitate. Sꝫ abſtrahere ſecundo modo bene eſt ſine falſitate ſicut patet in ſenſibus. poſſumus eniꝫ videre colorem pomi non percipiēdo ſaporeꝫ vel odoreꝫ eius. Et ſimiliter poſſumus apprehēdere naturaꝫ lapidis ſine apprehēdendo ꝯditiones indiuiduantes eius. ⁊ hoc eſt abſtrahere vl̄e a particulari. ⁊ ſpeciem intelligibilē a fantaſmatibus ⁊ dicitur ſpecies intelligibilis ſilitudo rei vniuerſalis exñs in intellectu poſſibili. Sed fantaſma eſt ſilitudo rei particularis exiſtēs in fantaſia.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ

Aliqui dixerūt materiam nō eſſe de eſſencia rei materialis. Sꝫ hoc iprobatur qꝛ materia cōis eſt de eſſēcia ſpeciei. ⁊ intellectus itelligēdo ſpēꝫ rei material̄ abſtrahit a materia ſignata ⁊ nō a materia cōmuni. Cuius ratio eſt quia cōdiciones idiuidui nō ſunt de quiditate ſpeciei. ideo ſpecies poteſt intelligi ſine huiuſmodi cōdicionibus. vt homo ſine his carnibus. nō aūt ſine carnibus in cōmuni. Mathematica eniꝫ encia abſtrahūtur a materia ſenſibili tam communi ꝙ̃ ſignata. ſꝫ nō a materia intelligibili. Et dicitur materia ſenſibilis q̄ eſt ſubiecta qualitatib⁹





ſenſibilib⁹ vt calido frigdo. Sꝫ intelligibil̄ dicitur materia ſubiecta quātitati. quātitas eniꝫ in materia precedit qualitates ſenſibiles. idō abſqꝫ illis cōſiderari pñt quod eſt eas abſtrahere a materia ſenſibili. nō tñ poſſūt ſine materia ī communi ſꝫ abſtrahētur ab hac materia vel illa ſubiecta quātitati. Encia vero methaphiſica abſtrahūtur ab omni materia ſicut trāſcendēcia vt ens potēcia ⁊ actus q̄ poſſūt eſſe ſine materia. Et quia Plato ignorauit iſtos modos abſtractionis ideo omnia q̄ ponimus abſtracta per intellectū poſuit abſtracta ſꝫ⁹ eſſe ⁊ poſuit ſpecies reꝝ exiſtere ſine indiuiduis. Contra quē ſit hec.

## Concluſio reſponſiua ad. q.

Intellectus noſter intelligit res materiales abſtrahēdo ſpecies intelligibiles a fantaſmatibus patet quia abſtrahere ſpeciē intelligibilē a fantaſmatib⁹ eſt cognoſcere naturā vl̄em coniunctā cōdicionib⁹ materialibꝯ nō ītelligēdo illas cōdiciones. ſed hoc mō ītelligit itellectus quia ītelligit formā q̄ eſt in materia particulari ſecludēdo ꝯdicōes indiuiduātes. ergo intelligit abſtrahēdo ſpecies a fantaſmatibus eo ꝙ non poteſt ītelligere ea quoꝝ abſtrahit ſpecies niſi ꝯuertēdo ſe ad fantaſmata ⁊ nō quia ītelligat ſine abſtractione a fantaſmatibus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ intellectus ītelligēs reꝫ aliter ꝙ̃ ſit eſt falſus ſi ly aliter referatur ad rem ītellectā. Sꝫ intelligens rem aliter ꝙ̃ ſit exparte modi intelligēdi referēdo aliter ad actū ītellectus nō eſt falſus. Ad ſecūdaꝫ patet ſolucio ex dictis Ad terciā dicitur ꝙ colores habent ſimilē modū eſſēdi in materia particulari ⁊ ī viſu ideo poſſunt ïprimere ſuas ſpecies ī viſu. Sꝫ fantaſma cū ſit ſimilitudo indiuidui exiſtēs in organo corporali nō habꝫ eūdeꝫ modū eſſēdi ꝙ̃ habet intellectus. ideo in virtute ꝓpria nō poſſunt ïprimere ſuā ſimilitudinē ī intellectu poſſibili. Sꝫ virtute intellectus agētis recepitur ſimilitudo in itellectu poſſibili ex ꝯuerſione itellect⁹ agētis ſupra fantaſmata. ⁊ illa ſimilitudo repreſentat ea quoꝝ ſunt fantaſmata quātuꝫ ad naturā ſpeciei ſolū. ⁊ hoc modo ſpecies dicitur abſtrahi a fantaſmate non quia eadē forma numero que fuit in fanſmate fiat in ītellectu poſſibili. Ad quartā dicitur ꝙ fantaſmata primo illuminātur ab intellectu agēte. Et ꝯſequēter ab ipſis ſic illuſtratis ſpecies ītelligibiles ſic abſtrahūtur ⁊ reponūtur in ītellectu poſſibili ꝙ̃uis lumē nō omino ſe habeat ſiliter ad colores Et hec de queſtione.

## Queritur decimo. vtrum

Intellect⁹ noſter poſſibilis poſſit actu intelligere per ſpecies intelligibiles quas habet nō conuertēdo ſe ad fantaſmata. Et arguitur ꝙ ſic quia ītellectus fit in actu per ſpeciē ītelligibileꝫ qua iformatur. ſed itellectū eſſe in actu eſt ipſuꝫ intelligere. ergo ſpecies intelligibilis ſufficit ad hoc ꝙ ītellectus ītelligat. Secūdo magis dependet ymaginatio a ſenſu ꝙ̃ ītellectus ab ymaginatione. ſed virtus ymaginatiua poteſt actu ymagiāri abſentib⁹ ſenſibilib⁹ ergo poteſt intellectus ītelligere ſine ꝯuerſione ad fantaſmata. Tercio de incorporalib⁹ nulla ſunt fātaſmata ergo ſi ītellectus nichil pōt ītelligere niſi ꝯuertēdo ſe ad fantaſmata ſequit̄ ꝙ nō poterit intelligere aliquid īcorporeū qđ eſt falſuꝫ. Ad oppoſitū arguitur per Ariſtotelē in textu dicētem ꝙ nichil ſine fantaſmate intelligit anima. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ opi

nio Platonis fuit ꝙ ſubſtācie immateriales nō ſolū a nobis intelligūtur ſed etiā ſunt a nobis prima intellecta. poſuit eniꝫ omnes formas ꝑ ſe exiſtere ⁊ eſſe prima obiecta noſtri intellectus et primo intelligi a nobis. ⁊ ſimiliter ſubſtancie ſeparate. vnde ſecūduꝫ ipſum cognicio applicat̄ reb⁹ materialib⁹ ſecundū fantaſmata ⁊ ſenſus ī tellectui ꝑmiſcētur. ⁊ quāto intellectus magis fuerit depuratus tāto magis percipit cognitionē materialiū. ⁊ ponit Plato ꝙ ex cognicione īmaterialiū venimus in cognicionē materialiū. Sꝫ opinio Ariſtotelis eſt ꝙ intellectus noſter ſecūdum ſtatum vite pñtis habet eſſēcialē reſpectū ad naturas reꝝ materialiuꝫ ⁊ ideo nihil intelligit niſi ꝯuertēdo ſe ad fantaſmata. Ex quo ſequitur ꝙ nos nō poſſumus itelligere primo ⁊ per ſe ſubſtācias ī materiales que non cadunt ſub ſenſu vel ymaginatione. Hanc tñ q̄ſtionē mouet Phūs ſed eam nō ſoluit. nec ab eo inuenitur ſoluta eo ꝙ ſolucio eius ad methaphi⁹ ꝑtinet. ꝯplemētuꝫ aūt methaphiſice nō ꝑuenit ad nos. vel quia nō fuit tota trāſlata vl̄ quia phūs morte preuētus eā nō cōpleuit ideo nō determinat phūs vtrū intellectus noſter poſſit quiditatiue intelligere ſubſtācias ſeparatas.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Auerrois in iſto paſſu dicit hominē ꝑuenire ad cognoſcēduꝫ ſubſtācias ſeparatas ꝑ vnionē cuiuſdā ſubſtācie ſeparate quā vocat itellectū agētē. qui cū ſit ſubſtācia ſeparata naturalr̄ ſubas ſeparatas itelligit. Uñ dicit cū itellectus agēs fuerit nobis ꝑfecte vnitus ꝑ cū intelligi⁹ ſubas ſeparatas ſicut nūc ꝑ itellectū poſſibilē nobis ꝯiunctū itelligi⁹ res materiales. Uñ dicebat itellectū agētem nobis vniri hoc modo quia cum

nos itelligimus ꝑ intellectū agētem ⁊ ꝑ ſpecula
ta ſed ꝙ intellectꝰ comparetur ad intelligibilia
vel ſicut agens principale ad inſtrumentum vel
ſicut formale ad materiā nā iſtis duobꝰ modis
attribuit actio duobꝰ pricipiis.ſ.pricipali agēti
⁊ inſtrumēto ſicut ſecacio artifici ⁊ ſecuri.⁊ iterū
intellectꝰ ꝯparatur ad itelligibilia ſpeculata ſi
cut ꝑfectio ad ꝑfectibile q̄ ſimul in aliquo reci
piūtur.vñ ſimul in itellectu poſſibili recipiūtur
intelligibilia ſpeculata ⁊ itellectus agēs.⁊ q̄to
plura ſpeculata itelligibilia recipiūtur tāto ma
gis appropiquatꝰ ad hoc ꝙ itellectꝰ agēs ꝑfec
te vniatur nobis.⁊ per hoc poſſumꝰ cognoſcere
oia materialia ⁊ imaterialia. vnde i hoc poſuit
Auerrois vltimā felicitatē hominis. Albertꝰ
autē cū ipſo quodāmodo ꝯuenit dicēs.ꝙ dum
itellectꝰ poſſibilis fuerit adeptꝰ ſpecies imateria
liū illuſtratas lumine itellectꝰ agētis tunc in ſe
habebit lumē intellectꝰ agētis.⁊ poterit itellige
re ſubſtācias ſeꝑatas q2 erit ſuꝑ oia materialia
quaſi vna ſuba ſeꝑata. Differt tñ ab Auer
roi quia Auerrois ponebat itellectū agētem ſe
paratū a nobis. Albertus vero ponit ipſum
ꝯiunctuꝫ ſed ſeparatū ab itellectu poſſibili ſed
ſibi vnitur ꝑ ſpecies reꝝ materialiū. quia lumē
intellectꝰ agētis in ſpēbꝰ reꝝ materialiū manet
ſicut cauſa in effectu. Sꝫ iſta poſitō iprobat q2
itellectꝰ agēs nō eſt ſubſtācia ſeparata ſed eſt q̄
daꝫ virtus aīe ⁊ ſe extēdit actiue ad oīa ad q ſe
extēdet paſſiue itellectꝰ poſſibilis ideo dicit phi
loſophus ꝙ itellectꝰ poſſibilis eſt quo aīa pōt
ōnia fieri ⁊ itellectus agēs eſt quo poteſt ōnia
facere.ergo itellectus poſſibilis ſꝫꝰ ſtatū ꝑſentiſ
vite ad ſola materialia ſe extēdit q̄ intellectꝰ fa
cit actu intelligibilia reponēs i itellectu poſſibili
ita ſꝫꝰ intellectū agēteꝫ ſoꝰ ſe extēdit ad materi
alia nec per ipſuꝫ poſſumꝰ quiditatiue itellige
re ſubſtācias ſeparatas. His ſuppoſitis ponit.

## Concluſio reſponſalis.

In
tellectus noſter poſſibilis ꝯiunctus nō poteſt ac
tu intelligere per ſpecies quas habet niſi ꝯuertē
do ſe ad fantaſmata. Probatur quia itellec
tus nō ipediretur in ſua operatione per leſionē
alicuiꝰ organi corporalis niſi eius oꝑatio ꝓſup
poneret actū potencie organice. cū intellectus
nō habeat organū. Sꝫ videmus ꝙ leſo orga
no memorie vt i letargicis ipeditur homo ne ac
tu intelligat etiā illa quoꝝ prius habuit ſciēciā
ergo etiā intellectus in actu intelligēdi necōū in
adquirēdo ſciēciam ſed in vtendo ſciencia ad
quiſita requirit actum ymaginatiue virtutis.

Item quilꝫ experitur in ſe ꝙ cū vult aliquid
intelligere format ſibi quoddā ydolum vel fan
taſma per moduꝫ exēpli in quo cōſpicit ea que
vult intelligere ⁊ ideo cū volumꝰ aliquid alteri
docere ſibi ꝓponimus exēpla mediātibus qui
bus poteſt ſibi formare fantaſmata ad itelligen
dum.ergo neceſſe eſt quēlꝫ intelligentem fantaſ
mata ſpeculari. Et ſi queratur q ſit ratio iſtiꝰ
Dicēduꝫ ꝙ hoc ideo eſt quia potēcia cognitiua
ꝓportionatur ſuo cognoſcibili ideo ꝓprium ob
iectum itellectus āgeli qui totaliter eſt ſeparatꝰ
eſt ſubſtācia intelligibilis totaliter a corpore ſe
parata. Sꝫ obiectū ꝓprium itellectus humani
qui eſt corpori ꝯiunctꝰ eſt quiditas rei materialꝭ
ſꝫꝰ ſuum eſſe exiſtēs in materia particulari ideo
natura rei materialis nō poteſt cōplete cogno
ſci niſi cognoſcatꝭ ſꝫꝰ ꝙ eſt in particulari exiſtēs
ꝙ apprehēdatꝭ ꝑ ſenſuꝫ ⁊ ymagiationē.ideo itel
lectus vt intelligat ſuum ꝓprium obiectuꝫ opor
tet ꝙ conuertat ſe ad fantaſmata ⁊ ſpeculetur
naturā vniuerſalem in particulari. Si vero ob
iectū noſtri intellectus eſſet forma ſeparata vel
ſi forme reꝝ ſenſibilium ſubſiſterēt preter ſingu
laria vt Plato ponebat nō oporteret ꝙ intellec
tus intelligēdo ſe cōuerteret ad fantaſmata.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ ſpecies reſeruate in intellec
tu poſſibili quādo actu nō intelligit ſoluꝫ ſunt
in eo quaſi materialiter.ideo nō ſufficiūt ad ac
tuꝫ intelligēdi.ſed oportet ꝙ intellectus vtatur
ſpecie intelligibili ſꝫꝰ ꝙ cōuenit rei cuiꝰ eſt ſpe
cies que q̄dem res habēt eſſe in natura partic
lari.ideo requiritur cōuerſio ad fantaſmata vt
intellectus reducatur in actum ꝑfectum. Ad
ſecūdam dicitur ꝙ fantaſma eſt ſimilitudo rei
ſingularis ideo ymaginatio nō indiget alia ſi
militudine particulari ſed ſpecies intelligibilis
q̄ eſt in intellectu nō eſt ſimilitudo rei particula
ris ideo indiget fantaſmate. Ad terciā dicitꝭ
ꝙ incorporea quoꝝ nō ſunt fantaſmata ꝯgno
ſcuntur a nobis per cōparationē ad corpora ſē
ſibilia que ſūt effectꝰ eoꝝ quoꝝ ſenſibiꝰ habe
mus fantaſmata ideo intelligēdo res immateri
ales neceſſe eſt intellectuꝫ cōuertere ſe ad fantaſ
mata reꝝ corporalium. Et hec de queſtione.
Sequitur in textu.
Nunc autem de anima dicta Recapitulantes.

## Queritur vndecimo. vtrum

Intellectus noſter poſſit cognoſcere ſingularia.
Et arguitur ꝙ ſic quia cognoſcēs aliquā cōpo
ſitionē cognoſcit extrema eius.ſed intellectꝰ no
ſter cognoſcit hanc cōpoſitionē ſortes eſt hō.gͦ
cognoſcet hoc ſingulare quod eſt ſortes. 2ͦ
intellectus practicus cognoſcit ſingularia. 3ͦ
intellectus noſter ſeipſum intelligit ⁊ eſt q̄dam
ſingulare ergo ⁊c. 4ͦ quicquid poteſt virtus
inferior poteſt ⁊ ſuperior ⁊ cū hoc plus. ſed ſen
ſus cognoſcit ſingulare ergo etiam intellectus.
Ad oppoſitum arguitur ꝙ intellectus noſter
nō intelligit niſi abſtrahēdo a fantaſmatibus
quodꝭ intelligere vlē vel vlī. Pro reſpōſiōe.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de ſenſu ⁊ intellectu. Cō
ſequēter ex dictis concludit quid de aīa ſit ſen
ciendū. Primo oſtēdens ꝙ natura aīe eſt quo
dāmodo oia .naꝫ oia q̄ ſunt aut ſunt ſenſibilia
aut intelligibilia ſed anima eſt quodāmodo ſē
ſibilia oia per ſenſum ⁊ quodāmodo omnia in
telligibilia per intellectum.aliter tamen ꝙ pone
bant antiqui. naꝫ anima non eſt res ſenſibilis
vt dicitꝭ Empedocles.neqꝫ eſt ipſa res ſenſibilꝭ
vnde poſuit ꝙ terram terra cogoſcimus ⁊ ſic de
aliis. Contra quē dicit textus ꝙ lapis non ē
in anima ſed ſpecies lapidis. per hoc volēs in
nuere ꝙ itellectus eſt in actu pro quāto intellec
tū in actu eſt i intellectu per ſuā ſpeciem ⁊ ſimili
ter de ſenſu ⁊ ſenſibili. Ex quo infert Ariſto
teles ꝙ anima aſſimulatur manui que eſt orga
nū organoꝝ ⁊ datur homini loco omniū orga
noꝝ q̄ data ſunt omnibꝰ aialibus.ſ.ad defenſi
onē ipugnacionē ⁊ coopertimētum ⁊ ſic de aliis
Similiter anima eſt homini data loco omniuꝫ
formaꝝ vt homo ſit quodāmodo omne ens ꝓ
quāto per aiam ē quodāmodo oīa q̄ receptiua
eſt ōnium formaꝝ.ſ. intelligibiliū per intellec
tū ⁊ ſenſibiliū per ſenſum. Tunc ſit.

## Concluſio reſponſiua ad.q:

In materialibus intellectus noſter nō ꝯgnoſcit
ſingulare primo ⁊ directe ſed bene indirecte ⁊ re
flexe. Primū patet quia in materialibus pri
cipiū ſingularitatis eſt materia ſignata. Sꝫ in
tellectus intelligit abſtrahēdo ſpeciē itelligibilē
a materia.quod āt ſic abſtrahitꝭ eſt vniuerſale
ergo intellectus noſter ſolū directe ⁊ primo co
gnoſcit vniuerſale. Secūduꝫ patet q2 poſtq̄
intellectus noſter abſtraxit ſuas ſpecies intelligi
biles nō poteſt actu ſꝫꝰ eas intelligere niſi con
uertēdo ſe ad fantaſmata ergo indirecte cogno
ſcit ſingularia quoꝝ ſunt fantaſmata ⁊ tūc for
mat hanc ꝯpoſitionē ſortes eſt homo. ⁊ per hoc
ſoluitur prima ratio ante oppoſitum Aduer
tēdum eſt ꝙ ſingulare inquātuꝫ ſingulare ē nō
ipedit intelligētem ſed inquātum materiale eſt
ideo ſi ſit aliquod ſingulare ſine materia intel
lectus poteſt ipſuꝫ intelligere niſi aliquid obſtet
.ſ.ꝙ nō poſſit preſentari intellectui.

## Dubitatur primo. Utrum

intellectus noſter poſſit infinita cognoſcere. Et
arguitur ꝙ ſic quia ſi vnū corpus non ipediret
aliud ad eſſe in vno loco nihil ꝓhiberet ifinita
corpora eſſe in eodē loco.ſed vna ſpecies in telli
gibilis nō ipedit aliā ſimꝭ eſſe in intellectu gͦ
nichil ꝓhibꝫ intellectū hrē ſciaꝫ infinitā .R.
ꝙ in intellectu nrō nō inuenitur īfinitū in actu
ſꝫ i potēcia.ſ.cognoſcēdo vꝰ pꝰ aliud ⁊ nō infi
nitū in actu. Primū patet quia ſicut ſe habet
itellectus noſter ad quiditatē rei materialis ita
ſe habet ad alia que ſub tali quiditate inueniū
tur. Sꝫ in ſubſtāciis materialibus inuenitur in
finitū in potēcia gͦ intellectus pōt cognoſcere
in potēcia infinitū. 2ꝰ patet q2 intellectus no
ſter nō poteſt ſimul plura cognoſcere niſi q̄ per
vnā ſpeciē cognoſcūtur ſed infinitū in actu nō
habet vnā ſpeciē alias haberet rationeꝫ tocius
⁊ perfecti ideo dicitur in ſua diffinitione cuius
quātitatem accipiētibus ſemper eſt aliquid ex
tra accipere.ergo intellectus noſter nō poteſt in
telligere infinitū in actu.⁊ licet cognoſcat infini
tum potēcia cōfuſe ⁊ quātum ad ſuum materi
ale nō tamen diſtincte ⁊ quātum ad ſuum for
male. Ad rationeꝫ dubii dicitur ꝙ q̄uis ſpe
cies nō prohibeāt ſe ſimul exiſtere in intellectu
tamen quia ſucceſſiue ingrediūtur eo ꝙ multa
ſimul actu nō intelligūtur ideo oportet ꝙ ſpeci
es intelligibiles que ſunt i intellectu noſtro ſint
finite.

## Dubitatur.ii. Utruꝫ intellec

tꝰ noſter ſit cognitiuꝰ cōtingētiuꝫ. Rndetꝭ ꝙ
cōtingēcia poſſunt dupliciter conſiderari vno
modo ſecūdum ꝙ cōtingēcia ſunt. Aliomodo
ſecūdum ꝙ in ipſis aliquid neceſſitatis inuenitꝭ
nichil eni adeo eſt ꝯtingens ꝙ in ſe nō habeat
aliquid neceſſitatis vt hec ꝓpoſitō ſortes currit
eſt cōtingens tamē eſt neceſſaria habitudo ad
motū. vnde cōtingencia vt ꝯtingencia ſunt di
recte cognoſcūtur a ſenſu ⁊ indirecte ab itellec
tu ſꝫꝰ ꝙ includūt aliq̄ neceſſitatem vnde ab in
tellectu cognoſcuntur. ⁊ eodēmodo dicēduꝫ de
cognitione futuroꝝ ſicut de cognitione cōtin
genciū.futura eniꝫ ſecūduꝫ ꝙ ſub tēpore cadūt
ſingularia ſunt.ideo ab intellectu nō cognoſcū
tur niſi reflexe. ſꝫ rationes futuroꝝ poſſunt eſſe
vniuerſales.ideo iſto modo ſunt intelligibiles.

Aduertēdum tamen ꝙ futura dupliciter co
gnoſci poſſunt vnomodo in ſe ipſis et ſic nō co
gnoſcuntur niſi a prima cauſa cui oia preſencia
ſunt. Alio modo in ſuis cauſis ⁊ ſic cognoſcūꝭ
eo modo quo ſunt in ipſis ita ꝙ ſi ex ipſis de ne
ceſſitate eueniant poſſunt a nobis cognoſci per
certitudinē. Sed ſi ab eis cōtingentur eueniāt
ſolum cognoſcuntur per quandam coniectura
tionem.

## Dubitatur.iii. vtrum intellec

tꝰ noſter cognoſcat habitus eiꝰ per ſuā eſſenciā
Et arguitur ꝙ ſic quia intellectus noſter cogno
ſcit res materiales per hoc ꝙ ſimilitudines eaꝝ

ſunt preſencialiter in anima per ſuam eſſenciaꝫ:
Reſpōdetur ꝙ per ītellectuꝫ ⁊ obiecta cogno-
ſcimus habitū ⁊ potēciā. naꝫ quiditas rei mate
rialis eſt obiectū noſtri intellectus ideo eſt illud
quod primo ab intellectu cognoſcitur ⁊ ſecūda
rio cognoſcitur actus qui eſt circa obiectū. non
tñ ſimiliter cognoſcitur actus ⁊ obiectū nā actꝰ
intelligēdi non eſt ꝑfectio rei intellecte cum ſit
operatio immanēs. ſꝫ eſt perfectio potēcie ⁊ habi
tus. Dupliciter tamē cognoſcitur habitꝰ vno
modo dū aliquis percipit ſe habere habitū ꝑ
hoc ꝙ ꝑcipit ſe ꝓducere propriū actū habitus.
Alio modo dū inquirit naturā habitus ex co-
gnitione actus. prima cognitio eſt ex ꝑſencia ha
bitus. ſecūda eſt per ſtudiū ⁊ īquiſitioneꝫ. Ad
rationem dubii dicitur ꝙ habitus ſunt ꝑſentes
in ītellectu nō tamē ſicut obiecta eius. ſed ſicut
diſpoſitiones vel forma quibꝰ mediātibus ītel
lectus noſter intelligit. ideo oꝫ erit ꝙ per ſe co-
gnoſcātur.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Queſtionis. prima ſoluitur ex dictis. Ad ſe-
cūdam dicitur ꝙ operatio particularis eſt qua
ſi cōcluſio ſillogiſmi practici vt dicitur ī 7° ethi
coꝝ. Sed ex ꝓpoſitione vniuerſali nō poteſt
directe ꝯcludi ſingularis niſi mediāte particula
ri ſubſumpta. ideo rō vl̄is ītellectus practici nō
mouet ad operandum niſi mediāte particulari
apprehēſione partis ſenſitiue ⁊ ſenſus eſt directꝰ
cognitiuus particulariū. Ad terciaꝫ patet ſo
lutio ex dictis. Ad quartam dicitur ꝙ quid
quid perfectionis poteſt virtus inferior poteſt
ſuperior ſed eminēciori modo. vnde illud quod
cognoſcit ſenſus materialiter ⁊ cōtracte ꝙ eſt co
gnoſcere ſingulare directe hoc cognoſcit ītellec-
tus immaterialiter ⁊ abſtracte qd̄ eſt cognoſcere
vniuerſaliter. Et hec de queſtione

Sequitur in textu.

De mouente quidem et cetera.

## Queritur duodecimo. vtruꝫ

Appetitꝰ ſit pricipiuꝫ motus ꝓgreſſiui aialis.
Et arguitur ꝙ nō quia ſequeretur ꝙ animal ſē
per moueretur ſecūdum appetitū cōſequēs ē fal
ſum quia ꝯtinēs nō ſemper mouetur ad illud
quod appetit ſed ſequit̄ rationē. ergo ⁊c̄.
Ad oppoſitum eſt textus. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ actum eſt de parte vegetatiua ſenſitiua ⁊ intel
lectiua anime. Conſequēter Ariſtoteles agit de
parte intellectiua inquātum eſt pricipiū motus
localis. Antiqui eniꝫ diffinierūt animā per mo
tum ⁊ ſenſum ⁊ quia ſatis dictū eſt de intellectu
⁊ ſenſu reſtat dicēdum de pricipio motū inqui
rēdo an ſit tota anima vel pars eiꝰ ⁊ ſi ſit pars.
vtrum ſit ſeparabilis ab aliis vel non.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

Antiqui diuiſerūt animā per rationatiuā cōcu
piſcibilē ⁊ iraſcibilē. alii vero diuiſerūt aiam ꝑ
rationalē ⁊ irrationalē. ſed iſte diuiſiones a phi
loſopho reprobantur quia multe alie ſunt par-
tes aie plus differētes ꝙ ꝑdicte q̄ ſub predictis
nō cōprehēduntur vt vegetatiua q̄ eſt in omni
bus plantis ⁊ ſenſitiua in oībus animalibꝰ. ⁊ ꝙ
nō ꝯprehendūtur patet quia vegetatiua non
pōt dici rationalis iraſcibilis vl̄ cōcupiſcibilis.
Similiter nō cōꝑhendūtur ſub alia q̄ nec ve-
getatiuū nec ſenſitiuuꝫ eſt rationē habens ⁊ nul
la caꝝ tñ pōt dici irratiōalis ſiue capiatur irra
tionale qd̄ eſt cōtrariū ratione ſiue capiatur pri
uatiue ꝓ illo quod nō habet rationē. Si auteꝫ
capiatur irrationale negatiue vt tātuꝫ dicit ne
gationē rationis nō poſſet dici genus potēciaꝝ
aie. Iteꝫ fantaſia diuiditur ab aliis potēciis
⁊ nō cōtinetur ſub aliquo mēbroꝝ ꝑdictaꝝ dif
ferētiarum vt manifeſtuꝫ eſt. g° Item volun
tas ē vna potēcia anime q̄ eſt appetitus intellec
tiuus ⁊ nō cōprehēditur ſub ꝑdictis mēbris. g°
Similiter augmētatiua ⁊ nutritiua ſunt potēcie
anime ⁊ multe alie que nō comprehēdūtur g°
diuiſio eſt inſufficiens.

## Sciendūꝫ eſt tercio: ꝙ In

ratione eſt appetitus ꝙ dicitur voluntas qui eſt
tātum vnus. tamē appetitus ſenſitiuꝰ diuiditur
in duas potēcias. ſalꝫ in iraſcibilē ⁊ ꝯcupiſcibi-
lem. ⁊ ratio eſt quia in animalibꝰ appetitus īſe-
quitur formā apprehēſam. ⁊ cuꝫ in homine ſolū
ſit duplex apprehēſio ſalꝫ ſenſitiua ⁊ ītellectiua
ſolum eſt duplex appetitus in genere. ſcꝫ ſenſiti
uus ⁊ intellectiuꝰ. ⁊ quia intellectus apprehēdit
vniuerſaliter ſenſus vero particulariter ⁊ q̄ ea q̄
in vniuerſali ſunt vnū in particulari ſunt multa
ideo appetitus ītellectiuꝰ q̄ fert̄ ī bonū vniuerſa
le apprehēſuꝫ ꝑ ītellectū qd̄ eſt obiectū eius eſt
tātuꝫ vnus ⁊ vocatur volūtas. ſꝫ q̄ appetitus
ſenſitiuꝰ fertur in bonū apprehēſuꝫ ꝑ ſenſuꝫ qd̄
ē bonū acceptū zꝰ rationē particularis ideo tal̄
appetitus eſt duplex ſalꝫ cōcupiſcibilis ⁊ iraſci-
bilis. qui ſic īter ſe differūt q̄ cōcupiſcibilis or
dinatur ad bonū delectabile et fugit iraſcibile.
Sꝫ iraſcibilis tēdit in bonū magis arduū. ⁊ iō
dicit̄ potēcia quaſi ꝓpugnatrix cōcupiſcibilis.
iō aīalia nō iraſcūtur nec pugnāt niſi ꝓpter de
lectabilia. ideo omnes paſſiones iraſcibiles īci
piūt a paſſionibꝰ ꝯcupiſcibilibꝫ ⁊ in ipſis termian
tur. Ira eniꝫ ꝯmouetur a triſticia ⁊ finitur in
delectatione ideo irati pugnātes delectātur.
Ex dictis patet quomodo differūt iraſcibilis et
cōcupiſcibilis per hoc ꝙ iraſcibilis ordinat̄ ad
fugā mali ⁊ cōcupiſcibilis ad ꝓſequtionē boni
naꝫ eſt eadē potēcia cōtrarioꝝ. ideo dicitur 4°
Thopicoꝝ ꝙ ſpes eſt de bono ⁊ timor de malo
⁊ ꝑtinet ad iraſcibile. 2° patet q̄ cōcupiſcibilis
tēdit in bonū delectabile ſimpliciter cū nō ē ali-
qua difficultas in eiꝰ ꝓſequtione. ſꝫ cum eſt ali
qua difficultas in ꝓſequtione delectabilis tunc
cōſurgit iraſcibilis. ideo dicitur ꝙ bonū arduū
hoc ē delectabile habēs difficultatē in ſui adep
tione eſt bonū iraſcibilis. tunc

## Concluſio prima. potencia

vegetatiua nō eſt pricipiū motus ꝓgreſſiui. Pa
tet quia motus ꝓgreſſiuus ſꝑ fit ꝓpter aliquid
ymaginatum aut deliberatū niſi fiat ꝑ violēci
am. ſꝫ ymaginatio ⁊ fantaſia nō ſunt partes ve
getatiue g°. 2° patet ſi ſic ſequeretur ꝙ omē ha
bēs vegetatiuā potēciam haberet motū ꝓgreſſi
uū. ſed hoc eſt falſum ergo ⁊c̄.

## Concluſio Secunda. Sen

ſus nō ē pricipiū motus ꝓgreſſiui. Pꝫ q̄ ſenſus
inē oībus aīalibus. ergo ſi eſſet pricipium talis
motus ſequeret̄ ꝙ ōne aīal haberet motuꝫ pro
greſſiuū qd̄ eſt falſuꝫ. ⁊ quia poſſꝫ aliquis dice
re ꝙ q̄dā aīalia ſunt īmobilia ñ ꝙ eis deficiat
pricipiū motꝰ. ſed quia deficiūt organa ad mo
tū. ideo ad hoc remouēdū ſubiūgit phūs ꝙ na
tura nihil facit fruſtra nec deficit in neceſſariis
in aliqua ſpecie. g° ſi illa aīalia haberēt pricipi
uꝫ motꝰ ꝓgreſſiui haberēt organa ad talē motū
alias illud pricipiū eſſet in tota ſpecie fruſtra.

## Concluſio tercia. Intellectus

ſpeculatiꝰ nō eſt pricipiū motus ꝓgreſſiui. pꝫ q̄
vel ꝯſiderat ea q̄ ſūt ſpeculabilia tātuꝫ vel agi-
bilia q̄ ſunt delectabilia vel triſtabilia. Si priꝰ
tūc nichil ꝯſiderat de ꝓſequēdo vel faciēdo ⁊ q̄
cū oīs motꝰ ꝓgreſſiuꝰ ſit fugiētis vel ꝓſequētis
ſequitur cū ītellectꝰ ſpeculatiuꝰ ſit tātuꝫ ꝯſiderāſ
ſpeculabilia nō eſt pricipiū motꝰ ꝓgreſſiui. Si
vero ꝯſideret delectabilia ⁊ triſtabilia cū nō cō
ſideret ea per ꝯparationē ad opus. ſꝫ ī vniuerſa
li nō ꝑcipit ea fugere vl̄ proſequi ſed oīs motꝰ
progreſſiuꝰ eſt fugiētis vel proſequētis. ergo ītel
lectꝰ ſpeculatiuꝰ nō ē pricipiū illiꝰ motus. diffe-
rūt eniꝫ intellectus ſpeculatiꝰ ⁊ praticus ex fine
q̄ ītellectꝰ ſpeculatiuꝰ ſpeculat̄ veritatē tantū.
practicus vero ſpeculat̄ propter opationē.

## Concluſio Quarta. Duo

ſūt pricipia mouēcia ī aīalibꝰ ſcꝫ ītellectꝰ practi
cus ⁊ appetitꝰ ꝯꝑhēdēdo fātaſiaꝫ ſub ītellectu.
Quod ꝓbat̄ nā oē pricipiū motꝰ ꝓgreſſiui pri
cipiat motū vel mōſtrādo appetibile vel faciē
do ipetū ī ipſuꝫ īclinādo. ſi 2ꝰ ſic eſt appetitꝰ. ſi
primū hoc ē dupliciter q̄ vel decerit motū ꝑ rec
tā rōneꝫ ꝑeligēdo meliꝰ ⁊ dimittēdo peiꝰ ⁊ ſic ē
ītellectus. aut ꝑ ſolā extimationē naturalē ⁊ ſic
eſt extimatio vel fantaſia q̄ ſub intellectu cōpre
hēditur eo ꝙ habet aliquid ſimile intellectui q̄
mouet in abſentia ſenſibiliū ſicut ītellectꝰ ⁊ hoc
intelligitur ſolū de ītellectu practico.

## Concluſio quinta. Licet

ſint plura mouēcia ſubiecto tñ eſt vnuꝫ tātum
ſecūduꝫ formā. primū patet ex quarta cōcluſio
ne. 2ꝰ patet q̄ appetitus nō mouet niſi inquā
tuꝫ habet formā appetibilē q̄ ſe habet tāꝙ finis
⁊ idē appetibile ē pricipiū ītellectꝰ practici ī ſuo
diſcurſu nā ſicut ſe habet pricipiuꝫ in ſpeculabi
libꝰ ſic finis in agibilibus. intellectus eniꝫ prac
ticus primo intēdit vltimū finē a quo īcipit ra-
tionari ⁊ facit eius diſcurſuꝫ in pricipiū operati
onis. vnde vltimū in opere eſt pricipiū in ratio
ne vt patet de medico qui primo intēdit ſanita
tē ⁊ finem. 2° intēdit herbas quibꝰ poteſt indu-
ci ſanitas. 3° intēdit forū vel locū vbi herbe ar
ripiūtur. 4° intēdit ire ad locū ⁊ ad forū ⁊ illud
eſt vltimū ī intēcione ⁊ pricipiū in executione. et
ſic oīa mouēcia mouēt in ratione vnius primi
mouētis ſcꝫ primi appetibilis cuiꝰ habēt ſpeciē
⁊ ille vltimus finis eſt in tali motu primuꝫ mo-
uēs nō motū. Ex dictis patet ꝙ ad motum
tria requirūt̄ ſalꝫ primū motiuuꝫ. organū primi
motiui. ⁊ illud quod mouetur. primū motiuū ē
duplex quoddam eniꝫ eſt mobile quod eſt appe
tibile intellectui vel ymaginationi. aliud eſt qd̄
mouetur ⁊ mouet ſicut appetitus motus ab ap
petibili ⁊ mouet aīal quod ē id quod mouetur.
ſed organū primi motiui eſt determinata pars
corporis de qua hic nō determinatur q̄ ſe tenet
ex parte anime ⁊ nō inꝙtum ſunt cōmunes cor
pori ⁊ anime. ſed hoc modo de aliis agitur in
paruis naturalibus. Determinat tñ phūs in pre
ſenti paſſu ꝙ organū pricipii motiui in naturali
bus debet habere pricipiū ⁊ finē motus. q̄ mo-
tus aīalium eſt cātus ex pulſu ⁊ tractu. quo ad
pulſuꝫ eſt pricipiū motus ⁊ quo ad tractuꝫ eſt fi
nis ⁊ illud organū eſt cor vel aliquid proportio
natū cordi.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicit̄ ꝙ in cōtinēte ſunt ꝯtrarii appe
titus q̄ ratio ꝯtrariat̄ ꝯcupiſcēcie ⁊ hoc in ōni
bus ꝯtingit qui neduꝫ cognoſcūt ꝑſens ⁊ etiaꝫ
futuruꝫ ⁊ ita ītellectꝰ in aliquo ꝯcupiſcibili quā
doqꝫ iubet appetitū retrahere vt cū febricitans
ex iudicio ītellectus abſtinet a vino ne febres ca
leſcāt. ſed ꝯcupiſcēcia incitat ad proſequēdū de
lectabile preſens quod ſibi videtur bonū ſimpli
citer. q̄ nō ꝯſiderat futurū tūc aīal mouet̄ 2ꝰ
appetitū ſenſitiuū ⁊ ideo bruta carēcia ratione
ſemꝑ ſecūduꝫ appetituꝫ mouētur ſed in ſolo ho
mine appetitus regulatur per rationē. Ad ſe

cundā dicitur ꝙ intellectus ē principiuꝫ motus
ꝓgreſſiui vt diligens mōſtrādo appetibile ꝑ co
gnitionē. ꝛ appetitus eſt pricipiū opationis per
idinationē. ꝛ potēcia motiua eſt exequēs ꝑ ope
rationeꝫ. idō eſt diuerſimode principiuꝫ appeti⁹.
Sequit̄. t. Dino aūt. ꝛc.

## Queritur tridecimo. Utrum

fantaſia ſit principiuꝫ motus in animalibus ī
pfectis q̄ nō mouentur motu ꝓgreſſiuo. ſꝫ tātuꝫ
motu dilatationis ꝛ cōſtrictionis. Arguitur
ꝙ nō q: ſi ſic ſequeretur ꝙ fantaſia eſſet in plu
ribus partibus corpoꝝ illoꝝ aīaliuꝫ cuꝫ partes
illoꝝ decaſe viuāt vt partes vermis in ſeparatio
ne mouentur. cōſequens eſt falſum q: fantaſia
ſibi determinat certā partē corporis g°. z°. in
aīalibus inpfectis carētibus motu progreſſiuo
ſolum reperitur ſenſus tactus g°. nō habēt fan
taſiā. nec ꝑ cōſequēs fantaſia ē in ipſis pricipi
uꝫ motus. Ad oppoſitum arguitur per philo
ſophum in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de pricipio motiuo in cō
muni. Conſequēter determinat de ipſo in ſpeci
ali ꝑ cōparationē ad diuerſa aīalia. z° enīꝫ
ꝙ i diuerſis aīalibus variatur virtus cognitiua
apphenſiua delectabilis vel triſtabilis ſecūduꝫ
hoc variatur principium motiuum.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

duplex eſt fantaſia q̄daꝫ eſt determinata q̄ deter
minate apprehendit hoc vel illud in hōc tēpore
vel in illo ꝛ hec reperitur in aīalibus pfectis q̄
naturaliter habēt omes ſenſus ꝛ hec habet deter
minatuꝫ organuꝫ in cerebro vt ſuperius patuit
Alia ē fantaſia īdetermiata que nichil apphē
dit niſi in pſencia ſenſibilis nec ymaginatur ali
quid diſtās. ſꝫ aīalia quibus ineſt talis fanta
ſia ſoluꝫ ymaginātur vel vt nociuuꝫ ꝛ tūc retra
hūtur vel vt conueniens. et tunc conuertuntur
ſuper illud ꝛ ſic eſt in eis fantaſia indetermina
ta inquantum ymaginantur vel vt appetunt
aliquid vt conueniens non autem determina
te hoc vel illud ſed ſolū habēt cōfuſam ymagi
nationē ideo nō intēdūt eſſe in ſuo motu aliq̄ꝫ
motuꝫ determinatū. ſꝫ aīalia pfecta que habēt
antaſiā determinatā mouentur ad aliquid di
ans determinās ad aliquē motū ꝛ illud deter
minate appetunt.

## Sciendum eſt tercio. ꝙ Ali

quid ē ſui ipſi⁹ motiuū inq̄tuꝫ ē appetitiuū nā
appetitus eſt cauſa motus. ſꝫ appetitiuū nō ē ſi
ne motu fantaſie que eſt rationalis vel ſenſibi
lis. fantaſia enīꝫ rationalis ſolū ab homine per
cipitur. ſenſibilis vero ab aliis aīalibus. Uñ
ſicut phūs ſupra ꝯprehēdit ſub itellectu fantaſiā
ita nūc ſub fantaſia ꝯphēdit itellēm. cui⁹ ratio
eſt q: fantaſia eſt quedam apparitio. modo ali
quid apparet ſꝫ⁹ a ꝓꝛehenſionem ſenſus. ꝛ ſꝫ⁹
apprehēſionē intellect⁹ aliis q: in hoc cōueniūt
fantaſia ꝛ intellectus. ꝛ vtrunq̄ꝫ poteſt aliquid
cognoſcere ſine preſencia cognoſcibilis.

## Concluſio prima. Fantaſia

indeterminata eſt pricipiū motus in aīalibus ī
perfectis eo modo quo mouētur per cōſtrictio
neꝫ ꝛ dilatationē. Probat̄ nā omni aīali inē le
ticia ꝛ triſticia. q: oī animali ineſt ſenſus. ſꝫ ſen
ſus dū apprehēdit cōueniēs delectatur. ꝛ dū ap
prehēdit diſcōueniēs triſtatur. ſꝫ cui ineſt delec
tatio ꝛ triſticia huic ineſt appetitus. ꝛ appetit⁹
nō ſeſt alicui niſi ſibi cōueniat apparitio appe
tibilis ꝛ apparitio illa dicitur fantaſia cum er
go appetitus ſit pricipiuꝫ motus in aīalib⁹ per
fectis ſequitur ꝙ fantaſia eſt pricipiū mot⁹ ī aīa
lib⁹ iperfectis. ꝛ dicūt aīalia iperfecta quibus
ſolū inē ſenſus tactus. Uñ in ipſis tactus ꝛ fā
taſia nō realiter diſtiguūt̄ ſꝫ ratōe. pro quāto
enīꝫ ille ſenſus aliquid apprehēdit ſimpliciter
vocatur tactus ſꝫ dū apphendit ſub ratione cō
ueniētis ꝛ diſcōueniētis dicitur fantaſia.

## Concluſio Secunda. Ratio

deliberatiua eſt pricipiū motus in homine. pꝫ q
propoſitis duobus bonis homo illa duo qua
li in equilibrio cōparat per rationē deliberati
uā. vñ ſic diuidere vnū a pluribus ꝛ cōparare
vnū alteri eligēdo vnū ꝛ refutādo aliud ſoluꝫ
cōuenit hominibus. Aduertēduꝫ eſt tñ ꝙ ī
homine eſt duplex ratio. q̄dam eſt ſpeculatiua q̄
appellatur ſciētifica ꝛ illa nō eſt pricipiū mot⁹
q: nichil determinat de ymaginabili vel fugibi
li. Alia eſt ratio practica q̄ eſt duplex q̄dā enīꝫ
eſt vniuerſalis dicēs quid ſit operādum in vni
uerſali vt ꝙ oꝫ filiū honorare patreꝫ. Alia ē
particularis dicēs quid ſit operāduꝫ in particu
lari vt decet hūc hominē honorare patrem ſuuꝫ
ꝛ in hoc tēpore vel in illo. vñ ratio practica vni
uerſalis nō ē pricipiū motus vel vt dicit textus
Si vtraq̄ꝫ ſit pricipiū motus vniuerſalis mo
uet vt cauſa prima. particularis vero vt cauſa ꝓ
xima motui quodāmodo applicata nā opatio
nes ꝛ motus ſunt in particularibus. ꝛ ad hoc ꝙ
ex vniuerſalibus ſequatur motus oꝫ ꝙ particu
laria applicētur ſicut oꝫ opationē vniuerſalē ap
plicari ad particularia ad hoc ꝙ ſequatur accio
ꝛ propter hoc cadit peccatū in actionibus quan
do vniuerſalis operatio corrūpitur ab aliquo
particulari delectabili vt aliqua paſſione.

## Sciendum eſt quarto. ꝙ Ali

qñ appetitus inferior qui eſt in fine deliberatio
nis vicit deliberationē rōis ꝛ remouet hominē
ab eo quod deliberat ſed aliqñ fit ecōuerſo ita
ꝙ appetitus ſuperior ꝛ ratio remouet appetituꝫ
inferiorem vt eſt in cōtinente. cōtinens enīꝫ per
deliberationem rationis vincit paſſiones appe
titus ſuperioris. ꝛ iſte eſt naturalis ordo vt ſalꝫ
appetitus ſuperior moueat inferiorem vt in cele
ſtibus ſuperior orbis naturaliter mouet inferi
ores. ꝛ ſi aliquid de motu ꝓprio retineat appeti
tus inferior ſicut facit inferior orbis. tamen na
turali ordine mouetur motu appetitus ſuperio
ris. ꝛ rationis deliberantis. Si vero ꝯtigat ecō
tra hoc eſt preter naturalem ordinem ꝛ fit pecca
tum in moribus ſicut monſtra ſunt peccata in
naturalibus.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primā dicitur ꝙ ab aliis potēciis ſenſitiuis
habet organū ꝓprium. ſed fantaſia indetermi
nata que nō realiter diuiditur a ſenſu nō habꝫ
organuꝫ in determinata parte corporis ꝛ iſta eſt
principiuꝫ motus in animalibus impfectis.
Ad ſecundam pꝫ ſolutio ex dictis.

## Queritur Decimoquarto:

Utrum neceſſe ſit omne viuens habere ſenſum
Arguitur ꝙ ſic quia omne viuēs ad ſui ꝯſerua
tionem indiget alimento ꝓportionato ꝛ ꝯueniē
ti. ergo neceſſe eſt omne viuēs habere virtutem
per q̄ diſcernat ꝯueniēs a diſcōueniēti. ſed talis
virtus eſt ſenſus g°. z°. ſic ad ſenſum requirit̄
ꝛ ſufficit media ꝓportio qualitatum tāgibiliuꝫ
ſed omne viuens ꝯſiſtit in quadam proportio
ne media qualitatum tangibiliuꝫ cuꝫ omne vi
uens ſit mixtum. ergo neceſſe eſt omne viuens
habere ſenſum. Ad oppoſitum arguitur per
phūm in textu. Pro reſponſione.

## Sciendum eſt primo. ꝙ poſt

ꝙ phūs determinauit de ſingulis partibus aīe
Conſequēter oſtendit ordinem eaꝝ oſtendēdo
que ſit vniuerſalior ꝛ prior ipſis. pro quo ponū
tur alique concluſiones.

## Concluſio prima. Neceſſe eſt

oē viuens generabile ꝛ corruptibile habere vir
tutem vegetatiuaꝫ a principio generationis vſ
q̄ꝫ ad ſuam corruptionem. patet quia omne vi
uens generabile q̄ diu viuit habet augmētum
vel ſtatum vel decremētum. ſed hoc non poteſt
fieri ſine nutrimento quia tempore augmēti oꝫ
ꝙ plus de alimento conuertatur in ſubſtanciaꝫ
alimenti cum ſit neceſſarium ad conſeruationē
viuentis. ꝛ cum fuerit deperdituꝫ de humido ra
dicali ꝛ tempore ſtatus ꝯuertatur equaliter. ſed
in decremento minus. ſed vti alimento ſolū per
tinet ad animam vegetatiuam. ergo neceſſe eſt
omne viuens a principio vſq̄ꝫ ad fineꝫ habere
animam vegetatiuaꝫ. Unde patet ordo huius
potencie ad alias.

## Concluſio Secunda. Non

oporꝫ omne viuens habere ſenſum. patet quia
non eſt neceſſe omne viuens habere tactum ſine
quo nullus eſt ſenſus g°. ꝛc. Patet quia ſenſus
tactus eſt ſuſcepti⁹ ſpecieꝝ ſine materia. ſed mul
ta ſunt viuēcia vt plante que propiqua ſunt cor
poribus ſimplicibus propter eoꝝ terreſtreitateꝫ
que nō recipiunt ſpecies ſenſibiliuꝫ niſi ī matei
aliter ergo nō habent ſenſum tactus. ꝛ ita eſt de
corporib⁹ ſimplicibus ꝛ de mixtis inanimatis
quia tactus eſt media ꝓportio qualitatū ſenſi
biliū vbi ñ predomiatur terra nec aliquod cor
pus ſimplex.

## Concluſio Tercia Neceſſe

eſt omne animal habere ſenſuꝫ. ꝓ cuius ꝓbacio
ne ſupponitur ꝙ natura nichil facit fruſtra. nam
oīa que ſunt in natura ſunt ꝓpter aliquē finem
vel ꝓuenit ex neceſſitate eoꝝ que ſunt ꝓpter ali
quid. ſicut natura facit membra ꝓpter aliquas
opationes et ex neceſſitate materie eoꝝ que ſic
ſunt diſpoſita ſequitur ꝙ habeāt aliqua accidē
tia vt piloſitates vel colores. Tunc arguitur
natura dedit animali corp⁹ ꝓgreſſiuuꝫ ꝑ quod
poteſt moueri ad alimētum ſine quo nō poteſt
ꝯſeruari. ſꝫ non poſſet ꝯſeruari per alimētum ni
ſi haberet ſenſuꝫ quo diſcerneret corruptiua a ꝯ
ueniētibus. ergo niſi haberet ſenſuꝫ natura non
ꝯſequeretur ſuum fineꝫ. ſed aliquid faceret fru
ſtra quod eſt ꝯtra naturam. Et ſꝫ aīal pfectū acq̄
rit alimētum ex motu tñ nō eſt neceſſe ꝙ aīalia ī
perfecta moueātur ad acquirēdum nutrimētuꝫ
quia ipſum habent ꝯiunctū. Sꝫ ꝯtra hoc
arguitur q: aliquis poſſꝫ ꝑuenire ad illū finem
diſcernēdo corruptiua per itellectū. idō nō opor
tet omne aīal habere ſenſum. R. phūs ꝙ cor
pus ꝓgreſſiuuꝫ nō poteſt per intellectum fugere
nociua ſine ſenſu. idō aīal nec poteſt habere itel
lectū ſine ſenſu ſiue ſit gñabile ſiue ingñabile.
De gñabilib⁹ pꝫ q: gñabile habēs intellectuꝫ ē
homo ſed itellectus humanus nō poteſt itellige
re ſine ſenſu ergo homo nō pōt habere itellectū
ſine ſenſu. z°. patet de igenerabili q: ſi habe
ret intellectum ſine ſenſu hoc eſſet propter bo
num anime vel corporis. ſed nullū poteſt dici q:
ſine anima non intelligit. nec corpus in eſſe cō
ſeruatur cuꝫ ſit corruptibile.

## Sciendum eſt Secundo. ꝙ

per corpus ingenerabile non habens animā nō
intelligit Phūs corpora celeſtia que ponit aīa
ta ſed intelligit corpora quorūdam animalium
inmortaliū que ponebat Plato ꝛ nominabāt

cacodemones vel calodemones que ſic diffiniebat Apuleus platonicus ꝙ ſunt animalia corpore aerea rationalia animo paſſiua ⁊ tempore eterna. ſed ſecundum veritatem iſta non ſunt ponenda.

**Concluſio quarta.** Neceſſe eſt omne animal habere tactum. patet quia corpus animalis conſiſtit in quadaꝫ proportione qualitatum primarum. ſed iſta proportio mutatur naturaliter ⁊ intencionaliter a qualitatibus tangibilibus ⁊ poteſt ab ipſis corrumpi. idō neceſſe eſt animal habere tacum quo diſcernat diſconueniencia͂ corrūpētis aliter non poſſet ſaluari in eſſe quia ad conſeruacionem indiget tactu. Unde excellencie qualitatum tangibiliuꝫ immediate poſſunt corrumpere animal quod non accidit de ſenſibilibus aliorum ſenſuum ſꝫ excellencie eorum poſſint corrumpere organum. Ex iſtis ſequitur ꝙ guſtus vt eſt quidam tactus eſt neceſſarius omni animali quia guſtus eſt ſēſus alimenti quo diſcernitur alimentum conueniens a diſconuenienti ſed alimentum eſt corpꝰ tangibile aliquid enim nutritur quod eſt calidum frigidum humidum ⁊ ſiccum. Unde ex eiſdem nutrimur ex quibus ſumus. Ulterius ſequitur ꝙ impoſſibile eſt corpus aīalis eſſe ſimplex quia oportet omne animal habere tactum ſed illud per quod fit tactus eſt medium inter qualitates tangibiles in media proportione cōplexionis. defectu cuius oſſa capilli ⁊ vngues ⁊ plante carent ſenſu tactus quia in ipſis ſuperhabundat terra ⁊ non eſt ſufficiens medietas complexionis. Ulterius ſequitur ꝙ remoto tactu remouetur animal ⁊ econtra poſito tactu ponitur animal.

**Concluſio Quinta.** Viſus auditus olephatus ⁊ guſtus vt eſt diſtinctiuus ſaporū non ſūt neceſſarii aīmalibus ſed inſunt propter bene eſſe. non omnibus ſed illis que mouentur motu ꝓgreſſiuo. probatur quia excellencie ſuorum ſenſibilium licet corrumpant organa ſuorum ſenſuum non tamen corrumpunt totuꝫ animal niſi per accidens. ergo non ſunt neceſſarii cuilibet animali. corrumpūt tamē animal per accidens. vt ſi cum ſono fiat magna percuſſio aeris vt accidit in tonitruo poſſunt corrumpi animalia. ⁊ item viſibilia inquantum venenoſa corrumpunt animal. Sed ꝙ illi ſenſus requirantur in animali quantum ad bene eſſe patet quia ſine ipſis non poteſt accipi alimentum a longe. vnde indigēt vt per aerem ⁊ aquam videāt que remota ſunt ⁊ indigent guſtu; vt percipiāt delectationem vel triſticiam in cibo. ⁊ olephatu vt percipiant odorem in alimento. ⁊ auditu vt aliquid ſignificetur nam conceptiones noſtras auditui ſignificamus. ⁊ ideo neceſſaria eſt lingua que eſt inſtrumentum vocis per quam alteri notificat aīal ſuas conceptiones.

**Ad rationes ante oppoſituꝫ.** Ad primam negatur conſequencia quia plante cum naſcuntur in terra habent alimentum ſibi coniunctum. ideo non indigent ſenſu ad diſcernendum conueniens a diſconueniente. quia terra cui coniunguntur plante habet qualitates ſimiles qualitatibus ipſarum. nec poſſunt ita faciliter corrumpi excellenciis qualitatuꝫ ſicut animalia. Ad ſecundam patet ſolutio ex dictis. Et ſic eſt finis huius Tercii. et per cōſequēs totius libri de Anima. Deo gracias.

## Sequitur Liber paruorum Naturalium. Et primo De Senſu et Senſato.

**Quoniam autem de anima ſecundum ipſaꝫ determiatuꝫ eſt. Et de virtutum qualibet ex parte ipſius.**



**Circa iniciuꝫ libri paruorum Naturalium queritur primo vtruꝫ** Corpus aīatum ſit ſubiectum in libro paruorū naturaliū. ⁊ corpus ſenſitiuū ſit ſubiectū in iſto libro de ſenſu ⁊ ſenſato. Arguit̃ ꝙ nō. quia de paſſionibus aīe ſcꝫ de vnoquoqꝫ ſenſu determinatuꝫ eſt ſufficienter in libro de aīa. ⁊ ſimiliter ī libro de vegetabil̃. ⁊ plantis. ⁊ ī de aīalibꝰ determinatur ſufficienter de paſſionibꝰ aīe ſenſitiue ⁊ vegetatiue. ergo corpus aīatuꝫ tranſcēdit metas libroꝝ ꝑuoꝝ naturaliū. ⁊ corpꝰ ſenſitiuum libroꝝ de ſenſu ⁊ ſenſato. 2º arguit̃. ſi corpꝰ aīatuꝫ eēt ſubiectū in omnibꝰ libris ꝑuoꝝ naturaliū. ſequeret̃ ꝙ in libro de ſenſu ⁊ ſenſato eſſent duo ſubiecta ſcꝫ corpus ſenſitiuuꝫ. ⁊ corpus aīatuꝫ quod eſt incōueniens. ergo ⁊c̄.

**In Oppoſitum arguitur.** quia oēs paſſiōes de quibꝰ agit̃ ī libꝛ ꝑuoꝝ naẗaliuꝫ reducunt̃ ad corpꝰ aīatū. ⁊ oēs paſſiōes de quibꝰ agit̃ in libro de ſenſu ⁊ ſenſato reducunt̃ ad corpꝰ ſenſitiuū. ergo ⁊c̄. Pro reſpōſione ſciēdū ē. 1º ꝙ genera ſciēciaꝝ diſtiguūt̃ ſecūdū diuerſos modos ſepationis reꝝ a materia: naꝫ ea q̄ ſūt ſepata ſecundū eſſe. ꝑtinēt ad methaꝰ que vero ſunt ſepata a materia ſecundū rōneꝫ ⁊ non ſecundū eſſe; ꝑtinent ad mathēꝰ. ſed que in ſui rōne ꝯcipiūt materiā ſenſibilē ꝑtinēt ad naturalē. ita etiā ī phīa naturali diſtinguūt̃ diuerſe ſpecies ſecundū diuerſos modos ſepationis nā magis vniuerſalia ſunt magis ſeparata a materia q̄ minꝰ vniuerſalia ⁊ ꝓpter hoc philoſophꝰ in phīa naturali ꝓcedit a magis vniuerſalibus ad minꝰ vniuerſalia: applicando pricipia vniuerſalia ad quedā determiata mobilia quoꝝ q̄daꝫ ſunt viuētia. circa que etiam ſilī modo ꝓceſſit phūs. naꝫ primo conſiderauit de aīa ſecundū ſe. ⁊ poſtea de aliis que cōueniunt aīe ſecundū quandā applicationē ad corpus: ⁊ hoc in gñali. ⁊ deinde applicat ea q̄ conueniunt aīe ad ſingulas ſpecies aīaliū ⁊ plātarum. Sic igit̃ phūs conſiderat primo de aīa ſecundū ſe cōſiderando de corporibꝰ viuentibꝰ. ⁊ deinde applicat paſſiones aīe ad corpa ⁊ organa in generali. ⁊ de iſtis determinat in libris paruoꝝ naẗaliuꝫ. ⁊ deinde applicat ipſas paſſiōes ad ſpēs aīaliuꝫ ⁊ plantaꝝ. de quibꝰ conſideratur in libro de vegetabil̃. ⁊ plantis. Pro intellectu eoꝝ q̄ dicta ſunt ſciēdū ē. 2º ꝙ vt dictum ē in 2º de aīa quatuor ſūt gradus viuentium: quoꝝ primꝰ ē eoꝝ q̄ habēt ſoluꝫ potentiam nutritiuam. per quā viuunt ſicut plāte. quedam aūt cum hoc habent ſenſum ſine motu ꝓgreſſiuo ſicut ſūt aīalia inperfecta. q̄dā vero habent inſuꝑ motū localē ꝓgreſſiuuꝫ ſicut ſūt aīalia perfecta. ⁊ quedā cū hiis habent intellectuꝫ ſicut hoīes. ⁊ quia intellectus nō eſt actꝰ alicuius organi corporalis: ideo nō poteſt conſiderari ꝑ applicationē ad corpus. ymo maxima eius cōcretio eſt ſecundū ꝙ ē in aīa. ideo ꝑter libruꝫ de aīa Ariſtot. nō fecit libꝝ de intellectuali: ⁊ ſi feciſſet nō pertineret ad ſciam naturalē. ſed magis ad methꝰ. cuius eſt cōſiderare de ſubſtāciis ſepatis. ſꝫ alia oīa ſunt actus alicuiꝰ partis corporis. ideo poteſt eſſe aliqua ſpecialis conſideratio ipſoꝝ per applicationē ad corpꝰ ꝑter conſiderationē q̄ habita eſt de ipſis in libro de aīa in quo conſiderata ſunt in ordine ad aīam huiꝰ mōi aūt conſideratio ꝑ applicationem ad corpus poteſt diſtingui in tres ꝑtes. quaꝝ vna cōtinet ea que ꝑtinent ad primū gradū viuentium ſcꝫ ad vitam. Uñ de paſſionibꝰ viuētiuꝫ inq̄tū ſūt viuētia ē lib̄ de morte ⁊ vita. ⁊ de iuuentute ⁊ ſenectute q̄ ſūt cōia omnibꝰ viuentibus. de reſpiratione ⁊ aſpiratione per que ꝯſeruatur vita lꝫ conueniāt quibuſdā aīalibꝰ ſolū de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis vite de ſanitate ⁊ egritudine q̄ ꝑtinent ad diſpoſitionē vite. ⁊ de nutrimento ⁊ nutribili. ⁊ iſti vltimi libri nondum ꝑuenerunt ad nos. De paſſionibꝰ autem que cōueniūt motui ſecundū locū determinatur in libro de cauſa motꝰ aīaliuꝫ ⁊ de ꝓgreſſu aīalium in quo determinat̃ de ꝑtibꝰ aīalis oportunis ad motū. ſꝫ de paſſionibꝰ cōuenientibꝰ ſenſitiuo inq̄tuꝫ ſenſitiuuꝫ determinatur in libro de ſenſu ⁊ ſenſato. i. de ſenſu ⁊ ſenſibili ſub quo continet̃ tractatꝰ de memoria ⁊ reminiſcēcia. determinat̃ etiaꝫ in libro de ſompno ⁊ vigilia. ⁊ iſte liber de ſenſu ⁊ ſenſato. i. de ſenſitiuo ⁊ ſenſibili. immediate ſequitur libꝝ de aīa ſentire eni magis videt̃ pertinere aīe q̄ corpori ⁊ ita iſti tres libri de ſenſu ⁊ ſenſato de memoria ⁊ reminiſcētia de ſompno ⁊ vigilia immediate ſequūtur librū de aīa. quia paſſiones de quibꝰ agitur in ipſis magis ꝑtinēt ad aīam q̄ ad corpus. ⁊ deinde ſequūtur libri qui ꝑtinēt ad motionē ſecundū locum. ⁊ poſtremo ſequūtur libri qui pertinent ad vitā. quia hmōi paſſiōes de quibus determinat̃ in illis libris ſūt magis corpales. ⁊ omnes iſti libri vocant̃ libri ꝑuoꝝ naẗaliū: quia in iſtis libris agit̃ de paſſionibus ſecundum ꝙ ſunt in determiatis ꝑtibꝰ corporis ſcilꝫ quibuſdā ꝑtibꝰ organicis ⁊ nō ſecundū ꝙ ſunt in toto corpore. ideo vocant̃ de paruis naturalibus. ⁊ ſunt oēs iſti libri mediuꝫ inter librū de anima quē ſequunt̃. ⁊ librū de vegetabil̃. ⁊ plātis ⁊ de aīalibꝰ quos precedūt. Sic igit̃ patꝫ ꝙ de paſſionibꝰ aīe ſecundū ꝙ pertinent ad aīaꝫ ⁊ ſunt potencie ⁊ partes eius agitur in libro de aīa. Sꝫ de hmōi paſſionibꝰ ſecundū ꝙ referuntur ⁊ applicant̃ ad ꝑtes corporis aīalis ſcꝫ ad

determinata organa ꝑ habitudineꝫ ad ſua ob-
iecta determiatur in libris ꝑuoꝝ naturaliuꝫ. ſꝫ
de toto corpore aīalis cōſiderando ipm̄ in ſpe-
ciali ſecunduꝫ vnā quāqꝫ ſpeciē aīalis ⁊ plante
agitur de vegetabilibꝰ ⁊ plātis ⁊ de aīalibus.
Ex quibus patet.

## Concluſio Reſponſiua ad

queſitum. ſ. ꝙ corpus aīatum acceptū ſecundū
eius paſſiōes receptas in determiatis organis
⁊ partibus in habitudine ad obiecta illaꝝ paſ-
ſionū eſt ſubiectū in libris paruoꝝ naturaliuꝫ
⁊ corpus ſenſitiuū. ſ. acceptū ſecūduꝫ paſſiones
ſenſus ſecundū ꝙ ſunt indebitis organis. ⁊ ha-
bent ſpecialia obiecta eſt ſubiectū in libro de ſē-
ſu ⁊ ſenſato. i. de ſenſitiuo ⁊ ſenſibili. cōprehen-
dendo ſub eo libꝝ de memoria ⁊ reminiſcētia.
⁊ de ſompno ⁊ vigilia. Iſta concluſio ꝓbari
poteſt ꝑ diffinitionē ſubiecti attributionis.

## Sed Dubitatur primo. An

Phūs habeat cōſiderare de ſanitate ⁊ egritu-
dine. Videt᷑ ꝙ nō. q₂ ſanitas qn̄qꝫ fit ab ar-
te. ⁊ ꝓpter hoc medicꝰ qui eſt artifex circa eam
verſatur. Rn̄detur ꝙ duplicia ſunt artifici-
alia. quedā eni ſunt ſoluꝫ ab arte. ſicut ē domꝰ
⁊ de talibus nullomō hꝫ cōſiderare phūs natu-
ralis. Alia ſunt que dependēt ab vtroqꝫ. ſ.
ab arte ⁊ natura. magis tn̄ principaliter a natu-
ra. ſicut ſanitas fit a natura principaliter. ⁊ ab
arte miſterialiter ꝓ quāto ars miniſtrat quedā
auxilia nature principaliter agenti. quibꝰ ad-
iuta cauſat ſanitateꝫ. Sic igitur phūs hꝫ conſi-
derare de ſanitate inquantū eſt ꝓducta vel ꝓ-
ducibilis a natura. ſic eniꝫ eſt paſſio naturalis.
Sed medicus conſiderat de ea pro quanto de-
pendet ab arte.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

medicꝰ incipiat vbi phiſicꝰ deſinit. Rn̄det᷑
ꝙ ſic. q₂ phūs primo cōſiderat vniuerſalia prin-
cipia applicādo ea ad particularia. ⁊ ſecūdario
cōſiderat ipſa ꝑticularia. Sed medicꝰ econtra
primo cōſiderat ipſa ꝑticularia. ⁊. 2º vniuerſa-
lia. eo ꝙ ex ſingularibꝰ acceptis ꝑ ſenſū fit me-
moria. ⁊ ex pluribꝰ memoriis experimētuꝫ ex quo
gn̄atur ars q̄ eſt vniuerſaliū. ſic igit᷑ phiſicꝰ de-
ſinit in ꝑticularibꝰ a qbꝰ incipit medicꝰ q̄ deſi-
nit in vniuerſalibꝰ a quibus incipit phiſicus.

## Ad raciones.

Ante opꝰ patet ſolucio
ex dictis. Dictū ē eni qn̄o diuerſimode deteriat᷑
de corpore aīato ⁊ ſenſitiuo in libris ꝑuoꝝ na-
turaliuꝫ. ⁊ in libris de aīalibꝰ ⁊ plātis. Ad
ſecundā reſpondet᷑. q₂ nō ē inconueniēs ꝙ in
vna ſcientia ſit ſubiectū vnuꝫ generale excedēs
illam ſcientiam ⁊ vnum adequatum ſicut eſt
in propoſito.

## Queritur ſecundo. Utrum

Omnes ſenſus exteriores. ſ. viſus auditus olo-
factus guſtus ⁊ tactꝰ ſint neceſſarii cuilibꝫ aīa-
li. Arguitur ꝙ ſic. quibuſdā aīalibꝰ inſunt
omnes ſenſus. ergo ſunt neceſſarii illis aīalibꝰ
ꝯn̄a tenet q₂ natura non habundat in ſuper-
fluis neqꝫ deficit in neceſſariis. in 3º de aīa. Et
ſi ſint neceſſarii quibuſdā aīalibꝰ ſequitur ꝙ ⁊
omnibus. q₂ nō eſt maior ratio de quibuſdam
q̄ꝫ de aliis. 2º ſic. Potentie ſenſitiue ſūt paſ-
ſiones aīe ſenſitiue. ſed ſubiectū nunquā inue-
nitur ſine paſſione. ergo quodlibet aīal habet
omnes ſenſus de neceſſitate. Ad oppoꝰ eſt
Ariſtot. in textu. Pro rn̄ſione ad queſtionem.

## Sciendum eſt primo

ꝙ poſtq̄ꝫ phi-
loſophus in ꝓhemio poſuit ſuā intentionē. con-
ſequenter ꝓſequit᷑ ad determiandū de hiis de
quibus ꝓpoſuit determiare in ꝓhemio. ꝑſuppo-
nens aliqua dicta in libro de aīa. ⁊ reſumēs eti-
am aliqua ibi determiata.

## Sciēdum ē ſecundo

ꝙ neceſſe eſt
omne animal habere ſenſuꝫ. nā eſſe ſenſitiuuꝫ ē
de diffinitione formali aīalis. ſed tn̄ nō eſt ne-
ceſſariuꝫ oī aīali habere oēm ſenſuꝫ. ſed tantuꝫ
illi ſenſus ſunt neceſſarii aīali qui ſunt cogniti-
ui eoꝝ q̄ ſunt neceſſaria aīali. Sꝫ aliquod ſenſi-
bile eſt dupliciter neceſſariuꝫ aīali. vnomō inq̄ꝫ-
tū ē corpꝰ mixtū ex quatuor elemētis. ⁊ ſic neceſ-
ſaria ē aīali debita cōmenſuratio frigidi calidi
humidi ⁊ ſicci. Aliud eſt neceſſe aīali inq̄ꝫtū
eſt quoddam viuum nutribile. ⁊ ſic neceſſarius
eſt aīali cibus cōueniens. ⁊ ꝑ cōtraria hoꝝ ani-
mal corrumpitur. ⁊ q₂ tactus eſt cognitiuus eo-
ruꝫ ex quibꝰ cōſtituitur animal ideo eſt neceſſa-
rius aīali. ⁊ q₂ etiā per guſtuꝫ aīal cognoſcit nu-
trimentū cōueniens a diſconuenienti ⁊ ꝓſequi-
tur cōueniens ⁊ fugit nociuū. ideo guſtꝰ inq̄ꝫtū
eſt diſcretiuꝰ alimenti cōuenientis eſt neceſſari-
us omni aīali. Sed guſtus inq̄ꝫtuꝫ ē diſcretiuꝰ
ſaporis ipſe non eſt neceſſarius animali. nec eti-
am alii tres ſenſus. ſ. viſus auditus ⁊ olofactꝰ
ſed inſunt aīalibus perfectis mobilibꝰ motu ꝓ-
greſſiuo de bene eſſe. ſ. ꝓpter ſalutem aīalis que-
rendā. Un̄ animal ꝑ guſtū ⁊ tactū percipit ſolū
ſenſibile preſens. Sꝫ aīalia motiua motu pro-
greſſiuo ꝑ alios ſenſus ꝑcipiunt ſenſibile diſtās
ab eis propter mouens ad aliquod diſtans ad
ꝓſequēduꝫ ꝯuenientia ⁊ fugiendū nociua.

## Concluſio reſponſalis

Non oēs
ſenſus ſūt neccārii cuilꝫ aīali. ſꝫ ſolū tacꝰ ⁊ gu-
ſtus. put ē quidā tacꝰ. alii vero tres ſenſus nō
ſūt neccārii ſimpliciter oī aīali. ſꝫ ſolū aīalibꝰ ꝑ-
fectis ſūt neccārii ex ſuppoſitione finis. ſ. ſi debe-
ant bene eē ⁊ cōſequi cōueniēter ſalutē ⁊ finem





hec ꝯº q̄ꝫtū ad oēs ſuas ꝑtes ſatis patꝫ ꝑ ea q̄
dicta ſunt hic. ⁊ ꝑ ea q̄ dicta ſūt in libro de aīa.

## Secunda concluſio

Sēſus viſus
⁊ auditꝰ vtiles ſūt ⁊ neccārii ad ſapientiā ⁊ diſci-
plinā. patꝫ q₂ iſti duo ſenſus plures reꝝ differē-
tias nobis oñdūt q̄ꝫ alii ſenſus. mō ex differen-
tiis reꝝ ſumit᷑ diſciplina ⁊ ſapiētia. diſciplīa. n.
nō poteſt eē ſine auditu eo ꝙ ē ab alio. ⁊ prudē-
tia ſupponit extimationē naturalē q̄ nō ē ſine
viſu vel auditu. ergo ⁊ cetera.

## Tercia concluſio

Licet viſus de ꝑ ſe
magis valeat ad diſciplinā q̄ꝫ auditꝰ. tn̄ audi-
tus de ꝑ accidēs ē vtilior ad diſciplinā ⁊ prudē-
tiā q̄ꝫ viſꝰ. Pars prima pꝫ q₂ viſꝰ de ꝑſe oñdit
nobis plures reꝝ differētias q̄ꝫ auditꝰ. nā ꝑ vi-
ſuꝫ cognoſcimꝰ corpa corruptibilia ⁊ incorrup-
tibilia. ideo dicit᷑ in textu. ꝙ oīa corpora colorē
ꝑticipant. nā oē corpꝰ aliquid habꝫ coloris. ſ.
vel lumē vel dyaphaneitatē vel colorē in ſe. ſo-
nus aūt repit᷑ in corpibꝰ inſenſibilibꝰ. ⁊ non in
oībus. ſed ſolū in aere ⁊ in aqua. vt dicit᷑ in 2º
de aīa. Secūda pars patꝫ. Q₂ auditꝰ ꝑ ac-
cidēs oñdit nobis plures reꝝ differētias q̄ꝫ vi-
ſus. nā auditꝰ ꝑcipit ſonū ⁊ voceꝫ ⁊ differētias
vtriuſqꝫ. ⁊ q₂ voces ꝑ impoſitionē vel nat᷑alē ſi-
gnificatōeꝫ poſſūt eē ſigna ſignificatiā oīꝫ reꝝ
taꝫ corporeaꝝ q̄ꝫ incorpeaꝝ. pn̄tiuꝫ ꝑteritaꝝ et
futuraꝝ. ideo ꝑ accidēs plura cognoſcimꝰ per
audituꝫ q̄ꝫ per viſuꝫ. ergo ꝯº vera. Ex con-
cluſione pōt inferri ꝙ viſus eſt magis neccārius
ad inuēcionē ſcientie q̄ꝫ auditus. ſꝫ auditꝰ q̄ꝫtū
ad doctrinā. ſ. quantū ad acquiſitionē ſciencie
ab alio eſt magis neceſſariꝰ q̄ꝫ viſus. ⁊ ſic pꝫ rꝫº
ad queſitū. Sed hic mouēt᷑ q̄dā parua dubia.

## Dubitatur primo

Quare talpa q̄
caret viſu moueat᷑ motu locali. Rn̄det᷑ ꝙ
natura nō deficit in neceſſariis. ⁊ q₂ talpa habi-
tat in terra ⁊ ſubtus terrā. ideo natura cooperit
oculos talpe quibuſdā pellibꝰ ne ledant᷑ a ter-
ra. ⁊ ex hoc ſequit᷑ impotentia ad videndum. ſi
eni haberet oculos diſcoopertos nō poſſꝫ fode-
re terrā. in cuius foſſione accipit nutrimētuꝫ. eti-
am q₂ talpa habitat in terra. ⁊ ꝑ terrā viſio nō
poteſt fieri. ideo fruſtra haberet oculos diſcoo-
ꝑtos. Si aūt ſint quedā aīalia imꝑfecta que nō
habeāt viſuꝫ vel auditū a natiuitate vel poſt
hoc ē ꝑ accidēs ⁊ preter intētionē nature ꝓpter
corrupcionē alicuius principii naturalis.

## Dubitatur ſecundo

Quare ceci
melius audiūt q̄ꝫ vidētes ceteris paribꝰ. Rn̄-
det᷑ ꝙ cauſa ē q₂ a ſenſu cōi deriuat᷑ virtus ſen-
ſitiua in quēlibꝫ ſenſuꝫ ꝑticularē. corrupto igit᷑
vno ſenſu ꝑticulari exteriori virtus ſibi cōican-
da cōicat᷑ alteri ſenſui. ideo ceci meliꝰ audiunt
q̄ꝫ videntes ceteris paribꝰ. ⁊ ꝓpter ſiſem rōnem
claudi ſūt forciores i brachiis q̄ꝫ alii hoēs recti.

## Dubitatur tertio circa textuꝫ

Quare ceci a natiuitate audiētes. ſapientiores
ſūt ſurdis a natiuitate vidētibus. Rn̄det᷑
ꝙ cauſa huiꝰ pōt dici ex vltima ꝯcluſiōe. q₂. ſ.
auditus per accidēs plures reꝝ differentias no-
bis oñdit q̄ꝫ viſus. ideo hoīes habentes audi-
tuꝫ ⁊ carentes viſu ſunt ſapiētiores ⁊ prudētio-
res. q̄ꝫ habētes viſuꝫ ⁊ carentes auditu.

## Dubitatur quarto

Quare omnes
ſurdi a natiuitate ſunt muti. ⁊ tn̄ non oēs muti
a natiuitate ſunt ſurdi. Rn̄det᷑ ꝙ cauſa eſt
q₂ locutō nō eſt ſine ydiomate. ydioma aūt ad-
diſcitur ꝑ auditū. ſicut ergo ſe habꝫ aliquis ſci-
ens tantū vnū ydioma ad ydiomata ſibi igno-
ta de quibꝰ nunq̄ꝫ audiuit aliquid. ita ſe habꝫ
ſurdus a natiuitate ad omē ydioma. ſicut ergo
ſciens tantū vnuꝫ ydioma neſciret aliud loqui
q̄ꝫ ſuuꝫ ydioma ſed ſolū balbuciare. ita ſurdus
a natiuitate nichil ſcit loqui ꝓpter defectuꝫ au-
ditus. ⁊ ita oēs carētes auditu neceſſario ſunt
muti. nō tamē ecōtra. ſtat eni aliquē eē audien-
teꝫ ⁊ nō loqui ꝓpter defectū alicuiꝰ principii vl᷑
organi neceſſario requiſiti ad locutionē. puta.
ꝓpter defectū lingue. vel corruptionē neruimo-
tiui lingue.

## Dubitatur quinto

Quare hn̄tes
bonū odoratū cōiter ſūt fatui. Rn̄det᷑ ꝙ cau-
ſa ē. q₂ organū olofactꝰ dꝫ eē ꝓporcionatū ſuo
obiecto. obm̄ aūt olofactꝰ eſt corpꝰ odoriferū
calidūꝫ ⁊ ſiccuꝫ. ⁊ ita ad hoc ꝙ ſit bonus odo-
ratus oportꝫ ꝙ organuꝫ odoratus ſit quodam
modo calidūꝫ ⁊ ſiccuꝫ. ⁊ quia organuꝫ odoratꝰ
eſt iuxta cerebruꝫ quod eſt naturaliter frigidum
⁊ humiduꝫ. ideo ſi odoratus ſit bonꝰ cerebꝝ ē
indiſpoſituꝫ. ⁊ ecōtra. in cerebro aūt fundantur
omnes virtutes ſenſitiue interiores ſine quaruꝫ
bona diſpoſitione nō eſt prudētia. ideo bn̄ odo-
ratiui ſunt cōiter minous prudentie q̄ꝫ homies
male odorātes. ⁊ ideo inter alia aīalia homo ē
peſſimi odoratꝰ. q₂ hꝫ maximū cerebꝝ inter ce-
tera aīalia ad refrigeriū caloris cordis quod de-
bet eē multuꝫ calidū in hoīe ꝓpter virtutes ſen-
ſitiuas. Rationes facte ante oppoſitum ſo-
lute ſūt ex dictis. Sequit᷑ i textu.

## Queritur Tercio Utrum

Organuꝫ viſus ſit de natura aque. Arguit᷑
ꝙ ſit de natura ignis ⁊ non de natura aque. q₂
oculus aliqn̄ vidꝫ ſuū fulgorē nichil aūt fulget
niſi ignis vel ignatuꝫ. ergo oculꝰ eſt de natura
ignis. 2º ſic oculꝰ eſt q̄daꝫ pars viuentis. ſꝫ
vita cōſiſtit in calido ⁊ humido. ergo organuꝫ
viſus nō eſt de natura aque. q̄ eſt frigida ⁊ hu-

determinata organa ꝑ habitudineꝫ ad ſua obiecta determiatur in libris ꝑuoꝝ naturaliuꝫ. ſꝫ de toto corpore aīalis cōſiderando ipm̄ in ſpeciali ſecunduꝫ vnāquāqꝫ ſpecīē aialis ⁊ plante agitur de vegetabilibꝰ ⁊ plātis ⁊ de aīalibus. Ex quibus patet.

## Concluſio Reſponſiua ad

queſitum. ſ. ꝙ corpus aīatum acceptū ſecundū eius paſſiōes receptas in determiatis organis ⁊ partibus in habitudine ad obiecta illaꝝ paſſionū eſt ſubiectū in libris paruoꝝ naturaliuꝫ ⁊ corpus ſenſitiuū. ſ. acceptū ſecūduꝫ paſſiones ſenſus ſecundū ꝙ ſunt in debitis organis. ⁊ habent ſpecialia obiecta eſt ſubiectū in libro de ſēſu ⁊ ſenſato. i. de ſenſitiuo ⁊ ſenſibili. cōprehendendo ſub eo libꝝ de memoria ⁊ reminiſcētia. ⁊ de ſompno ⁊ vigilia. Iſta concluſio ꝓbari poteſt ꝑ diffinitionē ſubiecti attributionis.

## Sed Dubitatur primo. An

Phūs habeat cōſiderare de ſanitate ⁊ egritudine. Videt ꝙ nō. qꝛ ſanitas qn̄qꝫ fit ab arte. ⁊ ꝓpter hoc medicꝰ qui eſt artifex circa eam verſatur. Rn̄detur ꝙ duplicia ſunt artificialia. quedā eni ſunt ſoluꝫ ab arte. ſicut ē domꝰ ⁊ de talibus nullomō hꝫ cōſiderare phūs naturalis. Alia ſunt que dependēt ab vtroqꝫ. ſ. ab arte ⁊ natura. magis tn̄ principaliter a natura. ſicut ſanitas fit a natura principaliter. ⁊ ab arte miſterialiter ꝓ quāto ars miniſtrat quedā auxilia nature principaliter agenti. quibꝰ adiuta cauſat ſanitateꝫ. Sic igitur phūs hꝫ conſiderare de ſanitate inquantū eſt ꝓducta vel ꝓducibilis a natura. ſic eniꝫ eſt paſſio naturalis. Sed medicus conſiderat de ea pro quanto dependet ab arte.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

medicꝰ incipiat vbi phiſicꝰ deſinit. Rn̄det ꝙ ſic. qꝛ phūs primo cōſiderat vniuerſalia principia applicādo ea ad particularia. ⁊ ſecūdario cōſiderat ipſa ꝑticularia. Sed medicꝰ econtra primo cōſiderat ipſa ꝑticularia. ⁊. 2º. vniuerſalia. eo ꝙ ex ſingularibꝰ acceptis ꝑ ſenſū fit memoria. ⁊ ex pluribꝰ memoriis experimētuꝫ ex quo gn̄atur ars q̄ eſt vniuerſaliū. ſic igit phiſicꝰ deſinit in ꝑticularibꝰ a qbꝰ incipit medicꝰ q̄ deſinit in vniuerſalibꝰ a quibus incipit phiſicus.

## Ad raciones.

Ante opꝰ patet ſolucio ex dictis. Dictū ē eni qn̄o diuerſimode deteriat de corpore aīato ⁊ ſenſitiuo in libris ꝑuoꝝ naturaliuꝫ. ⁊ in libris de aīalibꝰ ⁊ plātis. Ad ſecundā reſpondet. qꝛ nō ē inconueniēs ꝙ in vna ſcientia ſit ſubiectū vnuꝫ generale excedēs illam ſcientiam ⁊ vnum adequatum ſicuti eſt in propoſito.

## Queritur ſecundo. Utrum

Omnes ſenſus exteriores. ſ. viſus auditus olofactus guſtus ⁊ tactꝰ ſint neceſſarii cuilibꝫ aīali. Arguitur ꝙ ſic. quibuſdā aīalibꝰ inſunt omnes ſenſus. ergo ſunt neceſſarii illis aīalibꝰ ꝯn̄a tenet qꝛ natura non habundat in ſuperfluis neqꝫ deficit in neceſſariis. in 3º de aīa. Et ſi ſint neceſſarii quibuſdā aīalibꝰ ſequitur ꝙ ⁊ omnibus. qꝛ nō eſt maior ratio de quibuſdam q̄ de aliis. 2º ſic. Potentie ſenſitiue ſūt paſſiones aīe ſenſitiue. ſed ſubiectū nunquā inuenitur ſine paſſione. ergo quodlibet aīal habet omnes ſenſus de neceſſitate. Ad oppoꝰ eſt Ariſtot. in textu. Pro rn̄ſione ad queſtionem.

## Sciendum eſt primo

ꝙ poſtq̄ philoſophus in ꝓhemio poſuit ſuā intentionē. conſequenter ꝓſequit ad determiandū de hiis de quibus ꝓpoſuit determiare in ꝓhemio. ꝑſupponens aliqua dicta in libro de aīa. ⁊ reſumēs etiam aliqua ibi determiata.

## Sciēdum ē ſecundo

ꝙ neceſſe eſt omne animal habere ſenſuꝫ. nā eſſe ſenſitiuuꝫ ē de diffinitione formali aīalis. ſed tn̄ nō eſt neceſſariuꝫ oī aīali habere oēm ſenſuꝫ. ſed tantuꝫ illi ſenſus ſunt neceſſarii aīali qui ſunt cognitiui eoꝝ q̄ ſunt neceſſaria aīali. Sꝫ aliquod ſenſibile eſt dupliciter neceſſariuꝫ aīali. vnomō inq̄tū ē corpꝰ mixtū ex quatuor elemētis. ⁊ ſic neceſſaria ē aīali debita cōmenſuratio frigidi calidi humidi ⁊ ſicci. Aliud eſt neceſſe aīali inq̄tū eſt quoddam viuum nutribile. ⁊ ſic neceſſarius eſt aīali cibus cōueniens. ⁊ ꝑ cōtraria hoꝝ animal corrumpitur. ⁊ qꝛ tactus eſt cognitiuus eoruꝫ ex quibꝰ cōſtituitur animal ideo eſt neceſſarius aīali. ⁊ qꝛ etiā per guſtuꝫ aīal cognoſcit nutrimentū cōueniens a diſconuenienti ⁊ ꝓſequitur cōueniens ⁊ fugit nociuū. ideo guſtꝰ inq̄tū eſt diſcretiuꝰ alimenti cōuenientis eſt neceſſarius omni aīali. Sed guſtus inq̄tuꝫ ē diſcretiuꝰ ſaporis ipſe non eſt neceſſarius animali. nec etiam alii tres ſenſus. ſ. viſus auditus ⁊ olofactꝰ ſed inſunt aīalibus perfectis mobilibꝰ motu ꝓgreſſiuo de bene eſſe. ſ. ꝓpter ſalutem aīalis querendā. Un̄ animal ꝑ guſtū ⁊ tactū percipit ſolū ſenſibile preſens. Sꝫ aīalia motiua motu progreſſiuo ꝑ alios ſenſus ꝑcipiunt ſenſibile diſtās ab eis propter mouens ad aliquod diſtans ad ꝓſequēduꝫ ꝯuenientia ⁊ fugiendū nociua.

## Concluſio reſponſalis

Non oēs ſenſus ſūt nccārii cuilꝫ aīali. ſꝫ ſolū tactꝰ ⁊ guſtus. ꝓut ē quidā tactꝰ. alii vero tres ſenſus nō ſūt nccārii ſimpliciter oī aīali. ſꝫ ſolū aīalibꝰ ꝑfectis ſūt nccārii ex ſuppoſitione finis. ſ. ſi debeant bene eē ⁊ cōſequi cōueniēter ſalutē ⁊ finem

Dec ꝯº q̄tū ad oēs ſuas ꝑtes ſatis patꝫ ꝑ ea q̄ dicta ſunt hic. ⁊ ꝑ ea q̄ dicta ſūt in libro de aīa.

## Secunda concluſio

Sēſus viſus ⁊ auditꝰ vtiles ſūt ⁊ nccārii ad ſapientiā ⁊ diſciplinā. patꝫ qꝛ iſti duo ſenſus plures reꝝ differētias nobis oſn̄dūt q̄ alii ſenſus. mō ex differentiis reꝝ ſumit diſciplina ⁊ ſapiētia. diſciplia. n. nō poteſt eē ſine auditu eo ꝙ ē ab alio. ⁊ prudētia ſupponit extimationē naturalē q̄ nō ē ſine viſu vel auditu. ergo ⁊ cetera.

## Tercia concluſio

**Sciendum eſt tercio** Quod ad gñationē ſaporis cōcurrit humidū ⁊ ſiccū ⁊ etiā calidū. Vñ ſiccū ad modicā admixtionē hūidi cū aliqua alteratiōe calidi acquirit ſaporē nā aq̄ ꝯtrahūt diuerſos ſapores ſʒꝰ ꝙ trāſeūt ꝑ diuerſas ꝑtes terre. ſicut q̄dā aq̄ fontales ſūt ſalſe qꝛ tranſeūt ꝑ terrā ſalſā. vñ ſal eſt q̄dā ſpēs terre. īueniunt̄ enī quidā mōtes de ſale. aque etiam colate ꝑ cineres ſūt amare ſicut cinis ꝑ quē colant̄ ⁊ ita inuēiunt̄ fōtes diuerſoꝝ ſapoꝝ ꝓpter diuerſas terras ꝑ quas trāſeūt ex quo pʒ ꝙ etiā ſapores ꝯueniūt terre ⁊ nō ſolū aq̄. Vñ aqua eſt hūida ⁊ terra ē ſicca. hūidū aūt natū eſt pati a ſuo ꝯtrario. ſ. a ſicco iō ex ꝑmixtiōe aq̄ cū terra fit actio ſicci ⁊ humidi. ⁊ qꝛ nō ſolū terra ē ſicca ſʒ etiā ignis iō ſapor fit ī hūido a ſicco terre mediante calido ignis. ſicut. n. illi q̄ in hūido aq̄o lauāt corꝑa colorata ⁊ ſaporoſa faciūt aquam habere talē colorē ⁊ ſaporē ita etiā ecōuerſo qñ hūidū aqueuʒ colatur ꝑ ſiccū terreſtre ⁊ cū hoc fit aliqua immutatio a calido digerēte ⁊ quod ammō ꝯdēſante hūidū ſicco qualificat̄ hūor aqueus caliditate ſaporoſa. Ex quo patet.





**Concluſio reſponſalis** ad queſtionē. ſ. ꝙ ſapor eſt paſſio facta in humido aqueo a ſicco terreſtri per actionē calidi alteratiua guſtꝰ de potētia in actū. ⁊ additur vltima particula ad differentiā odoris ⁊ quarūdaʒ aliarum paſſionū que cāntur ab humido ⁊ ſicco ꝑ actionē calidi que tñ nō ſunt immutatiua guſtus ſed alioꝝ ſenſuū. verꝝ eſt tñ ꝙ ꝓprie ſapor eſt in humido ⁊ fit in ſicco. ſed ecōtra odor ē in ſicco ⁊ fit ex humido. vt poſtea videbitur. Hec cōcluſio ſatis manifeſta eſt ꝑ notabilia precedētia. naʒ ponitur paſſio loco generis eo ꝙ ſapor eſt de tertia ſpē qualitatis que eſt paſſio ⁊ paſſibilis qualitas. Per hoc ꝙ ponitur in humido tangit̄ ſubiectū ſiue materia. ⁊ per hoc ꝙ dicitur a ſicco mediāte calido tangitur cauſa efficiens ſufficiens. ⁊ per reſiduuʒ tangitur quodāmodo cauſa finalis. Ex quo pʒ ꝙ ſapor nō poteſt eſſe qualitas ſimplicis elementi ſed paſſio mixti non cuiuſcūqʒ ſed proprie mixti nutribilis. Vñ q̄uis eſca inquantum eſt calida augmentet in virtute qꝛ vis augmentatiue qꝛ calidi eſt dilatare: ⁊ inq̄tuʒ frigida diminuat qꝛ frigidi eſt cūſtringere ⁊ mouere ad centꝝ. ideo ſenes qui ſunt frigidi diminuunt̄. ⁊ iuuenes q̄ ſunt calidi augmentant̄. tñ eſca inq̄tum hʒ proportionē qualitatū primaꝝ per ꝙ eſt ſapida nutrit. non tñ nutrit ꝓ ratione cuiuſcūqʒ ſaporis ſed ſolū ratione dulcedinis. nā inter ſapores ſolum dulce nutrit. Alii autem ſapores cōmiſcentur in cibo dulci qui ſolū nutrit loco condimenti ſicut patʒ de cibo ſalſo ⁊ acuto. naʒ per hmōi ſapores reprimitur dulce ne nimis nutriat. dulce enī qꝛ nimis repletiuum eſt ⁊ ſupernatatiuuʒ ideo facile trahitur ad calorem ꝓpter ſuam leuitatem. Vñ ſicut in toto vniuerſo calor trahit humidum ſubtile. ⁊ relinquit id quod eſt terreſtre ⁊ groſſum. ideo aque complute ſunt dulces ⁊ mare in quo eſt plurima reſolutio eſt ſalſum. ita calor naturalis in animalibus ⁊ plantis attrahit illud quod eſt leue ⁊ dulce in nutrimento ⁊ reliquit illud quod eſt ſalſum ⁊ amarꝝ propter grauitatem. ⁊ inde eſt ꝙ omnes feces aīalium ſunt amare vel fetide vel ſalſe.

**Ad rationes ante oppoſituʒ** Ad primaʒ negatur cōſequentia. ad hoc enim ꝙ ſapor ſit in humido oportet ꝙ ſit mixtum cuʒ ſicco terreſtri ⁊ concurrat actio calidi digerentis quodāmodo humidum. Ad ſecundam dicitur ꝙ nullum pure ſiccum eſt ſapidum in actu Sed per aliqualē cōmixtioneʒ humidi reducit̄ ad aliquem ſaporem. ⁊ ideo quando cineres adulſti aliquomodo humectantur per ſaliuam lingue efficiuntur ſapidi. Et hec de queſtione.

Sequitur in textu. Quemadmoduʒ autem colores.

**Queritur nono Vtrum ſint** Septem ſpecies ſaporis. Arguitur ꝙ non quia antiqui ponebant nouem ſpecies ſaporis ergo non ſunt tantū ſeptem ſpecies ſaporis.

2° arguitur. tot ſunt ſpecies ſaporis quot modis contingit diuerſificari digeſtionem humidi cum ſicco. ſed infinitis modis hoc poteſt fieri. ergo infinite ſunt ſpecies ſaporis. 3° arguitur. ſapor pinguis idē eſt cum dulci. ⁊ ſalſus cum amaro. ergo non ſunt ſeptem ſpecies ſaporis. Ad oppoꝰ eſt Ariſtotꝭ. in textu dicens: ꝙ ſpecies ſaporis ⁊ colorꝭ ſunt equales. ſed ſpecies coloris ſunt tantū ſeptem: ergo ſepteʒ ſunt ſpecies ſaporis. Pro reſponſione.

**Scienduʒ eſt primo** Quod poſtq̄ philoſophus determinauit de generatione ſaporis conſequenter diſtinguit de ſpeciebus ſaporis. Pro queſtione.

**Sciendum eſt ſecundo** Quod ſicut colores medii cauſantur ex cōmixtione cauſarum albi ⁊ nigri. ita etiam ſapores medii cauſātur ex cōmixtione cauſaꝝ dulcis ⁊ amari. nam calidum imperfecte digerens humidum cauſat ſaporem dulcem. ⁊ priuatio humidi perfecte digeſti eſt cauſa amari. ſed alii ſapores medii cauſantur ſecundum ꝙ humidum medio modo ſe habet quando ſcilicet nec eſt perfecte digeſtū ſicut in dulci. nec eſt totaliter conſumptuʒ ſicut in amaro. Unde quia ſapor propinquius ſequitur humorem ꝙ calorem non oportet conſiderare medium et extrema in ſaporibus ſecundum calidum. ſed ſecunduʒ humidū aliqualiter paſſum in calido ⁊ ſicco. alioquin ſi mediuʒ ⁊ extrema accipiantur in ſaporibus ſecundū calidum dulce ⁊ amarꝝ non erunt extrema ymo medium. quia caliduʒ in exceſſu conſumens totum cauſat amarꝝ. ⁊ calidum omnino deficiēs in digerendo propter victoriam humidi cauſat ponticum vel acetoſum ſaporeʒ. Sed calor moderatus ſufficiens tamen ad digerendum cauſat dulcedinem.

**Sciendum eſt tertio** Quod medii ſapores diuerſificant̄ ſecundū diuerſā ꝓportioneʒ mixtionis inq̄tū. ſ. vnuſquiſqʒ eoꝝ magꝭ vel minus accedit ad dulcedinē vel amaritudineʒ quod cōtingit dupliciter ſicut in coloribꝰ dictū eſt. vno mō ſecundū ꝓportionē numeralē obſeruatū in predicta cōmixtione ⁊ trāſmutatiōe humidi a calido. Alio° ſecundū indetermiatā ſuꝑficiē abſqʒ ꝓportione numerali. Vñ ſolū illi ſapores ſūt delectabiles guſtui q̄ ſunt cōmixti ſecundū numeraleʒ ꝓportionem. ſicut dictuʒ eſt

de coloribus in ordine ad viſum.

**Sciendum eſt quarto** ꝙ ad videndū in ꝑticulari diſtinctionē ſpecierꝝ ſaporꝝ adinuicē ſapor pinguis quaſi idē eſt cū dulci. naꝫ vterqꝫ ſapor deſignat digeſtionē humidi a calido. verūtamē in dulci ſapore calor magis dñatur ſupra humidū q̄ in pingui. nā pinguis ſapor ꝓpinquior ē aquoſo ſiue intepido ſapori ꝓpter habundantiam humiditatis q̄ dulcis. Similiter etiā amarꝰ ſapor ⁊ ſalſus fere ſūt idē vterqꝫ enī cauſatur ex exceſſu caloris cōſumendis humidū. Verūtamē in amaro ē maior cōſumptio humiditatis q̄ in ſalſo. qꝛ in ſalſo videtur eē cōſumptū humiduꝫ infuſuꝫ corpori. ſꝫ in amaro nec dū eſt cōſumptuꝫ humiduꝫ. ymo etiā cōglutinās ſubſtātiaꝫ corporꝫ reſolutum ē ⁊ conſumptū vel totaliter vel in ꝑte. Vñ feces corporꝝ reſolutorꝝ ⁊ incineratorꝝ ſunt amare.

**Sciendum eſt quinto** ꝙ inter illos quatuor ſapores ſunt medii ſcilꝫ ponticꝰ id ē mordicās ſapor. ⁊ auſterus .i. amarꝰ acetoſus .i. ſtipticꝰ ⁊ acutꝰ. Vñ ponticꝰ ⁊ acetoſus conſiſtūt in humore nondū digeſto ꝓpter defectuꝫ caloris. ꝓpter quod fructꝰ indigeſti ſūt vel acetoſi ſaporis vt poma acerba. vel pontici vt pira acerba. Ponticꝰ tñ ſapor videtur plus habere de terreſtri q̄ acetoſus. naꝫ terra fere habꝫ ponticū ſaporē. ſed acetoſus videt̄ plus habere de frigido. ſed ſtipticus ſapor videt̄ multum habere de terreſtri ⁊ plus q̄ acutꝰ ⁊ eſt ſatis ꝓpinquꝰ pontico. ſed tñ plus hꝫ de calido ⁊ magis ad digeſtionē accedit. ideo etiaꝫ quedaꝫ digeſta habēt ſtipticuꝫ ſaporeꝫ ſicut fructus digeſti. ſed acutus ſapor ſignificat exceſſum caloris. nō quidē cōſumentis humidū ſꝫ ſuperdigerentis ipſuꝫ. Ex quo patet ꝙ ſpecies ſaporis ſūt fere equales numero ſpeciebus coloris. ſunt. n. ſepteꝫ ſpecies ſaporis que numerate ſunt. ita tñ ꝙ pinguis ſapor nō diſtinguatur ſpecie a dulci ⁊ ſalſus diſtinguat̄ ab amaro. nā ſi hiis tribus ſaporibꝰ addant̄ quatuor ſupenumerati erūt ſepteꝫ ſapores. ⁊ ſimiliter in coloribꝰ. blundum ſe habet ad nigruꝫ. ſicut ſalſuꝫ ad amarꝝ. ⁊ flauum ad album. ſicut pingue ad dulce. ⁊ in medio ſunt hii colores. ſ. puniceꝰ. i. rubeus. ⁊ alurgus. i. citrinus. ⁊ viridus ⁊ tianus. i. color celeſtis. ita tamen ꝙ viride ⁊ tianum magis appropinquant ad nigruꝫ. puniceus auteꝫ ⁊ citrinus magis appropinquant ad albuꝫ. ⁊ he ſunt ſpecies coloris ⁊ ſaporis ſimplices. nam ſunt et poſſunt eſſe alie ſpecies ⁊ plurime coloris ⁊ ſaporis ex cōmixtione predictaruꝫ ſpecieruꝫ adinuicem. ⁊ hii colores cōmixti ⁊ etiam ſapores delectant viſum ⁊ guſtum magis q̄ ſimplices. vt dictum eſt in 2° de anima.

**Sciēdum ē ſexto** ꝙ ſicut nigruꝫ eſt priuatio albi in perſpicuo. ita amarum vel ſalſum eſt priuatio dulcis ī humido nutrimentali. nec mirum quia ſemper alterum contrariorū eſt vt priuatio. vt dictuꝫ ē in nono methaphiſice. ⁊ quia amarum eſt priuatio dulcis. inde eſt ꝙ omnium combuſtoruꝫ cinis eſt amarus propter exalationem humidi nutrimentalis. Hiis notatis ſit.

**Concluſio reſponſiua.** Tantum ſunt ſeptem ſpecies ſaporis que enumerate ſunt. poteſt probari per ſufficientiā que faciliter poteſt elici ex dictis in notabilibus. Ex concluſiōe elicitur ꝙ quidam antiqui philoſophi quoddam incongruiſſimum dicebant omnia ſenſibilia eſſe tangibilia. quod ſi eſſet verū ſequeretur ꝙ quilibet ſenſus eſſet tactus cum potentie diſtinguantur ſecundum obiecta.

Sequitur vlterius ꝙ antiqui philoſophi inconuenienter reducebant colores ⁊ ſapores ad ſenſibilia cōmunia ſcilicet ad magnitudinem ⁊ figur. Nam Democritus dicebat nigrum eſſe aſperum ⁊ obſcuritatem nigri cauſari propter hoc ꝙ partes que ſupereminent aſpero occultant alias. ⁊ album dicit eſſe lene ⁊ claritatem albi peruenire ex hoc ꝙ lene totaliter illuſtretur propter hoc ꝙ partes eius equaliter iacent. ⁊ ſapores reducit ad figur propter hoc ꝙ inuenit acutum ⁊ obtuſum in ſaporibus ſicut in figuris quaſi ex equiuocatione deceptus. Sed improbatur opinio predicta quia ſenſus decipiuntur circa ſenſibilia cōmunia. non autem circa propria. igitur ⁊ cetera. Sed improbatur ſpecialiter de ſaporibus tribus rationibus textus. Prima eſt ſi ſapores reducerentur ad figuras ſequitur ꝙ guſtus maxime diſcerneret figuras. hoc autem eſt falſum. quia viſus magis diſcernit eas. Secunda ratio. Omnia ſenſibilia propria habent ꝯtrarietatem vt patet in ſeptimo phiſicorum. ſed figura non eſt contraria figure. non eniꝫ eſt aſſignare poligoniaruꝫ aliq̄. i. figurarum habentium multos angulos cui circulus ſit contrarium quaſi habens vnum angulū. cuiꝰ ratio qꝛ cōtraria maxime diſtant non eſt autem dare aliquam figuram poligoniam qua non ſit inuenire aliam figuram habenteꝫ plures angulos. ſapores igitur ſunt contrarii non figure. Tertia ratō figure ſunt infinite ſicut ⁊ numeri. nā figure multiplicant̄ ſꝫ numerꝝ angulorꝝ ⁊ linearꝝ. ſi igitur ſapores eſſent figure ſequeretur ꝙ eſſent infinite ſpecies ſaporis ꝙ patet eſſe falſum. quia non eſt ratio quare vnus ſapor ſentiretur ⁊ non alius modo ſenſus non diſcernit multos ſapores igit̄ ſapores nō ſūt figure. ⁊ ſic patꝫ de ſapore et





guſtabili quid ſint. Quedā aūt alie ꝓprietates ſaporis habēt ꝓpriā cōſiderationeꝫ in libro de plātis quē tñ Ariſtot. nō fecit ſed Theophraſtus vt dicit Alexāder ī ꝯmēto ſuo in iſto paſſu.

**Ad rationes** āñ oppoᵒ. Ad primā dicit̄ ꝙ antiqui enumerabāt duas ſpēs ſaporis q̄ reducunt̄ ad alias duas. Ad ſecūdā dicit̄ ꝙ poſſūt eē infiniti gradꝰ ſaporis in numero ſꝫ intentionē ⁊ remiſſionē ſaporꝫ. ſꝫ nō faciunt differentiā ſpecificam. Ad aliā dicit̄ ꝙ ſapor pinguis idē ē cū dulci vt dictū eſt ſecūdū ſpēꝫ ideo dicit̄ in textu ſimpliciter ꝙ pinguis ſapor idē ē ꝙ dulcis. ſꝫ ſalſus ſapor diſtinguit̄ ſpē ab amaro. iō dicit textꝰ loquēs de iſtis duobꝰ q̄ ſūt fere idē ꝓpter cāꝫ aſſignatā ſicut dictū ē priꝰ ꝙ ſapor ⁊ odor ſūt fere eadē paſſio cuꝫ tamē diſtinguātur ſpecie. Sequitur in textu. Omne autem graue. ⁊ cetera.

**Queritur Decimo Utruꝫ** Odor ſit fumalis euaporatio. Arguitur Primo ꝙ ſic. Quoniam corpora odorifera emittēdo odorē interdū diminuunt̄. ergo ab ipſis aliq̄s fumꝰ reſoluit̄. 2° arguit̄. Odores īpediunt̄ ꝑ frigꝰ congelās ⁊ impediens vaporeꝫ ꝙ nō eēt niſi odor eēt fumal̄ euaporatio. 3° videmꝰ ad ſenſū corꝑa odorifera emittere vapores ſine quibꝰ ꝑcipi non poſſūt. ⁊ etiam ꝑceptio odoris impedit̄ per ventos. ergo odor eſt fumalis euaporatio. Ad oppoᵒ principaliter eſt phūs in textu. Pro reſponſione.

**Sciēduꝫ ē primo** ꝙ poſtq̄ phūs determinauit de ſaporibꝰ ꝯñter determīat de odoribꝰ. Oñdens. 1° gñationē odoris. 2° determinādo de ſpēbꝰ eius. Et qꝛ ad gñationē odoris requirit̄ duplex principiuꝫ ſicut ad gñationē ſaporis. ſ. actiuū ⁊ paſſiuū. ideo phūs oñdit vtraqꝫ circa gñationem odoris

**Sciendum eſt ſecundo.** ꝙ ſicut ſunt duo principia ſaporis ſcilicet actiuum etiaꝫ ⁊ paſſiuuꝫ. ita ſūt duo principia odorꝫ. ſicut enī humidū aqueū patit̄ a ſicco terreſtri in ſaporibꝰ. ita in odoribꝰ actiuuꝫ ē humidū enchimū. ſ. humidū ſicco imbibitū ⁊ ab eodē ſicco cōprehenſū. dicit̄. n. enchimū ab en ꝙ ē in ⁊ chimos ꝙ eſt humor quaſi humor exñs imbibitus ⁊ incorꝑatꝰ alicui ſicco. Sed paſſiuū in odoribus ē aliquid cōe cōprehendēs ſub ſe aerē ⁊ aquā. nō inq̄tū ſūt corpora ꝑſpicua. qꝛ hoc mō ſunt ſuſceptiua luis ⁊ coloris. ſꝫ illud ſuſceptiuū cōe eſt ſuſceptiuū odoris ſecundū ꝙ ē lauabile vel mūdabile enchimi ſicci. i. ſecundū ꝙ ē receptiuuꝫ enchimi ſicci. Vñ odor nō ſolū ſuſcipit̄ ī aere ſed etiā in aqua ꝙ ꝓbat phūs qꝛ quidā piſces vt oſtrea ⁊ aīalia dure teſte viuētia ī aqua odorāt. qꝛ trahunt̄ a lōge ad alimētū. ⁊ nō poteſt dici ꝙ in aqua ſit aer rōne cuiꝰ odorent. qꝛ naturaliter ſuꝑnatat aque. etiā ſi infra aquas ponat̄. ⁊ dato ꝙ infra aquā eēt aer. tamē hmōi aīalia nō reſpirāt aerē. ⁊ ita nō ſentiūt odorem ſi ſolus aer eēt ſuſceptiuus odoris Patet igitur ꝙ ꝓpriuꝫ ſuſceptiuū odoris ē aliquid cōe aeri ⁊ aque. ⁊ ita odor eſt quedā forma ab enchimo ſicco impſſa in humido quod eſt aer vel aqua. Vñ odor ſolꝫ ſic diffiniri. Odor ē paſſio ī humido facta ab enchimo mediāte calido alteratiua olofactus de potētia ad actū. Quod autē enchimus ſit effectim odorꝫ oñdit phūs prio per ea que non habent odoreꝫ vt ſunt elementa quia vel ſunt humida vel ſicca. ⁊ ſi ſint humida habent humiduꝫ ſine ſicco. ſi vero ſint ſicca habent ſiccum ſine humido. ⁊ ita omnia elemēta ſunt enchima id eſt ſine humore comprehenſo a ſicco. niſi forte ſit facta aliqua mixtio elementorum. Unde mare habet aliquem odoreꝫ quia in eo ſiccum terreuꝫ ē admixtum humido aqueo vnde habet ſalſum ſaporem ⁊ quodam modo amarum. Sal etiam habet odorem magis tamen q̄ nitrum. nam licet vtrūqꝫ habeat aliquid de enchimo. ꝙ patet ex hoc ꝙ per aliquod artificium oleum exit ab eis: ⁊ hoc eſt ſignum ꝙ in eis eſt aliquis humor pinguis comprehenſus a ſicco. nitrum tamen minus habet de huiuſmodi humore q̄ ſal. ideo eſt minus odorabile. Similiter lapides duri ⁊ ſolidi carēt odore quia non habent predictum humorem a quo odorētur. propter ſui magnam terreſtreitatem ſcilicet de enchimo. 2° oſtendit ex hiis que odorabilia ſunt. propter pinguedinem in eis exiſtentem. vt ſunt ligna odorabilia. Sed tamen ligna que habent humoreꝫ magis aquoſum ⁊ minus pinguem quaſi non ꝯprehenſum a ſicco ſunt minus odorabilia. ſicut patet de aliquo populeo. Sed ligna abietina ⁊ pinea ⁊ cupreſſina ſunt multuꝫ odorabilia propter humorem pinguedinis ipſorum. Similiter autem metalla. licet aurum minime ſit odorabile eo ꝙ caret predicto humore ꝙ contingit propter eius magnam terreſtreitatē que ex pondere eius maximo elicitur. Sed es ⁊ ferrum ſunt odorabilia. quia humidum in eis non eſt totaliter abſortū ſicut in auro. ⁊ inde eſt ꝙ ſcorie eorum propter admixtionem humidi ſunt minus odorabiles. Sed argentum ⁊ ſtannum ſunt magis odorabilia q̄ aurum. ſed minus q̄ es ⁊ ferruꝫ. quia habent humorem magis aquaticum. ⁊ minus comprehenſum a ſicco q̄ es ⁊ ferruꝫ. quia tamē aliqualiter comprehenditur humiditas eorum a ſicco non ſunt penitus abſqꝫ odore ſicut aurꝝ patet igitur ꝙ ſicut ſapor fundatur in humido aqueo aliqualiter digeſto. ita odor fundatur in humido enchimo quod eſt quaſi aereum.

Sciendū eſt ꝙ quidā antiqui dixerūt ꝙ odor eſt fumalis euaporatio que ē cōis aeri ⁊ aque. Vñ Eraclitus dixit ꝙ ſi oīa encia reſoluerētur in fumum nares percipientes odorem diſcernerent omnia encia quaſi diceret. oīa encia eſſent odores. Verū eſt tñ ꝙ aliqui diuerſi ſūt. quidā enī attribuebāt odori exalacionem que ē fumꝰ cōis aeri ⁊ aque. Alii vero euaporationē attribuebāt odori q̄ ē humiditas aq̄a reſoluta. q̄dā vero vtrūq;. Sꝫ cōtra iſtos antiquos ponit̄

**Concluſio reſponſalis** Odor nō eſt fumalis euaporatio nec exalatio nec vtrūq;. ꝓbatur duabus rationibus. Prima eſt Vapor pertinet ad aquā que nō eſt odorabil̄ abſq; admixtione ſicci vt dictū eſt. ſilr̄ fumus ſiue exalatio nō poteſt fieri in aqua in qua tñ fit odor vt oñſū ē ꝑ hoc ꝙ q̄dā piſces odorāt ergo odor non ē fumus nec exalatio nec vtrūq;. Secūda ratio. ſilis ratio eſt ꝙ euaporatio dicit̄ odor ⁊ ꝙ colores dicant̄ refluctiones. ſꝫ hoc nō bene dicit̄ de colorıbꝰ vt ſupra oñſum eſt. ergo neq; bene dicitur de odoribꝰ. vtrobiq; enī ſequitur ꝙ ſenſus odoris ⁊ coloris fiat per tactū ⁊ corpora viſa ⁊ odorata diminuantur ⁊ tandē totaliter reſoluātur ꝑ refluctionē ⁊ emiſſionē quod ē incōueniēs. oportet tñ ꝙ ſenſus odoris ⁊ coloris fiat ꝑ ſpūalē inmutationē medii. verū eſt tñ ꝙ a corpore odorifero reſoluit̄ quedā fumal̄ euaporatio in qua eſt odor qui extenditur vſq; ad certam diſtanciam ⁊ vlterius multiplicat̄ odor intentionaliter per mediū vt ſatis oñſum eſt in 2° de aīa. Ex cōcluſiōe p̄cedēti ſequit̄ ꝙ ex quo odor nō eſt vapor nec fumus manifeſtū ē ꝙ humidū quod ē in aere vel aqua patit̄ ab enchimo ſiccitate ſilr̄ enī enchimū facit odores humido aqueo ⁊ aereo ⁊ ſicco ⁊ ſiccū terreſtre lauatū per humidū aqueū facit ſapores ⁊ ideo odores ſunt ꝓportionales ſaporibus ⁊ fere eiſdem noībus noīantur odores ſiue ſapores. dicunt̄ enī odores acetoſi ⁊ dulces ſtiptici ⁊ pontici ⁊ craſſi ſicut ſapores ſꝫ nō ꝓprie dicimꝰ amaros odores ſꝫ putridos ita ꝙ odores putridi reſpondēt amaris saporibꝰ totaliter. q̄ꝛ ſicut amari ſapores difficulter ſorbentur. ita putridi odores ſunt deſanēcia. i. difficilis reſpiratiōis. ⁊ ex hac affinitate odoris ad ſaporē patꝫ ꝙ ſicut ſapor fit in aqua. ita odor in aere ⁊ in aqua. ⁊ ſicut per frigus ⁊ ꝯgelationē ſapores euentantur ita etiā odores exterminātur ꝓ quāto per frigꝰ aufertur calidū quod gñat ⁊ mouet odores et ſapores.

**Dubitatur** Vtrū omis odor ſit paſſio humidi nutrimentalis. Pro dubio ſciendū eſt primo ꝙ due ſūt ſpecies odorabilis. vna eſt per cōuenientiā ad ſapores: ⁊ hmōi odoris determiate ſunt ſpēs vt dictū eſt prius. Alia eſt ſpecies odorabilis ſecundū ſe: ſicut ſi dicamus ꝙ roſa eſt odorabilis ⁊ hmōi odoris nō ſunt determinate ſpecies ſecundū ſe niſi ſolū diuerſa odorabilia. ſicut ſi dicimus aliū eē odorē violarū ⁊ roſarū ⁊ aliarū huiuſmōi. Verum ē tñ ꝙ in hiis odoribꝰ inuenitur delectabile ſicut in roſis et abhomiabile ſicut in ſulphure. Differētꝫ tñ in hiis odoribꝰ ⁊ in aliis. q̄ꝛ in odoribꝰ qui ſumunt̄ per cōuenientiā ad ſaporē nō eſt delectabile aut cōtriſtās niſi ſecūdū accñs inq̄tū ſcꝫ odor ſignificat cōuenientiā nutrimēti vel diſconuenientiā. naꝫ aīal diſcernit cōueniens nutrimentū a reōtis per odorē ſicut cōiunctum ꝑ ſaporē. ⁊ ideo hmōi odores ñ ſūt delectabiles huiuſmōi aīalibꝰ repletis nō indigentibꝰ cibo ſed ſolū aīalibus eſurientibꝰ ⁊ ſitientibus ſunt appetibiles. Sic igit̄ hmōi odores ſunt ſolū delectabiles vel triſtabiles rōne nutrimēti. Et q̄ꝛ nutrimentū eſt cōe oībus aīalibus: ideo oīa animalia querentia nutrimentū ex longinquo ꝑ odorē ꝑcipiunt. aīalibus aūt immobilibꝰ ſufficit guſtus ⁊ tactꝰ ad diſcernendū cōuenientiā alimenti. Sed aliud genus odoris nō demonſtratiuū alimēti eſt delectabile ſecundū ſe ⁊ nō ī ordine ad alimentū. quod pꝫ ex eo ꝙ eſuriētes ⁊ ſitientes nō appetūt huiuſmōi odores. ſꝫ magis eque repleti cibis magis appetunt odores. nec tales odores ꝓuocāt appetitū eſce. ſed magis accidit cōtrariū. Et ex permixtione bonum odorabiliū redditur eſca nō odorabilis. q̄ꝛ frequēter q̄ bene redolēt ſecundū hmōi odorē ſūt mali ſaporis. ideo dicebat Traitius poeta ī vituperium Euripedis poete exquirentis delectationem in ſuo cibo. Quando lentem decoquis non infūdas mirion. i. vnguentū ſuauiter redolēs. ita ꝙ Euripedes dicebat coquo ſuo ñ oportet ꝙ in pulmēto ponas aliqua ſuauiter redolētia. Q̄ñq; aūt aliqua poſſūt eē cōuenientis ſaporis vel diſcōuenientis. vel ecōtra vel ambo poſſunt eē conuenientis ſaporis vel odoris vel diſconuenientis vt dictū eſt in libro de aīa. Et quāuis huiuſmōi aliqui miſceant res odoriferas cibis ⁊ potibus hoc faciunt vt vnū ⁊ idem ſit delectabile duobus ſenſibus ſcilicet guſtui ⁊ odoratui. Patet igitur ꝙ nō oīs odor eſt paſſio huīdi nutrmēta. Dubitat̄ vlteriꝰ a quibꝰ aīalibus ꝑcipiuntur odores delectabiles ſecundū ſe ⁊ non ꝓpter eſcam. Rñdet phūs. ꝙ ꝓprium eſt hominis percipere odores delectabiles vel triſtabiles ſecundū ſe. naꝫ ſolus homo ꝑ hmōi odorabilia delectat̄ vel triſtatur. ⁊ quo ad hoc in hoīe habūdat ſenſus odoratus pre aliis aīalibus que in aliis odoribꝰ demōſtrantibꝰ alimentū habēt actualiorē ſenſuꝫ odoratꝰ ad diſcernendū eos q̄ homo. Sed q̄tuꝫ ad hoc rñdꝫ





phūs ꝙ ſenſuꝫ odoratū habemꝰ peiorem aliis aīalibus.

**Dubitatur tertio** Quare ſolꝰ homo ſentit odores delectabiles. Rñdet textus ꝙ odor ſecundū ſe delectabilis ſecundū ſe eſt ꝓprium hominis ad temperandū frigiditatē cerebri ipſius. nam hmōi odores ſunt calefactiui ⁊ homo habꝫ maius cerebꝝ ſecundū q̄titatē ſui corporis inter cetera aīalia. cerebꝝ autem ſecundum ſuam naturā eſt frigidū. ⁊ ſanguis qui cōtinetur circa cerebꝝ in quibuſdā ſubtilibus venis etiam de facili infrigidatur. ⁊ ex hoc contingit ꝙ fumi reſoluti a cerebro ſurſum aſcendentes ꝓpter loci frigiditatem inſpiſſantur ex quo tandē cauſantur reumatice infirmitates in homine. ⁊ in adiutorium ſanitatis cōtra ſuperfluam cerebri frigiditatem attributa eſt iſta ſpecies odoris hominibus. ⁊ ſi aliq̄ñ tales odores grauant cerebꝝ hoc eſt q̄ꝛ non adhibentur ꝓut debent. ſic enī ſuperflue caliditates in cerebro faciunt nimiam reſolutionē. ſed ſi debito mō adhibeantur conferūt ad ſanitatē vt dictū eſt. nec ē aliqua alia vtilitas talis odoris. naꝫ perceptio taliū odorꝝ parum deſeruiret intellectui ad inveſtigandum rerum naturas. Sed illa ſpecies odorabilis que eſt delectabilis ꝓpter cibū multociēs ⁊ de ꝑ ſe aggrauat caput vel ꝓpter ſuperfluam humiditatem vel ꝓpter ſupfluā ſiccitatē

**Dubitatur quarto:** Quare hoīes ⁊ alia aīalia odorant reſpirādo. Rñdet̄ ꝙ ꝑ reſpirationē odores aſcendūt ad cerebꝝ q̄ꝛ calor igneus qui reſoluit odores dat eis caliditatē vt ſuperiora petant. ⁊ ex hoc ſequitur quedā ſanitas circa cerebꝝ vt dictū eſt. nā odor habet virtutem ſpecici propter calidū igneum a quo cauſantur. Unde natura vtitur reſpiratione ad duo. Primo quidē principaliter in adiutorium pectoris. i. ad refrigerandū calorē cordis. Et ſecundario ad percipiendū odores demōſtrātes cibuꝫ. Sed in hoībus inuenitur alia neceſſitas ſcꝫ ad ſanitatē capitis ⁊ ad formandum voces. nam ſolus homo delectat̄ in odoribꝰ florꝝ.

**Dubitatur quinto:** Vtrum aīalia nō reſpirātia ſenciant odores. Rñdet phūs ꝙ ſic ſicut pꝫ de piſcibus ⁊ pluribꝰ aīalibꝰ annuloſis de apibus ⁊ formicis que a remotis ſenſiunt ſuan eſcam ꝓpter odorē. Sed tunc conſurgit aliud dubium. Quomō ſenſient odorem ⁊ vtrū habeant eundē ſenſū odoratꝰ ſicut aīalia reſpirantia. Rñdetur ꝙ aīalia reſpirātia habēt organū odoratus coopertū ⁊ diſcooperiunt ipſū per reſpirationē vt ꝑcipiant odores. ſꝫ aīalia non reſpirantia nō habent organū cooꝑtuꝫ. ideo ſtatim percipiunt ſine reſpiratiōe odores. non quidem per alium ſenſū ſed per ſenſum olofactus. nam olofactus in ipſis non differt ſpecie ab olofactu aīalium reſpirantiū eo ꝙ obiectū eſt vnū ⁊ idē. ſed ſolū eſt differentia in modo reſpirandi. ſicut etiā viſus in aīalibus habētibus palpebras nō differt ſpecie a viſu aliorū aīalium habentiū oculos diſcooꝑtos. Sic etiam in homine q̄uis ſolū percipiat odores delectabiles ſecundū ſe: ⁊ alia aīalia non. tñ ſuus ſenſus odoratus non differt ſpecie a ſenſu odoratus in aliis aīalibus. Et ſi contra hoc argueretur q̄ꝛ quedā alia aīalia fugiūt fetidos odores ergo cognoſcunt. Rñdet̄ ꝙ nō fugiunt odores ſecundū ſe fetidos niſi per accidēs inq̄tum. ſ. accidit hmōi odorē fetidū eſſe corruptiuum ita ꝙ ſimul cū odore immutat̄ medium ꝑ aliq̄ qualitatem primā quā quidē immutationem percipiunt per ſenſum tactus. ⁊ ideo fugiūt hmōi fetidū. Ponitur exemplū ſicut hoīes patiuntur grauitatem aut grauedinem a fumo carbonū propter eius diſtenperantiam ⁊ q̄ñq; ad corruptionē. Et ſimiliter eſt de ſulphure. ⁊ ita aīalia fugiunt hmōi corruptiua propter paſſionem corruptionis quā ſentiunt et non propter ſenſum odoris.

**Dubitatur ſexto** Vtrum aīalia nutriantur odoribus ſicut ponebāt pictagorici.

Pro dubio ſciendum eſt. ꝙ odoratus eſt medius inter quinq; ſenſus exteriores. Conuenit enim cū auditu ⁊ viſu ꝓ quanto percipit odorē per mediuꝫ extrinſecum. Sed cōuenit cuꝫ tactu ⁊ guſtu qui ſunt ſenſus nutrimēti ꝓ quāto odorabile eſt quoddā nutrimentū ⁊ odor eſt paſſio nutrimenti ita ꝙ odor ꝓporcōat̄ ſapori. Ex quo patet ꝙ animalia non nutriuntur odoribꝰ alias olofactus nō eſſet medius inter ſenſus exteriores ſed eſſet numerandus cum ſenſibus nutrimenti. Et mouebantur Pictagorici quia videbant homines ⁊ animalia confortari odoribus. Sed philoſophus improbat dictuꝫ Pictagoricorum duabus rationibus. Prima. nam cibus eſt compoſitus ex pluribus elementis. ex eiſdem enim aliquid nutritur ex quibus eſt. et huius ſignuꝫ ē quia ex cibis generatur quedaꝫ ſuperfluitas interius ſicut patet in animalibus ⁊ exterius ſicut patet in plantis in quibus inuenitur exterius quedam ſpecies gummorum. Ex quo patet ꝙ odor non poteſt nutrire cum ſit qualitas ſecundum ſe. non enim poteſt nutrire conſtituendo ſubſtantiam niſi forte ratione ſui ſuſceptiui. Secunda ratio. in omnibus animalibus eſt aliquis locus ſcilicet ſtomachus in quo recipitur cibus vt deriuet̄ ad alias partes corporis. Sed odorabile percipitur per organū exiſtens iuxta cerebrum ⁊ aer reſpiratus cū quo odor retrahitur redit ad pulmonem. Sed in animalibus nec cerebrum nec pulmo eſt locus

recipiens cibum ergo odor non nutrit ⁊ quãuis non nutriat tamen confert ad ſanitatem vt dictum eſt ⁊ ad habendum cibum. Unde ſicut ſapor ordinatur ad nutrimentum ita odor ad ſanitatem ⁊ potiſſime in hominibus.

## Ad rationes ante oppoſituʒ

Ad primam dicendum ꝙ fumalis euaporatio in qua eſt odor reſoluitur a corpore ⁊ eſt quoddam corpus. ideo corpora odorifera diminuuntur non ratione emiſſionis odoris ſed propter reſolutionem fumalis euaporationis. Ad ſecundam reſpondetur ſicut ad primam. nam impediuntur per frigꝰ quod nõ ꝑmittit corpora odorifera fumare. ⁊ ſine fumo reſoluto per calorem corpora non aſpirant. Ad tertiam reſpondetur ſicut ad predictas. quia perceptio odoris impeditur per ventos propter euaporationes fumales in quibus deferuntur odores Et ſic patet de ſenſibilibus ſecundum vnumquemqʒ ſenſum. et cetera.

## Queritur vndecimo. Utrum

Species odoris diſtinguãtur ſecundum ſpecies ſaporis. Arguitur ꝙ non quia odor ⁊ ſapor ſunt diuerſa ſenſibilia. ergo habent diſtinctas ſpecies. ⁊ per conſequens ſpecies ſaporis non diſtinguuntur ſecũdum ſpecies ſaporis. 2º ſic aliq̃ ſunt odores qui nõ ſequũtur ſapores ita ꝙ corpora a quibꝰ procedũt talia nõ ſunt mutabilia ſicut patet in floribus herbaꝝ. ergo in talibus ſpecies odoris non diſtinguntur ſecundum proportionem ad ſpecies ſaporis. In oppoſitum eſt philoſophus in textu.

## Sciedum eſt primo

Q2 poſtꝙ philoſophus oſtendit generationem odoris. cõſequenter oſtendit diſtinctionem ſpecierum eius. Et quia prius dicebatur ꝙ ſapor ē quedam paſſio nutritiue potentie. ob hoc Ariſtoteles vult diſtinguere ſpecies odoris ſecundum diſtinctionem ſpecierum ſaporis. Odor enim conſiſtit in mixtione ſicci cum humido mediante calore. Et quia aliquod ē humiduʒ quod ē nutrimentum. ⁊ aliud quod non eſt nutrimentum. ideo ſecundum hoc diſtinguuntur odores. vt ſtatim videbitur. Circa quod.

## Sciēduʒ ē ſecundo

Q2 quidaʒ ſunt odores qui non ſunt ſecundum ſe delectabiles ſed per accidens tantum. nam tales odores conſequuntur ſapores ſiue humidum quod eſt nutrimentum. ⁊ ideo delectabiles ſunt animalibus cibo indigentibus. ⁊ non ſunt delectabiles animalibus cibo non indigentibus. Manifeſtum eſt igitur ꝙ huiuſmodi odores habent delectationem ⁊ triſticiam per accidens ſecundum ſcʒ ꝙ animal appetit nutrimentum ⁊ non appetit. vñ quia tales odores ſequuntur nutrimentuʒ animal a remotis per hmõi odores diſcernit nutrimentuʒ cõiunctum. ⁊ quia nutrimētum cõmune eſt oībus vt ſupra dictum ē. ideo omnia aīalia percipiunt hmõi odores Aduertenduʒ eſt tamē ꝙ diſcernere nutrimentuʒ a remotis mediantibꝰ odoribꝰ debet ſolum intelligi de animalibus que motu ꝓgreſſiuo mouētur. ⁊ neceſſario habent querere nutrimentum etiã a remotis. ceteris autem aīalibꝰ ſufficiunt guſtus ⁊ tactꝰ ad diſcernendũ cõuenientiaʒ nutrimenti dum coniunctũ eſt. ⁊ ſic patet qui ſunt odores qui ſunt delectabiles ſecundũ accidēs.

## Sciendum eſt tertio

Q2 ꝑter iſtos odores alii ſunt delectabiles ⁊ nõ per ꝯparationē ad aliquod alimētũ ſicut ſunt odores floꝝ. Iſtud ꝓbat phũs quia tales odores nõ ſe habent ꝯuenienter ad eſcã ita ꝙ appetentes cibũ magis in hũs odoribus delectãtur ꝙ̃ repleti minus ⁊ ſic nõ cõferũt ad deſideriũ cibi ſicut alii odores. ſed magis cõtrariũ accidit vt dicit textus. nã quandoqʒ per mixtionē iſtorum odoꝝ redditur cibus indelectabilis. ⁊ frequēter corpora que hmõi odores redolent ſunt mali ſaporꝭ Ad cuius ſignuʒ inducit Ariſtotꝭ. verbũ cuiuſdam poete comici. vt etiam in quodam dubio queſtionis precedentis tactuʒ eſt qui increpabat alium poetam ſcʒ Euripedem exquirentem cibaria nimis delicata. ⁊ ideo dicebat ſibi. Qñ lentem decoquis non infundas mirion .i. non apponas vnguentũ delectabile ⁊ redolens valde. et licet aliqui vere illud faciant. hoc eſt vt dicit Ariſtoteles propter conſuetudinem ⁊ ſfaciunt violentiam naturali delectationi vt perueniant ad hoc ꝙ vnũ ſit delectabile duobus ſenſibꝰ ſcilicet guſtui et olofactui.

## Sciendum eſt quarto

Q2 vt dicit textus odores qui ſecundum ſe ⁊ nõ propter alium delectabiles ſunt illi ſunt proprii hominibus. qui in eis ſolum habent delectationeʒ vel triſticiaʒ. ⁊ quantũ ad hoc ſenſus olofactus in nobis excellit olofactum in aliis animalibꝰ licet ſimpliciter deficiat. Iſtius cauſaʒ reddit Ariſtoteles quia vt dicit homo habet maximum cerebrum quod frigidum eſt ⁊ humidũ. ⁊ iſti odores caliditatem habent ⁊ ideo ſurſum eleuãtur vt poſſint temperare frigiditatem cerebri ⁊ conferunt ad ſanitatem ſi debito modo accipiãtur ſi tamen ſint nimis excellentes aut ſi ſuperflue ſumantur poterunt grauare caput per accidens quia nimis poterunt calefacere cerebrum ⁊ facere magnam reſolutionem humoris ⁊ inde ſequitur reuma. Sed vt dicit Ariſtoteles. Odores qui ſequuntur nutrimentum de per ſe magis grauãt caput. aut propter ſuperfluitatē humoris. aut propter ſuperfluam ſiccitatē. aut q2 cum fumo nimis groſſo deferuntur.





## Sciēduʒ eſt quinto ꝙ inter

animalia eſt diuerſitas in modo viuendi. nam homines ⁊ aīalia habētia ſanguinē ⁊ pulmonē attrahunt odores mediante reſpiratione aeris ⁊ ita reſpiratio in eis ad duo eſt neceſſaria. ſ. ad refrigerium cordis ⁊ ad percipiendũ odores. et illud cõtingit q2 iuxta organuʒ olofactus habēt quoddaʒ coperculuʒ quod per reſpirationē retrahitur. ⁊ niſi retraheretur nõ ꝯtingeret odorabile. Sed alia ſunt aīalia que percipiunt odores ſine reſpiratione. Illud manifeſtat Ariſtotꝭ. per inductioneʒ inducendo in aīalibus aquaticis ⁊ in aliis animalibꝰ habitãtibus in terra vt ſunt apes formice ⁊c. ⁊ iſta aīalia nõ habent velamen iuxta organum olofactus ſicut habēt alia animalia. Nec ꝓpterea ſequitur ꝙ olofactꝰ in iſtis animalibus ſpecie differat ab olofactu in aliis aīalibꝰ. Iſtud ꝓbat phũs eo ꝙ odorabile eſt vnius rationis in omnibus. ergo ⁊ olofactus. 2º probat per ſimile de viſu. quia q̃dam ſunt aīalia que habent palpebras coperiētes oculos que non poſſunt videre niſi remoueantur hmõi palpebre. ⁊ alia ſunt q̃ habēt oculos ⁊ non habēt palpebras. ⁊ ideo immediate vidēt cũ preſentatur viſibile. ⁊ tñ in oībus iſtis viſus eſt eiuſdē ratiõis. igitur etiã ita dicenduʒ eſt de olofactu. His notatis ſit.

## Concluſio prima: Odores

Florum qui ſecũdũ ſe delectabiles ſunt non diſtinguuntur ſecundũ ſpeciē per ꝓportionē ad ſapores. ſed ipſos diſtinguit homo ſecundũ diuerſa odorabilia. Prima pars pʒ q2 tales odores nõ conſequũtur ſapores. gº ⁊c. Secunda pars pʒ quia nomina ipſis ſpeciebꝰ nõ ſunt impoſita. ergo homo ſoluʒ ipſas ſpecies diſtinguit penes diuerſitatē odorabilium.

## Secunda concluſio ad queſitum.

Odores qui ſequuntur ſapores ſicut qui per accidens delectabiles ſunt ſecundũ ſpeciem diſtinguuntur ſecunduʒ ſpecies ſaporis. Iſta cõcluſio ſatis patet ex dictis. Probat etiam textꝰ per inductionem vt patuit in precedenti capitulo ibi tñ fit exceptio de vna ſpecie ſaporis.

## Dubitatur primo vtruʒ olofactus

medict inter alios ſenſus. Reſpondʒ textus ꝙ ſic. vnde dicit ꝙ numerꝰ ſenſuũ eſt quinarius ergo nõ poteſt diuidi per duas partes equales. ſed in medio manet olofactꝰ qui cum guſtu et tactu cõuenit in modo cognoſcendi ſuum ſenſibile. ſ. per medium cõiunctum ⁊ extraneuʒ. Cõuenit etiam cum guſtu ⁊ tactu ſecundum ꝙ quidam odores ad nutritionem ordinantur. Eſt eciam conuenientia eius ad viſum ⁊ audituʒ quia percipit ſuum ſenſibile per medium extrinſecum. ⁊ quia odores deferuntur ꝑ aerē ⁊ aquã ſicut deferunt᷑ colores ⁊ ſoni. gº ⁊c.

## Dubitatur ſecundo vtrum

Odor ſit ſecunduʒ ſe nutritiuus. Rñdet philoſophus ꝙ non ⁊ hoc contra Pictagoricos. et arguitur ſic. q2 in animalibus ē vnus locus in quo recipitur cibus ⁊ illa que per ſe conferunt nutribili ſicut eſt ſtomachus. ſed odores directe vadunt ad cerebrum ⁊ non ad ſtomachum. igitur ⁊c. Alias rationes ponit philoſophꝰ in textu que clare ſunt.

## Dubitatur tertio. Utrum

Odores florum a ſolo homine ꝑcipiantur. ⁊ videtur ꝙ non quia tales fugiunt bruta ſi ſint fetidi ergo ⁊c. Ad dubium dicitur ꝙ ſic. ⁊ ad obiectionem dicit textus ꝙ bruta non fugiunt tales odores niſi ſolum per accidens inquantũ ſcilicet corruptiui ſunt. odor enim cauſatur ex calido humido et ſicco. modo cõtingit ꝙ odor fetidus ex magna diſcrepantia proueniãt ex predictꝭ qualitatibꝰ ⁊ ſic ꝑ talē odorem immutantur ad aliquam peſſimã diſpoſitionem que poteſt ipſa animalia corrumpere. ⁊ ideo hanc immutationem fugiunt. ⁊ eam magis percipiunt per tactum ꝙ̃ per olofactum. ſimiliter vt dicit textus homines patiuntur a fumo carbonum propter eius intemperãtiam.

## Dubitatur quarto: Quare

Homo ſecundũ quantitatē ſui corporis maximum habet cerebrum. Rñdet᷑ ꝙ duplex eſt cauſa vna iaʒ dicta eſt ſuperius vt. ſ. frigiditas cerebri temperet calorē cordis. Alia cauſa eſt vt in ipſo organa ſenſuuʒ interioꝝ ꝑfectius diſtingui poſſint. ⁊ illi ſēſus ꝑfectiꝰ hoī ꝯueniũt q2 intellectui ſubſeruiũt. et ſic pʒ rñº ad q̃ſitũ.

## Queritur duodecimo Utruʒ

Qualitates ſenſibiles diuidãtur in infinitũ.

Arguit᷑ primo ꝙ ſic q2 qualitates ſenſibiles diuidunt᷑ ad diuiſionē ſuboꝝ. ſʒ ſuba ipſaꝝ ſũt in infinitũ diuiſibilia gº ⁊c. 2º niſi ſic ſequet᷑ ꝙ eēt aliquod corpꝰ nõ hñs colorē vel aliã paſſionē. ꝯñs ē falſũ. q2 alias corpꝰ ſenſibile eēt cõpoſitũ ex inſenſibilibꝰ ꝙ ē falſuʒ. q2 corꝑa mathematica nõ ſunt principia corpoꝝ ſenſibiliũ

3º ſic aīa noſtra nata ē cognoſcere oīa ſenſibilia ꝑ ſenſuʒ. ⁊ intelligibilia ꝑ intellectũ. ſi igitur aliquod corpꝰ ſit inſenſibile ſequit᷑ ꝙ nõ cognoſceret᷑ ꝑ ſenſuʒ gº cognoſceret᷑ ꝑ intellectũ ſi cognoſcat᷑ ſʒ hoc ē impoſſibile. q2 intellectꝰ nichil cognoſcit niſi per ſenſum ⁊ cum tale corpus eſt penitus ignotum ⁊ cum etiam qualitates ſenſibiles diuidant᷑ in infinituʒ. oʒ aliquaʒ magnitudinē eē inſenſibilē vt dicit textus. ergo ⁊c.

Jn oppoꝰ arguiť.qꝛ vnūquodqꝫ ſenſibiliuꝫ ꝓ‑
prioꝝ actiuuꝫ eſt in ſenſum ꝓpriū.in hoc eni cō
ſiſtit rō vniuſcuiuſqꝫ ſenſibilis ꝙ poſſit mouere
ſenſuꝫ.gº ſi ſenſibilia ſint in infinitū diuiſibi‑
lia cuꝫ ſentire ſit quoddā moueri ſenſibile.⁊ mo
tus qui fit ſecundū magnitudinē infinitaꝫ ſit i‑
finitus.ſequiť ꝙ ſentire ſit in infinituꝫ diuiſibile
quod eſt falſuꝫ. Pro rñſione ad queſitum.

## Sciedum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs determiauit de organis ⁊ ſenſibilibꝰ ſen
ſuuꝫ.ꝯñr determinat quaſdā queſtiones circa
ſenſus ⁊ ſenſibilia que ſunt tres. Prima eſt qō
preſens. Secūda moueť circa immutatiōem
ſenſus a ſenſibilibꝰ. Tertio mouet aliam cir‑
ca ipſum ſenſum.

## Sciendum eſt ſecundo ꝙ ſē

ſibilia ſunt dupliciter diuiſibilia. vnoº ſecūdū
formā et ſpēm ⁊ iſta diuiſio fit per differentias
eſſentiales inter ſpēs. Alioº diuiſibilia ſunt
ſecundū ꝙ recipiunť in cōtinuo ad cuius diſtin‑
ctōeꝫ ſecundū numeꝝ diuidunť. Cōtinuuꝫ aūt
pōt dupliciter conſiderari. vnoº phīce ꝓut ſubi
citur qualitatibus ſenſibilibꝰ ⁊ iſtoº nō eſt di‑
uiſibile in infinitū.nam dabilis eſt minima ca‑
ro primo phiſicoꝝ. Alioº mathematice .ſ.ꝓut
ibi ſola quantitas ꝯſiderať ⁊.ſꝫꝰ hoc poteſt du
pliciter diuidi. vnoº ſcꝫ in partes equales et
ſic nō diuiditur in infinitū niſi ātea fuerit actu
finituꝫ. Alioº pōt diuidi in partes eiuſdē ꝓpor
tionis ⁊ ſic diuidi pōt in infinitum.

## Sciendum eſt tertio ꝙ quali

tates ſenſibiles q̄ ſunt forma ⁊ ſpecies nō ſunt
infinite ſecundū ſe.ſunt tñ exñtes in cōtinuo ſi
cut in ſubiecto.ad cuius diuiſionē per accidens
diuidunť.ideo ſicut in continuo eſt aliquid in
actu vt pars ſeparata.⁊ aliquid in potentia ſi‑
cut pars in cōtinuo exñs ⁊ non ſeparata.ita eſt
in hmōi qualitatibus pars eni ſeparata ē actu
exñs ideo pōt actu ſentiri.pars vero nō diuiſa
eſt in potētia ⁊ ſic nō ſentť in actu.quāuis .n.
audiatur aliquis totus cantꝰ ꝯtinuus. latet ta
men auditū aliquid paruuꝫ de cantu. Et ita di
cendū eſt de aliis ſenſibꝰ.ſunt.n.in potētia ſen
ſibilia.nō aūt in actu niſi qñ ſeparātur ſicut in
magnitudinibꝰ quod vnius eſt pedis ē in potē
tia in linea bipedali.⁊ eſt actu qñ diuidiť a to‑
to. Ex pmiſſis pꝫ eē falſuꝫ illud quod quidā
dicunt mathemat|.vꝫ ꝙ nullum totuꝫ ſimul vi
detur.ſed viſus diſcurrit per ptes viſibiles diui
ſibiles ac ſi videre ſit cōtinuuꝫ ſicut eſt moueri.
Decipiunť eni in hoc ꝙ partes ꝯtinui non ſunt
viſibiles in actu ſed ſolū in potentia. vñ viſus
vtitur toto viſibili vt quodā indiuiſibili i ſuo
genere niſi forte vtatur partibꝰ indiuiſis ſicut
diuiſis.ſicut cū ſigillatim inſpicit vnaꝫ partem
poſt aliā.ſed tñ adhuc nō ꝓcedit vſqꝫ ad qua‑
ſcunqꝫ ptes minimas qꝛ ſic ſenſibile diuideret
in infinitū quod ē incōueniēs. Sit gº.

## Concluſio prima.qualitates

Senſibiles nō ſunt diuiſibiles in infinituꝫ ſecū
dum ſpeciē ⁊ formā. Probať.qꝛ qualitates
ſenſibiles adinuicē cōtrariantť.ſed in omi con‑
trarietate reperiunť extrema.maxime diſtātia cir
ca idem genus.ergo extrema ſunt finita.ſed ex‑
tremis finitis neceſſe ē intermedia eē finita prio
poſterioꝝ qꝛ alias nō fieret tranſitus de |extre‑
mo in extremuꝫ.relinquiť ergo ꝙ ſpecies medie
finite ſunt.vt inter albū ⁊ nigrum.⁊ ſic de aliis.

## Concluſio ſecunda. qualita

tes ſenſibiles ꝓprie nō ſunt in infinitū diuiſibi‑
les ſecūdū diuiſionē quātitatiuā. Probať.qꝛ
que hac diuiſione diuidūtur ad diuiſionē con‑
tinui diuidunť.qꝛ virtꝰ corporalis diuidiť ſecū
dum diuiſioneꝫ magnitudinis.cuꝫ gº virtꝰ ma
terialis ⁊ corporalis ſit finita qꝛ requirit debitā
quantitateꝫ in materia.ſequiť ꝙ ſi ſenſibilia di
uiderēť in minima ſeparata ſtatim cōuerterenť
in corpus ꝯtinens.puta:in aereꝫ vel aquā ſicut
aliquis paruꝰ liquor ꝓiectus in mari cōuerte‑
reť in mare.ergo nullū corpꝰ naturale quod ha
bet formas que ꝯcurrūt ad eē exñtie ipſius ſꝫꝰ
ꝙ hmōi in infinitū diuidi poteſt.nam debilita
reť virtus adeo ꝙ ſtatiꝫ ꝯuerteret ad aliud.gº
⁊c. Probať etiā ꝯº.ex parte ſenſus. Pro quo
aduertendū eſt ꝙ quanto virtus ſenſitiua ē ex‑
cellentior tanto minor immutatio organi a ſen
ſibili percipiť. Manifeſtū eſt autē qꝛ quāto mi‑
nus eſt ſenſibile tanto minorē facit īmutationeꝫ
⁊ ideo indiget ſenſus excellētia i virtute ad hoc
ꝙ ſentiatur talis immutatio. Potentia autem
ſenſitiua non creſcit in infinitum ſicut neqꝫ alie
virtutes naturales.ergo manifeſtum ē ꝙ ſi cor‑
pora ſenſibilia diuiderentur in infinitū nō ſem
per inueniretur ſuperhabūdantia ſenſus in ex‑
cellentia virtutis ſecundum ſuperhabundantiā
ſenſibilis in paruitate.alias virtus ſenſitiua eſ‑
ſet infinita quod eſt falſum.gº cōcluſio vera.

Aduertendū tñ ꝙ poſſunt eſſe quedaꝫ mag
nitudines ſenſibiles que ꝓpter eaꝝ puitateꝫ la
tent ſenſui.⁊ quantum eſt de ſe habent potenti‑
am actiuaꝫ ad immutandū ſenſum. ⁊ ſic nulla
eſt magnitudo inſenſibilis quantuꝫ eſt de ſe ꝙ‑
uis aliqua ſit inſenſibilis ⁊ inuiſibilis ꝓpter de
bilitatem viſus vel ſenſus. Ex quibus patꝫ
reſponſio ad queſitum ſcꝫ ꝙ nullum ſenſibile di
uiditur in infinitas partes actu ſenſibiles.nō re
pugnat tamen quin diuidatur in aliquas par‑
tes que ꝓpter puitatem non poſſunt ſentiri ex
parte ſenſus propter debilitatem virtutis ſenſiti
ue tñ quantum eſt de ſe ſenſibiles ſunt.





## Ad rationes aū oppoſitum

Ad primā dicitur ꝙ corpori inꝙuꝫ continuum
nō repugnat diuidi i infinitū.ſibi tñ repugnat
inꝙtum eſt ſub forma naturali que neceſſario
requirit debitam quantitateꝫ materie. Ad
ſecundā dicitur. ꝙ corpus ſenſibile cōponiť ex
ſenſibilibꝰ ſecundū potentiā ⁊ in ea poteſt reſol
ui.pōt enim diuidi in partes ita paruas ꝙ ſta‑
tim ꝯuertunť in corpus cōtinens ⁊ nō poſſunt
permanere vt dictum eſt. Ad tertiaꝫ dicitur
ꝙ aliquod corpus pōt diuidi in partes ita par
uas ꝙ nō ſunt ſenſibiles niſi ſecundū potentiā
ſecundū.ſ.ꝙ ꝯiungunť aliis. Nec valet ꝙ oia
indiuidua alicuius ſpeciei cognoſcanť a nobis
Dicitur vltra ꝙ poſſumꝰ deuenire ex cognitiōe
ſingulariuꝫ in ſpecieꝫ.⁊ ſic pꝫ rñſio ad q̄ſitū ⁊c.

## Queritur Tredecimo. vtruꝫ

Senſibilia per prius veniant ad mediuꝫ ꝙ ad
ſenſum. Arguitur ꝙ ſic ⁊ primo de viſibili au
ctoritate Empedoclis dicētis ꝙ lumē eſt quod‑
dam corpꝰ ⁊ prius venit ad medium ꝙ ad viſū
2º arguitur ratione.multiplicatio luminis
in medio debet eē quidā motus. ſꝫ illud quod
mouetur ab aliquo in aliquod prius ē in termo
a quo ꝙ in termino ad quē. 5º phiſicꝛ.ergo mo
uetur in tpe.⁊ omne tempus eſt diuiſibile. ergo
lumen ſucceſſiue ⁊ in tempore fertur ad mediuꝫ

Jn oppoꝰ ē philo.in textu. Pro rñſiōe.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ phūs proſequutus eſt primaꝫ queſtioneꝫ ꝯñ‑
ter accedit ad ſecūdam que eſt de immutatione
ſenſus a ſenſibilibus. Et qꝛ ſicut tangitur in tex
tu queſtio nō habet difficultatem de auditu et
odoratu.qꝛ manifeſtū eſt ad ſenſuꝫ ꝙ aliquis
de prope ſentit odorē vel ſonuꝫ quē nondū ſen
tit ille qui plus diſtat.⁊ ideo eſt ibi ſuceſſio. ſo‑
nus eni poſterius prouenit ad auditum ꝙ fiat
ictus pcuſſionis qui cauſat ſonū ſicut manife‑
ſte poteſt percipere qui percuſſioneꝫ a longe re‑
ſpicit. Queſtio et| nō habet difficultateꝫ de gu‑
ſtu ⁊ tactu qꝛ nō ſentiunt per mediuꝫ extrinſecū
⁊ ideo ſola difficultas reſtat de viſibili vtruꝫ pri
us pueniat ad mediū ꝙ ad ſenſuꝫ vel non.
Pro reſponſione

## Sciunduꝫ eſt ſecundo ꝙ phi

loſophus aſſignat duas differētias inter viſum
ex vna parte:⁊ auditum ⁊ oloſactum ex alia.

Prima eſt qꝛ odor ⁊ ſonꝰ veniunt ſucceſſiue
ad ſenſus.nam aer vel aqua ſuſcipit ſonuꝫ vel
odoreꝫ realiter ⁊ ſecundū ſubſtantiaꝫ.⁊ ideo nō
pōt immutari in inſtanti ſed ſucceſſiue. ſicut pꝫ
in motu ꝓiectōis in quo prima pars mouet ſe‑
cundā ⁊ tertiā ſecundū quandā ſucceſſionem.
Sic eſt in ſono qui cauſať ex quadaꝫ percuſſio‑
ne aeris ⁊ ſimiliter de odore.niſi qꝛ immutatio
odoris fit per alterationeꝫ medii. ſꝫ immutatio
ſoni fit ꝑ motū localē. Sed de luie eſt alia ratio
qꝛ lumē nō peruenit ad viſuꝫ per multos motꝰ
ſibi inuicē ſuccedentes.ſicut apparꝫ in ꝓiectiōe
lapidis.ſed venit ad ſenſuꝫ ſubito nec ē ibi ſuc
ceſſio.⁊ qꝛ totū mediuꝫ eſt vltimate diſpoſitum
ad ſuſceptionē luminis ideo totuꝫ ſubito ſuſci‑
pit.nec eſt ibi ſucceſſio ſicut eſt in ſono ⁊ odore.
⁊ hmōi differentie ratio eſt qꝛ illud quod recipi
tur in proprio ſubiecto ⁊ naturali pōt in eꝯ per‑
manere ⁊ eſſe principiuꝫ actionis. ſed quod reci
pitur in alio ſicut qualitas aduenticia nō pōt
permanere in eo nec eſſe principiū actionis.
Quia vero forme ſubſtātiales ſunt pīcipia qua
litatū ⁊ oīm accidentiū ideo illa qualitas reci‑
pitur ſecundū eſſe propriū ⁊ naturale que diſpo
nit ſubiectuꝫ ad formā ſubſtātialeꝫ cuiꝰ eſt ſuſ‑
ceptiuū.ſicut aqua rōe ſue materie ſuſceptiua ē
forme ſubſtantialis ignis.⁊ ideo calor recipitur
in aqua vt diſponēs ipſam ad ignem ⁊ remoto
igne adhuc remanet aqua calida potens cale‑
facere. Et ſiliter odor recipiť in aere ſecundū ſuū
eſſe ꝓpriuꝫ ⁊ naturale. ⁊ ſic immutať aqua vel
aer ab enchima ſiccitate ⁊ aer a pcuſſione cor‑
poris immutatōe reali ⁊ naturali.⁊ inde ē ꝙ ceſ
ſante percuſſione remanet ſonus in aere.⁊ remo
to corpore odorifero adhuc ſentitur odor in ae‑
re ꝓpter hoc ꝙ pars aeris immutata a ſono vel
odore pōt aliā ſimiliter immutare vt fiāt diuer
ſi motus ſibi inuicē ſuccedentes.ſed dyaphanū
nō eſt ſuſceptiuuꝫ forme ſubſtātialis corpis illu
minātis puta ſolis qui eſt prima radix luis.nec
per ſuſceptionē lumis diſponiť ad alquaꝫ for‑
maꝫ ſubſtātialeꝫ.⁊ ideo recipiť lumē in dyapha
no vt q̄daꝫ qualitas aduēticia ⁊ non remanet
abſente corpore illuminānte. nec pōt eſſe princi‑
pium actionis in aliud.ideo vna pars aer| nō
illuminať ab alia.ſed totꝰ aer illumiať a prio
illuminānte quātuꝫ pōt ſe extendere virtus illu‑
minātis.⁊ ſic eſt vnū illuminās ⁊ vna illumia‑
tio tocius medii. Secunda differētia eſt. qꝛ
illuminatio ſolū cōſequiť motuꝫ localem. mō
omnis motꝰ localis ſucceſſiuus eſt rōe magni‑
tudinis pertranſibilis.nam in motu locali eſt
motus vnius extremi in aliud extremuꝫ. Et ſi‑
militer ē ſucceſſio in immutatiōe medii a ſono
⁊ odore.non eni immutat totū ſimul ſed immu
tat vnam partē que immutat aliā.⁊ ſic ſucceſſi‑
ue peruenit immutatio ad oloſactū ⁊ audituꝫ
per plures motꝰ. Et ſi alterans haberet virtutē
ſupra totū alterabile non oporteret ꝙ eſſet ſuc‑
ceſſio in iſta alteratione. Contingit eni aliqñ ꝙ
aliquod mediuꝫ ſimul totū alteratur ⁊ nō pars
poſt partem ſicut videmus ꝙ tota aqua bene
ſimul congelatur.ſicut eni in motu locali tēpus

cõmenſuratur magnitudini ſupra quã fit motꝰ ⁊ ſecundũ eius diuiſionẽ diuiditur vt patet .5ͦ phiſicoꝝ. Ita etiam in alteratione tempus ꝯmẽſuratur diſtantie terminoꝝ ⁊ nõ magnitudini. ⁊ ideo maius tempus requiritur ceteris paribꝰ ad hoc ꝙ de calido fiat frigidũ quaꝫ ad hoc ꝙ de tepido fiat frigiduꝫ q: minus diſtant tepidũ ⁊ calidũ ꝙ frigidum ⁊ calidum. ob hoc ſi ſint aliqua extrema inter q̃ non ſit accipere medium oportet ꝙ de vno in aliud fiat tranſitus abſqꝫ tempore medio. cõtradictio auteꝫ eſt oppoſitio cuius non eſt mediuꝫ ſecunduꝫ ſe. vt dicit̃ pᷓio poſterioꝝ. ⁊ ſimiliter inter priuationeꝫ ⁊ habitũ non eſt mediuꝫ formale ſed priuatio ſolum preſuppõit ſubiectũ. vnde priuatio nichil aliud eſt quã negatio forme in ſubiecto. ⁊ ideo oẽs mutationes quaꝝ termini ſunt eſſe ⁊ nõ eſſe vel de priuatione in habitũ ſunt inſtantanee. Ergo lumen non habet ꝯtrarium in medio ſed ſolum ſibi opponitur tenebra que priuatiue ſibi opponitur. ideo illuminatio fit ſubito. Et idẽ oportet dicere de viſione. nã mediuꝫ ꝓportionaliter immutat̃ a viſibilibus ⁊ oculus a medio.

Ex quo patet.

## Concluſio Reſponſiua Ad

queſitum ꝙ ſcilꝫ ſimul immutatur ipſum medium ⁊ organũ viſus a viſibili ita ꝙ viſibile non per prius venit ad medium ꝙ ad viſum. Patet lumini nichil ẽ cõtrariuꝫ poſitiue ſed ſolum priuatiue tenebra. gͦ illuminatio fit in inſtanti et nõ per motũ localẽ. ſicut dicimus de ſanatione ꝯuis ſanatio ſit terminꝰ motus alterationis. ⁊ ita illuminatio motus localis. illuminatio tñ non fit per alterationẽ ſucceſſiuã ⁊ ſic non eſt alteratio. habꝫ eni modũ alterationis ſolũ. Qualiter aũt alteratio ſucceſſiua eſt ⁊ qualiter nõ. et qualiter põt cõcordari illud quod in preſenti dicit phũs de alteratione illi quod dicit̃ in .6ͦ phiſicoꝝ. ſ. ꝙ omne quod mouetur partim ẽ in termino a quo ⁊ partim in termio ad queꝫ. alias dictum eſt.

## Ad rationes ante oppoſituꝫ

Ad primã dicitur ꝙ auctoritas nõ preiudicat veritati. Ad ſecundã dicit̃. illuminatio non eſt motus ſicut dictum eſt. ſed eſt tantũ terminꝰ motus localis ⁊ eſt ſimilis alterationi. vt dictũ eſt. Et hec de queſtione ⁊ ſequit̃ alia.

## Queritur Quartodecimo

Qꝛ poſtq̃ determinatũ eſt de ſubiecto ſompni taꝫ remoto quod ẽ corpꝰ q̃ ꝓpinquo quod eſt aial: cõſequenter phũs determinat de ſubiecto ipſiꝰ ſõpni propinquo ꝛ oñdendo quid ſit illud phũs tria ſupponit. Primo ꝙ in ſompno neceſſe eſt omnes ſenſus ligari qꝛ niſi ſic ſtaret aial vigilare dũ dormiret. 2º ſupponitur ꝙ nõ omne aial habꝫ omnes ſenſus. 3º ſupponit̃ ꝙ inter ſenſus ꝑticulares neceſſe eſt ponere ſenſuꝫ cõmunẽ. Iſta ꝓbãtur in textu ſicut ſunt. 2º de aĩa.

## Concluſio prima: Somnus

non eſt paſſio omniũ ſenſuum ꝑticulariũ nec alicuius ſenſus particularis. Probatur qꝛ nõ eſt neceſſe omnes ſenſus exteriores ſimul agere ergo non eſt neceſſe omẽs exteriores ſimul immobilitari. cuꝫ igitur ſompnꝰ ſit immobilitatio ſenſuuꝫ ſequitur ꝙ non ẽ paſſio oĩm ſenſuum ꝑticularium. Nec alicꝰ ſenſus particularis. quia vnus ſenſus particularis poteſt ligari altero nõ ligato. modo animal in ſompno vniuerſaliter nichil ſentit. ergo ſompnus non eſt paſſio alicuius ſenſus particularis.

## Concluſio ſecunda et eſt reſ

ponſiua ad queſitum. Sompnꝰ eſt paſſio primi ſenſitiui. Probatur qꝛ qñ aliqua paſſio cõuenit aliquibꝰ pluribus oportet tũc ꝙ cõueniat ipſis per aliquam naturam ſibi cõem cui prius conuenit. ſed ſompnus cõuenit omnibꝰ ſenſibꝰ ꝑticularibus quia omnes ligant̃ vt notum eſt. ergo oportet eſſe vnã naturã cõmuneꝫ omnibus ſenſibus ꝑticularibus cui primo conueniat ſõpnus. ſed talis eſt ſenſus cõis ſeu primũ ſenſitiuum. ergo ꝛc. Item ſompnus ẽ paſſio illius quo immobilitato neceſſe eſt omnes alios immobilitari et non econtra. ſic eſt de primo ſenſitiuo. ergo ꝛc.



## Concluſio tertia. Non

Quelibet impotentia ſentiendi eſt ſomnꝰ. Probat textus duplici ſigno. Primũ eſt qꝛ in defectionibus anime animal redditur impotens ad ſentiendũ ꝛ tamen non dormit. gº ꝛc. Uñ defectio aĩe vocatur ſtatꝰ vite vt in principio aut in fine vite. vel etiã aliqua egritudo vt extaſis vel demencia vel litargia. Eſt enĩ demencia paſſio cauſata ex habũdantia colere vel melancolie in anteriori ꝑte cerebri q̃ ligat ymaginatõeꝫ ibi exiſtenteꝫ. Sed Amencia cauſat̃ ex habũdãtia ſanguinis in media parte cerebri que ligat extimatiuã ibi exñtem. Et litargia cauſat̃ ex habundãtia fleumatis in poſteriori parte cerebri exũtis ꝛ ideo ligat memoriã. Aliud ſignuꝫ ẽ de hoĩbus qui ligantur in vena colli tales enĩꝫ non ſentiunt qꝛ obſtruunt̃ meatꝰ per quos deferunt̃ ſpũs ſenſitiui. gº cõcluſio vera.

## Dubitatur primo. Circa tex

tum. Utruꝫ in corde ſit principiũ motꝰ ꝛ primũ ſenſitiuum. Pro dubio ſciendum eſt ꝙ in eadem parte eſt principiũ ſenſus in qua eſt principiũ motꝰ locał ꝛ illa ꝑticula in hoĩbꝰ eſt inter caput ꝛ inteſtina. Sit igitur.

## Concluſio prima. In ani

malibus habentibus ſanguinẽ cor eſt principalis pars a qua fluit motꝰ. ꝛ in aliis eſt pars proportionalis cordi. Probat̃ qꝛ ſpũs ſiue calor eſt principiũ motꝰ. ſed in corde eſt principiũ ſpiritꝰ. ergo. maior patet qꝛ ſpũs eſt quoddã corpꝰ ſubtile euaporatũ mediãte calore ſubtili naturali. gº vbi eſt fons caloris ibi eſt principiũ ſpiritꝰ. ſed in corde eſt fons caloris. gº ibi eſt principiuꝫ ſpiritus. Minor pꝫ qꝛ vbi indigemꝰ reſpiratione ad refrigeriũ ibi ẽ fons caloris vbi manet cor. qꝛ niſi locꝰ ille refrigeraretur ſtatim aial ſuffocaret̃. ergo in hñtibus ſanguinẽ cor eſt principiuꝫ motus ꝛ caloris. ſed in non hñtibus cor vt ſunt illa que deciſa viuunt. pars ꝓportionalis cordi eſt pars in qua eſt ſpũs cõtemplatus. Quod autẽ ſpũs ſit principiũ motꝰ pꝫ qꝛ aial non operat̃ ſine vigore. ſed ſpũs facit vigorẽ in aialibus qꝛ cõſeruatio ꝛ retentio ſpũs facit robur. ꝛ iſta retentio in habentibꝰ ſanguineꝫ fit ꝑ aereꝫ humidũ attractũ per inſpirationẽ. ꝛ in nõ hñtibus cor ẽ aliquid ꝓportionale cordi a quo mouet̃ ſpũs ad ſuccinctoriũ. ideo hmõi aialia dum mouent̃ cauſant ſonuꝫ ex cõcuſſione hmõi ſpiritus ad ſuccinctoriuꝫ. ꝛ eſt ſuccinctoriuꝫ quedam pellicula diuidens hmõi aialia ꝑ mediuꝫ

## Concluſio ſecunda: In cor

de eſt principiuꝫ ſenſus. Patet qꝛ animalia mouentur facto aliquo ſenſu ſeu cognitione ſenſus qꝛ mouetur animal ꝑ appetitũ. ꝛ cognicio ſenſus preuenit appetituꝫ. ideo ſenſus animalis ꝑuenit motũ. ergo vbi eſt principiũ motus ibi eſt principiuꝫ ſenſus. ſed in corde eſt principiũ motus gº ibi eſt principiũ ſenſus.

## Dubitatur ſecundo. Utrum

Dormientes poſſunt exercere opera vigilantiuꝫ Dicitur ꝙ ſic. pꝫ qꝛ contingit ꝙ in ſomno fantaſia ſit ſoluta. ꝛ ꝙ homo fantaſietur de aliquo prius ſenſatõ gº ſenſus cõis per quandã ſubtilem euaporationeꝫ poteſt ſuſcipere ſpeciẽ reſeruatam in fantaſia ac ſi immutaretur a ſenſu exteriori. ꝛ facta iſta immutatione erit executio operis ac ſi dormiens vigilaret.

## Dubitatur tertio: Quare

Homines memorant̃ de ſomniis ꝛ nõ de actibus vigilantiũ quos exercent dormiendo. puta de motu brachii vel locutione. Cauſa eſt qꝛ memoria eſt reſeruatio alicuius ſenſati ab aliquo ſenſu exteriori. ſed fantaſma quod eſt principiũ ſomni prius fuit ſenſatũ a ſenſu exteriori gº de ſomno erit memoria. ſꝫ cũ dormientes exercent actus vigilantium oẽs ſenſus exteriores ſunt ligati ꝛ ita actus illi non primo ſentiuntur per ſenſuꝫ exterioreꝫ ꝛ ſic non deferuntur ad memoriã. ergo in memoria non reſeruantur.

## Ad rationes ante oppoſituz

Ad primam dicitur ꝙ duplex eſt immobilitas ipſius cordis ꝛ eius immutatio. quedã eſt localꝭ ꝛ hoc mõ non immobilitat̃ vt ꝓbat rõ. Secũda eſt reſpectu ſenſuũ particulariũ que eſt carẽtia influxus virtutis ſenſitiue ad ſenſus exteriores ꝛ hoc mõ immobilitatur. Ad ſecũdaꝫ dicitur ꝙ calor ſic retrahit̃ ꝙ non plus mittetur ad ſenſus particulares. Ad tertiã dicitur ꝙ ſenſus particulares prius imperfecte immobilitãt̃ q̃ ſenſus cõis. non tamen perfecte ligãtur quouſqꝫ ſenſus cõis ſit ligatꝰ. qꝛ ad obſtructionẽ meatuuꝫ per quos influit ſenſus ſequitur priuatio fluxus ſenſus cõmunis ad ſenſus particulares ꝛ tunc ſequit̃ ſomnꝰ. ꝛ hec de queſtione. Sequitur in textu.

Quare auteꝫ dormientes ꝛc.

## Queritur quarto Utrum

Diffinitio ſomni ſit ſufficiens in qua dicitur ſõnus eſt conuentꝰ ꝛ reciprocatio caloris naturalis ab exterioribus ad interiora propter euaporationẽ aſcendenteꝫ ad cerebrum ibidem infrigidataꝫ ꝛ iterum deſcendentem ꝛ obſtruentem meatus ſenſitiuos propter ſalutem animalium

Arguitur ꝙ non qꝛ ſi ſic ſequeretur ꝙ vina ꝛ generaliter calida non eſſent ſomnifera. patet conſequentia quia impedirẽt infrigidationeꝫ q̃ requiritur in ſomno. 2º multa aialia dormiunt per totam hyemen vt docet experientia. ꝛ tamen in talibus non eſt conuentꝰ ꝛ reciproca

tio caloris naturalis ab exterioribus ad interio
ra.gᵒ ⁊c. 3ᵒ ſi diffinitio eſſet ſufficiens ſeq̄
retur ꝙ plantis ineſſꝫ ſomnus quod prius imp
batum eſt.⁊ patet conſequentia quia in ipſis eſt
reciprocatio caloris naturalis ab exteriorib⁹ ad
interiora. In oppoſitum eſt philoſophus in
textu. Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo.ꝙ poſt**
ꝙ phūs oſtendit quibus ineſt ſomnus ⁊ vigilia
⁊ quibus non ⁊ quibus eſt paſſio:cōſequēter in
quirit de cauſis ipſius ſomni.quibus inueſtiga
tis infert diffinitionē ſomni.

**Concluſio prima: Cauſa fi**
nalis ipſius ſomni eſt ſalus animaliū. Pro
batur qꝛ propter diuturnā actionem partes ſen
ſitiue fatigant̄.ergo ſomn⁹ in quo ē quies par
tis ſenſitiue recuperans ⁊ reſtaurans deperdi
ta in ſenſatione ordinatur ad ſalutē animaliū
ſicut ad finē. Ex cōcluſione ſequitur ꝙ eti
vigilia eſt finis ſomni. Patet qꝛ ſalus aīalium
eſt in vigilia.ſentire enim in ſenſitiuis eſt quid
optimū ſicut intelligere in intellectiuis. ergo p⁹
quietem qui eſt in ſomno melius exercentur vi
gilie que ſunt ſentire ꝙ ante ſomnū. ſequit̄ er
go ꝙ vigilia eſt etiā finis ſomni.eſt tamē finis
ſomni quantū ad bene eſſe aīalis. ⁊ ſalus aīal̄
quantū ad eſſe eſt finis.

**Concluſio ſecunda. Cor et**
cerebrum ſunt cauſa efficiens ipſius ſomni.

Prima ⁊ principalis pars patet qꝛ cor de ſua
natura eſt calidū.⁊ cerebrum naturaliter eſt fri
gidum.frigiditas autē cerebri deſeruit ad tem
peramentū caloris cordis.ſomn⁹ aūt eſt paſſio
ſenſus cōis vt patuit ſupra.ſed ſenſatio incipit
a corde ⁊ perficitur in cerebro.ergo cōcluſio ve
ra. Unde cor per calorem ſuū eſt cauſa eua
porationis aſcendentis ad cerebꝝ.⁊ cerebꝝ p
frigiditatem ſuam eſt cauſa ingroſſationis ⁊ de
ſcenſus hmōi vaporis ⁊ per cōſequens obſtru
ctionis meatuū.⁊ illa duo dicuntur facere ſom
num.

**Concluſio tertia cauſa ſomni**
qua vtitur cauſa efficiens eſt vapor groſſus ob
ſtruens viam ſpirituū ſenſitiuoꝝ. Patꝫ qꝛ ſom
nus eſt impotentia ſentiendi ex priuatione ſpiri
tuum ſenſitiuoꝝ quibus priuantur ſenſus par
ticulares facta obſtructione meatuum ⁊ viarū
per quos diriuantur ſpūs ſenſitiui a ſenſu cōi
qui eſt fons ſenſualitatis in ſenſus exteriores.

Illud etiā pꝫ a ſigno. qꝛ homīes naturaliter
humidi ſunt magni ſomni ſicut ſunt pueri ⁊ flec
matici.ſimiliter egritudines humide ⁊ calide cō
fortant ſomnum.ſimiliter labor cauſat ſomnū
qꝛ per laborē cōſumunt̄ ⁊ exiccantur humores
congelati ⁊ ingroſſati ⁊ reſoluuntur in vapores
qui obſtruunt meatus ſpirituum ſenſitiuoꝝ .ſi
militer nutrimentū humidū ⁊ calidū eſt cauſa
ſomni vt vinū ⁊ ſic de aliis.Ideo dicit phūs ꝙ
pueri ⁊ nutrices non debēt potare vinū niſi mix
tum ſit cū multa aqua.nichil enim differt pueꝝ
bibere vl̄ nutricē.nā vt dicit Seneca virtus nu
trimēti manet in lacte nutricis.pueri enim cum
ſint naturaliter humidi ⁊ calidi multū dormiūt
⁊ ſi biberent vinum amplius dormirent ⁊ effice
rentur epilentici.eſt autem epilentia morbus ob
ſtruens viā reſpirationis ⁊ inſpiratiōis in ſom
no.ſ.arteriam vocalem propter habundantiam
humoꝝ ⁊ ideo hoīes patientes talem egritudi
nem moriuntur dormiendo ſi permittantur dor
mire ſecundū eoꝝ inclinationem.Et hec omīa
ꝓbant ꝙ vapor exceſſiuus obſtruens viā ⁊ mea
tus ſpirituū eſt cauſa material̄ ſomni.ſ.qua vti
tur cauſa efficiens. Patet etiam ꝯᵒ alio ſig
no.qꝛ habentes paruas venas ⁊ meatus angu
ſtas ſunt magni ſomni.⁊ ſimiliter habentes groſ
ſa capita ⁊ humida ſicut ſunt pueri. Sed coleri
ci ſunt parui ſomni qꝛ exceſſiuus calor eorū ſta
tim cōſumit humorem ⁊ vaporē obſtruentē viā
ſpirituum ſenſitiuoꝝ.ideo etiam tales ſunt io
cundi ſicut ⁊ ſanguinei.quia calor in ipſis gene
rat ſpirit⁹ ſubtiles.ideo ſanguinei ⁊ colerici pa
rum comedunt ſed ſepe.quia paruum nutrimē
tum receptum in ſtomacis eoꝝ ſtatim cōſumit̄
per excellentem calorē eorū ⁊ in fimum reſol
uitur.⁊ ita in ipſis nutrimentum non poteſt ad
fundum ſtomaci deſcendere. Melancolici vero
⁊ flecmatici multum cōmedunt. qꝛ propter de
bilitatem caloris cibus non rarefit. ⁊ ita ſtoma
cus eorū non repletur quouſqꝫ ſit plenus cibis
nec ceſſat eorum appetitus niſi repleti cibis.

**Concluſio quarta: Cauſa**
formalis ſomni eſt priuatio vigilie. Patꝫ ex di
ctis.oſtenſum eſt enim ꝙ ſomnus eſt a ſenſibus
exterioribus ⁊ ſenſu communi ideo materia in
qua eſt ſomnus eſt ille ſenſus cōmunis in quo
eſt priuatio vigilie. Nec eſt contra hoc ꝙ dictum
eſt.ſ.ꝙ eſt cauſa efficiens ⁊ ita coincidūt in vna
re. Ex precedentibus ergo patet quomodo
cauſatur ſomnus.nā per calorem cordis ⁊ ſto
maci nutrimentum conuertitur in vapores ad
cerebrum aſcendentes.vbi propter frigiditatem
cerebri ingroſſantur ⁊ deſcendunt per vias ſpū
um ſenſitiuoꝝ.⁊ deſcendendo obſtruunt ipſas
vias.⁊ obſtruendo vias priuant vigiliā a ſen
ſibus.Cauſa ergo efficiens eſt cor. ſecunda eſt
cerebrum.tertia eſt vapor ingroſſatus qui etiā
materialiter vt dictum eſt etiam eſt proxima ef
ficiens cauſa ſomni.Cauſa vero materialis in
qua eſt ſomnus eſt primum ſenſitiuū a quo pri
uatur vigilia ſeu ſenſus communis.Sed cauſa



De Somno et Vigilia.

formalis eſt priuatio vigilie eo modo quo ha
bet cauſam formalē. Et finalis cauſa eſt ſalus
aīalis aut etiā vigilia.

**Concluſio Reſponſiua Ad**
queſitum. Diffinitio ſomni eſt ſufficiens. Patet
quia explicat omēs cauſas ipſius ſomni.et pri
mo cauſā formalem.ſ.priuationem vigilie cum
dicitur ꝙ eſt ꝯuentus ⁊ reciprocatio caloris ad
intra.nā ex hoc ꝙ calor non diriuatur a corde
in ſenſus exteriores qui quidē calor eſt cum ſpi
ritibus ſenſitiuis priuatur vigilia ⁊ operatio
ſenſuum exteriorū .Alie cauſe ſatis exprimunt̄
in diffinitione.Et ſic patet ꝙ ad ſomnum requi
runtur calida ⁊ humida. calidum ſalꝫ quod eſt
exalatiuū.⁊ humidū quod eſt exalabile idō ſic
ca ſimpliciter ⁊ frigida impediunt ſomnū.

**Concluſio vltima. Con**
pletio ſeu complementum digeſtionis eſt natu
ralis cauſa vigilie ⁊ diſſolutionis ſomni. Patet
quia completa digeſtione diſſoluūtur vapores
groſſi qui proprie cauſant ſomnum vt dictū eſt
Sed cauſa per accidens vigilie ⁊ diſſolutionis
ſomni eſt motus vel tremor cordis.qꝛ impetuo
ſus motus cordis cauſat impetuoſam multitu
dinē ſpirituum qui apperiunt vias per euapo
rationes obſtructas.⁊ breuiter omnia que faci
unt aperturā meatuū ſenſitiuoꝝ diſſoluūt ſom
num vel inducunt vigiliā.ſicut magnus mot⁹
cordis qui facit euaporationes ſedere. ⁊ etiam
magnus motus ab exteriori proueniens ſiue ſit
motus localis ſiue motus alterationis vt puta
calefactionis ſiue frigefactionis.

**Dubitatur primo: Utrum**
Uigilia precedat ſomnū. Rn̄detur ꝙ ſic qꝛ
vigilia eſt habitus ⁊ ſomnus eſt priuatio.igitur
⁊c. Patet etiā aliunde qꝛ ſomnus vt ait cōmē
tator eſt receſſus virtutis ſenſitiue ab exteriori
bus ad interiora.qui quidē receſſus fit propter
priuationē influxus ſenſus communis ad ſen
ſus exteriores.⁊ illa virtus ſenſitiua cauſat vigi
liā.modo nichil recedit ab aliquo loco niſi pri
us exiſtat in eo anteꝙ̄ recedat.gᵒ ⁊c.

**Dubitatur ſecundo. Quare**
quedam animalia dormiūt oculis apertis. Di
cendū eſt ꝙ illud maxime contingit in animali
bus timidis que propter timorem detinentꝗ ocu
los apertos quā diu poſſunt.cum autē in ſom
no exteriora frigeſiunt quia calor attrahitur ad
interiora vt dictum eſt palpebre taliū animaliū
vt in rugam cōmuniter contrahunt̄ ⁊ conſtrigū
tur ligatis ſenſibus per ſomnū ⁊ ſic apertis ocu
lis dormiunt.

**Ad rationes ante oppoſitū**
Ad primam dicendum eſt ꝙ ſicut eſt in maiori
mundo ita ē in animali.nā per calorē ſolis ele
uatur vapor ad mediam regionē aeris vbi pro
pter frigiditatem loci conuertitur in aquā ⁊ de
orſum cadit:ſic etiā in animalibus per calorē
cordis ⁊ ſtomachi eleuantur vapores ad cere
brum vbi ingroſſantur ⁊ deſcendunt modo iā
dicto ⁊ ſic cauſant ſomnū.Et ita calida ⁊ humi
da ſomnū cauſant.quia calida cauſāt euapora
tionē.⁊ humida euaporabilia ſunt. Ad ſe
cundam dicitur ꝙ illa animalia plus recipiunt
de nutrimēto ī eſtate ꝙ̄ calor ſu⁹ poſſit digerere
⁊ ita per totā hyemem calor poteſt digerere con
tinue ⁊ digerere nutrimentū illud.⁊ cū habeant
debilem calorem per multum tempus manent
meatus obſtructi. Ad tertiam patuit ſolu
tio ſupra quia reciprocatio caloris non fit pro
pter eandem rationem in animalibus ⁊ in plan
tis.⁊ ideo plante non dormiunt niſi in hyeme
vt ſupra dictum eſt.
Sequitur in textu. Poſt hec querendum
autem eſt.

**Queritur quinto: Utrum**
Somnium ſit paſſio partis ſenſitiue. Argui
tur ꝙ non quia ſomnia contingunt tantum in
ſomno.quia ſomnus eſt ligatio ſenſuum. ergo
ſomnus non iudicatur ſenſu.ergo non eſt paſ
ſio partis ſenſitiue. In oppoᵒ eſt phūs in
textu. Pro rn̄ſione.

**Sciendum eſt primo.ꝙ poſt**
ꝙ̄ philoſophus determinauit de ſomno ⁊ vigi
lia.conſequenter agit de hiis que contingunt
in ſomno ſcilicet de ſomnio ⁊ de diuinatione fu
turorum que fit per ſomnia.Et quia ſomnium
plures habet cauſas naturales ꝙ̄ diuinatio.
ideo prius tractat de ſomnio ꝙ̄ de diuinatione
Et primo inquirit ſubiectum eius. poſtea quid
ſit ſomniū.Et hoc ratiōabiliter.quia ſomniū
eſt quedam paſſio. Sed omnis paſſio habet
cognoſci per ſuum ſubiectum.gᵒ ⁊c:

**Sciendū ē ſecundo.ꝙ Spe**
cies ſenſibiles manent in ſenſibus ab euntibus
ſenſibilibus.⁊ hoc manifeſtum eſt in ſenſibus in
terioribus. Et de exterioribus probat philoſo
phus per quedā ſigna. Primū eſt ꝙ cū viſus
aſpicit excellens viſibile ⁊ deinde cōuertitur ad
debiliora viſibilia non poteſt ea videre. et hoc
eſt quia ſpecies prioris viſibilis adhuc ſunt in
viſu que impediunt viſionem alterius viſibi
lis. Secundum eſt quia ſi aliquis debite
aſpiciat ſolē ⁊ deinde claudat oculos appare
bit ſibi ꝙ adhuc lumen excellens videbit.⁊ poſt

ea mutabitur in puniceum colorē deinde in rubeum ⁊ poſtmodum in nigrum quando totaliter deficiet lumen reſeruatum. Aliud ſignū quia cū aliquis aſpiciat diu rem velociter mutari ⁊ ſe conuertat ad alias videbuntur ſibi moueri. Aliud ſignū eſt ꝙ aliqui propter magnos ſonos efficiuntur ſurdi ⁊ propter excellentes odores non poſſunt alios odorare quia preexiſtentes in ſenſu remanent. Supponitur vlterius ex ante dictis ꝙ in dormiente ſunt multi vapores ⁊ ſpecies qui diſcurrunt per vias ſpirituum ſenſitiuorum non ſolum in meatus ſenſus communis ad ſenſus exteriores. ymo etiam in meatꝰ ad ſenſus exteriores. ⁊ cū in ſenſu maneant ſpecies abeuntibus ſenſibilibus ille ſpecies informabunt huiuſmodi vapores.

His premiſſis ſit.

## Concluſio reſponſiua.

Somnium eſt paſſio ſenſus communis ſecundum ꝙ fantaſticus eſt. Probatur prima pars. quia ex quo ſomnium non eſt ſine ſomno. ſequitur ꝙ eiuſdem partis ſunt ſomnus et ſomnium. ergo et cetera. Item ſomnium eſt cognitio ſenſitiua. quia per ſomnium cognoſcimus ſenſum vt hic ⁊ nunc que ſunt conditiones cognitionis ſenſitiue ⁊ non intellectiue. in ſomno tamen aliquando habemus operationē intellectus aut rationis que non debet vocari ſomnium.

Secunda pars patet quia ſenſus communis eſt fons totius ſenſualitatis. ergo ab eo procedit vnus meatus verſus ſenſus exteriores. ⁊ alius verſus ſenſus interiores. quorū organa ſunt in cellula cerebri. ſed ſomniū non eſt primi ſenſitiui ſecundū primam habitudinē ſcilicet ad ſenſus exteriores quia ſecundum illam habitudinem ſenſus communis ligatus eſt in ſomno ⁊ obſtructus ab euaporatione nutrimenti. ergo oportet ꝙ ſomnium ſit paſſio primi ſenſitiui in habitudine ad ſenſus interiores qui omnes cōmuni nomine dicuntur fantaſia. licet ab ea diſtinguātur vt patebit in. 2º de aīa. ergo concluſio vera. Aduertendū eſt ꝙ nichil prohibet viam que eſt a ſenſu communi ad ſenſus exteriores eſſe totaliter obſtructam per vapores. et tamē viā que eſt a ſenſu communi ad interiores ſenſus non eſſe obſtructam ſed aliqualiter apertam. quia poteſt repleri ſubtili vapore non totaliter obſtruente huiuſmodi viam. Ex quo patet ꝙ ſomnia contingunt per diuinationem ⁊ redundantiam fantaſmatum reſeruatorum in fantaſia in ſenſum communem ipſum actuando. Patet quia ſenſus non iudicat niſi ſit informatus per ſpecies ſenſibiles. ſed in ſomno ſenſus communis non poteſt informari per ſpecies acceptas a ſenſibilibus exterioribus cum ſenſus exteriores ſunt ligati. ergo in ſomnio iudicium eius venit ex redundantia fantaſmatū de fantaſia in ipſum ſenſum communem. Et poteſt probari in exemplo quo flamma candele deſcendit a ſuperiori candela in inferiorem extinctam ipſam illuminando. Ita pariformiter deriuantᷣ fantaſmata a fantaſia per ſubtiles euaporationes in ſenſum communem. ⁊ quia ſenſus communis terminatur actione ſenſuū particularium. ideo iudicat in ſomnio quemadmodum iudicat in vigilia. ⁊ de fantaſmate ſibi preſentato iudicat ꝙ ſit res cuius ē fantaſma. ⁊ animali videtur ꝙ vigilet.

## Concluſio ſecunda.

Diffinitio ſomnii eſt ſufficiēs in qua dicitᷣ ꝙ eſt apparitio fantaſtica in ſimpliciter dormiente. Patet quia homo ſimpliciter dormit quādo ligati ſūt ſenſus exteriores. ſed ſomniū eſt apparitio facta ligatis ſenſibus exterioribus. ergo ſomnium eſt apparitio fantaſtica in ſimpliciter dormiente. Ueruntamen aliquando contingit ſenſum communem ligari quantum ad viam ſenſuum exteriorum et tunc contingunt ſomnia. Ex quo patet.

## Concluſio tertia.

In principio ſomni non cauſantur ſomnia ſicut in fine ſomni. Quia in principio ſomni vapores ſunt groſſi multi ⁊ indigeſti ⁊ idō claudunt viā ſenſuum exteriorum. ſed in fine ſomni vapores ſunt ſubtiles ⁊ digeſti ⁊ ſic non obſtruunt viam ad ſenſus interiores ſed magis informant ſenſum communem modo predicto. Patet vlterius quare in principio noctis ⁊ ſomni ſomnia magis deſerta ⁊ difformia apparent ꝙ̄ in fine. Quia in principio vapores ſunt multi ⁊ fortiter moti ideo raro deferunt fantaſmata vniformiter ſicut videmus ꝙ aqua mota ante ſpeculum non perfecte repreſentat formam rei. Et eodem principio contingit ꝙ homines paſſionati freneſi difformia ⁊ horrenda habent fantaſmata ⁊ etiam ſomnia. quia timor et infirmitas ⁊ huiuſmodi mouent vapores. qui moti difformia fantaſmata repreſentant. Aduertendum eſt ꝙ textus conſequenter aliam diffinitionem ſomnii ſubiungit que talis eſt. Somnium eſt fantaſma quod eſt in motu ſimulacrorum. cū in dormiendo fit ⁊ in eo ꝙ dormit. Per hoc enim quod dicitur fantaſma ꝙ eſt in motu ſimulacrorum remouetur ſomnium ab apparitionibus intellectus qui quandoqꝫ exercentur in dormiendo. Et per hoc ꝙ dicitur cum in dormiendo fit remouetur ab apparitionibus que fiūt in vigilando propter motum ⁊ turbationem humorum ⁊ vaporum qui cauſantur ab egritudine. Et per hoc quod dicitur in eo quod dormit remouetur ab actibus vigilantium qui quandoqꝫ exercentur in ſomnio.





## Dubitatur primo.

Utrum animal ſemper memoretur ſomniorum ſuorum.

Reſpondetur ꝙ aliquando memoratur ⁊ aliquando non. Cuius cauſa eſt. quia quandoqꝫ contingit viam exiſtentem inter fantaſiam ⁊ memoriam eſſe totaliter obſtructam ⁊ tamē que eſt a fantaſia ad ſenſum communem eſt aperta ⁊ tunc animal poteſt ſomniare ⁊ non recordari. Aliquando vero via que eſt a fantaſia ad memoriam non eſt omnino obſtructa ⁊ tunc animal memorari poteſt ſuorum ſomniorū. ⁊ quādoqꝫ recordatur imperfecte ⁊ quandoqꝫ magis perfecte. ⁊ quandoqꝫ etiam ordinate recordatur.

## Dubitatur ſecundo.

Quare Pueri putant ſe terribilia videre pluries precipue in principio noctis. Dicitur ꝙ hoc eſt ꝑpter motum ſimulacrorum ſiue fantaſmatū. nā pueri iudicant ſic eſſe ſicut ſimulacra repreſentant quia in eis non eſt iudicium rationis corrigēs nam pueri purū ratione vtuntᷣ. ⁊ iſtꝫ de cauſa pueri ⁊ mulieres ⁊ viri timidi ⁊ etiam frebriciātes aut alii infirmi ſolitarie exiſtentes dicunt ſe vidiſſe mortuos ad oculos ſuos ⁊ alia multa terribilia que eis apparent ex motu ſimulacrorum. Hec tamen eis contingunt propter timorem. nam exiſtentes in timore aut alia paſſione faciliter decipiuntur.

## Dubitatur tertio.

Quare homines ſomniant magis in ſenectute ꝙ̄ in iuuentute. Cauſa eſt. quia in iuuentute calor fortis eſt ⁊ ideo facit magnam euaporationē que ſufficit obſtruere meatus ſenſus cōmunis ad exteriores ⁊ interiores ſenſus. ſed in ſenectute calor tepeſcit ⁊ ideo non fit ita magna euaporatiō nec ita ſepe obſtruitur meatus ſenſus communis ad interiores ſenſus ⁊ iſta de cauſa etiā cōtinuantes ſepe ſomniant.

## Ad rationes ante oppoſitū

Ad primam dicitur ꝙ bene probat ꝙ ſomnium non eſt paſſio ſenſus communis preciſe ſed in ordine ad fantaſiam vt dictū eſt. nā ⁊ ſi ſenſus ſomnium non percipiat ⁊ ſe ſomniare ſecundū ſe ⁊ abſolute. percipitur tamen eius actio in potentia ſuperiori. ⁊ ideo probat textus ꝙ ſomniū non eſt paſſio intellectus neqꝫ ſenſus cōmunis abſolute ſed ſecundum ꝙ fantaſticus eſt ſiue ſecundum ꝙ immutatur a ſpecie reſeruata in fantaſia. ⁊c. Sequitur i textu.

De diuinatione vero que in ſomnis ⁊c.

## Queritur ſexto:

Utrum Diuinatio futurorum effectuū que fit per ſomnia ſit homini poſſibilis. ⁊ vtrum ſit aliqua talis. Arguitur ꝙ ſic. illud quod cōmūniter homines experiuntur rationabile eſt euenire. nam quod communis fama famat nō omnino deperditur. 2º ethicorū. ſed aliqui videntur facere aliquam ſignificationem futurorum et huiuſmodi. gº Secundo. per cauſam poſſumꝰ deuenire in cognitionem effectuum. ſed quedam ſomnia ſunt cauſe futurorum effectuum ergo ꝑ ipſa poſſumus cognoſcere futura. Minor patet per experientiam de quodam homine qui veſtem ſuam perdiderat de die nec eam poterat inuenire. ⁊ quoniā in ſomnio recordatꝰ ē loci in quo eam dimiſerat. expergefactus iuit ad locū ⁊ eam inuenit. Ad oppoſitum arguitur ſic quia ſomnium non habet rationabilem cauſā per quam preſagium ſit alicuius futuri. quare communiter contingunt ſomnia fatuis ⁊ raro prudentibus qui tamen deo amantiſſimi ſunt. 8º ethic. ergo. Pro rñſione ad queſitū.

## Sciendum eſt primo ꝙ poſt

ꝙ̄ philoſophus determinauit de ſomnio. conſequenter agit de diuinatione futurorum que accidit in ſomnis ⁊ a ſomniis. ⁊ dicitur in ſomnis propter diuinationes que fiunt in vigilia ꝑ artes magicas. ⁊ dicitur a ſomniis propter diuinationes que poſſunt fieri a viris ſanctis propter reuelationes diuinas eis factas. agit ergo philoſophus de diuinatione que eſt in ſomnis ⁊ a ſomniis.

## Sciendū eſt ſecundo ꝙ Sto

ici dixerunt iſta ſomnia ⁊ preſagia futurorum a deo eſſe immiſſa. Ueruntamen licet hoc fieri aliquando contingat. non tamen eſt naturaliter verum ſecundum nature curſum. nam deus virtualiter agit in remotum per cauſam mediam. ideo non agit in animam illo modo niſi mediāte corpore celeſti. Unde ſecundum philoſophum ſomniorum quedam capiunt originē ex parte corporis vel anime ſiue ex parte nature. quedam vero non capiunt originem ex parte nature ſed aliunde habent principium.

Sit igitur.

## Concluſio prima.

Somnia que habent a nobis originem aliquando ſunt ſolum ſigna futurorum. aliquando vero cauſe futurorum. Prima pars patet. nam aliquādo ſomnia eueniunt conſimilia corpori ſiue cōplexioni. vt flecmatici ſemper ſomniant de aquis ⁊ de aquaticis ſicut eorum corpus eſt aquaticum. Colerici vero de igne. Sanguinei de aere. vt quia volant vel alquid agunt. Melancolici vero ſomniant terreſtria. ⁊ ideo ex ſomniis frequentibus homo poteſt ſuam complexionem

cognoſcere. Similiter aliquando ex parte anime contingit vt ſomnia aſſimilētur diſpōni anime. ſicut ſtudioſus habet ſomnia ſtudioſa primo ethicorum. ⁊ prauus habet ſomnia deprauata. ⁊ quilibet ſomniat ex parte anime ſecundum diſpoſitiōem anime vt qui illiberalis eſt ſomniat dare. ⁊ auarus ſomniat inuentiones theſauri. talia igitur ſomnia ſunt ſigna certa diſpoſitionis anime vel corporis. Aliquando vero huiuſmodi ſomnia ſunt cauſe futurorꝫ quēadmodꝫ motus diurni ſunt cauſe ipſoꝝ motuum nocturnorꝫ. Verbi gratia. vt que de nocte ſomniamus in die cogitamus ⁊ ſepe facimus. Unde recitat Galienus de quodam infirmo qui ſomniauit ꝙ ſi minueretur inter duos digitos ſanaretur. ſurrexit ⁊ fecit minui ⁊ curatus eſt nam communiter homines intendentes finem aliquem ſi in ſomnis videant aliquod mediꝫ ad illum finem communiter in die ad hoc intendunt. ⁊ aliquando contingit ꝙ tale mediꝫ perficitur. ⁊ ſic per accidens ſomnium eſt cauſa futuri actus. Pro ſecunda concluſione ſciendum eſt ꝙ Stoici crediderunt ſomnia nobis immitti a deo. Auicenna quoqꝫ credidit ꝙ immitterentur a datore formarū. quod videtur etiā ꝯcedere Auerrois dicēs ꝙ iſta cognitio nobiliſſima largitur a ſubſtantia immateriali. Sed has opiniones reprobat philoſophus. nam hec dementibus ⁊ fatuis immittuntur quod eſt ſignꝫ ꝙ ab aliqua intelligentia agente hac ratione non inſunt. ⁊ ideo Ariſtoteles refert ſomnia quorum principium non eſt in nobis ad influentiaꝫ corporis celeſtis. vel ad continens. puta ad aerem calidum vel frigidum.

Sit igitur.

## Concluſio ſecunda.

Somnia quarum influentia celeſtis eſt principiꝫ vel etiam continens ſunt ſigna futuroꝝ. Patet ꝯº. qꝛ corpus noſtrꝫ immutatur ab influentia celeſtis corporis. corpore autē immutato immutatur ymaginatio dormiētis. ⁊ ſic alique fantaſie apparent dormientibꝰ conſimiles celeſtibꝰ diſpoſitionibꝰ ⁊ etiaꝫ cōformes. vt ſi ī hoc anno ſemper ſomniamꝰ ardorꝫ. hoc eſt ſignum dominii martis habentis virtutꝫ ſupra calorꝫ. tale igitur ſomniꝫ ſignum eſt futuri caloris. illud igitur ſomnium nō eſt cauſa futuri. ſed eſt ſignꝫ cauſe alicuius futuri. qꝛ vero fatui ⁊ demētes ⁊ melancolici habent fantaſiam vacuā ideo facilius recipiūt iſta fantaſmata ꝙ hoīes ſapientes ⁊ docti. eo ꝙ maiores motus impediunt minores. et hac de cauſa hec fantaſmata cōtingunt de nocte ⁊ nō de die. Ex predictis reſpondetur ad quęſitum ſcilicꝫ ꝙ ſi quis vtatur ſomniis ad precognoſcendū futura ſecundū ꝙ ſomnia ꝓcedunt ex cauſa naturali intrinſeca vel extrinſeca quantum poteſt virtus talis cauſe ſe extendere non eſt illicita diuinatio. Verumtamen eſt ꝙ aliqñ eſt ſpiritualis cauſa vt quandoqꝫ quedā ſomnia ſunt a deo miniſterio angeloꝝ ⁊ tunc immittuntur viris ſanctis ⁊ in illis ſomniis reuelantur aliqua futura. Et hoc modo poteſt homo eis licite vti ad precognoſcēdū futura. Quādoqꝫ vero operatione demonuꝫ alique fantaſie apparꝫ dormientibꝰ ex quibꝰ aliqua futura eis reuelātur ⁊ cū eis habent facta illicita. ⁊ talibus ſomniis homines non poſſunt vti licite de futuro ꝓ cognoſcēdo. quoniā talis diuinatio ſuperſticioſa eſt ⁊ illicita. Somnia gº quoꝝ eſt ſpiritualis cauſa diuerſa ſunt. ergo ⁊ cetera. Eſt aduertendum ꝙ nomine diuinationis intelligitur quedam prenunciatio de futuris. Futura autꝫ dupliciter poſſunt cognoſci. vno modo in ſuis cauſis. alio modo in ſeipſis. Cauſe autꝫ futurorum tripliciter ſe habent quedam enim neceſſario producunt ſuos effectus. ⁊ huiuſmodi effectus poſſunt cognoſci a nobis per certitudinem ⁊ etiam prenoſticari ſicut aſtrologi cognoſcunt eclipſes futuras. Quedam vero cauſe producunt ſuos effectus non ex neceſſitate ⁊ ſemper ſed vt in pluribus. ⁊ per has cauſas poſſunt cognoſci effectus futuri non per certitudinem ſed per quandam coniecturam ſicut per concurſum ſtellarum aſtrologi poſſunt iudicare de pluuiis ⁊ frigoribus. ⁊ medici de ſanitate vel morte hominis. Quedam etiam ſunt cauſe que indifferenter ſe habent ad producendum ſuos effectus ⁊ per tales cauſas non poſſumus cognoſcere effectus futuros neqꝫ etiam ſi effectus eueniant vt in paucioribꝰ poſſumꝰ ipſos cognoſcere ſed cognoſcimus ipſos in ſeipſis cum preſentes ſunt. ſicut cognoſcimꝰ ſortꝫ currere dūꝫ currit. Sed cognoſcere tales effectus antequam fiant proprium eſt prime cauſe. Si ergo quis talia futura prenūciare quomodolibꝫ ꝓſumpſerit niſi forte deo reuelante manifeſte vſurpat ſibi quod ē dei propriū. Sicut ergo non dicitur diuinatio ſi quis prenunciet ea que neceſſario eueniunt vel vt inpluribus que humana ratione cognoſci poſſunt: ita nec ſi quis futura cōtingentia prenunciet deo reuelante. Sed dicitur aliquis diuinare ſecundum ꝙ diuinatio ſonat in malum quando ſibi indebite vſurpat id quod ſoli deo conuenit per enunciationem futurorum euentuum. Et ſic patet reſponſio ad queſitum.





Rationes ante oppoſitum ſunt ſolute. Et tantum de queſtione et per conſequens de toto libro Ariſtotelis de ſomno et vigilia. ⁊ cetera.

Sequitur in textu.

De eo autē quod ē hoc quidē eē longe vite aīaliuꝫ: hoc autꝫ breuis vite. et cetera:

Circa inicium libri de Longitudīe et breuitate vite. mouetur talis queſtio.

Utrum humidum et calidꝫ ſint cauſe longe vite in viuentibus ⁊ corruptibilibus. Et arguitur ꝙ non. quia calidum ⁊ humidum non ſunt cauſa vite. ergo non ſunt cauſa longe vite. Antecedens patet quia calidum ⁊ humidum ſunt cauſa putrefactionis. nam magis fit putrefactio tempore calido ⁊ humido: ꝙ tempore frigido ⁊ ſicco. Et confirmatur ratio. quia calidum ⁊ humidum ſunt cauſa corrupcionis. quia calidum conſumit humidum. ⁊ humidum extinguit calidum. igitur ⁊ cetera.

Secundo. ſi calidum eſſet cauſa longitudinis vite. vel eſſet igneum vel aereum. non igneum. quia eſt deſiccatiuum. nec aereum. quia eſt nimis debile ⁊ ſic non eſt digeſtiuum. Et ſimiliter arguitur de humido. quia vel eſſꝫ aqueum vel aereum. non aqueum quia extingueret calidum ⁊ eſſet faciliter congelabile. nec aereum quia eſſet cito deſiccabile. In oppoſitum eſt philoſophus in textu.

Pro reſponſione.

Sciendum eſt primo. ꝙ poſt ea que determinata ſunt in libris precedentibꝰ philoſophus in hoc libro determinat de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis vite. ⁊ hoc in vniuerſali. quia determinare de ipſis in ſpeciali pertinet ad librꝫ de animalibus ⁊ plantis ⁊ ad medicum ⁊ aſtrologum. ad hos enim pertinet determinare in particulari de cauſis longitudinis ⁊ breuitatis humane vite. Et quamuis vita et mors ſint cōmuniora ſenſu quia inſunt viuentibus ⁊ generantibus. tamen liber de ſenſu et ſenſato. de memoria ⁊ reminiſcentia. de ſomno ⁊ vigilia precedunt hunc librum ⁊ etiam librꝫ de morte et vita propter conuenientiam quam habent cum libro de aīa.

Sciendꝫ eſt ſecundo ꝙ corruptio eſt communior ꝙ mors. quia corruptio conuenit omnibus generabilibus. mors autem proprie ꝯuenit viuētibꝰ. ideo phūs primo agit de cauſis corruptiōis. oñdēdo q̄ ſūt ꝑ ſe corruptibilia ⁊ q̄ nō taꝫ in ſubſtantiis ꝙ in accidēti-

bus. Et quia alias de ipſis determinatum eſt in libro de generatione. ideo pro nunc non repetentur ea.

**Sciendum eſt tertio: ꝙ ante**

ꝙ philoſophus aſſignet veras cauſas ⁊ vniuerſales longitudinis ⁊ breuitatis vite in omnibus viuentibus. per prius remouet quaſdam cauſas q̄ nō ſunt vniuerſales cauſe longitudīs ⁊ breuitatꝭ vite. Dicit. n. pͥo ꝙ eē magne ꝙ̄titatis nō ē ꝑ ſe cauſa ſufficiens longe vite. equus enim maior eſt homine ⁊ tamen homo eſt longioris vite. Similiter duricies non eſt cauſa ſufficiens longe vite. nā plante nō ſunt vniuerſaliter longioris vite animalibus licet quedam plante ſint longioris vite quibuſdam animalibus. Similiter habere ſanguinem non eſt cauſa ſufficiēs lōge vite. nā apes q̄ ſunt exangues diutius viuūt quibuſdā habentibus ſanguinē Similiter eſſe exangue non eſt cauſa ſufficiens longitudinis vite. quia quedam exanguia nō ſunt longioris vite quibuſdaꝫ habentibus ſanguinem. Similiter eſſe in terra non eſt cauſa ſufficiens longioris vite. nec etiam eſſe greſſibile. nam plante ⁊ quedaꝫ animalia greſſibilia ſunt breuiores vite quibuſdam animalibus aquaticis. ⁊ etiaꝫ in quibuſdam econtrario. ideo eſſe aquaticum non eſt ſufficiens cauſa longioris vite.

**Sciendum eſt quarto. ꝙ Ad**

hoc ꝙ calidum ⁊ humidum ſint per ſe cauſe longe vite in viuentibus quinqꝫ conditiones requiruntur. Primo ꝙ ſint multa ex parte quantitatis ideo maiora vt in pluribus ceteris paribus ſunt lōgioꝝ vite quia habent magnuꝫ caliduꝫ ⁊ humiduꝫ. 2º requiritur ꝙ ſint bene proportionata adinuicem ⁊ cum ſuis contrariis ne vnum faciliter corrumpat aliud ⁊ econtra. propter primam conditionem elefantes ſunt longe vite. ⁊ propter ſecundam homines ſunt longe vite. Tertio requiritur ex parte humidi ꝙ non ſit faciliter paſſibile ⁊ deſiccaſibile ſicut eſt humidum aereum purum. nec ſit faciliter ꝯgelabile ſicut humidū aqueū purū idō tale humidum debet eſſe pingue ⁊ viſcoſuꝫ vt ſit bene nutritiuum ⁊ non ſit faciliter congelabile et infrigidabile. Quarto requiritur ꝙ caliduꝫ ⁊ humidum non ſint nimis excellentia quia ſi ſic eſſent corruptiua complexionis naturalis que conſiſtit in medio temperato. ⁊ ideo animalia multum cohitiua ceteris paribus ſunt breuioris vite. ⁊ hoc ꝓpter vehemēteꝫ caliditateꝫ q̄ procreatur in coitu que reſoluit humores ⁊ eos euaporat ⁊ ob hoc ſperma ſuperflue emiſſum cito inducit ſenium ⁊ propter hoc mulus eſt longioris vite equo ⁊ aſino ex quibus generatur.

Femelle etiam quandoqꝫ ſunt longioris vite maſculis ſi maſculi ſint magis cohitiui ⁊ ꝓpter hoc paſſeres maſculi ſūt breuioꝝ vite femellis quia maſculi ſunt multum cohitiui. verum eſt tamen ꝙ ſecundum naturam maſculus eſt longioris vite ꝙ̄ ſit femella quia femelle habundant in humido ⁊ deficiunt in calido.

Quinta conditio eſt ꝙ calidum ⁊ humidum ſint intranea ⁊ extranea.

Sit igitur.

**Concluſio Reſponſiua Ad**

queſitum. Calidum ⁊ humidum cum ceteris conditionibus ſunt cauſe vniuerſales longe vite in omnibus viuentibus corruptibilibus.

Probatur concluſio quia eedem ſunt cauſe vite ⁊ vite longe. ex quibus enim aliquid eſt ⁊ ex eiſdem nutritur. ſed vita conſiſtit in calido ⁊ humido. ergo calidum ⁊ humidum ſecundum modos predictos ſunt cauſe longe vite. Minor patet quia omne viuens natum eſt ex calido frigido humido ⁊ ſicco. frigidum autem ⁊ ſiccum ſunt mortifera. nam conſtringunt ⁊ immobilitant. ideo terra que eſt frigida ⁊ ſicca eſt immobilis. vita autem iudicatur per ſenſum ⁊ motuꝫ ideo frigidum ⁊ ſiccum non ſunt cauſa vite longe ſed pocius mortis. Reſtat igitur ꝙ calidum ⁊ humidum ſunt cauſa vite. calidum autem dilatat humidum ⁊ ipſum mouet. ⁊ ideo vita conſiſtit in calido ⁊ humido. nam in omni mortali fit mutatio per digeſtionem que fit a calido. oportet enim nutrimentum eſſe humidum vt ſit bene ſuſceptiuum impreſſionuꝫ ⁊ dilatari poſſit ad ſingulas partes viuentis. igitur ⁊ cetera.

Ex illis ſequitur ꝙ calidum igneum purum non eſt cauſa longe vite. quia eſt deſiccatiuuꝫ ⁊ aduſtiuum nimis. Nec etiam humidum aereum purum eſt cauſa longe vite quia eſt nimis ſubtile ⁊ faciliter deſiccabile. Sed calidū quod debet eſſe mixtum ex calido igneo ⁊ aereo. ex igneo quidem vt ſit digeſtiuum. ⁊ ex aereo vt ſit temperatum. Et ſimiliter humidum aqueum purum non eſt cauſa longe vite. quia eſt nimis infrigidabile ⁊ congelabile ⁊ extinguit calidum ideo debet eſſe mixtūꝫ cum humido aereo. quare Aduertēdū ē ꝙ calidū ⁊ humidū debēt eſſe aerea. Ex dictis ſatis patet ꝙ ſenectus cauſatur ex defectu calidi ⁊ humidi ideo ſenes ſunt frigidi ⁊ ſicci. ⁊ iuuenes humidi. Patet etiam ꝙ eedē ſūt cauſe vniuerſales lōgitudīs ⁊ breuitatis vite in omnibus. licet non ſint eedem cauſe ſpeciales. Et ſimiliter patet ꝙ ſunt eedem cauſe vniuerſales longe vite ⁊ ſanitatis et breuis vite ⁊ egritudinis ſeu languoris.





**Ad rationes ante oppoſituꝫ**

Ad primam dicitur ꝙ calidum et humidum intrinſeca non ſunt cauſe putrefactionis ſed extrinſeca. Ad confirmationem dicitur ꝙ calidum bene proportionatum humido non conſumit ipſum niſi ſit paruum. ſed conſumit quando eſt improportionatum. Alia ratio ſoluta eſt ex dictis. et cetera.

Sequitur in textu. Eadem autem in calidis lōgioris vite ſunt ꝙ̄ in frigidis locis.

**Queritur ſecundo: Utrum**

Eadeꝫ animalia ſint longioris vite in locis calidis ꝙ̄ in locis frigidis. Arguitur ꝙ non quia animal ad ſui conſeruationē indiget reſpiratione. ſed aīalia minus reſtringerentᷣ ab aere in locis calidis ꝙ̄ i locis frigidis. ergo ſunt breuioris vite in calidis locis ꝙ̄ in frigidis. 2º arguitur calidū extrinſecum conſumit humiduꝫ intrinſecum ⁊ conſequenter caliduꝫ intrinſecum ſed caliduꝫ ⁊ humiduꝫ intrinſeca ſunt cauſa longioris vite. ergo aīalia non ſunt longioris vite in locis calidis. 3º arguitur calidum intrinſecum fortificatur a frigido extrinſeco per antipariſteſiꝫ ⁊ conſumitur a calido extrinſeco. ideo putrefactio ⁊ corruptio magis fiunt in locis calidis ꝙ̄ frigidis. ergo eadē aīalia ſunt longioris vite in locis calidis ꝙ̄ frigidis. In oppᵒ eſt phūs in textu.

Pro reſponſione.

**Sciendum eſt primo. ꝙ poſt**

ꝙ phūs determinauit de cauſis intrinſecis longitudīs vite q̄ ſunt calidū ⁊ humidū bñ ꝓportionata. ꝯñr determinat de cauſis extrinſecis lōge vite ſicut eſt locus.

Pro quo.

**Sciendum eſt ſecundo ꝙ ali**

quem locum eſſe calidum aut frigidum intelligi poteſt dupliciter. Unoᵒ exceſſiue. ⁊ alio modo temperate ſicut ver eſt tempus calidum temperate ⁊ eſtas exceſſiue. ⁊ ſimiliter dicitur de hyeme ⁊ autūpno reſpectu frigiditatis ⁊ ita dicendum eſt de locis ſicut dictum eſt de temporibus

Sit igitur.

**Concluſio prima: Eadem**

animalia ſecundum ſpeciem ſunt longioris vite in locis frigidis temperate ꝙ̄ in locis calidis exceſſiue. patet per rationes ante oppoſitum. qꝛ calidum extrinſecum excellens conſumit humidum intrinſecum ⁊ ex conſequenti calidum intrinſecum quod eſt in humido tanquam in ſubiecto. ⁊ frigidum extrinſecum temperatum per antipariſteſim fortificat calidum intrinſecum.

**Concluſio ſecunda et reſpon**

ſiua ad queſitum. Eadem animalia ſecundū ſpeciem ⁊ indiuiduum ſunt longioris vite in locis calidis tꝑate ꝙ̄ in frigidis intꝑate. pꝫ quia calidum extrinſecum temperatum conſeruat et confortat calidum intrinſecum. et frigidum extrinſecum excellens extinguit calidum intrinſecum et congelat humidum intrinſecum in quibus conſiſtit vita. ergo eadem animalia ſunt longioris vite in locis calidis temperate ꝙ̄ in locis frigidis intemperate. et propterea eadem animalia ſunt maiora in locis calidis temperate ꝙ̄ in locis frigidis. quia calidum extrinſecuꝫ extendit humidum. frigidum autem conſtringit ⁊ impedit augmentum. ⁊ iſta de cauſa quedam animalia frigida ſanguinem habentia ſunt maiora et longioris vite in locis calidis ꝙ̄ in locis frigidis ſiue habitent in mari ſiue in terra aut ſupra terram. ſicut ſerpentes talpa et veſptiliones ſunt valde magne ⁊ ſupra moduꝫ ſue nature et longioris vite in locis calidis ꝙ̄ in locis frigidis. Et ſimiliter quidam piſces ſunt in mari rubro quod eſt calidum qui non poſſunt viuere in mari ſeptentriōali ꝓpter eius frigiditatē. ⁊ cauſa huius eſt quia talia animalia ſunt debilioris caloris et multum habundant in humido ideo calor eorū fortificatur per calidum extrinſecum et humidum extenditur ⁊ augetur quod faciliter congelaretur in locis frigidis propter debilitatem ſui caloris ideo animalia que ſunt exanguia aut pauci ſanguinis non generantur in locis ſeptentrionalibus ⁊ frigidis. aut ſi generantur minora ſunt et breuioris vite ꝙ̄ in locis calidis. Unde dicit philoſophus ꝙ animalia aquatica ſunt breuioris vite greſſibilibus. nō quia humida ſunt ſimpliciter. ſed quia aquoſa ſunt per hoc dans intelligere quod humidum faciliter congelabile eſt aquoſum. Sed animalia habentia multum de ſanguine et multum calida ſunt lōgioris vite in locis ſeptentrionalibus ꝙ̄ in auſtralibus. Et inde etiam ratio patet euidens quos ob res Balene maiores ſunt verſus ſeptentrionales ꝙ̄ verſus auſtrum.

Ratio namqꝫ euidens eſt ex ſupra declaratis. Ex dictis infert philoſophus ꝙ maſculi vt in pluribus ſunt longioris vite ꝙ̄ femelle quia ſunt calidiores femellis ⁊ femelle ſunt magis humide maſculis humido ſcilicet aqueo quod faciliter congelatur a frigido. Et inde eſt etiā ꝙ maſculi habent ſupiora maiora ī pluribᵘ. et ꝑ oᵒ ē in femellis qꝛ calidū mouet

humidũ ſurſuꝫ: frigidũ vero deorſuꝫ.

**Dubitatur primo: Quare** aĩalia diu abſtinentia ab alimẽto ſunt breuioꝝ vite ꝗ̃ aĩalia que frequenter comedũt. Rñdetur ꝙ cauſa ẽ qꝛ calor naturalis deficiẽte humido nutrimẽtali agit in hũidũ naturale ĩ quo eſt ipſuꝫ ꝯſumẽdo. ⁊ ideo ſeipſuꝫ deſtruit ꝓpter quod deſtruitur vita ꝙ̃ in calido ⁊ humido conſiſtit. Unde aĩalia diu abſtinentia ab alimento ſunt debilioris caloris nõ cito digerentes alimẽtuꝫ. ⁊ habundãt in humido groſſo ⁊ viſcoſo propter debilitateꝫ caloris. ⁊ ideo talia indigẽt abſtinere diu ab alimento vt illud humidũ groſſũ ⁊ viſcoſuꝫ habundãs digerat̃ per diuturnitatẽ temporꝭ. alias illud humidũ groſſuꝫ ⁊ frigiduꝫ extingueret calorẽ. ⁊ ideo talia multuꝫ dormiũt. Et ſimiliter melãcolici qui etiã frigidi ſunt diutius abſtinẽt ab alimẽto ꝗ̃ colerici qui ſunt calidi. Et etiã melãcolici ſunt voraciores colericis ꝓpter frigiditatem que eſt cauſa voracitatis. Et cadẽ rõe mulieres plꝰ abſtinẽt ab alimẽto ꝗ̃ viri. Ideo etiaꝫ aĩalia ſine ſanguine ſunt breuioris vite vt in plurimuꝫ ꝗ̃ habentia ſanguineꝫ ꝓpter debilitatẽ niſi recõpenſetur humido pingui ⁊ dulci. Propter quod apes ſunt longioris vite quibuſdã aĩalibꝰ ſanguineꝫ habentibꝰ eo ſcilicꝫ ꝙ habẽt humidũ pingue ⁊ dulce quod ẽ ſignum caloris.

**Dubitatur ſecundo: Quare** Plante vt ĩ plurimũ ſunt longioris vite ꝗ̃ quedaꝫ aĩalia. Cauſa eſt qꝛ plante ſunt ſicciores ⁊ groſſiores ꝗ̃ quedaꝫ animalia ideo humidum nõ eſt ita faciliter paſſibile ſicut humidũ aĩaliũ quod eſt ſubtile. Alia cauſa eſt quia plante cõtinue renouant̃ gerẽdo ⁊ producendo nouas partes quod nõ eſt in aĩalibus. Cuius ratio eſt qꝛ in qualibet parte plante ẽ virtus generatiua. ⁊ nõ in qualibet parte aĩalis.

**Rationes facte ante oppoſi**tum faciliter ſoluuntur ex dictis. Et hec de queſtione ⁊ per conſequens de toto libro de longitudine ⁊ breuitate vite. [illegible]

BIBLIOTECA